Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Hieronymi Cardani Mediolanensis, ciuisq?ue Bononiensis medici clarissimi, Opus nouum, cunctis de sanitate tuenda, : ac uita producenda studiosis apprime? necessarium, in quatuor libros digestum.

https://hdl.handle.net/1874/433692

Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell

Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
- de kopsnede
- de frontsnede
- de staartsnede
- het achterplat

This book is part of the Van Buchell Collection

Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


O. fo
32

4751

184
b.

Medici

Folio nº. 32.

№ 191. n

HIERONYMI CARDANI MEDIOLANENSIS, CIVISQVE BONONIENSIS MEDICI CLARISSIMI,

Opus nouum, cunctis de SANITATE TVENDA, acuita producenda studiosis apprimè necessarium: in quatuor libros digestum.

A' RODVLPHO SYLVESTRIO BONONIENSI MEDICO, EIVS DISCIPULO, recens in lucem editum.

Cum gemino INDICE *capitum, & rerum notatu dignißimarum copioſißimo.*

Ex dono Burckhardt

BASILEÆ,
PER SEBASTIANVM HENRICPETRI. Anno 1582

ACADEMIA MEDICO CHIRURGICA

SANCTISSIMO DOMINO GREGORIO DECIMOTERTIO, PONTIFICI MAXIMO, ET STVDIORVM PATRONO.

VANTA sit artis medicinæ dignitas, atque præstãtia, Sanctissime Pater, non tantum ex certitudine earum, quibus utitur rationum, reiq; subiectæ, in qua uersatur nobilitate, sed etiam ex eiusdem fine maximè perspici potest. Is enim est humani corporis sanitas, qua nihil mortaliũ rerum utilius, aut iucundius, & sine qua nulla earum grata, uel suauis esse potest. Quid enim prodest Regibus regnandi suauitas? Ducibus gloria fortitudinis? Eruditis sapientiæ oblectatio? si iaceant corpore infirmitatis molestia, & doloribus afflicto? Maxima hæc profectò laus est tantũ boni mortalibus procurare, sine quo cætera bona caduca, nihil aut iucunditatis, aut oblectationis in se habent: Sed non minor medicinæ laus est illud idem quod tribuit, sanitatem inquam conseruare, & quoad humana ratione fieri potest, in diuturnum tempus producere. Vtrumque enim nobilissima hæc scientia præstat, quæ & morbos expellendi rationem, & sanitatis quàm diutissimè conseruandæ methodum tradit. Sed est hoc tempore maximè dolendum, quòd ea suam dignitatem non retineat, nequissimorum quorundam hominum uitio, qui omnibus præsidijs medico dignis destituti, nulla mathematicarum scientiarũ notitia, nulla naturalium rerum cognitione instructi, improbitate solum, ac temeritate armati, artem nobilissimam tanquam eius ueri professores non uia, ac ratione, sed temerè, ac casu exercere non dubitant, quiuis enim chirurgus, uel imperitus pharmacopola, uel tonsor ignarus se posse medicinam facere putat, & audet, non paruo mortalium detrimento: Quos HIERONYMVS CARDANVS præceptor meus, & uerbis in omnibus suis scriptis tanquam naturæ hostes insectatur, & posteritatem contrario exemplo ad huius artis studium incendit, nam cùm esset admirabili quadã ingenij ui præditus, summo etiam studio, labore, uigilijs, uitæq; diuturnitate omniũ pene rerum humanarum, quæ in cognitione uersantur, exactam notitiam est consecutus. Itaque tot & tanta adiumẽta ad huius artis facultates percipiendas attulit, ut iam non mirum sit, si ei tantum splendoris dederit, quãtum sanè pauci ueterum medicorum, & philosophorum. Verè hoc mihi de CARDANO dicere liceat, illum unum in omnibus humanis scientijs tantum præstitisse, quantum in earum singulis præstantes uiri excelluerint. Id quidem satis patet ex eius operibus

in lucem editis, ex quibus tanta in hanc facultatem, atque humanum genus utilitas emanat, quanta fortasse ex Græcorum, & Latinorum medicorũ monumentis emanarit. Id autem clariùs pateret, si ederentur quamplurima eiusdem præstantis uiri uolumina, quæ ex eius testamento apud me reseruantur, & eius excellentem scientiam, ac singularem ingenij perspicaciam indicãt, & mortalibus forent utilissima: Confecit enim duodecim libros Contradicentium Medicorum, in quibus non Medicorũ solùm, sed etiam philosophorum dissidentes sententiæ conciliantur, qui ut ma. imo ab ipso studio compositi sunt, sic omnes editos subtilitate superãt: confecit & sex libros de Dentibus, utilissimos ad disputationes, consilia conscribenda, artis exercitationem, in quibus tota medicina explicatur. Item commentaria in libros Hippocratis de Victu in acutis, quæ Bononię conscripsit, dum supraordinariam lectionem profiteretur, & continent totam medendi rationem. Duo commentaria in quatuor primas Principis primæ sectionis doctrinas, quæ libri Floridorum inscribuntur, & alia multa in Medicina, Philosophia, Mathematicisq; scientijs, quæ ad posterorum utilitatem in lucem, ut spero, aliquando edam, auspicijs in primis Sanctitatis V. cuius proprium est fauere ingenijs, alere hominum industriam, bonasq; artes, & humano genere salutares sua liberalitate excolere. Id adeò re ipsa in huius operis editione expertus sum: Vestræ enim Sanctitatis quæ pro sua humanitate CARDANVM uiuum dilexit, & mortui memoriam cõseruat, & auctoritate promotus, & ope subleuatus, multo celerius quàm feciſſem opus ipsum promulgaui. Quare & præsens hæc nostra ætas, & futura S. V. acceptum referet, & quicquid ex hoc opere de SANITATE TVENDA utilitatis consequeretur: Vestræ enim S. benignitate factum est, ut opus excellens, atque eximium, quod ob tenuitatem meam diuturnæ tenebræ oppressuræ erant, in lucem prodiret, ad perpetuam auctoris laudem, ad sempiternam beneficentiæ V. S. testificationem, quã & si clarissimè eius publica, & heroica opera apud omnes testatam relinquunt, qualia illa sunt collegia ad omnium nationum institutionem magnificentissimè erecta, uiri in omnibus disciplinis doctissimi eius liberalitate sustentati, sacra ædificia extructa, pauperum inopia subleuata, eam tamen etiam hoc Opus posteris non mediocriter prædicabit: (quo futurum est ut à V. S. uerum ad imitandum exemplar in omni liberalitatis, ac magnificentiæ genere omnes Principes desumpturi sint.) Magnã enim Pater S. utilitas ex his libris in humanum genus proficisci potest: ijs enim omnia præcepta continentur, quæ ad uictus nostri institutionem, & ualetudinem conseruandam sunt necessaria, & ordine, ac recta ratione disponũtur, deducunturq; ab uniuersalibus, ac sex rebus non naturalibus, ut medici loquuntur, scilicet aëre, cibo & potu, somno & uigilia, inanitione & repletione, motu & quiete, atque animi accidẽtibus. Item ab ætate, sexu, regionibus, ac temporum mutationibus, nec quicquam prætermittitur quod ad hoc negotium pertinere uideatur, in quo omnes, qui hactenus scripserunt, multum defecerunt, &

Galenus

Galenus ipſe in omnibus copioſus, hac in re tenuis, & mancus fuit, quem tamen temporum ac regionū uarietates facilè excuſare poſſunt. Et maximam quidem diligentiam in ijs libris auctor adhibuit, priusq; longo uſu præceptorum uarietatem comprobare uoluit, quàm animum ad ea conſcribenda appelleret. In quibus id potiſsimùm ſpectauit tanquam V. S. ſeruus ſtudioſiſsimus, ut V. S. ualetudini conſulendo, Reipublicæq; Chriſtianæ ac dignitati conſuleret. Ego autem & ſi temporis ac laboris quamplurimū inſumpſi in huius operis corrigendi, & imprimendi ſollicitudine, me tamen ampliſsimum fructum conſecutum arbitrabor, ſi cognouero id à Sanctitate Veſtra non improbatum iri, ex quo etiam ad cætera eiuſdem auctoris opera in medium proferenda uehementius excitabor. Interim DEVM OPT. MAX. precabor, ut quod maxime doctiſsimus præceptor meus hoc opere ſtuduit, S. V. diuturnam incolumitatem concedere dignetur.

Beatitudinis Veſtræ

Seruus humiliſsimus

Rodulphus Syluestrius.

INDEX OMNIVM CAPITVM, QVÆ IN HOC OPERE DE TVENDA Sanitate tractantur.

	Cap.	Fol.
QVR disciplina tuendæ sanitatis fuerit neglecta.	1.	8
De erratis exercẽtium artem.	2.	9
De prandio, & cœna, & de exemplo dictorũ, & quantum faciat modus in unaquaq; re.	3. & 4.	13
De generali uictus ratione.	5.	19
De emolumentis materiæ salubris.	6.	29
An eadem sint auxilia salubria & longitudinis uitæ? Et an aër sit causa consumptionis humidi innati? An maior resolutio in somno, an in uigilia?	7.	30
De causis mortis, De uaria animantium uitæ longitudine. De ætatum hominis numero, ac diuisione: De morbis quod possint sanari exemplo exteriorum. Quomodo statui oporteat ætatum diuisionem à custodia.	8.	32
Authores qui de uita producenda scripsêre.	9.	37
De prægnatione.	10.	40
De generatione fœtus.	11.	44
De incremento eius.	12.	45
De nutritione, & facultatibus naturalibus.	13.	47
De ortu infantis.	14.	49
De lactatione infantis, & eius nutrice.	15.	51
De differẽtia quarti, quinti, & sexti, septennij, à tertio, in sex rebus non naturalibus.	16.	56
De aëre.	17.	58
De exercitio, an sit utile.	18.	61
De modis exercitationis.	19.	69
De utilitate, & incommodis cuiusque speciei exercitationis.	20.	71
De frictionum uiribus iuxta earum species.	21.	78
De balneis.	22.	80
De balneorum præparatione.	23.	81
De frigido balneo.	24.	84
De potu aquarum sponte nascentiũ, ut ad conseruandam sanitatem, seu ad curandos malos affectus faciunt.	25.	84
De irrigationibus.	26.	85
De quiete.	27.	86
De cibo, & eius quantitate.	28.	86
De considerandis in unoquoq; cibo.	29.	90
De alimentorum differentijs.	30.	94
De speciebus mali alimenti.	31.	95
De singulorum alimentorum facultatibus.	32.	97
De ciborum, potuum, & condimentorum ratione, atq; distinctione.	33.	98
De coctione ciborum, & potuum, tum generibus, tum speciebus.	34.	98
De coctionum tribus differentijs: De saporum comparatione: & de quadruplici gradu medicinæ.	35.	100
De elixatione, eaq; dissoluente, atq; cogente, & quomodo cocta dignoscantur.	36.	103
De modo coquendi edulia.	37.	110
De præparatione.	38.	113
De odorum, & saporum mistione.	39.	114
De saporum natura, ac uiribus.	40.	115
De succis, & coctione.	41.	118
De odoribus, & condimentis.	42.	121
De alimentis quod ex tribus sumantur.	43.	122
De sapore dulci.	44.	122
De his quæ sunt amica, & inimica uentriculo.	45.	123
De cruditate.	46.	125
Quòd ordo necessarius sit.	47.	127
De uarijs modis aluum deijciendi in cibis.	48.	128
De differentia medicamentorum utilium uentriculo, & reliquis membris naturalibus.	49.	130
De cibi, ac medicamenti differentia.	50.	130

EX LIBRO II.

	Cap.	Fol.
DE Nouem hominum statibus, ac eorundẽ diuersis conditionibus iuxta sanitatis conseruationem.	1.	132
De particularibus alimẽtis pro diuersa hominum natura.	2.	136
De pane, & eius differentijs.	3.	138
De Chondro, & Alica.	4.	141
De pulmentis, ac placentis, quæ ex farina triticea fiunt.	5.	142
De hordeo.	6.	142
De ptisana, ac Polenta.	7.	143
De aqua hordei.	8.	144
De olyris & typhis.	9.	144
De auena, milio, panico, & farre.	10.	145
De oriza.	11.	146
De fabis, ac lentibus.	12.	147
De pisis, & cicercula.	13.	148
De ciceribus.	14.	148
De lupinis, & fœnugræco.	15.	149
De phasiolis.	16.	150
De herbarum esculentarum natura, ac diuersitate, atq; de Plantis quæ crudæ edi solent, & earum partibus.	17.	150
De lactuca.	18.	153
De cichorio, endiuia, seri, & soncho.	19.	153
De malua, beta, attriplice, bliso & rumice.	20.	154
De brassica, & spinachijs.	21.	155
De portulaca, oxalide, ac solano.	22.	156
De buglossa, boragine, & melissa.	23.	156
De apio, petroselino, smyrnio, & lauere.	24.	157
De eruca, & gingidio.	25.	157
De ocymo, menta, & pimpinella.	26.	158
De fœniculo, anisо, & anetho.	27.	158
De origano, hyssopo, & pulegio.	28.	159
De sinapi, & cymino.	29.	159
De papauere, & coriandro.	30.	160
De serpillo, satureia, & sampsuco.	31.	160
De Mercuriali, & lupulo.	32.	161

De saluia,

ELENCHVS CAPITVM.

	Cap.	Fol.
De ſaluia, roremarino, & betonica.	33.	161
De ruta, abſynthio, & carduo hortenſi.	34.	162
De Capparibus, & aſparagis.	35.	163
De cauliculis, atq; germinibus.	36.	163
De cucurbitarum generibus.	37.	165
De peponib. melopeponibus, & cucumeribus.	38.	166
De plantis in generali.	39.	167
De radicibus.	40.	168
De radicula raparia, rapa, napo, radicula, raphano.	41.	169
De bulbis, cæpis, porris, ſcalongijs, ſeu aſcalonijs, & cæpula.	42.	171
De tuberibus, & fungis.	43.	173
De aculeatorum radice.	44.	176
De radice ari, & utriuſq; dracunculi.	45.	177
De radice cichorij.	46.	177
De glycyrizza.	47.	178
De laſero, ſiſaro, dauco, ſmirnio, petroſilio, fœniculo, ſeſeli, paſtinaca, carota, caro, & barbula hirci.	48.	178
De geniculo, & ornithogalo.	49.	180
De fructibus arborum.	50.	180
De ceraſis.	51.	182
De moris, ſycomoris, & rubis.	52.	182
De fragis.	53.	184
De prunis, mixis, ac ziziphis.	54.	184
De perſicis, præcocibus atq; armeniacis.	55.	185
De malis.	56.	186
De pyris.	57.	187
De cotoneis malis.	58.	187
De meſpilis, ſorbis, arbuto, atq; corno.	59.	188
De malo punico.	60.	189
De glandibus, & caſtaneis.	61.	190
De nucibus iuglandibus, atq; auellanis.	62.	192
De amygdalis, piſtacijs, & pineis.	63.	192
De medico malo, arãtio, malo adami, limunio, limuniata, & eorum floribus.	64.	194
De dactilis.	65.	195
De iuniperi, ac lauri fructibus.	66.	195
De oliuis.	67.	196
De ficubus recentibus, & paſsis.	68.	196
De uuis recentibus, & paſsis.	69.	198

EX LIBRO III.

	Cap.	Fol.
De Carnibus, earumq; differentijs.	1.	201
De differentia partium in quadrupedibus.	2.	203
De ſue, & apro.	3.	204
De uitulo, tauro, & boue.	4.	206
De agnina, ueruecina, arietina, & ouilla.	5.	207
De hœdina, caprilla, & hircina.	6.	208
De capreolo, ceruo, lepore, ac cuniculo.	7.	209
De erinaceis, hiſtrice, ſciuris, atq; gliribus.	8.	210
De reliquis id genus animalibus ab uſu ciborum damnatis.	9.	210
De cochleis, atq; teſtudinibus.	10.	211
De lacte.	11.	213
De lactis partibus ſimplicibus.	12.	214
De lactis partibus compoſitis.	13.	218
De auium differentijs.	14.	219
De gallo, capo, gallina, & pullo.	15.	220
De columbis.	16.	221
De pauone, grue, ciconia, & ſtruthyocamelo.	17.	222
De anſere, & anate.	18.	223
De perdice, & coturnice.	19.	223
De attagene, phaſiano, & turture.	20.	225
De turdis, merulis, & ſturnis.	21.	225
De alauda, hortulanis, paſſeribus, atq; alijs minutis auiculis.	22.	226
De ouis.	23.	227
De piſcibus, ac eorum differentijs.	24.	229
De partibus piſcium.	25.	231
De piſcium in alendo permultis differentijs, ac facultatibus.	26.	232
De mugile, lupo, & mulo.	27.	233
De ſaxatilibus, & eorum alimento.	28.	235
De ſcaro, merula, & turdo.	29.	235
De iulia, perca, & phycide ſeu fuca.	30.	236
De cynedo, anthia, & chamia.	31.	237
De gobionibus, & exoceto.	32.	238
De piſcium molli carne præditorum alimento.	33.	239
De aſello, murena, & ſauro, ſiue lacerta.	34.	240
De Amia.	35.	241
De Paſſare, & rhombe.	36.	241
De bugloſſo, ſiue ſolea, hepato, & citharo.	37.	242
De umbra, ſeu umbrina marina.	38.	242
De piſcium duræ carnis alimento.	39.	243
De dracone, cuculo, lyra, & coruo.	40.	243
De muſtelo, & catulo.	41.	244
De ſcorpio, trachuro, & orpho.	42.	245
De congro, anguilla, & glauco.	43.	246
De libella & lamia.	44.	247
De aquila, & pagro.	45.	248
De piſcibus à Galeno omiſsis, qui apud nos quotidie ſunt in uſu.	46.	249
De aurata, ſparo, & cantharo.	47.	249
De mæna, & ſmaride.	48.	250
De erythrino ſiue rubellione, boce, & ſalpa.	49.	251
De ſphyrena, & acu.	50.	252
De ſcombro & thymeo.	51.	252
De ſturione.	52.	253
De ſargo, Melanuro, & lato piſce.	53.	254
De lampetra.	54.	255
De aloſa, Halecula, & Harengo.	55.	256
De teſtaceis, atq; eorum alimento.	56.	257
De aſtacis, & gammaris.	57.	258
De locuſta, & ſquilla.	58.	259
De cancro, & paguro.	59.	260
De mæa, & echino.	60.	260
De mollibus piſcibus, & eorum alimento.	61.	261
De polypo, ſepia, ac loligine.	62.	261
De cartilagineis planis, & eorum alimento.	63.	263
De paſtinaca, & torpedine.	64.	263
De raia, læuiraia, Squatina, ac cæteris cartilagineis.	65.	264
De cetaceis, & eorum alimento.	66.	265
De balena, phoca & delphino.	67.	266
De cypirinis, tyncis, & lucijs.	68.	267
De ſqualis, ſiue lauedinibus, & barbis.	69.	270
De ſalmone, truta, & carpione.	70.	270

	Cap.	Fol.
De ſalmerino, & agone.	71.	272
De ranis.	72.	273
De piſcibus ſalitis.	73.	274
De ſatione compoſitionis ciborum ac præparationis.	74.	275
De ſale.	75.	277
De oleo, & eius ſpeciebus, & ſingulorum facultate.	76.	278
De aceto.	77.	279
De melle, & ſaccharo.	78.	280
De muria, garo, ſapa, & omphacio.	79.	282
De cinamomo, & gariophylis.	80.	284
De piperis generibus.	81.	285
De croco, & zinzibere.	82.	285
De nuce moſchata, & macere.	83.	286
De potu.	84.	287
De aqua.	85.	288
De uino, ac eius differentiis.	86.	290
Quibus modis aquæ uitia corrigi poſsint.	87.	293
De ceruiſia, & aliis potibus artificialibus, atque eorum nocumentis.	88.	294
De ſomno, & de his quæ ipſum conciliant.	89.	295
De his quæ à ſomno fieri debent, & totius diei diuiſione.	90.	300
De uigilia.	91.	301
De exceſsibus.	92.	301
De repletione.	93.	303
De uaſorum euacuatione.	94.	303
De re uenerea.	95.	305
De animi accidentibus, & an omnes animi affectiones exſiccent.	96.	305
De moleſtia paruorum animalium euitanda.	97.	307
Confirmantia cerebrum, & ei noxia.	98.	309
De his qui cuſtodia indigent.	99.	310
Vinctorum, ſeruorum, atq; aliorũ uictus ratio.	100.	311

EX LIBRO IIII.

	Cap.	Fol.
De Senectute.	1.	312
ſcopum in ſenibus eſſe ad producendam uitam, in iuuenibus ad ſanitatem.	2.	313
De uitæ longitudine, & an optimum ſit ſtatim cuſtodia uti, exempla, & modi.	3.	314
De ſignis longæuæ uitæ, & bonæ ualetudinis, & temperamenti.	4.	320
Senes non ferre ualida auxilia, & de cauſis difficultatis conſeruandi illos, & de quatuor falſis præſidijs.	5.	325
De uictu ſenum, & incommodis, quæ ad illum ſequuntur.	6.	326
De uictu antiquorum.	7.	330
De uictu eorum qui dentibus carent.	8.	331
De Quantitate, & numero cibationis ſenum.	9.	332
De propria uictus inſtitutione, dum ſexageſimũ ſextum annum agebam.	10.	333
De aëre, ueſtitu, balneo, & ſomno ſenum.	11.	335
De exercitio ſenum, & an amplius offendantur illius prætermiſsione, quàm iuuenes.	12.	341
De uenere ſenum, & de ætate generandi.	13.	341
De ſenum triſtitia.	14.	342
De canitie, & caluitie.	15.	343
De uita ſtudioſorum, profeſſorũ, magiſtrorum ludi literarij, ſcribentiũ, & uarietate artiũ.	16.	345
Ad raucedines, & deſtillationes in genere.	17.	348
Ad corizas.	18.	349
Ad uiſus hebetudinem.	19.	349
Ad dentium eroſionem, atq; debilitatem, gingiuarumq; eroſionem.	20.	350
De præſeruatione à rumice, ſeu ab hernia.	21.	351
De præſeruatione à doloribus iunctu arum.	22.	352
De emendatione cuiuslibet imbecillitatis in uniuerſum, ſeu generaliter.	23.	353
De errorum emendatione.	24.	354
Ad flatum ſenum.	25.	356
De uentriculi cura.	26.	357
De uomitu, & proximis illi.	27.	363
De cauſa ſeroſorum excrementorum in ſenibus.	28.	364
De præſeruatione à fœtore corporis.	29.	365
Ad crudutatẽ ſenũ, ubi de uomitu prouocando.	30.	365
Ad lapidis generationem tam in renibus, quàm in ueſica prohibẽdam, & ad eos qui iam geniti ſunt, diſſoluendos.	31.	366
De detrimentis aſtricti aluus.	32.	369
De regimine conualeſcentium.	33.	369
De regimine iter agentium.	34.	369
De regimine tractantium uenena.	35.	372
De locis ubi adſunt ſerpentes.	36.	373
De unguentis, ſeu oleis Regijs.	37.	374
Electuaria, & Medicamẽta compoſita ad producendam uitam.	38.	376
Lætificantia confirmantia calorem naturalem.	39.	378
Quæ calorem naturalem ſeruant, & quomodo adaugeant, uitæq; longitudini conferant.	40.	379
Certa quædam ratio breuis Tuendæ ſanitatis.	41.	380
Breue quoddam compẽdium. De omnium ætatum uictu in generali.	42.	383

FINIS ELENCHI CAPITVM.

INDEX

INDEX RERVM AC VERBORVM MEMORABILIVM, QVAE PRAECIpuè in hoc Opere, de SANITATE TVENDA compræhenduntur.

A

Cæna cur ſtatim ſomno indulgere non debeamus. Pag. 19
Ab ortu infantis quid agendum 49
Abortus futuri ſigna 39 quando 44
Abſynthij genera 162
Romani uires 162
Abſynthium uentriculo amicum 125
Acerborum uires 117
Aceti ſcillitici laus ac uires 21 uires 279
Acetoſæ ſpecies, atq; earum uires 156
Acetum ſcillinum quibus non cõueniat 21
Acidorum uires 117
Acinum trifariam dici 190
Acria ab immodico calore fieri 23
Acrium incommoda 5 uires 117
Acus piſcis & eius uires 252
Ad inſueta aliquando tranſire oportet 17
Aden quid 318
Adeps pituitam generat 22. 223
Adnotanda in ciborum uſu 164
Aër ut purificetur 28 corpora noſtra exſiccat 29 Bononiæ craſſus eſt 59 maritimus 337 multũ ad uitæ longitudinẽ ac breuitatẽ facit, & quomodo 31. 59 nos circumdans purus non eſt 60. 61 quietus malus 60 quomodo humidum exſiccet 58 ſordidus breuẽ efficit uitã 59 ualde frigidus aut calidus, cur potius peſtem ſedet quàm irritet 60 ubi malus, aqua eſſe bona non poteſt. ibid.
Aëris inſpiratus neceſsitas 61 optimi tum aquæ electio, ad longæuã uitam neceſſaria eſt 7 mutatio quæ bona præſtet 61
de Aëre ſenum conſideratio 339
Agaricus 125
Agitatio quid 70
Agitationis commoda atq; incõmoda 77 tres communis differentiæ 70
Agni carnis uires 207
Agonus piſcis quis, & eius uires 274
Agrippæ balnea 83 pauci naſcuntur 49 ut facilius naſcantur. ibid.
Alaudarũ genera duo, ac earũ uires 226
Album in quibus conſtet 113
Aldus notatur 226
Alecula quæ, & eius uires 257
Alecularum ſalitarum uires 257
Alexandri Sylueſtrij Hiſtoria 376
Alica Romana 141
Alicæ alimentum. ibid. uſus ibid.
Alicam à chondro differre. ibid.
alimẽtum ad longæuam uitam ſolidum, atq; humidum eſſe oportet 6
diuerſificari iuxta ætates 315
malum quid 95
alimentum illud optimum eſt quod denſum eſt 97 ſolidum eſſe debet 216
alimẽtorum qualitates ex quibus dignoſcantur 27 ſuauitas utilis 26
alimenta ſemper eandem naturam habere debent 128 in tria genera ab Hippocrate diſtinguuntur 97
omnia è tribus diſſumi 122
optima quæ 121
alimenti boni conſiderationes quæ 97
mali quinq; genera 95
Allium & acetarium quibus conſtent 121
Alliata 172
alliorum uires. ibid.
aloes uentriculo inimica 124
Aloſa quæ 256
Aloſæ condimentum. ibid. marinæ ac fluuiatilis uires. ibid.
Aloysij Cornarij Hiſtoria 318
Alphacheum uires 221
Alui deiectionem negligere quid mali pariat 380
alui ſuppreſsio metuenda 379
Aluus ſuppreſſa quibus noceat. ibid.
ut deijciat 128
Amara non nutriunt 24. 117
omnia an detergant 389 ualde quæ aluum moueant 129
Amarorum facultates 117
Ambiens quod humidum naturale non exſicet 58
Ambræ uires 318
Amia piſcis quæ, & eius uires 229
Amicos plures habere malum eſt 342
Amuleta quæ 367
Amygdalæ uirides 192. 193
Amygdalarum oleum 193
uires. ibid.
Anatum uires 223
Andreas Alciatus Iuriſconſultus 78
Anethi conſideratio 113
uires 113. 159
Anethum uirgilianum 20
Anguilla, & eius uires 246 marina inſuauis. ibid.
Anguillæ ſalſæ & fumo conditæ male fol. 247
Anguillarum pinguedinis uires 247
ortus. ibid.
Animaduerſiones circa membrorũ imbecillitatem 329
Animal nullum quod carne ueſcatur longæuæ eſt uitæ 65
Animalia frigeſcunt per teſtium exactionem 209
Animalibus cur guſtus & ſapor data ſint 164
Animalium paruorum quinque ſpecies 307
Animi affectus mali 35
Animi accidentia quæ, & eorum uires 305
Animos noſtros immortales eſſe 334
Animæ inſtrumentum 1
Aniſorum uires 159
Anſerum adeps 223 duplex genus. ibid. iecoris uires. ibid.
Anthias quæ, & eius uires. 237
Antiochus medicus 533
Antiquorum error 210
Apij multa genera, ac eorum uires 157
paluſtris uires. ibid.
Aqua ardens ex auena 144
omnium materia 113 potus naturalis 287 fluminum calculos generat 289
Aqua non nutrit, ſed eſt uehiculum nutrimenti 26
Aquæ decoctio 294 ordei uires 144 corruptæ noxa 293 quæ corrumpuntur. ibid. percolatio utilis 289
Aquæ uitia quomodo corrigi debeant 292
commoda 26
Aquam purgat motus 294
Aquarum quæ meliores 288
optimarum ſigna 289 turbidarum uſus lapides in renibus ac ueſica generat 84
Aqueo humore quæ prædita ſunt, pernitioſa ſunt 118
Aqueus humor quomodo concoquatur 310
Aquila piſcis, & eius uires 248
cauda pernitioſa. ibid.
Aragonum regis dictum 8

Arbutus qui, & eius uires 189
Aristotelis dictum 38
Ars medica omnibus utilissima 2
cur sublata sit 2
cur suo sæpe frustretur fine 28
fructuosissima est 3
Arti medicæ ut propiùs accedamus, quæ scitu sint necessaria 3
Artis medicæ utilitates. ibid.
Ars tuendæ ualetudinis 57
Artis medicæ inuentio ab experimento ortum habuit 110
Artium duplicem contemplandi differentiam 2
Ascalonias non è bulbi genere esse 172
Ascaloniarum uires. ibid.
Asellorum piscium quinque species, & eorum uires. 127
Asparagorum uires 163
Asphodelus contra uenenum 212
Assata in ueru qualia 99
Assata quibus conueniant 112
Assatorum plures species 98
Astacus quis 258
Astringentium facultates 117
Athletas paucos admodũ senescere 66
Atramentum ut non congeletur 278
Attagen quæ, & eius uires 225
Attenuantia quæ 359
Attenuatio duplex 310
Attriplicis uires 155
Auarus plus impensæ facit quàm liberalis 46
Auellanæ, & earum uires 192
Auenæ temperamentum 145
Aues quæ infantibus oculos eruere soleant 56 quæ meliores 202
Aues montanæ campestribus meliores 219. 227
Auium alimentum in genere 219
differentiæ à quibus. ibid.
Aurantiarum uires 194
Aurelij Stagni insignis medici experimentum 350
Austera, & eorum facultates 117
Author in quatuor dissentit à Galeno de exercitatione 71
Authoris duo singularia 335
historia nota 232 patris experimentum 195
Authores quæ de uita producenda scripsêre 37
Auxilium ex consuetis 134
Auxilia non esse eadem salubritatis, & longitudinis uitæ 31 ad tollendam eruditatem 366
Azarolæ uires 188

B

BAlena, & eius uires tam recẽtis quàm salitæ 266
Balenæ fistula. ibid.
Balnea Agrippæ 84 calida non prosunt 80
Balnea frigida calefactis gratiora. ibid.
tepida uires exoluunt. ibid.
Balnei aquæ dulcis uires 53
Balnei uires 81
à Balneo frigido bonum non est quẽquam in frigidam immergere 84
Balneorum præparatio 81
Balneum differt à thermis. 80
frigidum calefacit 84 senibus utile 336
Balsamum ueficæ lapillos exterit 279
Barbarorum usus damnatus 50
Barbus piscis qui, & eius uires 270
Bellonij ac Rondeletij error 238
Bene nutrientia quæ 48
Beneolentia, & maleolentia quæ 23
Betæ species 154
Betæ uires 154
Betonicæ uires 162
Bezahar, & eius uires 372
Bilioſi cur inædiam non ferant 16
Boces piscis, & eius uires 251
Boleti 175
Bolus contra pestem 162. 192
Bononiensium experimentum 29
Boraginis floscŭli 156
Boraginis uires. ibid.
Borago unde dicta. ibid.
Botarghæ, ac earum uires 234
Boum differentiæ 206
Brachmanes Indi cur nobis plus uiuant. fol. 22
Brasauoli error 144
Brassica bis cocta 112
Brassicæ decocti uires 155
Brassicæ species plures, & earũ uires. ibid.
Brassicarum cimata. ibid.
Bugloſſum piscem lenguã esse, & eius uires 242
Bulborum fallax usus 171
uires. ibid.
Bulbus quid. ibid.
Butyri alimentum optimum esse, sed non bonum cibum 217 usus duplex 216
Butyrum, ac eius uires. ibid.
contra uenenum 217 cur non sit cibus bonus. ibid.

C

CAeparum plura genera, & earum uires 171
Cæparum usus malus. ibid.
Cæpulæ uires. ibid.
Cæsaris laus 288
Calida ualde cur euitanda 138
Calidum non impeditum igneum generat impeditum autem putridum 2
Calor inextraneus naturalem corrumpit 106 in nobis duplex 378 in somno reuocatur 16 insitus à quibus extingui possit 33
Calor insitus omnes perficit corporis operationes 32
Calor qualis, & quantus esse debeat ad uitæ longitudinem 315 quomodo agat 2
Calorem naturalem quæ cõfirment 378 ingenitum omnium in corpore concoctionum præcipuum esse opificem 16 innatum excitantia 135
Caloris quatuor genera 2
Caluities cur accidat 344
Cancri qui, & eorum uires 255
Canes super uentriculum detentos coctioni prodesse 299
Canities pluribus animalibus communis pag. 343
Canities quid. ibid.
Cantharus piscis, & eius uires 250
Capi qui, & eorum uires 220
Capillos conseruantia 344
Capitones sunt mugilum meliores 233
Cappares lienem adiuuare, uentriculo uerò obesse 123
Capparum diuersæ facultates 163
uires. ibid.
Capreoli uires 209
Caput lactis 89
Cardui agrestis uires 176
Cardui cur mali 6
Carduorum usus, ad uires 162
Cardus sanctus, & eius uires 380
Cari uires 180
Caricarum uires 197
Carnium differentiæ 201
Carnem piscibus longè concoctu durio rem 113
Carnes seniorum animalium malè 202
Carnis caprearum ferarum uires 208
Carnis cerui uires 209
Carnis caprinæ uires 208
Carnis hircinæ uires. ibid.
Carnis cuniculi uires 210
Carnis ericiorum uires. ibid.
Carnis glirium uires. ibid.
Carnis histricis uires. ibid.
Ciurorum uires. ibid.
Carnis leporis uires 209
Carnis hœdinæ uires 208
Carnis ueruecinæ uires 207
Carnium usus malus 276
Caro bubula ab aliquibus melius ouis conficitur 97
Caro agni, & eius uires 205
Caro bubalina cur praua 206
Caro arietum mala. ibid. damæ 208

Carō iecur uitiat, & ad malos morbos præparat 95
Caro lactantis porci mala 205
Caro castrati laudabilior 208
quæ, & quomodo fiat 201
Caro ut diu incorrupta seruetur 29
ouile mala 207
Caroli Quinti Historia 30
Carotæ uires 179
Carpio piscis qui, & eius uires ac præstantia 272
Cartilaginei pisces plani qui, ac eorum uires in genere 263
Casei equinei quis 216
Casei uitia 215
Casei uires. ibid.
Casei incommoda 5
Caseus ouillis melior 215
Caseus quis. ibid.
Caseum seruandi modus 216
Casia, & manna prægnantibus possunt exhiberi 41
Casia nigra quæ optima 129
Casiam nigram uentriculo obesse 124
Castratorum caro melior 202
Casuum duo genera 4
Catropicum regium 129
Catulus piscis, & eius uires 245
Cauiarij uires 255
Cauliculi inutiles qui 164
Caulium usus malus 5
Causam conscribendi opus 8
Causa difficultatis concoctionis 91
Cephali sæpe loca mutant 233
Cerasorum austerorum genera, ac uires. fol. 182
Cerasorum præparatio. ibid.
Cerasorum diuersa genera, & eorum uires. ibid.
Cerebrum lacte maximè augetur 52
Cerebri confirmatio difficilis 309
Cerebri obstructionibus quæ iuuent 210
Cerebro iuuantia, ac nocentia 209
Ceruisia inebriat 295
Ceruisia quæ, & eius uires 294
Ceruisiæ differentiæ. ibid.
Ceruisiæ uires 162
Cetacea prominens genitale habere 265
Cetaceorum uires 266
Cetus quis 265
Chamia quæ, & eius uires 238
Chondrus 141
Cibaria crassa quæ, & quibus conueniant 137
Cibaria imbecillia breuem efficiunt uitam 95 laudabilia quæ 137 pessima quæ 121
Cibaria tenuia quæ, & quibus conueniant 137
Cibaria crassa solidum præstant alimentum 137
Cibi crudi in alienam qualitatem facilè transmutantur 26 flatuosi qui 356 facilis concoctionis signa 136 capiti noxij qui 93
Cibi aluum mouentes non prorsus sanis conueniunt 93
Cibi crassi in crasso aëre quæ mala pariant 60 intemperati malum generant sanguinem 91
Cibi mali bonū possunt exhiberi alimentum 9 multorum excrementorum naturam impediunt à muneribus salutaribus 92 qui fugiendi in genere 4
Cibi tenuioris alimenti breuem efficiunt uitam 5 tenues in tenui aëre quæ mala pariant 60 non bene mansi incommoda 331
in Cibis quæ sint considerandа 90
Cibis ultimis repleri nihil deterius 120
Ciborum differentiæ à quibus sumendæ 93 medicinalium duplex genus 130 prauorum inditia 4 uarietas mala 330 triplex differentia 131 diuersa temperamenta 136
Cibos, & potus alimentum sibi simile generare 127
Cibum semel tantum in die assumere, corpus emaceat, siccat, & aluum sistit 15
Cibus coctus trifariam assumitur 102 cur non exhibeatur febre in uigore existente 10 iucundus 193 optimus qui 89 medicamenti uicem obtinens 121 mistus trahitur ad iecur 126 albus hispanorum qui 147 omnis consimilis est illi cuius est cibus 130 qui boni sit alimenti 90 quilibet humidus est 131 quot modis bonus 216 medicinalis in quo differat à medicina cibali 130 humidus pro nutrimento esse debet 327 quibus dandus non sit 303 molere exquisitè oportet 331
Cicercularum uires 148
Cicerum differentiæ. ibid. rubrorum ius quale 149 uires. ibid. temperamentum. ibid.
Cicera uiridia. ibid.
Cichorij diuersum temperamentum 153 genera, & uires. ibid. radix, & eius uires 153. 154
Ciconiarum uires 222
Cimices ut tollantur 308
Cinamomum cur difficulter concoquatur 90 nostrum non esse antiquorum cinamomum 284 quid, & eius uires 284
Cinamomi nostri uires 284
Cinaræ uires 163
Circumuerti inutile 75
Citharus piscis, & eius uires 242
Citri stillatitiæ uires 195
Cochleæ uentriculi doloribus utiles ac iecori 211
Cochlearum iuris uires 212
descriptio 211
quatuor genera. ibid. stillatitiæ facultas 212 uires. ibid.
Cocta bis qualem acquirant odorē 111 112 plus nutriunt quàm cruda 167 quomodo plus nutriant 111
Coctio à superfluo humido impeditur 99 ad tria respicere debet 111 sub prunis quibus conuenat 111
Coctio in oleo 108
Coctio cur fiat 110
Coctio longa per uehementem ignem optima est 106
Coctio melior quæ 100
Coctio quadruplex. 110
Coctio quæ dissoluit, prius emollit 103
Coctio quid 97
Coctio ut bona fiat 348
Coctio facilis in cibis quid præstet 136
Coctionem facilem efficientia 110
Coctiones tres 126
Coctionis inditium 110
Coctionis malæ species 105
Coctionis ordo 361
Coctionis uitia 110
Coctionis facilis signa 136
Coctionum differentiæ 99. 151
Coctorum triplex usus 164
Cœna prandio uberior esse debet 15
Cogitationes nostræ quales esse debeant. fol. 38
Colocynthis cur uentriculo inimica 124
Color in omnibus obseruandus est 100
Columborum plura genera. 221
sanguis. ibid. stercoris uires. ibid. syluestrium uires 122 turritorum uires. fol. 221
Compositionis duplex ratio 322
& præparationis differentia 276
utilitas 275
Composita cōtra uenena ac pestem 375
Conceptus maris aut fœminæ signa 42
Concharum plura genera 258
Conchylia cur lunæ lumine impleatur. fol. 258
Concoctio condensat 136
est assimilatio 17 optima quæ 76
Concoctionis causæ 168
Concoctionum cōparationem nota 168
Condiendi modus quē accarpionare uulgariter

gariter appellant 250
Condimentorum diuisiones 98
Condimentum ex piscibus optimum 103
Confectiones regales 377
Congri piscis duplex genus 246
Congrus piscis, & eius uires 246
Conseruandi uarios modos 63
Conseruatio sanitatis quibus per similia, & quibus permoderatè contraria 132
Considerandа in cibis 137
in edulijs 168
Consideratio circa uigiliam 339
Consuetudo est altera natura qui mutare debeant 18
Consuetudo mala 167
Consuetudo omnia emollit si frangatur 288
Consuetudinem seruandam esse 18
qui mutare debeant. ibid.
Contemplationem esse finem humanæ uitæ 88
Conualescentes potius sunt ægri quàm sani 369
Conualescentes custodia indigent 311
Coquendi modus 112
Cordis palpitationi buglossam non parũ prodesse 393
Coriandri uires 160
Coriza, & eius solutio 349
Cornari sententia 37
Cornicularum usus 150
Cornus qui, & eius uires 189
Corpora excrementis redundantia quæ cauere debeant 28 fluoribus semper obnoxia 42 quæ plurimum crescunt 47 pletorica ac cacochima cur aqua frigida balnearі non debeant 84
Corporeas uirtutes omnes finitas esse 36
Corporum quatuor maximæ differẽtiæ. fol. 381
Corpus in somno refrigerari 298
maius maiori indigere nutrimento 48
nostrum ob nutrimentum deterius continuo fieri 59
Corruptionem in cibis multis modis contingere posse 26
Coruus piscis, & eius uires 357
Coturnicis historia, ac eius uires 224
Coturnicũ crebriorẽ usum dãnari. ibid.
Coturnix quæ. ibid.
Crepuscula cur mala 298
Croci uires 285
Cruda ab igneo calore superari 97
Cruda quæ 105
Cruda quæ comedi possunt, si non perfectè coctæ comedantur, parum obesse possunt 29 maximè aduersari naturæ nostræ 118
ob putredinem pessima esse 106
Cruditas ut concoquatur 363
Cruditatem excrementitiam statim esse purgandam 360
Cruditatem maximum esse malum 125
triplicem esse 366
cruditates bonum est non admittere 126
triplicem esse 366
quomodo corrigendæ 126
Cruditatis damna præcipua 226
Crustacea quæ, & eorum uires 258
Cuculus piscis, & eius uires 244
Cucumer anguinus cur uentriculo inimicus 124
Cucumeres seorsum generare alimentum 95
Cucumeris uires 165
Cucumerũ, melonũq; feminis uires 166
Cucumis quid, & eius uires. ibid.
Cucurbita cur inter oleracea ponatur. fol. 165
Cucurbitæ uires 165
Cur aliqui absq; regula diu uiuant 39
Cur bis elixata malè oleant 107
Cur quædam, bis aut ter elixari debeant. fol. 109
Cur per mẽsem à puerperio mater lactare non debeat 51
Cur uariæ sint animantium uitæ productiones 36
Cur uestigium cibi desiderati à muliere membro fœtus imprimatur 45
Curæ tristes contabefaciunt corpus 301
uitam abbreuiant 301
Curandi uis in prima die 12
Custodiæ duplex intentio 254
Cymini usus ac uires 160
Cynedus piscis qui, & eius uires 237
Cyprini cur siccentur 268
Cyprini electio, ac partes meliores 267
Cyprinorum oua uenerem excitare 268
Cyprinus qui, & eius uires 267
Cyrenaici proprietas 179
Cytoniorum condita uaria 188
Cytoniorũ genera, & eorum uires. ibid.

D

DActylorum uaria genera, & eorum uires 195
Dauci uires 180
Dauid rex 36
Deambulatio longa quibus conueniat, & quibus breuis 341
Deambulationem utilem esse 72
Defluxum ad pulmones in iuuenibus uale periculosum esse 348
ad uentriculum in senibus esse malum. fol. 348
Defluxus diuersionem tribus modis fieri. fol. 348
Defrutum quid 283
Delassari non conuenit 87
Delphini proprietas ac uires 267
Delphinum nostrum non esse Aristotelis, & Plinij delphinum 267
Delphinus piscis qui ibid.
Dentes anteriores. & mandibulares 331
non esse uitæ necessarios. ibid.
quæ conseruent 350
robustos plurimum ad uitam producendam conducere 65
Destillationis causæ, & incommoda 348
Destillationem curandi quinque esse intentiones. ibid.
Detergendi facultatem non unam 359
Detergentia appetitum excitare 362
duo præcipua 363 commoda quæ 361 quæ 349
tria ualde diuersa 358
ualida quæ. ibid. uentriculi substantiæ inimica 360
Detrimenta malæ elixationis 106
Diamuschum, & eius uires 379
Diaphœnicon 195
Diei particularis distinctio 345
Differentia inter coctionem, & nutritionem 47 inter cibum, uenenum, ac medicamentum 130
inter elixationem naturalem, & artificiosam 108
inter Hippocratem, & Galeni methodum 101 inter passerem, & rhumbum 242
Dilatatio pupillæ, & eius cura 350
Diligẽtia in minimis etiam necessaria 14
Discrimen inter orizam, & alicam 146
Diuturnæ uitæ sex inditia 65
Documentum 207
Dormire cum infectis malum 299
ore aperto malum. ibid.
Draco piscis, & eius uires 243
Dracunculorum radicis uires 177
Dulce omne calidum, & tenue esse, sed non omne siccum 116
Dulcia in bilem facilè uerti. ibid.
quomodo iecori noxia 276
Dulcium uires 115
Duritiem duplicem esse 92

E

EAdem anamica uentriculo, iecori, & renibus 175
Ebulientis humoris signa 111
Echinus quis 260
Echini optimi, & eorum uires 261
Edulia in coctione mutantur 101
Effectus à natura semper ijdem 14
Elementorum cõtrarietas necessaria 33

Elephas diu uiuit 34
Elixa quibus conueniant 112
ut cocta dignoscantur 103
prorsus sunt inutilia. ibid.
Elixari in aqua quæ debeant 120
Elixata bis cur malè oleant 108
Elixatio semper auget saporem, & odorem 105
Elixata quomodo uires amittant, atque alia easdem recipiant 112
in Elixatione superiora feruent 113
Elixationis malæ detrimenta 107
utilia 105
Embamma quid, & eius uires 114
Embammatis albi uires. ibid.
Embemmatum materia 113
Emollitio quæ 136
Endiuiæ uires 154
Entis cuiuscunq; non æterni naturale est sibi simile generare, ut maneat 1
Episcopi Campegij podagrosi uictus ratio 352
Equitantium uictus 70
Errorum multitudo non efficit consuetudinem, sed præuaricationem 9
Erucæ species, & earum uires 157
Erythrinus piscis, ac eius uires 251
Euacuatio quando fieri debeat 303
Euacuationis diuisio 304
Examen nota 333
Excessus qui 501
Excrementa exercitatione tuto euacuari non posse 67 ut pauca gignantur 64 quæ mala pariant 61
Excrementorum abundantia quidã morbus est 65 abundantia senectus quædam est 61 duo genera 305
Exercitatio an faciat ad corporis incrementum 46 duplex 68
propria 77 in senibus mala 81 à cibo an mala sit semper 77 magna quæ 70
quibus incommoda 67
ualida cur inutilis 68 ualida quando q; bona 94 cruditatibus est inimica 96
Exercitationem uitæ longitudini conferre 61
Exercitationem non inuentam ob excrementa 67
in Exercitatione quæ cõsiderãda sint 77
Exercitationis commoda 73
cuiusq; differentiæ, ac uires 74
æstiuæ atq; hyemalis incommoda 75
dissimilio 69 tria commoda 61
Exercitia humano corpori necessaria 28
partibus propria 70. 74
Exercitij septem notissimæ differẽtiæ 69
utilitates 317
Exercitiorum genera 70
Exercitium cur sembus noxium 341
immodicum malum 367
nil ad uitæ longitudinem cõferre, quatuor argumentis probatur 62
Exoceti qui 239
Expergefactio unde 296
Experimentum Aurelij Stagni insignis medici 350 nostrum 376
optimum ad uisus hebetudinem 349

F

FAbam antiquorum à faba nostra differre 147
Fabæ capitis dolorem patientibus nocuæ. ibid.
Fabarum uis. ibid.
Fabarum usus. ibid.
Fabritius Corregius Austriacus 335
Facultates naturales septem 47
Far quid, & eius uires 146
Farcimina tenuissime diuisa 117
Farina qualis 140
Fascia coriacea ad hernias 351
Febrium malignarum causa 137
Ficus ficci 136
à Ficuũ comestione cur aquæ potus melior 197
Ficuum uires. ibid.
Finis huius operis 4
Fistula ex albo plumbo 129
Flatuosi cibi qui 356
Flatus generationẽ quæ prohibeant 356
incommoda 6 in senibus quæ pariat 356
Flores cocti, nec uires, nec substantiã ullam habent 120 optimi 151
Fluuij unde dicti 371
Fœnugræci uires, ac temperamentũ 149
Fœniculi radicum usus, ac uires 179
usus, ac radices 158
Fœtui quæ sua proprietate prosit 44
Fœtus quando periculosus 40
caput ubi aqua plenũ reperiatur quid agendum 49 qui robustiores sint 45 per umbilicum in utero nutrimentum recipit atque per eundem lotium emittit 49
mortui signa 40
Fontes corpus debilitare 326
Forma plus potest quam motus & materia.
Fraga, & eorum uires 184
Fragorum stillatitia aqua. ibid.
Francisci Mollini patritij Veneti historia 5
Frictio diuturnos capitis dolores leuat 79 est media inter exercitationem & omnimodam quietem 78
mollis laxas reddit partes, sicut dura tensas. ibid.
somnum conciliat 79. 80
Frictio uentris cauenda 79
Frictionis sex simplices species, & earum uires. ibid.
Frictionis species. ibid.
Frictionis uires. ibid.
tria præcipua commoda. ibid.
Frigida ualde cur euitanda 138
Frixa quibus conueniant 112
sembus incommoda 100
Fructus bellarij qui, & eorum uires 181
horei cur incommodi 180
acerbi 152 qui boni 118. 181
qui pernicioſi 118
Fructuum concoctio 167
corruptela quæ 150
Fruges cuiusq; pondere commendantur. fol. 140
Fugacia cur prius mandenda 181
Fumosa cur amara 109
Fungi arborei qui 176
praui qui. ibid. saliti cur tutiores sint. ibid.
in Fungis documentum. ibid.
Fungorum differentiæ 174. 175
incommoda. ibid. ortus. ibid.
alimentum prauum 176
temperamentum 175
Furfuris uires 140

G

GAlenus notatur 8. 35. 68. 92. 95. 97. 124. 164. 213. 278. 316. 328. 332. 333 sexagesimoseptimo anno mortuus est 71
Galeni contradictio 89
Galeni opinio reprobata 263
Galli antiqui ius, & eius uires 220
caro, & eius uires. ibid.
Gallina agrestis, & eius uires. ibid.
affricana, & eius uires. ibid.
Gallinæ utilitas. ibid.
Gallinarum uires. ibid.
genera quæ. ibid.
Gallorum castratio bonitati suffragatur. ibid.
Gammarus qui, & eius uires 255
Garamantæ uix quadragesimum attingunt annum 30
Gari uires 283
Garum quomodo fiat 282
Garyophyllorum duæ species 284
& eius uires. ibid.
Gelu ex umbrina pisce 243
Generalis uictus ratio 19
Geniculi radicis uires 180

Gentiana 130
Germani consilium 87
Germinorum, & cauliculorum uires 164
Germinatio quid 173
Gingidij uires 158
Glandis significata 190
Glandium uires 191
Glaucus piscis, & eius uires 247
Glycyrizzæ uires 178
Gobio marinus qui 238
Gobionis uires 239
Granati genera & uires 180
Gruum uires 222

H

Habitus ac temperamenti optimi signa 135
Hala quæ 294
Halæ uires 295
Harengus qui, & eius uires 257
Hebræi cur diu uiuant 127
Hepar fundamentum principale sanitatis 172
trifariam nutritur 362
Hepatus piscis, & eius uires 242
Hernia propè insanabilis 74
Herniæ curatio 350
Hiera simplex Galeni 20
uentriculo amica 124
Hieracij uires 379
Hieronymi Guarini experimentum 350
Hippocrates an cognouerit lenientia, & quæ 41 artis fundamenta iecit 101 de exercitatione 8
Hippocratis libri rationales 100
Hirci barbulæ radix, & eius uires 179
Hireus piscis qui, & eius uires 240
Historia breuis 12 cuiusdam Bononiensis 306
Homo asino deterior quando 57
in quo differat ab alijs animalibus 321
solus cur caluus fiat 344
Homo ut plurimum præter rationem, & ex appetitu uiuit 57
Homines cur aliquibus in regionibus immoderatè crescant 32
diu uiuunt in Indiæ partibus 30
ob mollitiem aliquando mortem sibi conscire 38 ut conseruentur sani 27
Hominis finis perpetuitas, quæ generatione contingit 38
Hora accipiendi cibum quænam melior. fol. 16
Hordei aquam multis modis parari posse 144 facultates 142 electio. ibid. farina qualis. ibid.
Hortulani auiculæ 227
Humanum est errare 13
Humectatio bona 367
Humidam aut temperatam naturam in uitæ diuturnitatem probari 67
Humidum caloris nutrimentum 33
Humidi innati sedes 314
Humidi innati duo esse principia cõsumptionis 30 cordis diu uiuentibus quale 64 impedimento est calori 1
Humidum aqueum senibus inimicũ 327
innatum quomodo corrumpatur 315
naturale conseruandum 55
pingue triplex 87 quadruplex 102 radicale quale esse debeat 33. 89
uitale an possit à fæce purgari 64
Humores quos pariant affectus 288
Hyssopi uulgaris uires 159

I

Icoris uitium deterrimum 211
Ieiunium exquisitũ quibus noceat 302
quid. ibid.
Ignis commoda pro generali uictus ratione 25 duo tempora 106
opera 120
Imbecillitates quibus emendentur 341
Imbecillitatis causa triplex 353
Impressio iam facta quomodo tollenda. fol. 355
Incrementum ac nutritio quomodo fiant 47 duplex 48
Infans qui lac sumit cur à uino sit cauendus 50
Infantes animi & corporis uitia facillimè contrahunt 50
Infantis natura 49
Infantium educatio quantum possit 55
exercitia qualia. ibid.
In lectione constituenda quæ inspicere oporteat 10
Insectus quid 308
Integumentorum plurima genera. ibid.
Ioannes Antonius Vicomercatus 74
Ioannes de Temporibus diu uixit 36. 58
Irrigatio frigida renes confirmat 85
longè efficatior lotione. ibid.
Iter quibus, et quomodo fieri debeat 369
Iulis piscis marinus qui, & eius uires 236
piscis uenenosus. ibid.
Iulius Moronus eques illustris 376
Iuniperi baccarum uires 196
Iurulenta meliora sunt elixis 100
Ius album quibus constet 121
Iuris uires 207. 208
Ius uentriculum laxat 93
suaue quid 331
Iuuenes quomodo custodiendi 382
Iuuenum optimus status 132
Iuuentus quid 62

L

Labores multi noxij 88
Lac abortientium insanum reddit infantem 52 aluum deijcit 214 asininum plus casei quàm butyri habet 215 densum facilè in uentriculo coagulatur 53 ex sanguine menstruali generari 52
ex quo animali esse debeat 214
lapidem generat & obstruit 116
quinq; partibus constare 115
optimum quale 53 quomodo nutriat 115 matris melius esse alimentum nuper nato quàm alterius nutricis 51 salsuginem tollit, ius suauitatem addit 108 si imminutum fuerit, quid agendum 53
scisile, & eius uires 218
Lactatio duplex 54 Plotini. ibid.
Lactationi propria 50
Lactationis tempus. ibid.
à Lacte cur abstinendum 5
Lactis aqua ut astringat 215
aquam extrahendi modus 215
aqua, & eius uires 214 caput, & eius uires 218 & uini mistio mala 50 exuberantia ut imminuatur 54 incommoda 319 laudes 213 partes 214 spuma, ac eius uires 214 uitia ut corrigantur 53
Lachrymæ pueris bonæ 310
Lactucam inter cætera olera probari 52
Lactucæ laus 153
Lætitia, à cibo q; abstimentia non parum uitam prolongant 63
Laniæ oua cur parua 248 uires. ibid.
Lamiam piscem. ibid.
Lampetram esse ueterum Latinorũ mustelam 255 non esse Galeni Galexiam. ibid.
Lampetræ uires, & cõdiẽdi modus. ibid.
Lapis in uesica. 325
Lapis in uesica genitus cito euellendus, & cur 368
Lapidis generatio quæ 367
Lapides quæ frangant, & experimentum optimum 368
Lapsus quorundam 160
Laser incognitus 178
Laseris notæ, ac uires 179
Latus piscis, & eius uires 255
Laueris usus, & uires 157
Laurus, & eius uires 199
Lenticula phthisicis bona 136
Lentis uires 147
Lentium correctio 148
Libella piscis, & eius uires 236
Liber hic omnibus profuturus est uelut cultura

cultura agris 36
Librum quartum de Morbis nõ esse Hippocratis 213
Limaces meliores quæ. ibid.
quomodo præparari debeant. ibid.
unde dictæ 212
Limaces ut tuto edantur. 213
Limunij succi stillacidij uires 194
uires. ibid.
Liquorum uitia ob coctionem 109
Locusta quæ, & eius uires 259
Loligo quæ, & eius uires 262
Longa uita quæ 320
Longeuæ uitæ signa 321
Lora, & eius uires 292
Lucerna cur stridat 102
Lucij præstantiores qui 269
Lucius qui, & eius uires 269
Lupinorum facultas ac temperamentum 149 usus. ibid.
Lupinum iecur cur utilissimum 201
Lupulorum usus, & uires 161
Lupus piscis flumina subit 234
piscis squamosus ibid.
Lyra piscis, & eius uires 244

M

Macilentes mulieres cur facilè abortiant 43
Mæa quæ, & eius uires 260
Mæna piscis, & eius uires 250
Mala medica, & eorum uires 194
Mali medici condimenta uaria, & eorum uires 195
Mala prorsus inutilia 7
Malæ qualitatis incommoda 303
Malcolentia medicamentosum exhibere alimentum 121 pessimi esse alimenti. ibid.
Malit sibi quisq; bene esse quàm alteri 10
Malorum appianorum uires 186
differentiæ. ibid. uires. ibid.
Maluæ plura genera, & unde uires ac alimentum. ibid.
Mammæ prægnantium cur lacte tumeant 44
Manna & cassia cur prægnantibus possint exhiberi 41
Mare cur uomitum excitet 73
Marsilij Ficini inuentio 518
Marsilius Ficinus diu uixit 71
Masculus quo tempore aptus sit generationi 56
Matthiolus notatur 372
Medica ars, lege Ars medica
Medendi uarij modi 583
Medicamen ad cimices 374
Medicamenta cur alia aluum moueant, alia urinam 128. 129
Medicamenta probata seligere oportet 125 uiolenter perturbant 131
Medicamentum ad canitiem 344
familiare nostrum 367
Medicamentum leniens an in prægnante conueniat 40
Medicamentum proprium 129
Medicamentorum tria esse genera uentriculo inimica 124
Medicinæ duæ principales partes 3
pars quæ alteram antecellat. ibid.
Medici nomine quidem plures, re uerò pauci 10 optimi electio 12
Medicis solis licet impunè homines occidere 10
Medico quæ necessaria sint 57
Medicorum error 18. 132
Medicus cur paucos sanat 2
quis fugiendus 12
Mel ex rore quomodo fiat 281
Mel malum ob obstructiones & biliosam naturam 5
Mel omnium medicamentorum materia. fol. 281
Mel lactis 122
Mel quibus noceat 280
Mellis optimi notæ 281
uires 280
Melancholici breuioris sunt uitæ 34
Melanurus piscis, & eius uires 255
Melius est in minimis peccare, quàm in maximis 119
Mellicratum 122
Melissæ uires 156
ex Melonibus febres pernitiosæ 167
Melonum tutior usus. ibid.
Melopepon quid 166
Membra debilia quibus morbis subiecta sint 13
Membra nobilia quæ 132
principalia quæ 322
quæ dulcibus delectentur 280
tribus modis facilè læduntur 312
Membri imbecillitas causa est collectionis excrementorum 329
Membrum præter naturã extensum debilitatur 63
Memoriam exercentes memores redduntur 75
Mentæ uires 158
Mercurialis utriusq; uires 161
Merula piscis quæ, & eius uires 236
quæ, & eius uires 226
Mespilorum genera quæ 188
uires. ibid.
Mesues ob aloes usum in iuuenta perijt. fol. 124
Michaëlis Angeli experimentum 368
Milium & panicum ut suauia in ferculis reddantur 145
Minimus error in principio, maximus in fine 82
Misera mortalium scientia 12
Mistio naturam mutare non potest, sed damna corrigere 119
Mistionis proprium 114
Mistum omne oleo constare 22
Mixta quæ, & eorum uires 184
Monstra contingunt in medicina 118
Mora putredini obnoxia 6
Morborum differentiæ 330
Morbi gallici curatio 224
uix curam admittentes 132
Mororum usus, ac uires 182
Moroni historia 376
Mors lenis 66
quatuor modis homini euenit 37
quid 314
Mortis causæ ibid. naturalis causæ 33. 317 euentus 320
causam nutritionem esse 59
Mortale est omne genitum corpus 33
Mortales res in continuo sunt fluxa 135
Mos seruandus 19
Motum accelerare consumptionem 377
Motus moderati utilitates 335
quomodo sit causa breuitatis uitæ 315
triplex 60
Mugiles ex gustu, & olfactu cognoscuntur an boni 233
Mugiles ex limo orti qui. ibid.
qui boni 234
Mugilum fœminæ prægnãtes malæ 233
plures species 233 uires. ibid.
Mulier an conceperit 40
marem an fœminam conceperit. ibid.
Muli partes meliores 235 uires. ibid.
Mulus cur trigla dicatur 234 loco medicamenti habetur 235
Mundum fabulam esse 334
Murena piscis qui, & eius uires 240
Muria quomodo fiat 282
Mustardæ uires 160
Mustelli piscis differentia duplex 244
uires 245
Mutatio quomodo in qualitate nunquã, sed in qualitate fieri debeat 325
Mutationes eorum, quæ circa naturas nostras, & habitus contingunt, maximè morbos faciunt 17
Mutationes repentinæ naturæ sunt obnoxiæ 18
Mutationum tria genera 310

N

Naporũ discrimen, & eorũ uires 170
Natatio in aqua frigida supra modum corpus corroborat 75. 84
Natatio in aqua marina 75 in aqua tepida. ibid. in aluminosis aquis. ibi.
Natura ab omni immodico labefactatur. fol. 4

Natura melius eligit 86
Natura nostra à quibus uincatur 381
Naturæ decreta nulla arte euitari possunt 3
nostræ inimica 84
opera hyberno tempore fortiora 15
scopus in corporis conseruatione 14
torporẽ adiuuare cogimur, & cur 133
Naturales res septem, & quæ 57
Naturalia quatuor esse 35
Nauseam mouent ingrata tribus modis. fol. 105
Nidoris effectus 109
Nimis consueta nihil prosunt 93
Nobilitatem à maiorum uirtute ortum habere 11
Nuces iuglandes, ac earum uires 192
recentes conditæ. ibid.
Nuci persica quæ 186
Nucleorum persicorum uires. ibid.
Nuper natus quomodo regendus 54
Nutritio ac incrementum quomodo fiant 47
non ex sapore dulci tantum, sed pingui fieri 115
quæ 33
Nutricis animaduersiones 51
bonæ conditiones quæ 52
regimen 53
Nutrientia mala cur euidentia 137
diuersa insimul sumpta deterrima sunt 138
qualia 168
Nutrimentum quid 200
unde 178
Nux myristica quæ, & eius uires 286
myristica uentriculo amica 125

O

OBseruatio circa herniam 352
Obstructiones 142
Ocimi garyophyllati uires 158
Ocimum duplex. ibid.
Odorata quæ aluum moueant 129
saporibus gratiam addunt 114
Odores boni semper boni. ibid.
Olera restaurare non posse 89
parum nutrire 152
Olei anethini commoda uires 22. 113. 278. 279
Oleorum differentiæ 279
Oleum adipæ substantia tenuius esse 22
Oleum anseris marini. ibid.
& sal omnibus mistis communia esse 278
omphacinum 121
sali admixtum tardius assumi 89
trifariam adipi comparari in caliditate posse 22
Oliuarum genera, & earum uires 198
Olus ullum perfecte utile 150
Olyra quæ 144
Olyræ uires. ibid.
Omne patiens dissimile ei quod agit repugnare 89
Omnia in ui naturali reposita esse 92
Omnem sensum materiarium esse 115
Omphacium quid, & eius uires 216
Operis scopi duo 4
Optimi uentriculi, ac iecoris signa 65
Optimum quid 134
quot modis dicatur 134
Orationi tres sensus 87
Ordo in cibis quomodo necessarius, & quomodo non 127
legendi duplex 4
Oribasius notatur 77
Origani Italici uires 159
uaria genera. ibid.
Orizæ bona coctio qualis 146
ex Oriza panis 147
ex Oriza potus 146
Orizæ temperamentum. ibid.
Ornythogalon quid, & eius uires 180
Orphus piscis, & eius uires 246
Oris saporem multa denotare 356
uentriculi imbecillitas quomodo faciat ad uitæ longitudinem 134
uentriculi imbecillitati incõmoda 133
uentriculi robusti commoda 134
Os cordis cerui 209
Ostrea, & earum uires 258
Oua quæ bona 20
longè tardiùs carne putrescere 228
quibus pessima 292
conuenientibus conuenire 292
cur infantibus ac senibus conueniant. fol. 229
Ouorum diuersa coctio 104
discrimen à coctione 228
historia uaria 227
putredo deterrima 228
uitellos non simpliciter facile concoqui 90
uires 229
usum breuiorem efficere uitam 48
Ouilli pecudis quot usus 207
Oxygala, & eius uires 217
Oxymel simplex, & eius uires 280
Oxymellis scillitici laus 21

P

PAbulum causam esse saporis carnis. fol. 219
Pagurus piscis, & eius uires 249. 260
Pamphaga caute comedi debent 213
Panici, & milij uires 145
Pamficia ex olyra 144
Panis ac tritici optimi cõditiones 19. 20
Panis azimus 140
ex auena 145
ex quibus confici possit 138
Panis ætas 139
Panis ex mora siccus malus est 139
Panis ex milio, & frumento 146
Panis ex Typha 145
Panis historia 324
Panis optimus, ac Germanicus 138
Panis medullam malam esse 139
Panis pars melior. ibid.
Panis partes quæ. ibid.
Panis pestilenti aëri expositus statim mucescit. ibid.
Panis quomodo mucescat. ibid.
solus in prandio malus 328
tria discrimina 138
ut concoquatur 362
Papaueris satiui uires 160
tria genera ibid.
Parandi modus diuersus 166
Passaris piscis differentiæ, ac uires 241
Passer solitarius 227
Passerum uires 228
Pastinaca piscis, ac eius uires 263
Pastinacæ radicis uires 179
Patina in quo distet à sartagine 101
Pauones domestici, ac eorum uires 222
Pauonis caro ut tenerior fiat. ibid.
Paupertas mala 133
Pedum frigiditas quæ mala pariat 335
Peponum uires 166
Perca fluuiatilis, & eius uires 237
marina, & eius uires. ibid.
Perdices quæ 223
Perdicum uires 224
Perpetuitas finis hominis 43
Persica cocta meliora esse 186
Persicorum genera, & eorum uires 185
siccatorum uires 185
Pessarium ad confirmandum fœtum. fol. 43
Petrosilij radicis usus ac uires 179
Phatiani uires 225
Phasiolorum uires 149
Phasiolorum usus 150
Phycis piscis, & eius uires 237
Picturæ ac uiridaria 296
Pimpinellæ uires 158
Pinearum uires 193. 319
Pinguia ac dulcia obstructiones generare 123
Pinguia facillime ardent, ac uim ueneni contrahunt 99
Pinguedo cur non concrescat 266
Pinguium usus 116
Piperis calorem, uentriculum non offendere 39
genera quæ, & eorum uires 285
Pisces boni, & qui fugiendi 20
duplici ratione molliores fieri 99
Pisces marini plus alunt quàm fluuiatiles 232
Pisces petrosi qui, ac eorum uires 235
qui praui sint alimenti 232
molli carne præditi qui 239
Pisces in alganidum facientes 237
Pisces pelagij qui, & eorum uires 234
Pisces molles qui 261

Pisces qui meliores 202
Pisces sale cur condiantur 274
Piscis cur oua gignat 230
Piscis quid 229
Piscium branchiæ quæ, & earum usus. fol. 230
differentiæ à quibus desumi. ibid.
differentiæ in alendo. 232
differentiæ principaliores 230
Piscium duræ carnis uires in genere. fol. 243
Piscium cartilagineorum uires 265
planorum duplex differentia 241
partes meliores 231
mollium uires 260
fluuiatilium qui' nam meliores 232
bonorum signa. ibid.
multitudo unde 231
tractatio qualis 230
Piscium siccatorũ, & salitorũ uires 274
ex Piscibus alimentum 234
Pisorum uires 148
usus ac præstantia. 148
Pistatia uiridia 193
Pistatiorum uires. ibid.
Placentarum differentiæ 142
Placentarum uires. ibid.
Plantæ cur animalibus longè uiuaciores sint 22. 34
Plantæ cur parum alunt 167
Plantarum usus quibus cõueniat, & quibus non 167
Plenitudo antecedẽs quomodo tolli possit 67
Plures una nocte ex carbonibus auentis perijsse 298
Podagram quæ iuuent 353
Podagræ genera. ibid.
Podagrosis purgatio fermè necessaria. fol. 353
Podagrosus quæ euitare debeat 352
Polenta quæ 144
Polentæ uires. ibid.
Polypi proprietas 262
uires. ibid.
Polypus quis 261
Pomana ut seruentur 30
Porrorum genera à quatuor; & eorum uires 174
Porrorum uires 113
Portulacæ genera, & uires 156
Potio uini à cibo 301
Potus ex pyris 187
Potus exiguus 332
præcipui sunt aqua, & uinum 287
si cibo præmittatur, uitiatur concoctio. fol. 127
Potum plurimum fugiendum esse 347
Potuum tria esse tantum genera secundum naturam 127
Præcepta in actionibus meditanda quatuor 14
Præcotia, & eorum uires 186
Prægnantes quæ cauere debeant 42. 45
Prægnantium custodia 44
signa 42
morborum cura 43
Præparatio ex albo iure 113
Præparatio quæ 136
Præparatio utilis 26
Præsidia duo præcipua pro tractantibus uenena 371. 372
Prandium an cœna maius esse cõueniat. fol. 13. 15
Principia principiorum quæ 2
Priuilegium à natura datũ in dijudicanda ætate 65
Professionem publicã capiti nocere 77
Professorum uita 347
Propria uiuendi ratio 319
Proprietas particularis 137. 262
Prudentia summi opificis 32
Pruna siccata 185
Prunorum genera, & eorum uires 184
Ptisana cur pipere indigeat 143
ex quibus. ibid.
coacta cur non amplius ebulliat 104
Ptisana meliora quæ 143
Ptisanæ coctio 104
Ptisanæ commoda 106
præparatio 143 uires. ibid.
Ptisanam omnibus febrientibus, & maximè acutis conuenire 107
Puer quomodo regendus 382
Pulegij uires 159
Pulegium cibale medicamentum 20
Pullorum uires 220
Pulmenta infantibus non exhibenda 54
Pulmenti uires 142
Pulmentum quid 141
Pulmonem prius senescere 322
Puluis noster à cibo 355
Puluis noster ad cor, & calorem roborandum 379
Purgentia cur malè oleant 128
Putredini quæ resistunt, fœtorem amouent 365
Putredinis duo genera 105
perfecta signa 24
Putridis uescentibus rebus, quibus subijciantur affectibus. ibid.
Pyrorum genera, ac eorum uires 187
Pyrorum mus catulorum uires 188

Q

Quadrupedum partes 202
Quadrupedum partes, ac earundem uires 203
Quæ à cibo maximè nocent 92
Quæ ad nutritionem pertinent 49
Quæ ad saporem iuuant 93
Quæ animal absq; ouo pariunt magna, & sanguinea esse oportet 263
Quæ à proprietate conferunt 131
Quæ assumuntur, tria esse 304
Quæ circa corpora molliantur 57
Quæ coqui nõ possunt, nunquam acquirunt saporem bonum, neq; odorem 92
Quæ corruptioni minus sint obnoxia 91
Quæ corruptioni resistunt. ibid.
Quæ difficulter corrumpuntur 94
Quæ duplici testa integuntur 257
Quæ eduntur, duplicia esse 95
Quæ elixũtur, cur tardiùs coquãtur 108
Quæ fugienda sunt 326
Quæ facilè concoquuntur, parum nutriunt 91
Quæ facilè corrumpantur 91. 92
Quæ igni admota durescant 103
Quæ in arte medica necessaria sint 2
Quæ in cuiuslibet alimenti ratione esse debeant 94
Quæ lentis coquuntur ignibus, meliora fiunt 103
Quæ multũ ac parum excremẽta sint 90
Quæ multum ad incrementũ faciant 47
Quæ non boni sint alimenti 108
Quæ optimum generant sanguinem, corpus ac uires restaurant 91
Quæ parum alunt, florem ætatis extenuant. ibid.
Quæ pro custodia administranda sint. fol. 133
Quæ prorsus uitanda 100
Quæ quisq; euitare debeat 164
Quæ retinenda sint 325. 326
Quæ superfluo abundent humido, coquenda sint 110
Quæ uicem exercitij gerunt 345
Quatuor esse facultates corporis nostri. fol. 326
Qui ad artem medicam tantum admitti debeant 11
Qui excrementis abundant, rarò diu uiuunt 61
Qui humidis naturaliter uti debeant alimentis, & qui asis ac frixis 112
Qui imbecilli sunt uentriculo, earum bibere debent 94
Qui minus afficiantur 48
Qui naturaliter breuis sint uitæ 7
Qui plurimum comedunt, uitam abbreuiant 63
Qui plus appetunt quàm concoquant, quid agere debeant, & cur 138
Quies immodica mala 86
Quies quid 58
Quietis incommoda 74
Quinq; esse causam longitudinis uitæ. fol. 317

Quinq; præcipuè propter hominem facta esse 267
Quinta essentia quæ 319
Quod alitur potentiùs alimento esse debet 327
Quod ad tempus accepimus, tempore etiam suo reddimus 32
Quod facilè concrescit, à calido terreum est 218
Quod facilè corrumpitur, à prauo alimento differt 94

R

Radices coquendi modus 170
Radices, difficile coquuntur 152
In Radicibus consideratio 168
Radicula quæ, & eius uires 169
raparia quæ 170
Radiculæ rapariæ uires. ibid.
uires 114
Radicum duæ partes 169
uires in generali. ibid.
Raia asperrima quæ 265
Raiæ species 264
Ranæ è limo nascuntur 95
Ranarum iecora 274
uires 274 usus 273
Rapæ quartanam patientibus prosunt 5
Raparum incommoda. ibid. semen, & eius uires 170
Raphani seminis olei uires. ibid.
Raphanorum tria genera. ibid.
Raphanus quis, & eius uires. ibid.
Ratio tuendæ sanitatis in quo potissimũ consistat 380
Ratio uictus propria 334
Recocta quæ, & eius uires 215
Renes confirmantia 368
Renes si multum exerceantur, multa mala adducunt 74
Repletio duplex 303
Repletio semper mala 138
Res præter naturam tres sunt 58
Resolutio in quibus maior 314. 415
Rhabarbarum 125
Rhumbus piscis, & eius uires 241
Robustiores plerunq; diutius uiuunt 74
Rodulphus Sylvestrius 146
Romani cæpas, & acetum in castra deferebant 106
Rondelletius notatur 254. 269. 273
Roremarini ignes 161 species, & uires. ibid.
Rotæ qualẽ usum habeant in balneis 82
Rubeta quæ 372
Rubi aqua 183 uires. ibid. canis uires. ibid.
Rubus ideus, & eius uires. ibid.
Rumicis uires 155
Rutæ species, & earum uires 162

S

Saccharum igne melius effici 122
Saccharum quid 281
Saccharum roseum purgans. 282
Sacchari uires. ibid.
Sæpia quæ, & eius uires 262
Sacculus cordialis 378
Sal duplex 23 ex quauis re sicca fierì 278 emortua à corruptione tuetur 25
Sal famem ac sitim compescit ibid.
Sal naturale omni putredini, ac ueneno resistit 25
Sal cur uitã producere existimetur 277
uiperinum, & eius utilitas. ibid.
Salis cuiuslibet uires 279
Sale quæ inutilia fiant 277
Salis utilitas. ibid.
Salis torrefacti uires 25. 277
uires 23. 25. 113
Salacitas signum est breuioris uitæ 7
Salmerinus piscis qui, & eius uires 272
Salmo piscis qui, & eius uires 270
Salita quibus commoda 5
Salpa piscis, & eius uires 251
Salsorum facultates 117
Salsum quomodo ab igneo calore fiat 23
nullum uinosum est. ibid.
Salubritatis materia à quibus petatur 3
Saluiæ uires 6, 161
Sampsuci oleum 160 uires 161
Sanguis bonus qualis 52. 91
canis deterior est quàm hominis 97
Sanitas duplex 66 & optima uita non idem sunt 88 quædam est moderantia 28
Sanitas robusta diuturnam uitam non admittit 66
in Sanitatis regimine septẽ esse colligenda 28
Sanus ut degas, optimeq; uiuas 87
Sapa quæ, & eius uires 283
Sapor uenenosus 278
Sapor omnium potentissimus acris est. fol. 117
Sapores affines 114
decem esse 115 grati qui 99
naturæ amicos 122 nutrientes, & non nutrientes qui 23
Saporum diuersitas unde 278
Sargus capras amat 253
Sargus, & eius uires. ibid.
Satureiæ usus, ac uires 160
Saurus piscis, & eius uires 240
Scammoniũ cur uentriculo inimicũ 124
Scarus piscis cur ruminet 235
piscis qui, & eius uires. ibid.
Scombrus piscis, & eius uires 252
Scopi ad uitæ diuturnitatem 35
duo in temperie non æquali 131
Scorpio piscis, & eius uires 249
Scribendi munus uentriculo nocet 98
Scribentium uita 347
Sedes paruorum animalium quibus tollatur 308
Semina omnia oleum continere 279
Semina difficilis esse alimenti 152
in Semine omni oleum esse 104
Senectutem differri posse, sed non euitari 29
Senectus mortis prænuntia 32
Senes quæ siccent 311
Senes quib. in purgatione indigeant 129
Senes robusti habitus cur cito pereãt 66
Senes cur multa congerant excrementa humida cum sint sicci 364
Senes cur cruditatibus abundent 365
Senes natura frigidiores, ac sicciores esse 326, 335
Senes plurimum excrementi generant. fol. 328
Senes purgationes cauere debere 354
Senes quia flatibus pleni 356
quomodo tractandi 382. 383
ualde quomodo tractandi 383
sæpius cibandos esse 332
Senescere quid 312
Senescẽtibus quæ cõtingere soleant 313
Senibus concoctu faciliora ac pauciora conuenire 328
Senibus consuetudinem utilissimam esse. fol. 329
Senibus an exercitium conueniat 342
quatuor inimica esse 326
Senis conditio 313
Senis corpus si contabescat quid agendum 365
Senum communia auxilia quæ 354
ætatis distinctio 342
Senum blandimenta 343
Senum conditio melior 382
Senum somnum quacunq; hora bonum esse 334
Senum difficultas circa uictum 329
Sensus cur auibus inditus 330
Serosi humoris incommoda 119
Serpentes sabinam amant 374
Serpilli hortensis usus ac uires 160
Seruij error 191
Sesellis uires 180
Sex rerum non naturalium diuisio 57
Siccitas cur maior in senectute fiat quàm alio ætatis tempore 35
Signa boni cerebri 210 boni iecoris. ibid. boni uentriculi. ibid. breuis uitæ certiora esse longeuæ, & quæ 323 cordis 322
Signorum tria genera 321
Simile à simili gignitur, & augetur 46
Similitudo triplex 202

Simplicia contra uenena ac pestem 374
Sinapi uires 159
Siser quid, & eius uires 179
Sitis qua in ætate facilius accendatur 56 causæ 88 si senem urgeat, quid agendum 355
Smaris piscis, & eius uires 251
Smyrnij uires 180
Solani usus, & uires 156
Somnia mala quæ generent 173
Somni effectus 16.32
Somni una est causa, uigiliæ uero plures 337 & uigilium obseruatio 7 utilitates 296
à Somno quid fieri debeat 301
à Somno pulsus, & respiratio rariores fiunt 32
Somnum conciliantia 296. 297. 362 quæ concilient 339
Somnus corpus humectat, & coctiones adiuuat 65
Somnus diurnus sæpè necessarius 299 quid 295. 337 qui melior 299 quando noceat 301 senum uita 337
Sonchi uires 154
Sorba cur uentriculo inimica 125
Sorbum quid, & eius uires 188
Sorbitiones ex Chondro male 141
Sparus piscis, & eius uires 250
Sphyrena piscis, & eius uires 251
Spinachiorum natura 155 uires. ibid.
Spumæ duæ causæ 113
Squalus qui, & eius uires 270
Squatina quæ 265
Squillæ quæ, & earum uires 259
Sterilium signa 41
Strigilium forma 82
Struthyocameli uires 222
Studentis diei diuisio 345. 346
Studiosus cur raro dites fiat 345 quæ habere debeat 345
Sturiones fluuiatiles cur meliores 254
Sturionum diuersæ species uires 253 254
Sturnus qui, & eius uires 226
Suauitas in cibis eos salubriores reddit. fol. 157
Subiectum operis 3
Subuersio ac nausea 363
Succi oleo conseruantur 29
Succi omnes mali sunt alimenti 118
Succorum septem genera. ibid.
Succus crudus ab aqua differt 118
Sudor duplex 305
Sudoris retentio semper mala 382
Suffocata duorum sunt generum 300
Suffusionis cura 349
Suillæ differentiæ 205
Suillæ uires. ibid.
Sycomorus quis, & eius uires 183

T

TAbula huius operis cur necessaria 4
Tanor quid 139
Tarantella quæ 253
Telephus Grammaticus 333
Temperamentum quid 136
Temperatura totius à corde, & iecore prodit 65
Tenue quid 1
Terminus finis coctionis est initium dissolutionis 104
Testacea quomodo nutriantur 258
Testaceorum genera 257
Testudinum tria genera, & eorum uires 213
Theonis Alexandrini libri 72
Theophrastum persicum non agnouisse. pag. 59
Thermæ cordi, & cerebro inimicæ 96 quibus noceant 85 quibus prosint corporibus 84 Romæ famosæ 80
Thermarum aquæ pernitiosæ 85 usus malus. ibid.
Thridaciæ, & condrillæ uires 153
Thynni caro salita melior. 253 uaria nomina. ibid. uires. ibid.
Thynnus piscis. ibid.
Thynnũ masculum ut à fœmina dignoscas. ibid.
Timor, & modus curandi 306
Tincæ decocti uires 270
Tinca quæ, & eius uires 268
Tipha quæ 145
Tonnina quæ 253
Torpedo quæ, ac eius uires 264
Trachurus piscis, & eius uires 245
Tractanda in hoc opere quæ 3
Transmutatio quid 278
Temere ante somnum malum 299
Tria ad uitæ longitudinem necessaria 89
Tria maximè uentriculo prodesse posse. fol. 123
Tria uitæ præferenda 8
Tricuspis 30
Trifera, & eius uires 376
Troglodytis uires 227
Tristitia senibus familiaris 342
Tristitiam corrigentia 342
Triticum bonum, & malum 240
Truttæ quæ, & earum plura genera 271
Truttarum uires 272
Tuber quis, & eius uires 173
Tubera an crescant 174
Tuberis boni signa. 174 uitia ibid.
Turdi montani præstantiores 337
Turdorũ tria genera, ac eorũ uires 225 piscium plura genera, & quæ, & eorundem uires 236
Turpethum uentriculi scopa 21
Turturum uires 225

V

VAccæ carnem malam esse 206 Valde paruũ pro nihilo cõputari 32
Vaporem ex lento igni humore 104
Vasorum effectus 108
Vbi nixus, ibi exercitatio 69
Venena omnia potestate sicca esse 217
Veneni notæ 175
Venenis conferentia 372
Venenorum tractatio, quæ mala pariat. fol. 373
Ventriculi debilitas ob pituitam descendentem 333
Ventriculi fotus 362 naturam agnoscere multum refert 48 morbi qui 357 obstructiones 21
Ventriculo quæ nocent duorum esse generum 124 quæ ualdè noceant 363 inimica quæ 124
Ventriculũ membrũ esse principale 357 quæ perturbent 104 senibus continuo debilitari 367
Ventriculus quibus delectetur 122 quibus indigeat 123 raro est causa mortis 313
Venus immodica breuiorẽ reddit uitã 7 an senibus conueniat 341 quomodo lactis bonitatem destruat 52 quibus utilis, & quibus non 305
Vesalij dictum contra Galenum 104
Victus antiquorum cur incognitus 330
Victorum ac seruorum uictus 311
Vigilia cur senibus familiaris 297 multa adducit incommoda 32
Vigiliam triplicem esse 340 extremis senibus inimicam 289 omnium malorum esse causam 307
Vigiliarum plures esse causas 337
Vinculum ferreum ad herniam 351
Vinaciola quæ 291
Vina dulcia cur obstruant. ibid. Græca, & eorum uires. ibid. potentiora quæ. ibid.
Vini differentiæ à quib. desumantur. ibid. mombasij uires. ibid. flaui incõmoda 328 odorati uires 292 potio multa omniũ malorum causa 290 scillini laus 21 usus qualis 288 usus incommoda 290
Vinorum Græcorũ genera quatuor 292
Vinũ alimentũ est 79 cur uentriculo amicũ censeatur 290 ex quibus fructibus fieri possit 295 iuuenibus inutile 287 cur pueris inutile. ibid. quæ mala pariat. ibid. quibus melius sit aqua 20

Vinum quibus iuuet 290 *Trebianum dictum* 291
Virgines sacræ cur diu uiuant 66
Virtutum animalem in senibus debitorem existere 332
Visus hebetudo triplex 349
Vita longa quæ 320 *nostra in quo consistat* 379
Vitæ curriculum cur breue atq; exiguũ 26 *diuturnitati quæ obsint* 64 *duplex custodia* 38 *duplex genus* 86 *humanæ communis terminus* 3 *producendæ scopi* 376
Vitam militarem ad uitam producẽdam admodum conferre 317 *ut incolumen ducas* 121
Vitam incolumen traducendi tres modi 56
Vitandæ sunt diei ac noctis extrema à senibus 336
Vitia omnia in culmine 38
Vituli piscis pellis, & eius uires 267 *uires* 206
Vitulum piscem extra aquã uiuere 267
Vitulus piscis qui, & eius uires. ibid.
Vix quisq; sine errore uiuit 353
Vmbra piscis fluuiatilis 242
Vmbræ piscis caput 241
Vmbrina piscis 242
Vmbrinæ lapidis uires 241 *piscis uires.* ibid.
Vnctio à lauatione 83
Vnctionis uires. ibid.
Vociferatio exercitij species 77 *quibus obsit.* ibid.
Voluptates quæ à corpore per corpus exercentur, & quæ ab animo in animũ resilient 8
Voluptatum genera 39
Vomitum prouocantia 364
Vomitus 91 *nocumenta* 364 *quando irritandus* 361 *quid, & eius uires* 366 *quomodo prouocet.* ibid.
Vomitus retentio mala 382 *tolerabilis* 348 *utilitates* 339
Vox acuta & grauis maximum affert periculum fracturæ uenæ 78
Vox clara quomodo uentriculo prodesse possit. ibid.
Vox & sonus quibus prosint, & quibus obsint 78
Vrinæ retentio, fœcum retentione minus periculosa, & si aliquando è contra. pag. 380
Vsta deterrima esse 102
Vsus pauci cibi quàm utilis 88
Vt bene senescas cito senesce 36
Vt aliquid nutriat 136
Vtilius esse docere quàm accusare 96
Vua Cretica quæ bona 199
Vuæ Creticæ uires. ibid.
Vuæ nigræ uires 198 *muscatulæ uires.* ibid. *passæ consideratio* 21
Vuarum differentiæ 198 *uires.* ibid.
Vularum genera duo. ibid.
Vulnus ex aculeo, & eius auxilium 243

Z

Zea quid 140
Zedoariæ uires 372
Zinziberis uires 286
Zizipha & eius uires 285

HIERONYMI CARDANI MEDIOLANENSIS, CIVISQVE BONONIENSIS OPVS DE SANITATE TVENDA.

LIBER PRIMVS.

PROOEMIVM.

VPLICEM esse præter cæteras contemplandi artium differentiam: unam quidem disciplinis demõstratiuis communem, ex uno ad plura, uelut in Geometria (licet pluribus distinctam assumptionibus, definitionibus, siquidem communibus animi sententijs postulatis) alteram ex pluribus ad unum scientijs uocatis practicis, longè difficiliorem: ut in quibus magnitudo & modus etiam atq; alia huiusmodi assumuntur, haud dubium esse reor. Neque enim quòd calidum cum sicco adiũctum astrictionem faciat, aut humido emolliat, sed sub certa mensura calefacit, alia tepefacit, altera urit, emollit, attrahit, digerit, astringit: hæc omnia calido & sicco efficiuntur, & alia plura, utpote aroma amarum. Accipiamus ergo primum quomodo calor agat ex Tertio de Dentibus: primum quidem motum habet. Si enim cœlestis, mouetur ad mutationem originis, sin autem elementaris, à contrario ut se tueatur. Erit ergo motus ille, ut cùm sit in corpore, mouet alia circunstantia, quare diuellit, non secus ac in doloribus ex flatu dicimus (licet partes cohæreant) fieri separationem, atq; diuisionem, ac per se diffunditur, atq; motu separat. Quæ ergo separantur, diuelluntur, & maius occupant spatium: hoc autem est rarescere. Naturale enim est cuiuscunque entis non æterni generare sibi simile, ut maneat. Quo uerò potentius est unũquodque eo agit, quod per se agit, ut calidi est mouere atq; diffundi, ita & calidissimi celerrimè, atque ob id cùm maius occupat spatium, attenuat. Quid enim est tenue, quod maius occupat spatium pro materiæ mole? Cùm ergo formam mutet, & attenuetur, uelut aqua in uaporem, uapor in fumum rarescere, resolui non: cùm autem parte aliqua diffundat, biuariam etiam attrahit, uno modo ne detur uacuum, quod potẽtius est, subingreditur, unde ad membra imbecilla materiæ confluunt, hac atque alia in ea ratione altera ut motu confertim in alteram partem inclinato, ut est quasi attractio uelut in suctione, sic & in cucurbitulis, cùm autem motus partium præuenit, fit cõdensatio, ut in bellicis machinis: constat enim ignem condensari, quoniam motus præuenit raritatem factam in qua obseruandum est quòd forma plus potest, quàm motus & materia, aliter quid prohiberet ne denuo coiret in pyrij pulueris paruitatem? sed ignea forma obstat. Quæcunq; uerò parum terreæ partis habent, calore soluta diffluunt, & colliquata mouentur, ut aqua è glacie, mel & oleum: & siccum dicitur, quod materia caret, humidum, quod habet, solutum enim fit humidum. Humidum igitur impedimento est calori. Vnde siccitatem appellant caloris climam, & calidum non impeditum igneum generat, impeditũ autem putridum. Quatuor enim sunt genera caloris, unum quod est quasi materia, & dicitur potestate, id est quod comminutum, & motu accedente calorem gignit, ut piper. Tria autem actu sunt calida, uel à calore cœlesti, & proportione respõdenti elemento stellarum, & hic est instrumentũ animæ, & in omnibus uiuentibus, & plantis, & animalibus. Verùm quoniam comparatiuè dicitur, ideo homini, anguis, & scorpius frigidi esse dicuntur. Et omnes plantæ ob id carent motu sensili, & paucis, ut piscibus, talis inest, ut exuperet humanum, uelut de stella affirmat Aristoteles: neq; enim repugnat

Contemplandi duplicẽ artium differentiam.

Calor quomodo agat.

Tenue quid.

Caloris quatuor genera.

A si hoc

si hoc tale etiam non esset in eodem genere reperiri, uelut in plantis: hic ergo calor heterogenea iungit, & homogenea disgregat. Vnum enim ad aliud sequitur, uelut à contrario, sicut calor igneus qui secũdus est, quoniam humido caret, & putridus, etiam homogenea congregat. Iam uerò & quędam, uelut alia in huiusmodi genere, talia sunt, uelut de fimo columbino Galenus refert, sed hæc putrida sunt, atq; ob id etiam ardent, alia non, sed simpliciter, uelut sal, ob id aqueo immistus est. Et ob id amara nõ solùm subiguntur, sed etiam placent, uelut oliuæ, cappares, absynthium, ruta, cùm ab acribus uix uincatur, nedum ut placeat, à dulcibus nec flectatur amarum, nec superetur, cùm tamen genere acrior sit potentior, numero uerò dulce: sacchar, mel, & lac dulcia magis sunt quàm salsus sal. Ergo in medica arte est necessaria contemplatio, iudicium, peritia naturalis philosophiæ, & usus singularis Dialecticæ artis. Cùm ergo dereliquerint contemplationem, priuati sunt Medici tertia parte, & præcipua nobilioreq; medicinæ, sola empeiria relicta, quæ constat experimentis & ratione quadam generali, utpote quòd in inflammatione sanguinem subducere prestat, quoniam superabundat. At morbi pauci sunt qui sic sanari possint, partim quòd morbi plerique sunt interiores & occulti. Quare scripsit Hippocrates in libro de Arte: Medicus paucos sanat, quia paucos morbos satis tẽpestiuè agnoscit: Et ob id etiam externos plerunque, & certe plures multo. Cumq; Medici celebres nostris temporibus laudentur apud Principes, non qui præstantiores sunt, sed qui uel experimentis incumbunt: Empirici atq; hi à populo apud Principes euehuntur, alij patientia & consuetudine aulæ preferuntur, & in usu magis sunt, ideo ex optimis paucos eligunt, & qui uix ob labores aulæ trientẽ fructus reddere possunt: contingitq; ideo ut ipsimet huius erroris in persona sua pœnas luant. Quod nisi essent fontes, & commodorum multitudo omnium, incredibilis tamen usus perpetuus, optimorum iam nemo superstes esset. Itaque hæc ars omnibus utilissima est, etsi aliqui per se uiuant incolumes, adhibita arte multo plures, ut Venetijs inuenirentur & firmiores, cùm hi miris iactati modis quotidie langueant. Etsi sanitati nõ per artem restituantur, tamẽ uita breuis euadit, & impedita, quomodo si sanus sim, me credam tam imperito medico? Quot relicta adhuc sub iudice? an medicamenta diuersa diuersis membris opitulentur? & si non, quid prodest tot medicamentorum compositio, si sic, quid fermentatio? nam sine illa faciliùs distribuentur, celeriusq;, & ualidiora erunt? & cur miscemus medicamenta? si enim non distribuuntur, plus nocebunt quàm iuuabunt: si distribuũtur, cur non adhibemus compositiones & fermentata? & quomodo agnoscam quid cuique conueniet, aut non, nisi cognouero ordines? si ergo ordines non cognoscimus nisi in primis qualitatibus, quomodo utemur, an non refert? & ita aperiemus, & laxabimus in colica, adhibita quantitate, temporeq;, modo, & aperiemus diarrhœam ex qua ęger morietur, ita in diarrhœa astringemus, ut colica lethalis excitetur, ex qua æger pereat, ut sæpiùs uidimus? Ergo primum opportet in omnibus his statuere principia principiorum, inde ipsa principia: quæ quamuis nõ possint ab initio ordinatim scribi, sæpiùs scripta in ordinem redigẽtur. Sunt autem principia principiorum quibus indigemus, præter qualitates primas, & alia quęcunq; & quouis modo tradita: Quantitas, numerus, electio, præparatio, consuetudo, necessitas, demonstratio, præpositio inter plura & inter contraria cuius habenda sit ratio, inde autem principia quibus constituti sumus & quid profecerimus aut plane sanatus sit æger cognoscamus. De medicamentorum compositione & formatione destillatio, putrefactio, de sub terra genitis, de alimentis animalium, de proprijs cuiusq; dispositionis noxis: Vt quomodo destillationi mucci in uentriculo occurrendum sit. Quomodo prouidendũ ne medela pariat morbos, exemplo modici mellis per quantitatem, aut sacchar sancti Thomæ, de simplici curationis genere. Non agendo seu nihil agendo, per consueta agendo, ac per auxilia comparando inter se, & ad reliqua. Cùm uerò in his omnibus connexio singulorum in unoquoque infinita esset, principiorum autem anceps, & imperfecta, & difficillima, sanè necesse erit ut simplicibus comparatis communibus affectionbus, tum proprijs, atque etiam coniunctis, doceamus. Atq; unus

Contemplatio Medicis necessaria.

Quia medicus paucos sanet.

Nota.

unus hic est tantùm modus artem trahendi, ex cuius ignorantia multitudo errorũ emersit, pluresq; imperfectiones, totiusq; disciplinæ perturbatio atq; defectus.

Vt autem propiùs accedamus, scire decet rem quæ quæritur an sit, quid sit, an fi- *Vt arti pro-*
nis, inde causas, seu natura, seu consilio constet, seu arte: nam his tribus omnia apud *piùs accede-*
nos fiunt. Tertiò, si sit scientia practica, demõstrationem inuenire maximè per diui- *mus.*
sionem. Quartò, scire modum quo res fit. Quintò, abijcere annexa superfluè, & ipsum quod proponitur continuare prioribus. Sextò, docere modum traducendi per minutissimas differentias ex contemplatione ad opus. Ergo nihil mirum quòd hæc ars sit sublata, non solùm pereũtibus inuentis iam, sed negligentia potentium, & adulatione qua imperiti præponuntur, præstãtiores posthabentur, sic perijt Architectura, Pictura, honos imminutus Plasticæ, atque sculpturæ, nec artifices habentur, nec præmia etiam si adessent, debita consequerentur. Quid ergo mirum de Medicina, cuius exempla addita magis sunt sensibus, ipsa disciplina profundior & subtilior, fallendi tot modi atque occasiones? Ideo in ea diligenter elaborauimus, ut ex præclaris artibus, ac cæteris ipsius partibus, hanc fructuosissimam (quam ita esse quis est qui non fateatur?) & à nobis exultam, posteritatis memoriæ traderemus, sperantes cunctos continuo usu edoctos, ac beneficium agnoscentes, rerũq; in primis utilium commoditate inuitatos, spretis quàm pluribus alijs, hanc sibi potissimùm conseruandam fore: cùm nulla ars nec humano generi tam utilis, nec bonorum nostrorum accommodatior inueniri possit. Ex ea enim præcipuus ac *Vtilitas medi-*
salubriter ducendæ uitæ usus, iamq; sæpiùs obsidentibus morbis, in quibus maxi- *cinæ.*
mè uersans subsistit, liberandæ habetur, cùm nullum reperiatur corpus, quãtum libet optima constitutione præditum, quod non ut primùm in lucẽ editum est, fluoribus semper quibusdam obnoxium, atq; inter horum discrimina constitutum sit. Verùm cùm medicinæ duę sint potissimùm partes, altera quę præsentem tuetur sa- *Medicinæ*
nitatem, altera quæ absentem reuocat: hîc tantùm potiorem eam medicinæ partem *duæ princi-*
diligenter tractemus, atq; excolamus, quę sanitati tuendę, incolumemq; producen- *pales par-*
dę dicata est, & ut eam tanquam bonum corporis intactum custodiamus, & pro- *tes.*
uideamus ne in morbos tanquam in errata incurrat, quæ pars non parum alteram *Hæc pars al-*
antecellere uidetur, cum hoc enim quòd præsentẽ tuetur sanitatem, ne etiam peri- *tera præstan-*
culum ullum adeamus, præstat, longeq; id submotum repellit, adeò maximus, at- *tior.*
que in primis commodus est huiusce partis usus. Cùm etenim à primo nostro ortu exsiccari incipiamus, hocq; pacto noxa hæc contracta semper nos concomitetur, donec tandem absumpta omni materia, nec quò ulteriùs calor hic innatus, unde alatur, foueaturq;, habeat, nos prorsus in sicco destitutos relinquit, dissoluta penitus corporum nostrorum substantia, quæ nisi continuò resarciatur, intra breue temporis curriculũ tota dissipata periclitatur. Huius ergo artis adminiculo egemus, & licet nulla prorsus arte naturæ decreta auferre ualeamus, quin exsiccati tandem soluamur, nemo tamen ambigat naturæ necessitatem adhibita arte ac diligentia meliùs sarciri posse, ac nisi præceptis aliquibus homines uitæ suæ obseruatione nitantur, in noxas offensasq; incurrere: cùm sæpissimè in his falli contingat. Quis enim uel optimè à natura constitutus, ac sibi ipsi quoq; uni inseruiens, multa horum per se, aut aëris ambientis sibi cõmodam temperiem, aut se exercẽdi opportunitatem, modumq;, aut rectum ciborum ordinem, opportunũq; usum, & quamplurima alia eiusmodi, nisi huius artis præceptis assequi poterit: quotidie enim experimur quamplurimos in tempore non admonitos, in multa incommoda incidere, & præsertim in excrementorum (ut ita dicamus) œconomia, nec alibi magis crebriùsue peccatur. Copia enim ac rerum uarietate seducimur tam anxiè ad saporum auiditatem palatum irritantes, nullamq; nec aëris nos ambientis, nec exercitij, nec cæterarum sex rerum non naturalium, in quibus salubritatis materia petitur, differentiam ponentes, & hinc fit, quòd tam breue ac exiguum nobis est uitæ curriculum, non tamen naturâ (ut aliquibus placuit) insitum, sed iam dictis erroribus comparatum. Inordinatè enim, imò insanè, ut plurimum nunc temporis homines uiuunt, uiuentesq; in aëre prauo, ipsum horis intempestiuis subeunt, tristitijs etiam, curis, ui-

gilia, uenere, ac laboribus, se perperam excruciant, immodicoq; cibo, ut iam diximus, & potu, & sæpius quàm oporteat, & intempestiuè, & malè præparato, & uario, se replent: ut plerunque, imo ferè semper contingat, ij non naturali morte absumpti, sed inopinatè, aut ui, aut morbo intereant, septuagenarius enim annus tempore antiquo fuit uitæ humanæ communis terminus, ut testatur Dauid in Psalmis, ita, ut si quis antea moriebatur, non naturali morte, sed ui morbi absumptus existimabatur: neque enim negare possumus, quòd si recta ratione homo uiueret, aliquātò diutius uitam extēderet, ut nos luce clarius in Quinto de Proportionib. demonstrauimus. Quare manifestè apparet, non minùs necessariam hanc artem humano generi esse, quàm salubrem, tum, ut noxas qua parte possumus repellamus, tum quas non possumus saltem ut minuamus, ac præsentē nobis tueamur sanitatē, & sic pars hæc instituti nostri omnium maxima, atque in primis tractatu iucunda erit. Ea autem de quibus hoc in opere dicendū est, sunt subiecta, & res adhibendæ aut fugiendæ, & modi atque causæ. Ac quidem subiecta sunt humana corpora & eorum species iuxta ætates, lactantes, sorbitionibusq; utentes, & solidis cibis, & adolescentes, & qui non amplius augentur, & masculi, & fœminæ, & temperati, & intemperie laborantes, & integrè sani, & oblæsi, & iuxta regiones. Quæ uerò adhibentur, aer, motus, somnus, euacuatio, lætitia cibi, potusq;, atq; alia huiusmodi. Fugienda autem medicamenta, & cibi participes horum, ueluti cruda, atq; alia in genere, alia alijs. Modi autem, somni diurni, aut nocturni, à repletione, uenus, labor, assa, elixa. Causæ autem, quoniam sine illis doctrina erit & incerta, & specialis, ac circa illa etiam contingent errores. Ob id ergo præstabit disputationes præscindere, ne opus in immensum augeatur. Cumq; duplex sit ordo legendi, & ad alios libros comparatus, & doctrinam per partes dissecandi: primus sanè perspicuus, ut etiam ante primas si fieri possit hic liber sit legendus, quòd eius finis sit uiuere diu, & inculpata ualetudine, at sine his alij libri nihil proderunt, aut admodum parum: meliusq; est longè non ægrotare quàm ægros sanare: nam qui ægrotant, de fine incerti sunt, & si assequantur, non tamen ad integritatem pristinam redeunt, quòd & si redirent, interim tempus medium perijt. Adde quòd uita illis fit breuior, etiam si uiribus non uideatur imminuta. Quæ autem ordinis difficultatem faciunt in tractando, duo sunt, alia quidem, quia non uidentur habere certum genus, uelut operimenta, & ad aērem, & ad somnum, & ad motum referri possunt, alia quoniam nescimus an præcedere debeant, atque in his duplex est dubitatio, quædam enim finis ratione, ueluti tractatio per ætates, quam Galenus sequutus est, quod ad opus attinet, commodior uidetur. At rursus quomodo illa attingemus, nisi sciemus, quæ de illis tractanda sint, ac rursus an de nutritione priùs, illa enim fini propinquior, an concoctione, sine qua nutritio non fit? Incidimus etiam in difficultatem, non quæ in infantibus diximus, alia sint in alijs ætatibus repetenda. Et rursus si specialia coniunxerimus generalibus, ueluti bulbos & cæpas cibis, interrūpetur ordo generalium inter se, si generalium inter se ordinem custodiamus, specialia à generalibus & membra ipsa à toto distinguemus. Demum & alia huiusmodi, ut præparationes, adeò ut difficile uideatur, ut non multa repetamus, aut incognita cognitis præponamus. Plurima uerò in huiusmodi ob id absque causis, tum referre oportebit ad ordinis seruandam æqualitatem, & perspicuitatem, nitoremq; orationis. Illas autem uel ex precedentibus sumere, aut suo loco posterius referre, ad quod opus non parum iuuabunt tituli eorum, quæ adiecta sunt ubique. Vnde etiam tabulam in hoc genere conficere quasi necessarium est ob tantam rerum multitudinem ac uarietatem, tum perturbationem ordinum, quam etiam præponere tanquam ideam unam totius operis, quasi corporis unius delineationem, erit commodum & opportunum. Porrò cùm duo sint scopi huius, unus ad seruandam bonam ualetudinem, alter ad producendam uitam, si quando contingat, non in idem conuenire quæ adhibentur, tria spectanda sunt, quid certius, & an morbus sit uitæ longitudini obfuturus, ut febris, nephritis, hydropum omne genus, an parum, aut nihil, ut podagra, scabies, oculorum morbi, hæmorrhoides: in his longitudinem uitæ magis obser-

Tractanda in hoc opere.

Duplex legendi ordo.

Huius operis finis.

obſeruare decet,uelut & ſi minus certi ſint. Demum in pauperibus, & imperitis,& filios nutrientibus magis ualetudinis quàm uitæ ratio habenda eſt, contrà, in his qui carent filijs, diuitibus, aut qui conſilio ualent. Cùm duo uerò ſint genera caſuum,unum quod prorſus eſt naturę cõtrarium,ut uenenũ,precipitatio, ſomnus in luto,medicamentum(eſt enim mediũ inter uenenum & alimẽtum) triſtitia,metus, ira,inuidia, & quod naturâ ſalutare eſt: manifeſtum non niſi deterioris incommodi uitandi cauſa locum primo relinqui, in ſecundo autem fugiendam prauitatem, immoderantiam,& importunitatem. In cibis ergo,quod ad qualitatem attinet,fugere oportet concoctu difficiles, quòd interim corpus alimẽto fraudetur, uires debilitentur,flatuſq; neceſſariò gignãtur,tum quæ parum nutriunt, & habent multũ excrementi,excrementoſa etiam omnia tum quæ tenuioris ſunt alimenti, nam breuiorem efficiunt uitam,quæ facilè putreſcunt. Immoderatè calida, frigida,ſicca,humida,detergentia,aſtringentia, natura enim noſtra ab omni immodico labefactatur. Occaſiones,cruditas,uigilia,labor magnus, euacuatio, affectus animi,& ſimilia. Horum omnium ſunt indicia, ſapor uehemens, odor malus,cibus crudus,aut malè coctus,miſtio diuerſa maximè ex contrarijs,uetuſtas,impuritas (ob id eluí debent ſingula.tum etiam ſecuriora ſunt à uenenoſis atq; ſuauiora)ortus & educatio. Cẽſet Philologus chamas,cõchas,oſtrea,apuas,& ſimilia prauí eſſe alimenti, quòd è cœno naſcantur.nam ſi mali ſunt piſces qui in ſordibus uictitãt, quãtò magis quę ſine parente oriuntur? quo in genere ſunt etiam anguillæ, muſtelæ cœnoſæ uermibus ſimiles,niſi quòd nigræ ſunt,teſtudines, ranæ,limaces, ſed & fungi,quí ilei dolores gignũt & ſpirationem grauem, & ſuffocant, perſæpè etiam uenenoſi ſunt, & interficiunt,ut tubera, & herbæ ſylueſtres, ſunt enim luto ueſtita, cùm ſine ſemine proueniant:& etiam quod è ſemine nata ſint, quia imperfectionem generis oſtendit,potuiſſe abſque ſemine oriri:ſed & legumina omnia,(cicer tamen omnium præſtantiſsimum,ut faba & phaſelus omnium flatuoſiſsima) piſa coli doloribus obnoxia,lens uiſui,cerebro officit,bilem atram gignit, faciliùs tamen concoquitur, nec flatum adeò generat. Piſces prauí omnes choleram & iliacã paſſionem procreant, ſed & à lacte conſulo ut abſtineant, alimentum bonum, ſed tot modis obnoxium incommodis:primùm ſi per ſe ut mulcũ eſt, corrumpatur,facilè enim & quàm breui corrumpitur teſte Galeno: ſi aſſumptum miſceatur bili, aut putridis humoribus,aut uermes habentibus: ſi uino,piſcibus,oleribus,leguminibus,miſceatur,aut fructibus. Demum ſi eo aſſumpto exerceatur,uigilet,concumbat,iraſcatur.habet etiam proprietates quibuſdã inimicas hominib.& omnib.habentib.capita debilia, aut dentes infirmos,aut iecoris uenas anguſtas,aut renes calidos, manifeſta cauſa nocet. Caſeus etiã acris eſt ob coagulum,& terreus exempta butyroſa parte, alia etiam habet incommoda, ut ſatis ſcitè dixerit Philologus non eſſe bonum niſi fabris lignarijs ad tabulas iungendas. Mel etiam malum cum cibis ob obſtructiones & bilioſam naturam. Sturni cicuta, turdi hyoſcyamo, coturnices elleboro,qualeæ comitiali ex morbo cadunt,merli non eduntur antequam putreſcant, quod in omnibus duris carnibus eſt obſeruandum, ob id aut non concoquuntur, aut prauè.utroque igitur modo talia, & ſi bono alerentur cibo, mala ſunt, ut bouina caro, anſerum, & huiuſmodi auiculæ. Cypri ſcammonium edunt. Salita quoque omnia mala ſunt,ſed non omnibus,nam uentriculo pituita redundante quandoq; commoda ſunt. Acria præterea ualde, ut piper,elephantiaſim gignũt,& exuſtiones humorum, & ſunt cauſæ phlegmonum, & morborum acutorum. Caulium uſus quàm malus ſit, oſtendit odor, qui in chorte etiam cubilia ſuperiora infeſtat: atrum ſuccum gignunt,& oculis nocent,& ſomnia mouent,& uermes,& pediculos generant, tametſi ſerpentes occîdant, & lumbricos iam genitos, & aluum ſubducant. ita rapæ quartanam patientibus proſunt,turbant,flatum plurimum gignunt, & patrum nutriunt, & craſsi ſunt, hoc ipſo damnandæ quòd Democrito diſplicuerint, qui tandiu uixit,acuunt tamen uiſum. Refert Thomas, Franciſcum Mollinum patritium Venetum creatum fuiſſe inter conſiliarios ſupremos reipublicæ anno centeſimo,cùm iam ſeculum aliud ingreſſus eſſet,annoq; M. D. XXXV. egiſſe CIII.

Cibi qui fugiendi in genere.

Salita quibus utilia.

Hiſtoria.

interrogatus quomodo ad id ætatis peruenisset, respondit: Neque Clodianas merces deguſtaſſe, id eſt, fructus, præcipuè pepones, & olera, neq; ſub umbra turris beati Marci ſpaciatum: eo enim in foro auſtri à mari ſpirant, nec limbis, id eſt, gondolis (ſic enim eos uocãt Veneti patritio ſermone) uectum, ſcilicet ut ſe exerceret. Damnat idem author multa eius generis & bene, ſed illud non probo, quòd uitam ultra
Nota. c x x. annos perdurare poſſe ſperet, hœdina carne, uitellisq; ouorum. Omitto quòd incommoda eſſet nimis hæc uiuendi ratio, nec licet hœdos apud nos, niſi Martio atq; Aprili menſe inuenire, nullibi in una prouincia perpetuò. Extent uerò qui ſolis ouis uictitant, ut collegijs phratrium, non ſolùm nullus eſt inuentus qui cxx. annum exceſſerit, ſed pauciores ad ætatem communem perueniunt, quàm ex his, qui uulgari modo uiuunt. Prætera ſi contingat ut cogantur excedere eam rationem, nimis grauiter læduntur, ob idq; iubet Hippocrates ut quandoq; homines ſinguli ad inſueta tranſeant, ut infrà ſatis abundè oſtendemus, ſed neque alimentum illud adeò tenue & ſiccum ad ualde longæuam ætatem bonum eſt: ad mediocrem uelut ad LXX. uel paulò plures annos optimum eſſe fateor. Oportet enim eſſe ualde ſolidũ, & humidũ alimentũ, quale ſi modo ex carnibus porcinæ, ceruinę atq; caſtrati. Et ueteres Iudæi, quos conſtat ualde uixiſſe, & nunc etiam quidam diu uiuunt, caſtratis & agnis potiùs quàm hœdis uſi ſunt, tum quod (ut dixi) caro hœdina paucorum dierum eſt, agni uſque ad annũ fit melior: tum quia aſſari poteſt agnus & bonus eſt, hœdus ſi elixetur, malus eſt, quia omne elixum malum eſt: ſi in ueru torreatur, deterior, quia nimis exſiccatur, ob id iurulentum edere ſemper conuenit. Verùm docebimus infrà, uitã longæuã, neque carnibus, neq; ouis, neq; uino cõſtare, dico uitam illam admodum longam, de qua propriè uir hîc ſermonem habet, ſed in fructibus terræ, ut pane, amygdalis, pineis, caſtaneis, aqua cum ſaccharo. quòd ſi aqua utilis eſt, quæ à terra ſumitur, cur omnia quæ à terra ſumuntur, reijcere cogimur? Et ſi uinum admittit, & laudat, non ne id ſuccus eſt fructus? propterea fructus & ſemina, bis elaborata, non ut radices, uel folia, & ſi etiam ſemel tantùm ut dixi, non ob id mala ſunt, cùm elephanti, cameli, & cerui, quorum ex confeſſo uita longiſſima eſt, his quæ ex terra naſcuntur, & non ex animalium carne uiuant. Ad-
Cardui cur mali. ducam tamen quædam, quæ ad hunc uſum meritò improbantur, Carduos, & reſtè, cùm enim tingant, & manus, & aquam in qua elixantur, atrum gignere illos
Cur à ſaluia cauendum. humorem, haud dubium eſt. A ſaluia cauendum monet, cui ego aſſentior æſtiuis temporibus: nam & calida eſt ſatis, & habitaculum ob denſitatem ſerpentum & bufonum: in ea enim ob denſitatem umbræ nõ ſolùm refrigerantur, ſed deliteſcũt, uelut & ſub hædera, & arbutis denſis & humilibus, ut etiam rubo, & humili buxo: ideo bene Poëta cecinit,

Frigidus, ò pueri fugite hinc, latet anguis in herba.

In hyeme autem utilis eſt, non ſolùm quia ſubaſtringat modicè, ut Galenus ait, ſed quia etiam detergit, & multo magis quàm aſtringat, ideo uentriculo pituita redundanti, tum alijs utilis eſt, cùm etiam diſſecet, & caput corroboret. Similiter & à moris: quanquam enim mala non ualde ſint, adeò tamen ſunt obnoxia facilè putredini, ut eam uoluptatem conſuluerim tanto periculo non emendam. Similiter & à malis, quòd inutilia prorſus ſint, ideoq; nulli conueniant, quòd phthiſi progignendæ apta, quòd in omnibus flatum excitent, qui cùm in frigida materia fuerit,
Flatus incommoda. per arterias diuiditur, & in muſculos etiam deriuatur, & tabefacit hominem, flatus enim præter commodum eijciendi lenta, & multa, & mediocria excrementa, ut in ſenibus, & melancholicis, cui muneri auxilium præſtat: ſi ſit ſimilis fœcũ materiæ, ſcilicet craſſus, & ad imum uentris deſcendens, ſecùs ſemper nocet: nam craſſus & non deſcendens, coli & ilei dolorem gignit, ſi in inteſtinis ſit: ſi uerò inter omentũ & peritonæum, hydropem ſiccam & antea dolores circa umbilicum, ſi deſcendat, enterocelem, aut epiplocelem: ſi in uentriculo grauis & denſus intercipiatur, dolores creat, & coctionem intercipit: ſi leuis, eructuationes, & coctioni etiam incõmodus, ſed non adeò: leuis autem & cum impetu delatus efficit uertigines, denſior, comitialem morbum, tenuiuſculus & diuiſus, imagines ante oculos, continuatus &

non

non multus, tinnitus, sibilos, & ex his surditatem parit. Et ob id etiam hæc omnia in senibus accidunt, quoniam & flatuum copiam maiorem gignũt, ob cruditatum multitudinem, & quoniam discutere illos minùs ualent, tum ob caloris imbecillitem, tum ob id quòd minùs exercentur. In reliquis solùm cauenda prorsus suadeo quæ mala sunt, & ut deteriora fiant, periculum est: prorsus mala, & nemini utilia, mala insana etiam: periculosa uerò apium ob similitudinem ranæ, similiter fungi, anguillæq; ob commertium, uelut etiam de saluia diximus, sed & poma cum inutilia sint, & suspecta de phthisi, & tabe, & oculorum ac aurium offensa, tum coli doloribus & ilei, tum uermibus, difficileq; sit in tanta malorum turba omnia euitare, ex hoc numero censebuntur. Aeris præterea eligendi optimi, tum aquæ curam habere oportet. nam quantum utrumq; ad institutum propositũ conferat, Hippocrates longo opere prosequutus est, & nos inferius, cùm absque bonis aquis incolumem diu esse difficilimũ: longæuum aut in prauo aére qualis apud Garamantas, & in quibusdam regionibus nouæ Galliæ, sit impossibile. Ad hoc etiam pertinet immũdities, & consuetudo, ut cum elephanticis, uelut in Hibernia, & ubi uenti Austri concluſi excipiuntur, loca lacustria, palustria, ualles, sordida ex animalibus ac stabulis armentorum, & orientales regiones, India maximè, deinde Asia, aptiores sunt ad uitæ longitudinem cæteris, dicebat Thomas Philologus, quòd ex occidentalibus nullam urbem uidit, in qua longiori tempore uiuerent, quàm Venetias, idq; iure multis ex causis expositi, sunt enim secundum mare oriente ad meridiem declinãti, id est, Euro & Vulturno, & in mari, ubi homines diu uiuunt, & rectã uiuendi normam norunt atq; custodiunt. Sed neq; his assuescere oportet quæ speciem habent utilitatis præsentis, in posterũ autem nocent, uelut fontes in membris, uomitus, ieiunium, non præsente cruditate, euacuationes molles, frequentes, aut etiam raræ, non necessariæ, hæmorrhoides: at ex his hæmorrhoides sponte natę sine sensu, & non diu, & aceruatim fluentes sunt satis bonæ. Sed & tempora somni & uigiliarum obseruanda, non solum in quantitate, sed ordine, dum nox longa est, aut mediocris, dormiendum donec sol ascenderit, non prodeundũ, nisi aére bene perspicuo, & similiter à penultima diei hora recipere se in domum oportet, aut si cogaris prodire, quod & Veneti obseruant, uelati undequaq;. Aestate uerò ad nonam horam ab occasu producendus est somnus, si non, decumbat ad undecimam, nec crudus exurgat. nam quiescenti malum exercitaturo longè deterius. Neque procuranda macies nulli apta usui, neque pinguedo, non solùm quòd dicat Hippocrates, Qui naturâ admodum crassi sunt, citiùs moriuntur gracilibus, sed quòd institutio hæc salubris minimè debet pugnare cum communi bono, cum proprio hominis fine, qui est intelligere. Dicebat autem B. Hieronymus, uenter obesus nõ gignit spiritum tenuem. Non solùm autẽ Venus immodica uitam breuiorẽ reddit, sed & ipsa salacitas sola signũ est breuioris uitę, ut inter arbores psicus, inter animalia passeres. Tale enim quod potestate est, ab initio & ei assimilatur quale futurum esset cùm ad actum peruenisset. Hæc satis in genere à nobis dicta sint, his quibus naturâ id concessum est, uel natura sponte, uel artis auxilio, uita incolumis ac longa seruetur: nam quidam sunt adeò malè compositi, ut si etiam seruandi Aesculapio traderentur, neq; sani uiuere possent, neq; ad senectutem peruenire. E' quibus sunt nati iunioribus et teneris parentibus, aut qui rara sunt substantia solidorum membrorum, aut graui aliquo uitio laborant in membrorum aliquo uitæ necessario, è quib. sunt tria principalia, & præter illa uentriculus, & pulmo. Quę uerò ad quasdã sublimiores artes pertinẽt destillationum, atque Astrorum, cum circuitibus suis illa suis locis declarabuntur: nam non talia sunt, ut breui sermone comprehendi queant.

Optimi aëris electio.

Qui naturaliter breuis sunt uitæ.

HIERO-

HIERONYMI CARDANI MEDIOLANENSIS, CIVISQVE BONONIENSIS

OPVS DE SANITATE TVENDA.

LIBER PRIMVS.

Cur disciplina tuendæ sanitatis fuerit neglecta. Cap. I.

NIMVERO tametsi multa de hac disciplina, clarissimi uiri, scripserint, Hippocrates siue Polybus & Diocles, totq; alij, de quibus aliàs actum est, multos tamẽ habent contradicentes, plurimos uerò contemptores, atque ij diuersis causis inducti esse uidentur. Prima, quòd omnes qui artem medicam nullam esse putant, quanto magis si urgente necessitate salutem negligunt? inter illos terrores supremi ictus, lentam spem, tam lõgam, incertosq; euentus parui facere debent, quinimmo tam pauci hoc argumento elidere, imò excludere curam omnem tuendæ sanitatis nituntur. Alijs uisum est, uelut Plutarcho dicenti. Præfinire autem oportet quantum sanitati sit incumbendum, neq; illam exactam curam probo quæ ciuilia negotia abrumpit, reipublicę inutilem reddit, contemplationem tollit, & insuauem eius usum efficit. Tria enim hæc iure uitæ prætulero, stirpem, patriam, sapientiam: ob id consuluero ut qui principibus aut reipublicæ mancipati sunt, aut sapientiæ studijs, à uoluptatibus quantũ possunt abstineant, tempus id, quod supereſt ualetudinis præceptis tribuant. Manifestum est autem maiorem partem horum ad uoluptatem facere: Decubitum super lectum, deambulationem, equitationem, piscationẽ, musicam, confabulationem amicorum, aucupium, gemmarum intuitum, historiarum lectionem, lusum turriculæ, & pilę collimando. Voluptates quoque, quæ à corpore per corpus exercentur, uelut cibi & potus: & quæ ab animo in animũ resiliunt, ut cogitationes iucundæ, gloria Dei, amplitudo & pulchritudo cœli, mentium ordo, splendor immensus, quies sempiterna, immota in infinito, immensitas ardens, iustitia, gaudium, tranquillitas, beata omnia. Non ergo sapientiæ studijs, non reipublicæ utilitati, neque operibus deerimus, si unicuiq; iuxta fabricã, uelut in ędibus officia tribuerimus. Fabula illa mihi arridet, leonem cùm coëgisset omnia animalia, asino tubicinis imposuisse munus, lepori cursoris & nuntij. Malè ergo Galenus ut seruare uidetur uelle Respublicas, artem palæstræ potiùs docuit quàm tuendæ sanitatis, sed dum nimis postmodum incumbit noxæ exercitationis, nec uni, nec alteri satisfacit, illos enim laboribus periculo febrium exponit, cùm præcepta sanitatis tuendæ periculo uacare debeant, uel si muneri cõiuncta sint, proprium habere, neq; regulã, uelut si cogaris exerceri, antea dormias, edas parũ solidũ nutriens sine potu, si uigilare nihil cœnes, aut uuas passas grandes, postquam uerò periculo aut morbo te obiecit, nõ curat ut militem, sed ut œconomum diuitis Matronæ. Qui uerò fastidiunt hæc præcepta, alij abstinentiam damnant. Velut Alfonsus Rex Aragonũ, qui cùm audisset à sene x c. annorum uitæ genus, dixit: Mallem mori intra decem annos (nondum uerò excesserat quinquaginta) q; peruenire ad centũ cum hoc uitę genere: digna uox Rege, sed non hominum. quanto meliùs dixisset, præstabat hanc tantam curam pro studijs sapientiæ, aut uirtutis, quàm uitæ collocare. Sed his Aloysius Cornarius Patritius Venetus pulcherrimè respondit, quinimmo etiam acerbè arguit delinquentes eo libello, qui in omnium manibus est. Alij dicunt nihil proficere senectutem, cùm omninò

Tria uitæ præferenda.

Dictum Regis Aragonum.

omninò moriendum sit. falluntur hi, nanque interim uiuimus, & si uera sunt quæ prodit Aristoteles, sine dolore est mors naturalis, uel ut Boëtius ait,

Mors hominum fœlix quæ se non dulcibus annis
Inuehit, & mœstis sæpè uocata uenit.

Interim etiam descẽdentibus meliùs consulere possumus, uerùm graue est quantò frui licet, tantò diuturna expectatione cruciari, tum præcipuè quòd uix uerisimile est posse mortem esse absq; dolore, longam expectationem eam tollit ἀμυησία & uitæ suauitas. ipsius mortis dolor uel nullus erit, ut ille ait: uel exiguum tollit ira, ob id (quod damnant in Sylla) præcipuum fuit felicitatis suæ fastigium. Ex iracundia enim mori, cùm nihil magis milites accendat ad pugnam quàm ira & furor, ut de Etheacle, & Polynice, ut & Virgilius testatur, dulce est.

Obiectio.

Rursus quidam obijciunt quòd hæc scientia sit impossibilis homini, idq; indicio patere, quòd nullus eorum qui ad centesimum peruenerunt annum, ei operam dedit, siquidem neq; uidebis medicum centenarium neq; centenarium medicum, ut Galenus hoc ipse apertè fassus est: nam medicum uix octuaginta annos superasse, Grammaticum centum attigisse, rusticum etiam excessisse: et ego quidem uidi hortulanum unum, pistorem alium. Plinius recitat de fullone Bononiensi. Nihil ergo proficit hæc ars. Quibus respondemus (aut malè traditam) horum causa hoc scribimus opus: non quia non iuuant, quia malè tradita sit, sed quia solùm malè tradita (& ut dixi) scribimus opus. Cur autem non uiuant tandiu, alia causa est, scilicet quòd omnibus quidem tradita disciplina utilis est, sed nõ quantum debet, confert, & experimentum sui præbet: nam in ualidis propter naturam, in mediocribus ob imperfectionem artis et obseruationis præceptorum non satisfacit, tum propter casus, at natura plus potest quàm ars, & integra statua quàm refecta. Eorũ ergo qui ad summum bonitatis peruenerunt, ni casus obstent, uita longissima est, in qua natura plus potest quàm ars in alijs, & licet medicos non consulant, naturam tamen ducem habent eorum loco, qui parum fidi uel impediti, uel ingrato labore nil conferunt: omnes etiam hi quandam normam uitæ sequuntur à sexagesimo anno: supra dictum est autem ab uno cuncta proficisci, & quòd consuetudo maximè diuturna ex pluribus unum facit.

Sunt etiam qui cùm ualeant, omninò negligant huius disciplinæ usum, quòd dum ualent, inutilis sit hic labor: cùm in morbum inciderint curatione indigeant, in medio spem proferendo transigunt tempus, incertam mutationẽ horrent, exemplum multitudinis, quæ perperam agit, magis sequũtur quàm res, ideo ad iudiciũ uulgi reuoluũtur in his, quæ ad rationẽ & sapientiã spectarent. Itaq; errãt & eum erroribus commoriuntur. Sed si lentis priùs morbis detineantur, refugiunt ad medicos, & licet hæc sit pars tuendæ sanitatis, illi tamen ob locum ad curatiuam referũt: multitudo autem errorum non efficit consuetudinem, sed præuaricationem, meliori ergo in statu deinceps ars tuendæ sanitatis erit, ut homines intelligant esse magnum donum Dei.

De Erratis exercentium artem. Cap. II.

SIcut in fœcundo agro multò plures (si incultus maneat) herbæ, & inutiles, & etiam uenenosæ, & maleficæ, quàm in sterili oriuntur, ita felicissimis & regionibus atque temporibus, uitia plura, & deceptores, ac homines improbi, scelerati, tum imperiti, abundant: multò maiore numero, ac flagitijs, pernicioſi humano generi, quàm dum mundus adhuc nouus erat, & multis commodis destituti homines laborarent, & in speluncis ac cauernis adhuc habitarẽt: Et ut ille dicebat: *Glandem ructante marito.* Nostra ætate floridissima esse omnia (si qua ulla unquam alia) nemo dubitat: cur ergo miramini, si dum bella geruntur, alij meditantur implicitis principibus (quanquam optimis ac prudentissimis) maxima labes ementitorum artificum, & qui disciplinas, quas minimè salutauerint, ne dum nouerint, profiterentur, emerserit? Omitto nunc diuina, cùm Heliæ tempore coactus sit

ctus sit se exponere contra quadringentos prophetas uitæ euidenti periculo, sub rege etiam parum ei amico boni publici causa, ueniamus ad propria: Non ne Hippocrates de hoc quęritur, ut inceperit librum de uictu in acutis, sic: [Qui Gnidias appellatas sententias scripserunt, rectè quidem scripserunt ea quæ patiuntur ægroti. Quæ uerò antè medicum discere oportet, ægroto non referente, pleraq; & quæ ad coniecturam faciunt, omissa sunt. Quomodo uerò curare oporteat in his aliter sentio nec laudo, quòd paucis usi sint medicamentis.] Demum concludit: [Siquidem hæc bona essent, et morbis, quibus exhibenda iusserunt conuenientia, magis forent laudanda.] Et in libro de lege [Duo sunt, scientia, & opinio, quarum una scire facit, altera ignorantiæ causa est. Medici nomine quidē solo plures, re ipsa & peritia pauci, ob quod medicina malè audit.] Plura sanè dicturus, ac de hoc conquęsturus, nisi incommodum scribendi obstitisset. nam (ut Galenus testatur) pleraq; nondum euulgato usu chartæ, in ligneis scripsit tabulis, multa tamen sparsim scripsit, in quibus errata exercentium artem arguit. At Galenus quanto plura contra hos nebulones modò reprehendens illos imperitię, modò contumacię, aliàs prodens eorum homicidia, non rarò conquęstus, & grauiter, de temporum suorum præsertim aulicorum moribus, de Principum socordia: medicos etiam arguens beneficij, usque adeò impatiens imperitiæ, & prauitatis illorum, ut non solùm ex proposito in aliud propositum præter decorem resiliat, uerùm libros omnes adeò his contentionibus repleuerit, ut fastidium non leue etiam his, qui illius nomini addicti sunt, laudantq; ordinem eius, styli elegantiam, doctrinam, subtilitatem, ac cæteras uirtutes, pariat. immoderata forsan illius reprehendendi uoluntas, & dicendi copia, sed longè immoderantior fuit eorum quos reprehendit ignorantia, stupor, flagitia, atque imprudentia. Itaque meritò mihi conqueri uideor de quorundam hominum erga me acerbitate, qui quod Galeno tot in operibus licuit, de eo mihi duntaxat uno aut duobus uerba facienti uitio uertant: cùm longè plures, & grauiùs, ætate nostra, quàm Galeni temporibus peccēt. Hominum genus hoc ipsum naturâ inditum habet, ut malit sibi bene esse, quam alteri. Quapropter cùm iam usu inualuerit, ut opes penè suspiciantur solæ, meritò factum putet, ut authoritatem simul ac pecuniam quisq; quærat, ideoq; qui neq; bonis artibus imbuti sunt, neq; ingenio ualent, ad dolos & flagitia confugiunt. Etenim illud inoleuit quod Satyricus inquit:

Criminibus debent hortos, prætoria, mensas.
Argentum uetus, & stantem extra pocula caprum.

Quibus accessit unum illud, de quo queritur Plinius, & sanè meritò reprendendum, & detestabile, sed adeò iam uulgatum, & uerissimum, ut in adagium transierit: solis medicis licet homines impunè occidere. Irrepsit interim occasio alia euertendi omnia bona sub magnę fœlicitatis nomine. Eruta sunt antiqua Galeni uolumina, tum aliorum, Aldi Manutij Romani uiri insignis industria, græcè scripta: statim affuêre periti Laurentianus, Leonicenus Copus, alijq; medicæ artis professores, qui tàm luculenter ea latinè uerterunt (ut è latinis librū de senectute) ut in Græcum sermonem uersa potius existimes. Eloquentia, sensus proprietates, lepôs ita transierunt ad nos: cùm statim Grammatici irrepserunt sine iudicio, sine artis cognitione, sine peritia qui reprehendant πωντί pro πάντι, ἀργόνομοι pro ἀργονόμοι, & multum referre, quòd quis dicat huius notitiæ esse quandam artem, & huius artis quandam notitiam. Extra aleam ambo sunt medicinæ, nec quicquam ad ægros conferunt, imò impediunt, ut Auenzoar dicit, imò grauiter reprehendit. Quantum uerò interfit inter omnia, & omnimode nihil: nam si ad Deum, utrumque uerum, si ad homines, utrumq; falsum: nullus enim omnes res nouit, neq; unum tantùm omnimode. Ergo primùm in lectione constituenda non litterulæ inspiciendæ sunt, sed quis sensus magis ad artem pertineat, quisq; uerior sit: si secus feceris, periculum est ne simul in rem pecces, & in hominem. Qualis etiam sit phrasis authoris familiaris: & ut colluctationem Grammaticorum circa uerbula effugias hortor. Ex tam paruo commodo, quot, & quanta euenerint detrimenta, accipe. Primùm ut iudices artis sponte eligamus artis ignaros, cum Iurisconsulti litem de re uestiaria ad

uestiarios

Medici nomine plures, re uerò pauci.

Nota.

Solis medicis licet homines impunè occidere.

ueſtiarios relegent: ſecundùm adoleſcentes ad puerilia ſtudia reuocemus, cùm ad Philoſophiam & Mathematicam prouocari deberent. Hic mos antiquorum, hæc præcepta Platonis, Ariſtotelis, Galeni. Sic ueteres illi profecerunt. Non'ne dixit Hippocrates: [Vita breuis, ars uerò longa:] Iuerit Plato in Aegyptum, nouæ doctrinæ comparandæ cauſa: non oſtendes uerbum in toto Platone Aegyptiacũ. Nec erant libri Græcis à barbara ſapientia: at nunc, cum tranſtulerint etiam fabulas, nõ erimus contenti duabus linguis, cùm maioribus unica ſatisfecerit? Eſto contentus, uel libris, uel linguę peritia, uel doctrinę cognitione: non imitemur hydropicos, qui cùm uentrem habeant humore plenum, ſitiunt tamen indies magis: ſint Græcæ litterę emolumento Grammaticis, illuſtribus uiris ornamento. In Paulo tertio eruditionem ſuſpiciebamus, in Leone decimo muſicæ peritiam admirabamur, in ruſtico reſiſtemus, in medicis deſpicimus. Modus tamen & modeſtia unamquamque rem efficit decentem, honeſtam, & laudabilem. Horatius:

Græcis ingenium, Græcis dedit ore rotundo Muſa loqui.

Sed aliud longè eſt pulchrè nugari, & rectè agere: quinimmo ambo præſtare nemo facilè poteſt. Propterea ne malè quidem egerunt ciues Mediolanenſes, qui munus hoc in nobiles tantum tranſtulére. Quod, ut inquit Ariſtoteles, Nobilitas à maiorum uirtute cùm ortum habeat, ueriſimile eſt deſcendẽtes eis aſsimilari. Hoc autem duntaxat obſeruandum in his artibus, ac negotiationibus, quæ deteriores faciunt homines, è quibus ex confeſſo eſt medicina, ut Conciliator ait. Meritò igitur potentes plectuntur, qui ineruditis fauent. Id uerò accidit, quòd quilibet maiora, & citò, & cum uoluptate quærit potiùs, quàm contraria ijs. Nebulones autem hæc omnia pollicentur, & ut ait Poëta:

Promiſsis dines quilibet eſſe poteſt.

Suſtinet morituros in ſpe, donec intereant, cùm hora adeſt, aduocant colluſorem, qui omnia laudet, imo extollat. ita demiror de Galeno, qui Theſſalum accuſet, quòd ſex menſibus polliceretur docere medicinam, cùm noſtro tempore una linea tota ſcribi poſsit.

Nobilitas à maiorum uirtute ortum habet.

Blanditijs primò, tum pòſt ſpe certa ſalutis, inde colluſore ſtrenuo. Hanc electionem fouent ipſi eruditi contumacia, indignatione, nimio amore ſtudiorum, neglectu omnium, ut in reſponſis imprudentes, in ornatu incompti, in actionibus inepti uideantur. Ergo mihi iam nunc accidit, quod Comenſi cuidam uenandi ſtudijs nimis auido, qui dum capream ſectatur, inter montes ei uenit, ut nulla arte inde retrahi poſſet, frigore & fame interierit: ſic mihi ut medicorum turbam irritauerim, confuſionem negotio intulerim, ex qua non facilè poſſum me ſeruato pudore explicare, præſertim quòd de illis non conqueri, ſed ornatus beneficijs eos laudare tenear. At ego ſolùm id Centauro offeram, odi illos, qui cùm poſsint communi commodo bene habere malint ob pertinaciam quãdam nõ minus ſibi ipſis, quàm alijs malè conſulere. Itaque duo aliàs præſidia contra hanc labem docui, ne quis admittatur ad hanc artem, niſi Mathematicarum fuerit ualde peritus. Voco Mathematicos, Geometriam, Arithmeticam, & notitiam curſus aſtrorum, (non genethliacos, cæteraſq; minùs conſtantes futuri cognoſcendi artes) Ingenerant enim ueritatis amorem adeò firmum, ut qui profitentur illas, mentiri neſciant. Alterum, ut ne cui præmia numerentur, niſi qui ægrum ſeruauerit. At dices, durum, iniuſtum, & incommodum publicæ utilitati: ſed ea optima eſt, quæ pluribus longè utilior eſt, quàm damnoſa: item quæ exemplo incitat alios ad rectè agendum, demum quæ proceſſu temporum utilior euadit, cuiuſmodi hæc eſt. At nunc tertium ſubiungam, ſcilicet ut non uerbis imperando, ſed manibus tractando, Chirurgorum more, ægros curent, medicamenta ſecum deferant. Primum quidem apud illos peritus ab ignauo experimento dignoſceretur, non fallax pharmacopola turbaret opus, nõ uerbis locus eſſet: hæc tria auxilia à ueteri medicina deprompta ſunt, & Hippocratis, ac Galeni etiã teſtimonio cõfirmata. ita Aegineta & Oribaſius eam exercuêre, & apud Arabes Albucaſis, & Raſis eſt Auẽzoar: ſic diſciplina dignitatem, artifices authoritatẽ, præſtantes uiri locũ ſuũ retinuerunt. Paciſcebantur etiam antiquo

Nota.

Quis ad hanc artem admitti debeat.

Vt in Parangelijs.

tempore cum ægris de pretio, ut diligentiam ipsi, ægri spem de eis augerent. Graue crimen ob tam paucorum hominum factionem, tot innoxios & bonos pœnas extremas dare, patres filijs, fratres fratribus, maritos coniugibus, pupillos parentibus, respublicas defensoribus spoliari, atq; in simul unumquemq; ut magis ornamento est atq; decori mortalium generi, per incuriam & improborum scelus nobis eripi. Quin quòd etiam Galenus dolet uicem ægrorum, ostentationem medicorum, infelices progressus, modò rogat Dei auxilium, modò desperat contra tantam nebulonum copiam, deplorat sortem, narrat historias, fletum discipulorum, pœnitentiamq; illorum. His rationibus disciplinam admirabilem in contemptum deduxêre: ex utilissima, damnosam, ex pia & officiosissima, bonis plena exemplis, honesta, decora, effecêre detestabilem, malorum & miseriarum fontem, falsorum professorũ qui se illius titulo uendicarunt ingressu cum ornatu decoro, comitatu splendido.

Historiam nouam. Audi Historiam breuem. Erat medicus Mediolani, qui ut imponeret ciuibus medicis, implebat ægros usque ad guttur, ut nemo euaderet, curabat nobilem quendam, & admonitus sæpe à quodam medico amico meo, ut modum aliquem tantæ repletioni poneret, non paruit, sed irrisit. paulò pòst cùm uideret illum efflare animam, conuenit medicũ à quo monitus fuerat, dicens: Ecce nunc est occasio in qua cuperem te mihi socium habere, & ego libenter, imo liberè illum tibi concessurus sum, ut possis ut uelis curare. Tum amicus meus inquit: Vt scilicet quem tu peremisti, uideatur à me sepultus. Dicebat ergo si recepissem, & nutriuissem, socium uolebat homicidij, si subtraxissem, necis mihi causam imponere. Ergo hęc sunt miranda huius artis exẽpla, inclyti artifices, successus pernicioſi, mirabilis stupor, sed unde oriantur, pauci norunt. Quid ergo mirum? ô nimis ambitioſi, frustrà obijciunt, quid proficiam? cur ab initio non patiuntur uocari, an timent quod ego LXXV.

Curandi uis in prima die. annorũ p Vrbem cursitem? in curando tota uis est in prima die, ut serues in continua obseruatione, & hæc gloria est. dicetis quis tu, nunquam ne erras? forsan non. Herophilus cùm nihil se scire testatus esset, multò melius (quanquam prior etiam teste Vesalio Anatomiam tradidit) quàm cum tot scientijs Galenus. Surgimus inflati, erramus inscij, profitemur quæ non didicimus, dumq; de pluribus gloriamur, tantò in pluribus nos fallimus, alios euertimus nostris erroribus: hæc est misera scientia mortalium, umbra uana. Quæritis an cum ijs sciamus aliqua: an Mathematica prorsus inanis sit, an simus omninò Pyrrhonici? non, absit: sed faber lignarius arcam meliùs conficit, quia scientię expers sensibus utitur, & ratione ac iudicio eorum, dum mentem non diuidit.

Misera mortalium scientia.

Pluribus intentus minor est ad singula sensus.

Dum non confidit in uanis disciplinis, neque tumultuatur in uerbis, neque ambitione stringitur, & cogitur, ueritas illi brachium est, & meta sensus, experiẽtia iudicium. Sic nos sensibus & rationi firmè innitentes, artem sanitatis Deo dante non falsa sapientiæ professione aggrediemur. Medicum autem eligemus ministrum naturæ, & moribus probum, quod ex familijs à quibus ortum ducit, atque maioribus coniectaberis, tum uitæ illius historia, planè ueritatis amatorem, contemptorem quasi honoris & diurni quæstus, paucorum uerborum studiosum, humanum, prudentem, uitæ admodum frugalis, boni iudicij, gratum, misericordem, ætatis ultra quadragesimum annum, qui rem ut se habet doctrinarum sciat, in opere fortunatum, & minimè auarum, nec parata medicamenta in officinis tenentem, cum pharmacopolis participantem: atque ab illis maximè caueas, qui se nouam artem medicam fingunt, atque adinuenisse profitentur, imo spretis diuini Hippocratis, atq; aliorum ueterum medicorum dogmatibus, suo Marte medentur, & quicquid eis in mentem uenit, absque alia ratione ac methodo exequuntur in perniciem humani generis. nec parum damnanda est illorum arrogantia, qui falsa scientiæ professione freti, contra Hippocratem omnium medicorum absque controuersia principem, scribere audent, eiusq; Aphorismos, in quibus diuina illa oracula & aurea dicta continentur, uerbis corripere studeant, more grammaticorum, nec ullam etiam diætandi rationem seruant, modò ægrotantes nimio cibo iugulantes, modò oua,

Optimi medici electio.

A quo medico cauendum sit.

carnes,

carnes,& uinum etiam in febribus acutis exhibentes,ut mulierculis, alijsq; aſsiſtẽtibus placeant,blandiantur,ſolum ſibi præ oculis lucrum ponentes: modò nimia inedia interficientes: tanta eſt iſtorum imperitia. At dices, cur aliqui in horum manibus ita malè curati euadunt? illos me hercle Dei beneficio, non medici malè medentis opera,in priſtinam ſanitatem fuiſſe reſtitutos,exiſtimandum eſt.

De prandio,& cœna,& de exemplo dictorum,& quantum faciat modus in unaquaque re. Cap. III.

TAm uerò ne uideamur potiùs uelle cõſtruere dogma, & diſputare, quàm humano generi conſulere, iam diu factitata eſt contentio, ac quæſtio, & ualde celebris uſq; ad iurgia adeò acriter, an prandiũ cõueniat eſſe maius cœna? Hoc primum exponetur tam utile mortalibus,quàm authorib. eſſe uidetur, cùm tamen non multum boni in ſe contineat. nam primum quæritur à uobis clari uiri,an alterutrum ſit uerum? Si unum uerum eſt, alterum eſt falſum,& qui falſum tuetur,ſi ipſum ſequantur plures,magnum hominum generi damnũ affert,ſi etiam pauciores,ſed huic ignoſcamus, eſt enim humanũ errare, & in multis, & in maximis:ſed hîc præter id etiam in errore uelle gloriari, amicis uelle nocere,id etiam grauius eſt:ſed grauiſsimum,atq; intolerandum,uelle finem aſſequi,qui nullus eſt.nam omnibus uelle conuenire prandium cœna plenius,abſurdiſsimum eſt, cùm aliqui & multi nullo modo pranderent, ut etiam tempore Romanorũ: quod & Homerus,& Martialis longa teſtatur ſerie uerborum in eo epigrammate:

Prima ſalutantes atque altera detinet hora.
Exercet raucos tertia Cauſidicos.
In quintam uarios extendit Roma labores.
Sexta quies laſſis, ſeptima finis erit.
Imperat extructos frangere nona toros.

Antiquo tempore poſtmodum qui luxurioſè uiuebãt, cœnam trahebant ferè ad mediam noctem:erant enim magni comedones,atq; bibones,qui modeſti,decima uacabant aliis negotijs:unde ſubijcit,

Hora libellorum decima eſt Eupheme meorum. Nec ampliùs uſq; ad eandẽ diem ſumebant cibum,ut lurcones,ab octaua noctis ientaculum ſumebant,ut Satyricus,

Exul ab octaua Marius bibit. Fuit enim magnus comeſtor,& bibax,cùm ruſticus eſſet, nec quicquam boni niſi ſæuitia, ambitioq; immenſa in auaritiam ordinata, quæ poſtmodum in gulæ luxuriam. Ergo ad propoſitum non omnibus prandere expedit,& hoc clarè Hippocrates in libro de Victu in acutis docet. Sed reuertamur ad rem. Verùm ô generoſe putas ne ſeriò, expedire omnibus cœnam prandio copioſiorem(nam de prandio nimis fortes inſultus: ſi non eſſet aliud,infantes uentriculo ualde læſi,atq; imbecilles,quiq; curſitare per totam Vrbem cogũtur, te admonere poterũt)ſi affirmas,iam oſtendam non eſſe uerũ,ſi negas, quare uis tueri quod falſum eſſe non ignoras in pernicíem humani generis, in mortem amicorum, prodendo etiam illos,qui tibi fidunt? At cùm neutra pars poſsit eſſe uera generaliter, cur generaliter quæſtionem introducis amabo ob inanem gloriam? Neque uos latet,primùm quòd habenda eſt ratio cõſuetudinis,longitudinis interualli, utrorũq; negotiorum agitandorum, & aliorum quæ uiſa ſunt, animaduerſaq; antè ab antiquis. Venio ad ea quæ illi non attigerunt,de diſcrimine facultatis uomendi prandium faciliùs,quàm cœnam,& illud prætereo,an dubitatis, ſi quis rutam edere uelit de ueneno ſolicitus,tutiùs & minore noxa non facturus ſit in prandio,nõ in cœna? Idem de cæpa,de uino potenti ac multo.nam cùm in die os pateat, calorq; diei auocet,& homo ſibi faueat,quin minus lædatur ex prandio, quàm ex cœna (omitto modò nimis ſæuam neceſsitatem curſitandi per Vrbem)cùm in cœna tetri illi uapores,acres,torridi,amari,ſemiputridi,aut etiam putridi,malígni, fœcales, uenenoſi,quales fungorum,atq; alliorum putreſcẽtium à uiru tractorum, attracti à iecore, caput petentes remiſsi per aſperam arteriam in pulmones, noxam in his quatuor

Nota.

membris (dico iterum iecur, cerebrum, pulmones ac uentriculum) irreparabilem non gignunt, laborabis ex eo tribus menſibus, primùm inde oborta febricula, ex eo tanquam ex pomo quod fortuitò ederis, mortis nomen, pomum, & multa alia innoxia & calumniam habebit, nec præteream, ſed ſuo loco dicetur, quòd in eiuſmodi accuſatis Galeno teſte cucumeres, & pepones, & fructus nonnulli alij continentur, ſed hoc locum hîc non habet. Quis ergo tam impurus eſt qui hæc non uideat, tam ſtolidus qui contemnet? At contrà, edere propoſitum eſt ciuiliter ptiſanam, auiculas, & acetarium ex radice hieracij, & borraginis (quanquam hîc non ignorem rurſus cum pædagogis excitandam pugnam, neque magis Galeni aut uerba intelligunt, quàm lyræ ſonum aſinus, etſi ad modos ſaltare uidetur, quemadmodum referunt de Aegyptijs Cain) tum uino mediocri diluto, cum ſemipyro aſſato, & de omnibus copioſe meliùs habiturũ, & ad robur, & ad bonum habitum, & hilaritatem, & ſomnum, ac cibi prandij appetentiam, quàm eiuſmodi cibis ueſceretur in prandio, cœnam autem exilem faceret, aut non cœnaret, uel grauiorem faceret? Non'ne ergo melius fuiſſet inſtituere quæſtionem, quæ cuiq; magis expedirent in prandio, & quæ in cœna? & quomodo, & de ordine ciborum, ac præparatione, inde collectum per exemplum de ſingulorum uictu. ſimiliter in confeſſo eſt ſtyracem ſomnum prouocare, & ſiccam tamen eſſe. Princeps enim quamuis tria illa faciat capita, tamen in ſingulis calidam & ſiccam eſſe affirmat, Græci calidam eſſe referunt, non audent ſiccam, an humidam appellare. Quomodo ſi ſicca, ſomnum & potenter prouocat? Quæ quæſtio de innumeris quoq; alijs eſt: ut Iride, aloe, amomo. Sed dices Græcos non affirmare? nunquid nil intereſt, aut uel parum, hoc ſcire? Nunquid idem eſt ſomnus qui à ſicco, & qui ab humido, & ita de emollientibus. diſpeream, ſi non melius ſit neſcire, quàm ſcire. Ecce uidetis in minimis, ac quæ ſenſui ipſi ſunt manifeſta, quantum interſit ſcientia per cauſas, & diligentia ac peritia in actione: effectus enim à natura ſemper ijdem manent, & cauſæ duplices ſunt, & ambæ mutantur in nobis, & has diſponit medicus: aliæ in poteſtate aliarum cauſarũ, & de his medicus non poteſt diſponere, & ſunt ancipites, fauent quandoq;, quandoque impediunt, ſed hæc in potentibus ſunt rariores, igitur cauſarum fortuitarum obiectum non officit huic de optimo medico diſquiſitioni: ſolùm ergo meditetur hæc quatuor præcepta. Sed primum eſt commune omnibus humanis actionibus, cum duobus ſequentibus, ſcilicet quòd omnia hæc mortalia ſunt uana, idq; non debet propalari: eſſet enim præter propoſitum, & malam opinionem de ſe poſſet in hominum mentibus ingenerare. Secundum, quòd uita humana eſt ſimilis reti, compoſita ſcilicet ex uaculis ſæpiùs iteratis, & penè ſimilibus, niſi quòd aliæ ſunt integræ, aliæ fractæ. Tertium, quòd omnium quæ eueniunt hominibus ab initio, ſunt uelut ortus plantarum, exiguus & imbecillis, & ideo ſemper, ſed maximè tamen, id eſt, à principio debere hominem omni ſtudio, diligentia, ſedulitate, induſtria, non ſolùm animo, ſed opere, & corporea etiam actione illi incumbere. Quartum eſt proprium medico, ideo maximè ad illum pertinet, & ut ei operam det, quoniam ea quæ ſunt circa ægrum, in tria genera diuiduntur, in illa quæ ad artem pertinent: & hæc ſunt duplicia, alia quæ ſunt in naturæ poteſtate, & iſta ſufficit ſcire, alia quæ ſunt in noſtra poteſtate, & iſta debet non ſolùm ſcire, ſed præſtare, alia in accidentium euentu, nec iſta conuenit negligere, ſed ſufficit ut rectè coniectemur. Multùm autem neceſſaria diligentia etiam in minimis, cùm haud obſcurum ſit ex illis maxima deriuari, & induſtria hominis ſupplet non ſolùm inſtrumentis quæ parantur, uerùm oſtendit curam ſuperfluam illorum parandorum, cùm abſq; eis actio etiam meliùs perficiatur. Miraris, & dices, quomodo quòd tam diligens & expertus fit artifex, ut ſemper optimè operetur, quod cum tot illis inſtrumentis, alter efficere non poteſt, ut in ſcribendo multis ex partibus apparet, primùm in notis, pennarum diuiſione, & moderatione, in tradendo pumice leui, & candido minuto, & celeritate manus, & leuitate in reponendo ne diſpergatur, affricatione ad partem eandem cum charta candida, & molli, in reſtituendo litteras modico atramento, & ſenſim, & conſtanter, ſed & in hoc plus uirium eſt in opere, ſicut & in multis alijs

Nota.

431. 600. & 603.

Quatuor præcepta in actionibus meditanda.

Tria ad artem medicam ſpectantia.

Diligentia in minimis etiã neceſſaria.

alijs huiusmodi actionibus apparet. Vt uerò iam incœptum sermonem tãdem absoluamus, ne à nobis prępositam, & à multis (ut diximus) agitatam quęstionem, ita imperfectam derelinquamus: quamuis enim eius finis nullus sit, per se ac simpliciter consideratus, comparatè tamen constat assequi posse, & ad modum necessarius erit, ut nos probare intendimus. Cùm nanque natura hunc sibi scopum constituisse uideatur, ut quisque per totum eius uitæ decursum, nutrimento indigeat, ut exhalatam assiduis fluoribus substantiam reficiat, atque corpus continuò alat, foueatq; (euaporato enim assiduè corporum nutrimento per insensibilem transpirationem ex sententia Galeni, nisi continuò, loco difflati, aliud suggeratur, quo corporis sedes repleãtur, breui corpora uiribus propriis & facultatibus destituta, cùm amplius sustentari nequeant, concidunt, atque collapsa pereunt) iccirco sagax natura facultatem conseruandi ei præbuit, uentriculiq; os constituit, ut facta ab extimo corporis habitu suctione quadam uellicetur, ac ad se alimentum rapiat: cùm etenim ita uellicari, sugiq; sentiat eius animalis facultatis potentia, neruosis illis partibus innata, nec molestiam eam ferens, subsidium sibi ab alimenti ingestione petit, quod confectum postea in reliquas corporis partes distribuatur. Verùm si in cibi, potusq; assumptione nullus seruetur ordo, nullaq; eorundem qualitatis, quantitatis ue, atque temporis, diligẽtia adhibeatur, nemini dubium esse reor, quòd qui in his aberrabit, manifestum inde reportabit detrimentum, sicuti optimè docet Galenus in libro de natura humana, nec non & quinto, & sexto de tuenda sanitate, & multis alijs in locis, nec in eo disputandum arbitror, imo potiùs ratio inquirenda, ac modus indagandus, quo quisq; ab huiusmodi erroribus se uendicare possit, habita consideratione ætatis, temperamenti, consuetudinis, & huiusmodi, ut infrà patebit. Cùm itaque eadem die bis capiendi cibum ab omnibus ferè gentibus rectè constitutus sit usus, atque à celeberrimis tam Græcorum, quàm Latinorum medicis approbatus, quos constat de prandio & cœna sæpè in suis scriptis sermonem habuisse, imo dixit Hippocrates: [Semel tantùm in die cibum assumere, corpus emaciat, siccat, & aluum sistit.] Ideo meritò quæri uidetur, nunquid sanis cœna prandio uberior esse cõueniat? & quamuis circa hoc complures inter se contendant, nos tamen, ne in re tam clara tempus conteramus, eam breuiter absoluemus, & præsertim cùm constet, communem tam Hippocratis ac Galeni, quàm aliorum illustrium doctorum sententiam esse, quòd prandio cœna uberior esse debeat, licet non desint qui potiùs Hippocrati & Galeno contradicendi causa, quàm humano generi consulendi, oppositum probare nituntur: dicentes, prandium cœna copiosius esse debere, eò, quia in nocte & somno calor innatus in concoquendis humoribus crudis totus intentus est, quare si plus cibi in cœna assumatur, retrahitur calor ab eius operatione & humorum crudorum concoctione, cùm non possit duo unà facere, cibum uidelicet, & humores crudos concoquere. Quæ ratio quàm absurda, & à ueritate aliena, unusquisque, & si mediocriter in Hippocratis & Galeni doctrina uersatus, cognoscere poterit: qui uolunt Prima Aphorismorum, quod hyeme, ac in somnis longissimis, tanta fiat ad intra caloris innati copia, ut per eam ne dum uentriculi, sed iecoris quoq; ac uenarum concoctio, & totius corporis nutricatio, & omniũ excrementorum uacuatio, longè meliùs administrentur. Inquit enim Galenus: [Quòd autem omnia bene hyberno tempore in corpore animalis administrentur, indicio sunt naturæ opera fortiora: nam cibi in uentriculo concoquuntur, quoniã calor innatus plurimus est, & in somnis longioribus superfluitates expurgantur.] Subiungit quoque, [quòd somni longissimi fiunt ob noctium longitudinẽ, quod & non parum confert ad naturales operationes, ob hoc igitur, & concoctiones, & sanguificationes, & nutritiones his temporibus sunt pleniores.] Merum igitur fuit horum somnium, quod & clariùs ostendit Hippocrates in sextum de Morbis Vulgaribus, qui habet: [Euidenter uigilans calidior exterius, interius autem frigidior dormiens è contrario,] supra quam particulam Galenus inquit: [Id nempe ex eo apparet, quòd dormientes compluribus stragulis, ac uestibus, tum etiam capitis egent tegumento, si frigidus, ut hyberno tempore quo circumfunditur, sit aër, ut qui interdiu

Nota.

Naturæ scopus in corporis conseruatione.

Sect. 2.

2. Acutor. iuxta finem.

An cœna prandio uberior esse conueniat.

15.

Hyberno tempore naturæ opera fortiora.

Com. 4. Sect. 14.

interdiu uigilantes hæc non requirunt. Quin etiam maior respiratio plus caloris in penetralibus corporis collectum esse testatur: perinde & concoctiones in dormientibus efficaciùs, quàm in uigilantibus fieri, non solùm in uentriculo comestorũ ciborum, uerùm etiam humorum in iecore, & uenis corporis. Et sic abditas sedes in dormientibus calidiores effici signũ est, cùm à nobis concessum & suprà ostensum sit ingenitum calorem omnium in corpore concoctionum præcipuum esse opificem.] Isti ergo non leuiter mea quidem sententia aberrant, quod & Hippocratis omnium medicorum consensu facilè principis sententia patet, quarto Acutorum, qui cœnam prandio prefert, nec non & Galenus tot in locis allegatis, & etiam in libro de Dissolutione continui: ubi reddens rationem, cur antiqui cœnam prandio

Hora accipiẽdi cibũ quæ nã melior.

præferebant, inquit: [Melior horarũ in accipiendo cibum est hora frigiditatis, propter aggregationẽ caloris innati in interioribus corporis, sed hora caliditatis oportet quod dimittatur acceptio cibi, quia caliditas aëris attrahit calorem naturalẽ ad exteriora corporis, & euacuatur ab interioribus, & debilitatur calor in interioribus corporis ob indigestionem, & propter hoc est, quòd antiqui præferebant cœnam prandio, præcipiẽtes quòd sumeretur plus in cœna, propter aggregationem caloris in interiora corporis frigiditate noctis, & somno, quia calor innatus in somno

Calor in somno reuocatur.

reuocatur.] Patet igitur, quòd tempus quo in primis concoctio per cunctas uniuersi corporis particulas adiuuatur est nocturnum, propterea quòd somnus conciliatur, qui & potissimùm à natura institutus est pro reficiendis, refocillandisq; dilapsis, ac diurno labore dissipatis spiritibus, & eo magis, quia dum ociosa quiescit animalis facultas, maximè suum exercent opus uitalis & naturalis, & præsertim naturalis hæc. Addas etiam quòd inter prandium & cœnam interuenire solent octo duntaxat horæ, sexdecim uerò inter cœnam & prandium succedens, & cùm natura plus otij habuerit, rationi consentaneum est, ut nõ solùm cibum perfectiùs conficiat, uerùm etiam uentriculum puriorem & à cruditatibus liberum reddat. Sed si nimium, plusquam excoquere in cœnæ usque tempus ualeat, uentriculus exoneretur, ac nouus ingeratur cibus, cruditatibus ipsum repleri nulli dubium est, ex quibus obstructiones, febres, inflammationes, abscessus, & multa alia huiusmodi ortũ habere solent. Et ideo dicebat Galenus: [Crudo crudum addere quid deterius?] Excipiuntur tamen pueri qui crescunt, & plurimum caloris habent, qui calor cum fundatus sit in substantia aërea & aquea, humida nempe & calida, facillimè defluit: iccirco necessarium est, ut sæpè comedant, quoniam oportet defluxum similem esse subiectæ substantiæ. Vbi enim id quod defluit, plurimũ est, quod uerò influit, paucum, necesse est subiectam corrumpi substantiam: inquit enim Hippocrates Primæ Aphorismorum, [Qui crescunt, quia calidam & humidam habent substantiam, iccirco plurimum ab ipsis defluere necessarium est, & ob id plurimo egent alimento, alioquin corpus absumitur.] Oportet namq; alimentum, quod effluxit è corpore, suppleatur. De his ergo non loquimur, nec etiã de quibusdam alijs, qui naturâ admodum biliosi sunt, qui cùm plurima abundent bile, multa in eis fit resolutio, atq; cùm ea in uentriculo cõgregetur, cogit pluries in die cibum assumere, alioquin sæuissima incurrũt symptomata, quia bilis accenditur, & dum efferuescit, petit os uentriculi, & dolores uehementes facit, quia pars admodum sensibilis est, & syncope inducitur, si bilis multiplicetur, & famis toleretur, & sæpè etiam deijcitur appetitus, & cibus postea cùm assumitur, in uentriculo corrumpitur ob bilis admistionem, & multa alia incurrunt accidentia, quæ connumerat Galenus secundo Acutorum, nec non & Princeps. Ideo tales pluries in die cibum assumere, & ante balneũ, & frictiones, & exercitium coacti sunt, nec regulam seruare possunt. Sed ad propositũ redeamus, & quoniam probauimus cœnã prandio copiosiorem esse debere, ideo uideamus nunquid omnib. conducat, & plus cibi in cœna assumere, quàm in prandio: & quamuis uerba Galeni hoc testari uideantur, secundo Metho. dum inquit, [Somnus concoquit, uigiliæ digerunt,] ut per somnum noctis, alimentum in cœna assumptum concoquatur, quod concoctum postea in die possit distribui per uniuersum corpus, & à qualibet particula sibi propriũ attrahi, atq; assimilari, nihilominus

Ventriculi obstructiones quæ mala pariant.

Cur biliosi inediam non ferant.

Sect. 29.

3. Pri. Doc. 2. cap. 7.

cap. 3.

minus habenda est ratio eorum, qui per longum tempus aliqua in consuetudine sunt constituti. Cùm etenim consuetudo sit altera ascititia natura, ex consensu omnium antiquorum, ideo non sine maximo corporis detrimento ea permutari potest, & præsertim repentè, uelut clarè descripsit Hippocrates secundo Acutorum: [Nempe tum ijs qui bis die comedunt, tum ijs qui semel, noxas & infirmitatem patiunt repentinæ mutationes: qui enim prandere nõ consueuerunt, & prandent, statim infirmi fiunt, & eorum corpora grauia, imbecillia, &c. Et si super cœnauerint, acidum ructant, alui læuitas eos exercet, uentriculus nempe præter consuetudinem grauatur solitus resiccari, & non bis tumescere, nec bis eadem die cibos concoquere.] Et paulò infrà subiungit: [Qui bis in die cibum capere soliti sunt, si pransi non fuerint, debiles & infirmi fiunt, & ad omne opus timidi: uiscera enim ipsis pendere uidentur, & alui egestio comburitur.] Et multa alia enumerat incommoda, quæ ex repentina mutatione consuetudinis oriri possunt. Quod idem Galenus in libro de Dissolutione continui affirmat, dum inquit, [Etiam consuetudo in eis addit magnam partem, quoniam qui consueuit prandere, & remouetur, & est cõtentus cœna, magnificat nocumentum sibi, & qui consueti sunt cibum in aliqua hora determinata assumere, & mutatur ad aliam præter istam horam, declarabitur sibi hęc permutatio nocua, licet mutauerit cibum ab horis malis ad horas bonas. Mutationes ergo eorum quæ circa naturas nostras & habitus contingunt, maximè morbos faciunt. Et propterea nemo debet immutare consuetudinem, quando est antiquata, & longa, etsi bona non sit, dummodo non adducatur aliquid necessitatis ad mutationem suam: nam consuetudo est natura secunda, sicuti memorat sapiens Hippocrates.] Hæc Galenus. Ex quibus manifestè apparet, omnes repentinas ad inconsueta permutationes maximam sanis læsionem afferre: de ægris enim alia est ratio. In rebus ergo naturalibus suam quisque seruare debet consuetudinem, si longa fuerit. Dicebat nanq; Hippocrates secunda Aphorismorum: [Quæ longo tempore consueta sunt, etsi deteriora sint, insuetis tamen minùs molestare solent.] Pulcherrimamq; super his Galenus adducit rationẽ tam in cibis & potibus, quàm aëre. nam de cibis inquit: [Cùm ex his fiat habitus, acquiraturq; similis illis natura, cùm longo tempore perseuerauerint, fiet etiam habitus ille similis nutrimento futuro, quare faciliter concoquetur, nil aliud enim est cõcoctio, nisi assimilatio: & quæ assimilata sunt, iam magna ex parte facillimè transmutantur, ideo familiaria meliùs concoquuntur, eaq; causa panis optimum præbet alimentum. In aëre etiam frigidus dẽsat cutim, & ita à frigore minus offenditur: calidus uerò aperit poros & meatus, unde meliùs difflatur calor, minusq; æstuat homo.] Vnum tamẽ animaduertendũ est, quod Hippocrates loco prælegato uidetur uelle, quòd quandoque liceat ad insueta permutari: quòd nonnulli perperam hunc locum interpretantes, dicunt, duplicem esse consuetudinem, alteram diuturnam & longo usu acquisitam, alteram recentem, & nondum in corpore conceptam, & hanc esse, de qua hîc Hippocrates loquitur: quod tamen hallucinantur, nec Aphorismum intelligũt: quis enim ignorat huiusmodi cõsuetudinem, si praua fuerit, statim permutandam esse, melioremq; eligendam? uoluit enim Hippocrates per ea uerba nobis significare, quòd quandoque licet ad insueta permutari, nec quisquam ita se in uictus regimine restringere debet, ut tantummodo cibis, & potibus, atque alijs rebus non naturalibus bonis, & electis, sub æquilibrio utatur, sed aliquãdo debet ad insueta transire, ne adeò assueta ei inhæreant, ut cùm opus fuerit, ad aliorum usum (nisi maximo cum discrimine) haud trãscendere possit. Si enim aliquis ità se restrinxerit, ut inquit Princeps tertia primi, doc. quinta, & per uiam transiens consueta non inuenerit, coactus insuetis uti, malè disponetur ab eis: quod & maximè manifestum fit in his, qui non ouis aut ferculis utuntur, quia dum ægrotant, multum impediuntur. Insuetis ergo bonum est etiam assuescere, non tamen in eis perseuerare, sed ut cùm opus fuerit, illa ferre possit. Verùm cùm longam ac sibi iam familiarem cõsuetudinem quis permutare coactus sit (ut plerunque contingit, & præsertim senibus semel in die comedere assuetis, qui cum una uice tantam cibi copiam, qua corpus se reficere queat, sit

consuetudo altera natura.

Iuxta medium.

50.

Concoctio est assimilatio.

Ad insueta aliquando trãsire oportet.

Cap. 1.

Quibus cõsuetudo mutanda.

concoquere non possint, necesse est, ut ad nouum uiuendi genus se transferant, nec solùm bis, imo & ter etiam cibum in die capere cogantur) sensim, atque pedetentim ab ea permutari debet. In permutationibus enim quod plurimum existit, atque repentè, periculosum est satis: quod uerò paulatim fit, tutum, & ideo dicebat Princeps loco præallegato: [Consuetudo tam in rebus naturalibus, quàm non naturalibus, est ueluti natura, quæ mutationes repentinas non sustinet absque magno gra uamine.] Concludendum est ergo pro conseruanda ualetudine, maximam in omnibus sibi uendicare partem consuetudinem ipsam, & ideo Galenus quinto de tuenda sanitate, laudat medicos, qui longam consuetudinem seruare consulunt, imo uult etiam quòd senes consuetis exerceantur laboribus, remissa tamen eorum uehementia, & si aliquo casu uenerit permutanda, ut gratia exempli: si aliqua dispositionum corporis sani præter solitum permutata fuerit ut appetitiua uirtus fortior, aut debilior existat, uel exeuntia è corpore plura, uel pauciora sint, uel somnus longior, uel breuior, uel etiam insomnis quis fuerit, uel sudor præter solitum è corpore decurrat, uel ea quæ è corpere manare solent, retineantur, ut hæmorrhoidarum, uel mensium sanguis, qui statutis diebus fluere solitus erat, uel sanguis è naribus, uel si totius corporis dissolutio fiat, aut in ore extraneus sentiatur sapor, & tandem ubi aliquid non consuetum acciderit, & permanserit, atque augeri inceperit, quod & futuram solet denunciare ægritudinem, tunc eam sensim permutandam esse censemus, quod et colligitur à Galeno quinto de tuenda sanitate, dum de Antiocho medico loquitur, qui illæsis sensibus, membrisq; omnibus integris ad extremum perduruit, & plusquam octuaginta annos natus erat, & ter in die comedebat, licet copiosiùs in cœna: sic & Telephus Grãmaticus prouectiore fuit quàm Antiochus ætate, ut qui centum ferè annos uixerit. Optimam ergo rationem unusquisque sibi eligere debet, atque in ea diutiùs quàm potest insistere, & quamuis quotidie uideamus complures adeò optima temperie præditos, quòd etsi nulla recta uictus ratione seruata, longissimam tamen uitam, eamq; incolumen ducant, de quibus locutus est Galenus tertio artis curandi, cùm dixit, [Et proinde uidemus complures homines robustos proba uictus ratione non utentes diutissimè uiuere, id quod non ad exquisitam, rectamq; uiuendi regulam, uerùm ad optimam ipsorum sanitatem referendum esse, nec præceptore indigent uictus rationem ordinante:] ab huiusmodi tamen exemplum desumi non debet, quia & de ipsis quàmplurimos etiam, & iuuenes è uita migrasse uidimus, & qui superstites sunt à principio generationis prospera sunt ualetudine prædíti, & in optima temperie ac membrorum omnium structura constituti: quod non omnibus naturâ concessum est, imò & cum hoc multo utuntur exercitio, sicuti dat exemplum Galenus de bono habitu exercitatorum illorum, quibus hoc est totius uitæ institutum: exercitationibus assiduè operam dare, ut alios deijciant, qui mos est athletarum. De ægrotantibus, autem cùm alia sit ratio, de his agere non intendimus, cùm constet apud omnes medicos, subitam in eis & ab initio fieri mutationem, de uino nempe ad aquam, de carnibus ad ptisanam, de prandio etiam ob initia accessionum ad cœnam, de quibus abundè pertractabimus in Commentarijs nostris super Hippocratem de ratione uictus in morbis acutis, opus quidem non minùs utile, quàm necessarium omnibus artem medicam exercentibus. Vt ergo omnia breuiter colligamus, dicimus uberiorẽ cœnam prandio præferendam esse, in omnibus tamen habita ratione ætatis, temperamenti, & consuetudinis introductæ, receptiq; iam fortè alicuius usus: qui si naturæ, temperamento q̃, ac constitutioni, conuenienter fuerit susceptus, in eo consistendum est, sin aliter uisum fuerit, cœnæ assuetis, prandium rectiùs competere posse, consuetudo deterior in tempore sensim ac pedetentim demenda, & loco illius longè melior, ac laudabilior, omni studio ac diligentia introducenda est. Nec nobis arridet eorum opinio, qui cùm aliquem destillatione, uel quouis alio capitis affectu laborantem inueniant, nulla habita longæuæ consuetudinis ratione, ex insperato consulunt, ut prandium uberius accipiant, cœnam uerò leuiorem, dicentes, quòd ex cibo uesperi assumpto multi ex somno gignuntur uapores, qui cùm ob

Repentinæ mutationes naturæ sunt obnoxiæ. *Cap. 11.*

Cap. 4.

Cap. 8 1.

1. Aphor. 3.

Consuetudo seruanda.

Medicorum error.

cùm ob cutis meatus obstructos, extra ferri non possint, sursum eleuari, ac caput repleri necesse est. In mensè autem si cibus assumatur, quia cutis meatus aperiuntur in uigilia, per quos fumi exeunt, & resoluuntur, ideo caput non tentant. Contra quam opinionem & si multis medijs responderi posset, cùm tamen hîc non sit locus disputationis, hoc uno solo atq; efficaci medio, eam refellere contenti erimus: diffusè enim illam discussimus in quarto Contradicentium. Ideo breuiter dicimus, quòd uapores qui in nobis gignuntur, uel sunt suaues, & calori nostro naturali affines, uel flatuosi, turbidi, ac (ut ita dicam) nebulosi: tantùm abest, si primo modo, ut caput repleant, ac lædant, quòd omnes operationes naturales adiuuant, somnum namque conciliant, iuxta Galeni sententiam, tertio de locis. [Vtilis namque materia, quæ ex stomacho in cerebrum colligitur, quæq; magis humidior, ac mediocriter calidior est, somnum conciliat, ex quo fit attractio spiritus uitalis, ac naturalis, à uirtute regitiua pro restauratione eius, quod resolutum est in uigilijs de spiritibus, & ut cibus optimè concoqui possit: si uerò flatuosi, ac nubilosi gignantur, dubium nō est, quin eo tẽpore assumendus sit cibus, quo melius cõfici, ac elaborari possit.] Cùm em alimentũ perfectius fuerit cõcoctũ, uapores ex eo eleuati tantò suauiores, ac natiuo calori proximiores erunt, nõ autem turbidi, ac nebulosi, quales ex pituitosis, & crassis, atque ex humoribus semiconcoctis, in uentriculo existentibus gignuntur. uerùm cùm in somno (ut demonstratum est) melior fiat concoctio, ideo & per consequens pauciores fient flatuosi uapores, dum tamen cibus suapte natura non sit flatuosus, & minùs replebitur caput, quod & experimento comprobatur in febrientibus, quibus si cibus exhibeatur febre in uigore existente, acres, mordaces, fumei, & fuliginosi uapores gignuntur, ob malam, quam facit igneus calor, concoctionem, & proinde datur cibus hora remissionis febris, quo tempore calor minùs igneus, & magis naturalis est. Vt igitur ex cibo fumei ac fuliginosi uapores, pauciores fiant (ex quibus destillationes, atque uariæ capitis indispositiones oriri solent) tempus cibandi erit in uesperi, id est, in cœna, nisi (ut diximus) consuetudo prohibeat, circa quod tamen unum præcipuè animaduertendum est, ne statim à cœna somno indulgeamus, quoniam tunc temporis caput uaporibus malis repleri necesse est, dum etenim cibus in superiori uentriculi orificio existit ac uelut innatans se commouet, & calor innatus sese per somnum ad intima contrahit, maximam in eo iam innatante excitat fluctuationem, atque uniuersi corporis æstuationem, pluscq; exhalatæ materiæ in superiores partes semper resilire facit, & sic caput mirum in modum repletur, quod multorum, magnorumq; sæpè malorum est causa. ergo expectandum est, quoad cibus à superiori uentriculi parte ad ipsius fundum descenderit, priusquam aliquis cœnatus somno se committat, quod erit duarum ad minimùm horarum spatio, quo tempore clausum erit uentriculi orificium, nec tanta ciborum euaporatio ad cerebrum fiet, iucundis ergo eo tempore uacandum est confabulationibus, & paulisper, molliterq; deambulandum, ut euitatis omnibus incommodis, ex somno integer absolutæ concoctionis sequatur usus. Quamobrem mos ille conseruandus erit, in quo ratio, & celeberrimorum uirorum authoritates nobis præeunt, quibus si subscribat usus, & consuetudo honestissimorum, laudatamq; inprimisq; politè ac ciuiliter uitam persequentium, neque se nimis longo ieiunio macerantium, neque repetitis eadem die crebrioribus comestionibus, potionibusq; exaturantium: nil aliud ulterius pro tuenda ualetudine, eaq; diu incolumi conseruanda, desiderari excogitamus.

14. Nota.

Cur statim à cœna somno indulgere nõ debeamus.

Mos seruandus.

De generali uictus ratione. Cap. V.

Generalis uictus ratio.

Panis ac tritici optimi conditiones.

PRorsùs ut instituamus aliquam uictus generalem rationem, in nullo (ut ita dicam) sed potiùs optimam omnibus, ea talis erit. Necesse est, ut aliquod sit solidum, admodum temperatum & familiare: id ergo optimũ, & proculdubio panis siligineus, seu ex triciti flore farinę bene cribratus, fermentatus, pinsitus, coctus, recens, mollis, spongiosus, lenis, & æqualiter habitus, pro ra-

tione partium, in quo cruſta, ſubcruſta, criſpatus cortex, medulla, iucundus odore, ſaporeq; : Hic etiam calidi & humidi temperamenti eſt, etenim ex tritico optimo confectum uolo, recenti, ponderoſo, albo farina, flauo cortice, non exeſo, non madefacto priùs: nato pingui ſolo, aprico. Soli ardenti expoſito, ſed aura liberiore ſæpius perflato, maturo. Quantum uerò declinat ex temperamento, per calidum & humidum, tantũ ab hominis naturâ, per frigidum, ſiccumq;, in cuius oppoſito, caro, & non omnis, ſed porci campeſtris, maſculi, unius anni, atq; etiam caſtrati annui, tum pullorum, & auium grana comedentium, & ex his alæ, atq; iecora, tum cerebra collocentur. Optima omnium columbi parui ſylueſtris, turturæ paulò maioris, ſed ei ſimilis, pòſt galli paui: pulli ob commodum, inde phaſiani, demum perdicis, pòſt auicularum ex eo genere candidas carnes habentium, inde hœdina, quæ nõdum ſurgere deſijt, uitulini lumbi, & lactes, pòſt pedes nõ pro carne, ſed carneis habentur, parum nutriunt aſſata multo, et molli adipe uituli, & gallinę, in patina uel olla ſuffocatæ, uerùm pauci norunt. Pòſt piſces pelagij, & molles ut ſoleæ, paſſeres, gobij, aut ſquamoſi, uelut auratæ, ex fluminibus lucij tantùm: oportet autem in piſcibus, minores beſſe relinquere, & omni aqua ſtagnante, turbulenta, ſordida, & ob id prope urbes, à beſſe autem, ad ſexquilibram, ita tantùm, ut in ſuo genere ſint iuniores, recentes, pingues, leues carne candida, ſupra eliguntur: pro uiſceribus, iecore, lactibus, ouis, partibus circa os, & oculos: at mediorum, ſi paulò maiores ſint conſtituto, uiſcera, uenter, & oculi: & dicta minorum, aut nimis mollium, dorſum, & cauda ſalitorum magnorum, ut etiam non ſalitorum mediocrium, & paruorum nullus eſt uſus, ut nec diu mortuorum iam, uel etiam qui uiui contabuerint, ſeu extra aquam, ſeu in ea. Frixi, aut in patina, cruſtata: item elixi ex iure albo. Poſt ſunt ouorum recentium uitelli, ex gallinis granis depaſtis, & loco liberiore, cum gallo, iunioribuſq; admittuntur: & quaſi extra ordinem etiam anſerum iecora: ob ea, quę in Phyſicis retulimus, ſunt omninò mollia, ſunt dura, & coagulata generaliter præferenda in uſu, ſi Hippocrati auſcultemus, exulabunt tum maximè, (quod ille etiam prætermiſit) quoniam nulli alij cibo tutò permiſcentur, aut iunguntur. Caſeus, butyrus recens non ſalitus, candidus, mollis, quibus in uſu eſt maximè exercentibus ſe nulli alij cibo permiſtus, quinto loco admiſceri poteſt. Vinum autem pro aqua ob uſum, ſed aqua multa recipit auxilia ex ferri coctione, & his quæ illi permiſcentur, uinum nihil per ſe melius habet aqua, niſi quòd ciborum appetentiam excitat magis, atque id generali ratione, confirmat enim os uentriculi. Illud ergo habentibus imbecille, ac conſuetis, melius eſt, diſtribuit enim cibum celeriùs, licet Hippocrates aquam edacem appellet. In uniuerſum niſi eſſet difficultas parandi aquam, in longè pluribus præferremus, ut in pueris, mulieribus, adoleſcentibus, malè morigeris. Ex aquis quæ pluuia eſt, & quæ probatur ut omnis uitij expers. Septimo loco eſt uua paſſa, ſed tenui admodum cortice, & in hac quæ maior eſt, ut Prania, pinguis, dulcis, recens, ſed ſi craſſo ſit cortice, nil peius, maximè penſilis, & in hyeme tanto deterior, quanto prior melior, ideo inter ancipitia numerari debet. Quo enim conſilio hoſtem peſsimum in fauſto tempore in domum excipiemus, quem nulla arte expellere poſſe ſperamus? cortices enim illi hærebunt perpetuo, inter caſulas coli inteſtini atque etiam orbi: Vt etiam piſorum quamuis elixatorum. Octauo loco pulegium, ut medicamentum cibale confirmat enim omnia membra, & ſpiritus præcipuè, diſſoluit flatus, expellit atram bilem, ideoq; & omnia illi ſimilia, aut affinia: & iucundum guſtu eſt, odoremq; ſuauem habet, uelut & Virgilianum anethum, quod adiuuat coctionem flatum excellit, dolores ſedat, ſomnum conciliat, & uomitum cit molliter, auxilio futurum, ſi quid infeliciter deuomuerit: quo in genere, ſed non ut cibi, ſunt ruta, & cæpa, aut pro cæpa, porrum. Et pro theriaca tetrapharmaco habes iam rutam & ſalem, de quo mox, pro ficu, uuam Damaſcenã. nux quoque in promptu eſt: hæc (ut dixi) modica, detergunt uentriculum, & excitant cibi appetentiam, dico uelut capares, & haleculas, & mel, ſed hoc mitius. Apud Galenum raphani radices uidentur, ſed per uomitũ huic membro propriæ. Sal lapideus quem uocat ſal gemma. Galenus utitur ſua hiera ſimplici, quæ concinnata etiam,

Nota.

Piſces boni & qui fugiendi.

Oua quæ bona.

Quibus uinum melius ſit aqua.

Vua paſſa.

Pulegium cibale medicamentum.

Hiera ſimplex Galeni.

7. Art. cur.

etiam,ut temporibus noſtris ſolet optima eſt huic muneri. Dico à uentricula deter gendo educit,mellis præcipuè ratione,euacuat humores craſſos,propter aloem, & confirmat,aromatum cauſa. Alij conficiunt catapotia ex turpetho,& gingibere, ac ſaccharo,ratione continuæ dupla:nam turpethum eſt(ut dici uulgariter ſolet) uentriculi ſcopa: ideo quidam compoſuêre catapocia minora,ſeu ſecunda ex eodē genere:nec diſplicet opinio eorum, qui ſæpius elotam aloem ſuccotrinam,aut turpethum,immiſcent,ut ablatis omnibus partibus ſolùm educat,& non trahat. Eo modo præparabitur ſuccus centaurij minoris,cū pipere. Laudantur diatrion pipereon ualde,diacitonitē cū pipere,diaſpoliticon,diacalamentū,omnia ex herbis,aut ſeminibus,quæ parum admodum contrita ſunt,ut uim ſero uentriculo reddant,ulteriùs non progrediuntur. Laudat ſales lamblichos Aetius etiam, ſed quorſum? compoſitio laborioſa eſt,præcipuè ætate noſtra. Verum in aceto ſcillitico, dicebat author tertij libri de facilè parabilibus. Huius inuentor fuit Pythagoras Samius,quē ferunt CXVII. annis uixiſſe illius uſu, & incolumem, cùm à L. annis ipſum inceperit aſſumere:nil ſuperflui generari ſinit,non bilem,nō flatum,neque ſtercus,aut urinam, ſed aluum lubricam conſeruat. Horumq;,& aliorum, author ille periculum feciſſe teſtatur. Eruit etiā oſsibus excrementa infixa, deploratos phthiſicos ſanat, & comitiali morbo diuturno opitulatur,incipientem uerò ſanat. Ad podagras,articulorum dolores,iecoris & lienis durities,ualde utile eſt. Vinum autem ſcillinum ad pituitam diſſoluendam,& per uentrem ac urinas educendam, uentriculumq; calefaciendum,utilius etiam eſt aceto:nam cum hoc ipſum corroborat, caput etiā purgat prorſus,& ſiccat. Ante cibum binas uncias exhibeto,à cibo ſemiunciam, quòd ſi iucundius efficere uelis,mellis adijcito partem ſextam,aut quartam, ſcilicet ab initio, nam poſt XL. diebus ſuſpenſum(in Sole ſcilicet) teneri uult. Quòd in Sole oſtendit liber de Dinamidijs:& quoniam neceſſarium eſt, ut uirtus tranſeat, aliter etiam putreſceret,& quòd eligat dies caniculares ad hoc. Sed hîc primùm eſt animaduertendum,quòd tanta miracula non debent mouere quemquam ad uſum huius aceti,quod ego cùm experiri uel modicè uoluerim, in teneſmum me adegit, & ueſicæ & inteſtinorum rem moleſtiſsimā,ſi quæ eſt alia,nec conuenit uentriculum habentibus ſenſibilem,aut imbecillem,id eſt tenuem,aut rarum,aut anguſtis uaſis, aut in corpore ſenili,uel macilento,aut admodum bilioſo. Scire neceſſe eſt etiam, quibus maximè,& per ſe conueniat,ſcilicet lienoſis propriè,& ideo atræ bili, & melancholiæ,at maxima pars morborum, qui natura occidunt, ab hoc contingunt humore, ceteri aut ob compoſitionem interficiunt, aut effectus magnitudinem,aut imbecillitatem patientium, uel ob prauam curam. Sanabit igitur duros maximè tumores, refrigerationes, uiſcerum obſtructiones, lentas, putredines, fluxiones, & intemperies tabificas,frigidas,& hæc quæ ad eadem conſequuntur. Bonum non eſt ſtudioſis,Veneris uſu gaudentibus, uitam ſegnem agentibus, membra naturâ debilia habentibus,atque his omnib. oxymel eiuſmodi melius eſt aceto. Inquit enim Meſues,oxymel ſcilliticum melius eſt capiti,& uentriculo,& lieni,ac pulmoni, (licet tria ex his tantùm connumeret,alij addiderunt quartum) & ſuauius eſt aceto,& uinum oxymelite,& melicratum magis omnibus familiare eſt,atq; utile. Mens autem Galeni eſt,(ut ad principale reuertar)ut quod eſt in uentriculo, aut concoquatur,ſi natura moram fert,nec adſit periculum maius,uel expellatur uomitu, cùm in eo una ſit difficultas, unum ſit periculum, in alijs auxilijs plura, & maiora, & euidentiora,aut dimittatur ſolùm, ſed non expellatur, aut hiera educatur, ea quæ nomen ab illo cōſecuta eſt. Quod ſi ſecus facias,pro errore ſit: nondum inuenta ſcilicet uia præparandi ſuccum centaureæ, qui etiam aut parum, aut rarò erit neceſſarius,ut enim iuuet,& nihil noceat, concoctio facit, ſi autem concoqui non poſsit, palàm eſt uomitum minùs lædere,celeriùs opitulari,ac ſecuriùs breuis uia lata à uoluntate,ab auxilijs iuuari poteſt: ſi ergo uomitu expelli non poteſt,præſtat,aut ſubduci,aut minore negocio ſolùm ad inferna,ut natura minore labore terreatur,aut ſi modò educenda eſt extra annexam, ſeparare à tunicis ipſis, imbibitam auellere in concauitatem, lentam diſſecare in partes, craſſam attenuare, demum impedire

Turpethum uentriculi ſcopa.

Aceti ſcillitici laus.

Vini ſcillini laus.

Quibus non conueniat aceſtum ſcillinū.

Oxymelis ſcillitici laus.

omnibus auxiliorũ uĩjs ad optimum (& cur tale, iam dictum eſt) recurrere oportet.

Nunc uerò iam cœptum ſermonem abſoluamus. Deerant ad cibos duo principales, ſal, & oleum, ut numerus undicimanus expelleretur, elementorũ autem quatuor miſcibilium, ſiquidem ut declarabitur, ſal ignis uicem refert, oleũ, pinguis carnium, piſcium, ouorum, lactis, & omnium partium eius: hoc alimur, illo, ut tali poſſimus, fit. Dicemus autem paulò pòſt de eorum natura: nunc tantùm, ut propoſito noſtro conuenit. Oleum ergo fermè totum ſi purum ſit, tranſit in alimentum, & optimum robur addit, mollit uentrem, omnem aſperitatem tollit, uiſum acuit, uenenis omnibus, omni peſti, omnique putredini reſiſtit, ſolum ipſum rectè ſalſo copulatur, eiusq; retundit & mulcet acredinem, impinguat, bonum habitum reſtituit, colorem bonum præſtat, fractis, ruptis auxiliatur, & omne doloris genus mulcet, & mitigat, laſsitudinem tollit, cariem à lignis, à metallis æruginem prohibet, picem, reſinamq; ſeparat, omne animal non legitimè natũ perimit, cunctorũ medicaminũ uires atq; odores imbuit, uetuſtate fit tenuius & potẽtius, ſed eòminùs quò magis medicamentis, utile cibis. omne mixtũ oleo cõſtat, ſed maximè ſemen, atq; ideo ſemina plurimum continent olei, & quæ plurimùm continent, ex eo ſunt fœcunda, ut raporum, & eius generis: nuces autem omnes plurimùm continent, ponticæ auellanæ, amygdalæ, piſtacia, pineæ, nuclei perſicorum, chryſomelorum, ceraſorum, phaſeli Indici, noſtrorum etiam. Semen prouocat, urinam, & laxat uentrem, & cum hoc roborat. Oleum præterea auget iecur, & cerebrum, ac medullas, ob ſubſtantiæ tenuitatem, ac denſitatem. Eſt etiam oleum ſubſtantia tenuius adipe, indicio quòd adeps uetuſtate in oleum tranſit, & anſeres marini in ueſicula oleum continent, quod & ad dolores, & ad coria (ut audiui) mollienda, utile eſt, & ceracea omnia oleum mittunt, maximè quæ conſenuerunt. Iam liquet igitur, quòd ſi adeps, conſumpto aqueo, & attenuata ſubſtantia illius, ac repurgatus à fæce, tranſit in oleum, quòd oleum eſt tenuius, purius, & pinguius adipe animalium. Idq; fecit naturâ rectè, quòd ob exercitationes, ſi purum eſſet pingue animalium, citiùs delaſſarentur, & adureretur eorum corpus. ob id in piſcibus oleum genitum eſt, uel adeps oleo proximus: quamuis enim exerceantur, nemo tamen gloriari poteſt, uiuum piſcem ex fuga ereptum pernicioſis undis ſenſiſſe calentem. Purius ergo oleum, tenuiusq; adipe, at non calidius, quoniam ex his, quæ motu carent, potiſsimè fit, ut dixi, ſeminibus & lignis plantarum: ſed etiam ne ſi adeps purus eſſet, animalium corpora exurerentur. Et ob id cùm uita oleo in plantis, adipe in animalibus conſtet, longè uiuaciores ſunt plantæ, ut olea, quercus, uitis, palma, elephantis, camelis, ſerpentibus, & animalibus quæ in aqua degunt. Et inter animalia quæ plantis ueſcuntur, elephas, camelus, ceruus, leone, tigride, panthera, & etiam homine. Et noſtra ætate Brachmanes Indi, licet gaudeant tenuiore & meliore aẽre, plus tamen nobis, & alijs uiuunt, quòd neque carnibus, nec piſcibus, nec uino utuntur: Hæc enim omnia uiolentiam uitæ afferunt. Ergo & inter homines qui fructibus, uelut nucum genere, & aqua ueſcuntur, longioris uitæ multo erunt, cum purius alimentum ſumant. Veriſimileq; eſt, ut quemadmodum potum optimum ubique terrarum communicauit Deus aquam optimam, pluuiam ſcilicet, ita & cibum, qui fructibus, arundinibus, melleq; conſtat. Oportet autem aſſueſcere his paulatim, & non ſerò, qui uelit beneficio hocuti. Sed ut ad oleum reuertamur, dices ſi oleum non eſt calidius adipe, quare plus confert ad uitam? & ſi eſt purius eodem, cur non calidius? Dico quòd oleum trifariam adipi comparari in caliditate poteſt, uel ut facilè ardet, & ſic eſt calidius non parum, quia purius, & tenuius, ut ſtipula, ſed ſtipula denſa nõ eſt, oleum autem denſum, cùm ſerò abſumatur: facilius itaque ardet & accenditur oleum adipe, & accenſum extinguitur difficiliùs, adeò ut ſi coneris aqua ſuperinfuſa, ad laquearia uſque flamma erumpat, quoniam calidius eſt. Sumptus etiam in cibo adeps, frigidior eſt non parum oleo, & pituitam generat, & aquoſos humores, quia impurior & aqueo ac terreo refertur elemento. Extrà autem adhibitus calidior eſt, quia craſsior, & magis terreus, exemplo Solis in æſtate, quòd adeò calefacit aẽrem, quamuis Sole à nobis recedente in menſe Iulij, & lateres calefacti quantum

Olei uires.

Omne mixtũ oleo conſtat.

Oleum adipe ſubſtantia tenuius.

Anſeris marini oleum.

Cur plantæ longè uiuaciores ſint animalibus.

Cur Brachmanes Indi plus nobis uiuant.

Obiectio.

Solutio.

Adeps pituitam generat.

tum puluinaria, & laneæ ueſtes, ac pelliceæ, magis excalefaciunt pedes, quàm hæ ueſtes, licet multo natura frigidiores ſint ueſtibus, ut qui creta ſolum & aqua conſtent. Ergo oleum calidius eſt adipe in cibis ſumptum, ideoq; etiam magis uitale: eſt enim à calore cœleſti, ſeparãte crudum & terreum, per longam coctionem condenſatum. Vtrum uerò terrei quicquam obtineat, cùm mixtum perfectum ſit, ad philoſophos conſiderare pertinet: nam medicus cuius opus nõ uidet, perinde tranſeat ac ſi non ſit. Oleum ergo purum omnis terrei expers eſt apud medicum, ideò nec aſtringit, nec refrigerat, cæteraq; continet, quæ aëreo humido aſcribuntur. Vinum autem à calore igneo coquitur, ob id uinoſa, parum pinguia, & pinguia ac oleoſa, parum uini. Vinum autem plurimum aquæ & terræ comparatione olei continet, caputq; petit magis oleo. Sal autem fit ex terreo diu excocto, aliud ab igneo, & ſi celeriter, ob hoc duplex eſt: dicemus autẽ de naturali quod fit in terreo, craſſo, diu excocto, unde ſiccat, aſtringit, detergit, attenuat, incidit ualde, & rectè copulatur pinguibus, atque oleo, faſtidiumq; tollit, & coctionem iuuat. Quia uerò ſiccum acre, terreumq; eſt, omnibus modis humidum abſumit, ideoq; breui ſitim generat. Verùm quia quod igne factum eſt, non adeò terreum eſt, ſed magis aqueum, ideo hoc ſtatim ſitim gignit, aliud ſeriùs, ſed magis contumacem, lapideus ergo qui difficilimè liquatur, & ſordibus qui non exactè, neque enim totus ſiti difficilem facit, & niſi potu detergeretur, inextinguibilem. Tenue autem terreum plenè ſiccatum, ac diu coctum, acrem gignit ſaporem, & cum odore bono, petit enim caput, quia leue, & non impeditur ab humido, quod paucum eſt, & tenue: ideo aſcendit, ut etiam uinum: oleum autem, ut dictum eſt, non: quod ſi parum ſit ſiccum, & ab immoderato calore aſſatum, & ipſum aroma eſt, ſi humido multo mixtum acre fit, & malè olet, ut allia, cæpæ, & ſimilia: neque enim concoqui humidum potuit, neque abſumi, propterea talia ſunt alexipharmaca, piper autem & cinamomum non, niſi caliditate corruperint uenenì ſubſtantiam. Sed redeo ad ſales, ut cibos, nullum ſalſum uinoſum eſſe poteſt, neque acre, quinimo ſi miſceantur, confunditur uterq; ſapor: ſed hoc cùm commune ſit, unumquodq; tamen proprias habet cauſas. Salſum in terreo craſſo conſiſtit, (cùm dico terreum, non ob id dico craſſum, poteſt enim eſſe tenuiſsimum: ſed tenue refertur, ac craſſum, ad ſubſtantiam moli comparatam, terreum ad ſubſtantiam, & qualitatem) quare non poteſt eſſe uinoſum, quod multo humido ſociatur ſemper: nec acre, quod exiguo & tenui humido. at & iſta ſibi contradicunt multo humido, & pauco, cõſiſtere, igitur acre uinoſum & ſalſum ſimul nullo modo copulari poſſunt: nam paucum & tenue humidum à terreo craſſo celerrimè abſumetur, ſed neq; ſalſum pingui, ut declaratum eſt, nec uinoſo pingue, ut diximus: uinoſum enim igneo omni calore conſtat, neque ſimul pingue, & acre, hoc enim modico cõſtat humido: immixti igitur ſunt hi quatuor ſapores, acris, ſalſus, uinoſus, & pinguis, atque omnes hi etiam ita, ut præter pinguem cum ſalſo uel acri mixti, ſe inuicem, ac mutuò corrumpant, non ut ſalſus, & amarus, dulcis, ac pinguis, aut inſipidus, aut acidus. Porrò cùm acria ab immodico calore omnia fiant, ut etiam Galenus docuit, & à tenui humido (non enim conſtarent) quæcunque benè concocta ſunt, benè olent, quæ non, malè, & quæcunque pauco humido ſociata ſunt, per ſe bene olent, quæ autem multo, non per ſe, ut piper, allium, & ignobilis caſsia: impeditur enim tenue à craſſo, & paucum, à multo: quare quæ tenuia ſunt, & pauco humido iuncta, raro malè olent: quomodo enim non concoquetur tenue, & paucum? Sed neque ſicca ualde & tenuia, adeò acria eſſe poterũt. indicio eſſe poſſunt, ſiliquaſtrum, rubrum, & euphorbium, & radix napelli, & alliũ, quæ cùm ſint acerrima, omnia ſunt copulata abundãti humido, & craſſo, quare nec alere per ſe, nec bene poſſunt, ſed contuſa, aut deuorata reddunt odorem & minimè iucundum, ſed grauem, ut etiam referũt de lepore marino: aſcribi ſolet pro proprio ſigno. Salſum autem quod ab igneo calore fit, generatur, cùm humidum adutitur ex reflexo calore à terreo ſuper humidum ipſum, propterea ſal omne parum admodum nutrit, amara aũt pars prorſus nihil: nam capras ſalices amaræ nutriunt, ut & Virgilius inſinuat: ut tres ſint ſapores, qui non nutriũt, & parum nutrientibus confe-

Sal duplex.

Salis uires.

Cur nullum ſalſum uinoſum ſit.

Acria ab immodico calore fieri.

Beneolentia & maleolentia quæ.

Sal quomodo ab igneo calore fiat.

Sapores non nutrientes & nutrientes qui.

conferant aliquid in hoc, amarus primùm, pòst acris, inde salsus: nam humilioribus & crassis alimentis moderatus conferre potest. Tres qui nutriunt maximè, dulcis, pinguis, demum insipidus. Tres alij qui nec prohibent nutritionẽ, nec iuuãt, (nam amarum, acre, & salsum efficiunt, ut non adeò quæ nutrire parata erant, id possint, partim quòd transmutationẽ prohibent, partim quòd iam transmutata consumũt) astringens, sub quo austerus, acidus, & acerbus: ipsi enim per se non nutriunt, nec quæ talia sunt, alijs admixti non impediunt, nec nutriunt.

Præter humida hæc sunt, quæ excipiuntur tria talia, aqua, mucago, & succus, & omphaciorum genera: perfecta autem duo, uinum & oleum. Cùm hæc in ordine sint perfectorum, mucagoq; in seminibus oriatur, ubi & oleum erit, mucago oleũ imperfectum aquæ admixtum, nec etiã perfectè concoctum, & ut ad uina omphacium, & ut plerunque ad usum sanitatis tuendæ parum accommodata, succi uerò aggregatum ex pluribus humidis, & pro ratione saporum (si modò expediat) explorãdi. Mixtorum igitur humida, principalia & salubria duo, pingue & uinosum, seu oleum & uinum, duo sicca, salsum & acre, & utrunque duplex, ut dictum est, pinguia uerè carnes, & lac, & alia huiusmodi, amplectuntur. Fit etiam à putredine salsedo alterius generis, ut in phthisicis, laterali morbo laborantibus, & empyicis: habet autem hæc sapor, ut ab expuentibus sciscitari potest, alia quibus dignosci potest ex odore, atque colore, sed nil horum perpetuum. at ut in his quibus in uentriculo corruptus est cibus, pro illorum uarietate diuersus, ita ab eodemmet cibo, uel in pluribus uicibus, aut unà sumpto, uariæ differentiæ, primum à sapore, uelut salsus, acris, amarus, (hocq; iure censet Aristoteles) namq; nutrire non potest putridum, amarum quoque non nutrit, ideo amarescit, quodcunque putrescit, quod in pomis citra ullum periculum experiri licet. Simile est de odore, alia enim oua putrefacta referunt, alia carnes, alia pisces, alia fructum quempiam, alia herbam, etsi nil tale iam diu ederint, uel etiam penè uiderint, simile & in colore, pleraque alia euadunt, alba, fusca, uiridia, absque splendore citrea mixta: qualis plerunque mortuorum color, omnibus commune est saporibus, odoribus, coloribus, horror, & abominatio, & permixtio, uix enim purum amarum inuenias putrescentibus in cibis: commune etiam est, ut qui putridis uescantur rebus, breui uel etiam repentè symptomatibus grauibus corripiantur, uomitibus intempestiuis, dolore, febre, mentis perturbatione, cordis palpitatione, conuulsione, & coloris in toto corpore permutatione, siti etiam, & ad quæ mors plerunque sequatur, sit qualiscunque corruptionis natura, seu siccorum, ut lapidum & lignorum, quæ appellatur caries, seu humidorum, quam putredinem uocamus, seu mixta. Verùm putrida ad saporem acrium accedunt ob causam superiùs dictam, ut sint ueluti allium, gingiber, aut piper (quãquam uenena secus ut napellus, atque ob id quod destillatione pleraq; perficiuntur, & putrescentia, ut dictum est, uenena sint) sed immanitate abominationis persistunt. Vitanda ergo sunt omnia quæ talia sunt, mali saporis, odoris, coloris fœdi, in quibus permixtio magna, nihil syncerum, & maximè cùm alba naturâ ad prauum colorem declinauerint, cæruleum, fuscum, liuidum, nigrum, pallidum, aut rubrum, uel contrà quæ huiusmodi sunt, in album degenerauerint, perfectè enim putrida sunt.

Putridis uescentes rebus, quibus subijciuntur.

Signa perfectæ putredinis.

Sal naturale putredini ac ueneno resistit.

Porrò sal naturale non solùm omni resistit putredini, sed etiam omni ueneno, adeò ut etiam contra canis rabidi morsum in usu sit, minùs tamen confert humano generi, quàm pinguia, & præcipuè oleum, quamuis in communiore usu sit quàm oleum. Et multæ nationes, ut audiui, sale priuatæ in calidis regionibus, ad internecionem pereunt amisso sale, aut intercepto: nam & plurimum in aridis illis regionibus usu eius indigent, non tam ob quotidianum uictum, quàm ob conseruanda illa, quibus pro uictu opus est. loco autem eius, nil propius aceto acri: & est penè similiter calidum, præsertim à uinis potentibus, attenuat, incidit, appetentiam excitat, putredinem inhibet, siccat, astringit, oculis nocet, ut etiam sal, & cerebro magis sale noxium, uelut & neruis, sicut in renum & uesicæ affectibus sal deterior est, generat enim lapidem in utrisque locis, urinam exacuit: articulis intra & extra sal bo-

Salis nocumẽta.

num

num est, acetum noxium uentriculo: præterea & utero sal bonum, acetum aduersatur: acetum corrigit aërem, sal non potest. Omnibus pinguibus sal iucundè copulatur, non adeò acetum. Sal torrefacimus ad siccandas capitis fluxiones, liquescit enim & perspicuum euadit, ut tegula, & crassior, sed recta, & quadrata, superponitur doloribus uentriculi flatuosis, & plurimum confert, item intestinorum: sed oportet cauere, ne iecoris regioni, uel renum, uel etiam pectoris, applicetur, neq; uentriculi alia in causa admoueatur, tutiusq; est prius ac simul fouere uentriculum oleo ex sertula campana, & ex absynthio pingui. Sitim quoque sal mouet, tumq; cauendus est modus administrationis. Fit autem sal ex quauis re sicca, & in cinerem redacta, oleo eiusdem proportione respondens: sed melius ex destillatione, & rursus pluribus accommodatur, ut etiam uinũ, & acetum, uiperinis carnibus expulegio, & thymo, atque alijs. Quòd uerò aduersus serpentũ morsus sal polleat, probat Plinius, dicens, quòd si diligenter admoueatur, uenenum omne anteuertit, & enecat: & cùm esculenta per ipsum gustui ac uentriculo iucunda fiant, rationi consentaneum est etiam cordi esse gratissimum, atque hilaritatem inducere. & perinde non modò gratus, sed admodum salutaris erit, atque humano generi necessarius, cùm nulla sit hominum pars in orbe terrarum, quæ salem non ualde appetat, summoq; studio conquirat: eo enim tanquam instrumento ad concoquendum necessariò utuntur, quoniam nihil est tam gustui perdifficilè, quin socio, administroq; sale perfacilè fiat: imò & quamplurima sale aspersa è mari, alijsq; diuersis & lõginquis partibus comportantur: talia enim salita diutiùs asseruãtur, ac incorrupta transmittuntur: tantaq; etiam est uis atq; natura salis, ut quibus admiscetur, si mortua sint, à putri corruptione tueatur, si uerò uiuentia, ab omni ferè morbo uindicet. Et licet per se parum nutriat, est tamen pro summo uitæ discrimine ualde commodum, sicuti experimento compertum est, multos qui ardua, deserta, atque longissima subituri erant itinera, solo sale pro tutissimo uiatico se esse præmunitos, cognoscẽtes rerum omnium condimentum, ac ueluti antidotum esse pro famis ingeniosa necessitate, ut glandibus, aut herbis, siue earum radicibus, tametsi noxijs, commixto illo, tutiùs uesci posse: sic enim crudum atque minimè stomacho insuetum cibum, sale inspergentes, gustui magis familiarem, atque nutritioni aptum reddunt. Solus etiam, si granum sub lingua contineatur, famem ac sitim compescit, quod & nunc temporis in calidissimis regionibus ferunt, ob nimium æstum uehementer siti affectos, salis modicum sub lingua continere, & triduo, atque eo plus non sitim modò, sed & integram famem depellere, causamq; esse reor pituitam, quam lingua à cerebro & à uentriculo attrahit, quæ aërem respiratum humidum reddit, & famem ac sitim subinde cohibet, dummodo in exigua (ut diximus) sit quantitate, sal enim multus sitim ac difficilem facit, paucus uerò non, sicuti præclarum extat Cæsaris Caroli Quinti exemplum, qui dum maximum atq; potentissimum exercitum ex Hispania in Africam traijceret, ut Tunetum urbem florentissimam, à truculentissimo Christiani nominis hoste occupatam, eriperet, Sole tunc temporis in leone existente, & accedente ad solstitialem orbem, cui ferè urbs illa subest, salus, & læta Cæsari uictoria uno die per salem obtigit. nam cùm Cæsar, debellatis primùm hostium præsidijs, urbem obsessurus accederet, Cæsariani ardore Solis, atque infestissimo puluere, & aquæ penuria grauiùs, ardentiusq; sitire cœperunt: quo animaduerso, Cæsar salem omnibus distribuere, ac unicuique granum salis linguæ supponere iussit. quod milites facientes, non solùm sitim, famemq; die integro repressere, uerùm multo etiam animosiores eo affecti congiario, hostem cum innumerabilibus copijs occurrentem fugarunt, simulq; è uestigio urbem uictores ac ouantes intrarunt: quibus clarè apparet quàm sal pro generali uictus ratione utilis sit, ac humano generi necessarius, & præsertim cùm cibis omnibus condiendis multum iuuamenti adferat, si debita quantitate eis addatur. Cui ignis subsequi uidetur, quoniam & ipse non parum ad ea quæ ad generalem uictum spectant, conducere apparet, cùm multa reperiantur opsonia, quæ ignis tantùm operam exposcunt, quæ cùm antea acida, aut austera, aut dura, esuiq; minimè idonea essent, ui ignis dulcia, & gustu iucunda fiunt,

Tegula salis doloribus cõfert.

Sed ex quauis re sicca fit.

Sal à corruptione tueturi emortua.

Sal famem ac sitim compescit.

Historia Caroli Quinti.

Ignis commoda.

nec alia indigent præparatione: quorum equidem non pauca eiuſmodi ſunt, quæ præ ingenti ſuauitate, ita cum pane ſimpliciter comeduntur. Alia autem ſunt quæ non ſolo igne, ſed etiam artificio indigent, ſi pręparari debeant, ut humanum genus eis commodè frui poſsit, quamuis nõ deſint, qui potiùs uoluptatis commendatione his intenti ſint prępparationibus, quàm de ſanitatis tutela ſollicíti: quorũ etſi ſententiam non comprobamus, nec etiam eorum qui Diogenis more cruda, inſuauia, ac penitus ingrata ſibi deuoranda proponunt, quemadmodum diuinus oſtendit Hippocrates in libro de Veteri medicina, quando inquit: [Cibaria quæcunq; nobis incommoda ſunt, & ingeſta, hominem lædunt, horum enim unumquodque uel amarum eſt, & meracum, ac intemperatum, uel ſalſum, uel acidum, uel fortè â quibus maximè turbamur.] Eligenda eſt ergo ea prępcipua, omniũq; potiſsima cõdiendi ratio, quæ propriam alimenti ſuauitatem præſtet, ne moleſta ac ingrata ſit ſumenti, non ut ſolùm guſtui gratificemur, ſed quia etiam utilia exiſtunt. Talia enim uentriculus cum uoluptate amplexatur, & facilíùs concoquit, ſicuti illa, quæ diſplicent, refugit. & ſi ſumantur, nauſeam, uel flatus, uel fluctuationes procreant. Et ideo dixit Hippocrates Secũda Aphoriſmorum: [Parum deterior cibus, aut potus, ſuauior autem, melioribus quidem, ſed minus ſuauibus, eſt præferendus.] Dixit, *parum deterior*, ad diſtinctionem eorum, quæ deterrima ſunt, quæ etſi placeant, tamen ſunt euitanda: uerùm quæ parum deterior ſunta, ſi cum uoluptate ſumantur, quandoque melioribus ſunt præferenda, quoniam inquit Galenus: [Ea nõ ſolùm non deteriora manent, ſed plerunq; meliora redduntur.] Ignis ergo naturâ admodum efficax eſt, ut ea quæ inſuauia, & naturæ noſtræ diſſimilia ſunt, eadem ſuauia, totaq; nobiſcum ſubſtantia ad alendum conuenientia reddat, alia attenuando, alia frangendo, atque etiam alia emolliendo, ſi modus ſeruatur, non enim ſolum qualitates immutandi uim habet, ſed etiam ſubſtantiam attenuandi, rectaq; menſura emolliendi, & ſuperuacanea ac inutilia abſumendi: uidemus enim quãplurima obſonia, quę prorſus humano generi inutilia eſſent, niſi opera ignis aptiſsima fierẽt, imò inferiùs oſtẽdemus, omnia cruda ſemper aliquid incõmodi in ſe habere, quod (dũmodò diligenter coquantur) ab igne tollitur. Ideo cũcta homines cocta ſemper comedere deberẽt, & cruda euitare, cùm facile ſit, cibos crudos in alienam qualitatem tranſmutari, quæ corruptio uocatur, quod multis modis cõtingere poteſt. Vel quia cibus haud trãſmutatus manet, ut ſunt cibaria cruda, & malè cõcta, quæ tẽpore putreſcunt in loco calido. Vel quia cibus uitioſus ipſe eſt, & promptus ut corrũpatur, ut cæpę, & olera pluríma, et putridi cibi, carnes, frumẽta, piſces, &c. Vel quia ex mala prępparatione talis redditus eſt, ut ſunt oua frixa, & quę multis ſpeciebus cõdiuntur. Vel quia corpora quæ cibũ aſſumunt, uitioſo ſucco ſunt repleta, â quo corrumpí poteſt cibus, licet optimus aſſumatur, ut in eo patet Aphoriſmo: [Non pura corpora quantò magis nutries, tantò magis lædes.] Vel quia uentriculus intemperatus eſt, ut agat quidem in cibos, ſed perperàm agat, ut ſi calidus ſit plus iuſto, uel frigidus. Vel ex malo ordine ciborum, ut quòd primò ad ſtringentia ſumpſit, uel duros cibos, ut antíquum caſeum, pòſt fructus, aut lac, aut piſces teneros: uel quia intempeſtiuè, uel quia priore nondum concocto, aliũ aſſumpſit, quæ omnia in cauſa ſunt: uel quòd cibus prorſus immutatus permaneat, uel quòd non perfectè mutetur, uel quòd in alienam qualitatẽ immutetur. Verùm (ut breuiter ſermonẽ perſtringam) nihil eſt, quod cruditatem demere, craſsitiem ac duritiem tollere, attenuare, emollire, cõcoquere, ſuperuacaneaq; circumcidere, & frigidiora ac humidiora emendare, & cuncta ſtatim in melius immutare poſsit, quàm ignis, ſi rectè excogitemus. Et quamuis ſæpenumerò carnes, & piſces, ac multa alia, ita ſale macerentur, ut comedi poſsint, ueluti patet de carne ſuilla, piſcibus, & alíjs huiuſmodi, niſi tamen alíquo pacto uim ignis priùs præſentiant, commodè edi nequeunt. Cui & ſubſequitur aqua, quam conſtat in omne quod comeditur & bibitur, ingredi, nõ ut nutriat, ſed ut ſua ſubtilitate ac fluxibilitate alimentum faciat penetrare per anfractus corporis, & ut præparet ſubſtantiam nutrientis, ad facilè accipiendum concoctionem, & impreſſionem innati caloris. Et ideo dixit Galenus in libello de Aqua. [Non autem nu-

Prępparatio utilis.

Cibi crudi in alienam qualitatem facilè tranſmutantur.

Aquæ commoda.

tem nutrit aqua, sed solùm est uehiculum alimenti, ut placuit Hippocrati, & Chrysippo, & Erasistrato.] Ad generale ergo uictus regimen, aquam multum conferre uidemus, quia molle ac fluidum reddit solidum nutriens, & ipsum attenuat, ut leuiter & citò penetrare possit per uenas & foramina: nec aliter nutritio ex solido cibo cõpleri posset, nisi coadiuuãte aqua, uel aliquo sibi proportionali liquore, ut uino, uel ceruisia, uel hydromelite, & huiusmodi: quod & affirmat Galenus, in primo de simplicium Med. facultatibus, dum inquit: [Aqua est, qua utũtur homines omnes communiter, siue sani sint, siue infirmi, & necessitas eius est necessaria ad hoc ut remaneat uita.] Et licet dicat tertio Acutorum [Aquam totam esse tardæ penetrationis, difficilis digestionis, & difficilis descensionis, quamuis sit melior aquarum:] eo tamen loco non loquitur Galenus de aqua, quæ moderatè cibis immiscetur, ut eosdem liquidos & penetratiuos reddat, sed de aqua sola, & ieiuno stomacho sumpta, ut legenti patet. Isthæc ergo ueluti condimentorum fastigia efficacissima sunt, & iure optimo pro condimentorum conuenienti usu principatum tenentia, humano generi non parum utilia ac necessaria sunt. Et licet quamplurima sint, quæ ad uictus generalem rationem facere uideantur, quæ tandem ad sex res non naturales reducuntur, ad aërem uidelicet, cibum & potum, somnum & uigilią, motum & quietem, inanitionem, & repletionem, & animi accidentia: cùm tamen de his regula generalis adscribi non possit, ob diuersa corporum nostrorum temperamenta, iuxta Galeni sententią quinto de tuẽda sanitate, ubi habet: [Si omnes inter se similem corporis statum obtinerent, utiq; tum mirandum esset aliquos iuuari, lædiq; ab ijsdem, sed quoniam contrarij inter se sunt, multorũ hominum corporis status: ratione nõ caret, quòd ex contrarijs etiam utilitatem percipiant. Quo magis de medicis omnibus mirari cuipiam licet, quicũq; nullo priùs naturarũ facto discrimine, de sanitate tuenda scribere sunt aggressi: sicuti enim fieri nõ potest, ut unũ colopodium ad omnes homines sutor accommodet, ita nec medicus unã omnibus uitæ speciem, quæ conducat.] Ideo de his omnibus distinctissima faciemus capita, in quibus sigillatim de quãtitate, qualitate, ordine, tempore, & ætate agemus: de consuetudine nanq; satis, superq; dictum est, & horum omnium, quantum fieri poterit, hîc breuiter rationem in uniuersum traditã manifestam faciemus, ut declaratis his omnibus circumscriptis, ab uniuersali consideratione, quid postea cuiq; seiunctim ac sigillatim conueniat, ostendemus. Cuncta ergo à nobis diligenter erunt examinanda, ut præter peculiare uniuscuiusq; temperamentum, quod propriam facit naturam, quod & soli Aesculapio explorandum relinquimus, ea tradamus, quibus diuersa diuersorum temperamenta cognoscere ualeamus, & ut eis uaria alimenta, prout opus esse uidebitur, concedere, uel denegare in tempore possimus. Sunt autem alimenta, quorum qualitates adeò manifestæ sunt, ut nulla egeant dubitatione, alia uerò quorum qualitates uel experimento comprobamus, uel ratione inquirimus, & horum argumenta ex sapore, odore, colore, substantia, pondere & huiusmodi ducimus, quę etenim saporis acrimoniam, & odorem paulò uehementem nares ferientem, ruffumq; colorem habent, præter alimoniam, caliditatem arguunt, rursus pondus alimenti multitudinem, & sic de reliquis, quæ & substantiæ friabilitatem, uisciditatem, crassitiem, & huiusmodi habent, quæ omnia ratione & experimento confirmamus. Pro generali ergo uictus regimine, illud in primis à nobis attendendum est, ut prohibeamus homines, eorum nempe humiditates à corruptione, ne calor extraneus, corporis humiditatibus dominetur, uel ab intrinseco, ob obstructiones, sicut ab extrinseco, ob superfluas caliditates, aut ambiẽtis nos aëris humiditates, & ut tueamur humidi substantifici consumptionem, ne citò resoluatur, scilicet ante tempus à natura sibi destinatũ, quod erit loco deperditi: purius quoad fieri potest, ac familiarius regimen eligere, quod in conuenientibus cibis, & potibus, quantitate scilicet, qualitate, ordine, & tempore administratis (ut diximus) consistit, p restauratione eius quod è corpore resolutũ est: & in his, quę prohibent caloris extranei dominium, super corporis humiditates, ideo corpora nostra multis excrementis, redundantia præsertim, cauere debemus, ne æstiuis solaribus, stuphis, balneis im-

Cap. 5.

Nota.

Corpora excrementis redundãtia quæ cauere debeant.

neis immodicè calidis exponamus, nec non & curis, & uehementibus solicitudinibus, ac superfluis exercitijs, nec sale plurimo uti, sed moderato (ut diximus) sicuti & ijs, quæ diu in sale iacuerunt, nec multis aromatibus acutis, nec ualde acribus, & calidis, nec uinis admodum potentibus, præsertim maxima in quantitate, nec immoderatis coitibus, & alijs superfluis euacuationibus, nec nimis uigilijs, & huiusmodi alijs, quæ corporis nostri humiditates extraneo calore accendere possunt, & tãdem (ut uno uerbo dicamus) euitandi sunt omnes excessus in sex rebus nõ naturalibus, ut Hippocrates docet secunda Aphorismorum: [Non satietas, nõ fames, nec quicquam aliud, quod naturę modum excesserit, bonum.] Cùm enim sanitas moderantia quædã sit, ut inquit Galenus, necesse est, immoderantias omnes, quæ plurimum à modo recesserunt, ægritudines esse, uel easdem futuras fore: quam sententiam, & Princeps Fen: tertia primi corroborauit, dum dixit: [Ars sanitatem custodiens illa est, quæ quasi perducit corpus humanum ad terminum naturalem uitæ suæ, si conuenientia seruet, id est, si præceptis ipsius artis uel artificis obedit, nocitura euitans, & mensuram seruans in quantitate, qualitate, tempore, & ordine sex rerum non naturalium.] Nec absque causa adiunxit Princeps illud, quasi uolens nobis significare, quòd licet finis artis custodiendi sanitatem, sit manu tenere hominẽ in sanitate, sæpè tamẽ finis frustratur fine, cùm pauciss imi illũ attingant, uel ob eorũ negligẽtiã, uel medicorum imperitiam, uel ministrorum, uel quia diuertuntur à uoluptatibus, aut auaritia, aut ambitione, uel defectu boni aëris, & bonorum nutrientium, quia cùm cibaria quæ assumuntur, non sint corpori nutriendo actu similia, sed alteratione indigeant, ut substantiæ humanę actu similia fiant, iuxta illud Galeni primo de tuẽda sanitate: [Et siquidẽ possemus tale aliquid introducere, quod simile, effluenti esset, hoc sanissimum & optimum foret, sed quia hoc est impossibile, quoniam id quod fluit ab unoquoq; membrorum, tale est naturâ, quale est membrum ipsum, à quo defluit, & nihil eorum quæ comeduntur, & bibuntur, tale est omninò, quale id quod effluxit, ideo necesse habet natura, concoquere ea, & transmutare, & præparare, & assimilare corpori quod nutritur: quare si bona non sint nutrientia, quæ à natura rectè confici non possunt, nec ea poterit assimilare, & cõuertentur in prauũ succum, qui exinde omnium malorum est causa.] Ex quibus omnibus, septem colligere possumus, regimine sanitatis potissimùm animaduertẽda. Primò, ut naturale temperamentum, cuique indiuiduo debitum, secundum propriam ipsius naturam custodiamus, & si à sua qualitate recesserit, ad melius ipsum reducamus. Secũdò, ut cibos & potus cuiusque naturæ familiares, & cõuenientissimos, ad restaurationem deperditi eligamus, & sine superfluitatũ multiplicatione. Tertiò, ut omniũ corporis membrorum superfluitatum, euacuationes procuremus, ut loco & tempore debito fiant, secundum quod cuiq; conuenit: uentriculi enim splenis, & cystis fellis, per egestionem, & quandoque per uomitus suauiter prouocatos, hepatis per urinam etiam, & per secessum, cordis, pulmonis & pectoralium per respirationem, & sputum, cerebri, per mucum, rascationem, lachrymas, sternutationes, & autium sorditiem, uenarum & aliorum membrorum per sudorem, et terrestreitates, cum eo transientes ad cutem, & per insensibilem resolutionem. Quartò, custodire membra organica in sua naturali compositione, ut in figura, numero, quantitate, positione, & colligantia. Quintò, rectificare aërem nos ambientem, cuius pars ad cor trahitur, pro ipsius refrigerio, & pars ad cerebrũ, p refrigerio, & euacuatione spirituum, in quibus abundat, & etiam delatione odorum, qui per nares cum aëre tracti scandunt ad cerebrum: aër ergo, si nimis crassus & turbidus fuerit, igne purificetur, si nimis frigidus, calefiat, si nimis calidus, frigidis irrorationibus refregeretur, secũdum quod cuiq; conuenit. Sextò, custodire corpus à uiolentis sibi extrinsecus occurrẽtibus, ut ab æstuationibus aëris & Solis, à niuium, geluum, & grandinum frigoribus, ab impetu Boreę, à malitia Austri, et tandem ab omni eo quod pungit, contundit, frangit, atque excoriat. Septimò, exercitia tam humano corpori necessaria, conuenientia, & opportuno tempore facta procurare: animi passiones contemperare, ut tristitiam, iram, gaudium, timorem, delectationem, & huiusmodi: somnus uerò, & uigi-

4

Sanitas quædam est moderantia. Cap. 1.

Cap. 3.

Septẽ colligẽda in regimine sanitatis.

Vt aër purificetur.

Exercitia humano corpori necessaria.

& uigilia, quia sunt animæ & corpori communes, iuxta Aristotelis mentem primo de sensu & sensato, ideo inter corporeas & animales motiones connumerari possunt: debet ergo somnus proportione respondere corporis & animę sensitiuę quieti, uigiliæ uerò motionibus corporis & animæ: quare dixit Hippocrates secunda Aphorismorum: [Somnus atque uigilia, utraque si modum excesserint, malum.] Septem ergo hæc ad unguem quisque seruare debet, si sanitatem conseruare cupit, præsertim cùm corpora nostra sint in continua mutatione posita, & semper ad senectutem tendant, quæ etsi euitari non possit, differri tamen poterit. Cap. 1. 3. Senectus differri potest, sed non euitari.

De emolumentis materiæ salubris. Cap. VI.

Aepè carnem habemus, quam, uel ob diem ieiunij, uel ob multitudinem, edere non licet. Seruari solet sale, aut non tutò tamen, aut non integro sapore, pipere, & aceto, nescio quid habet. Elixatur, putrescit, aut inanis euadit, melle condiunt æstiuo tempore, nõ satis placet orientalium inuentum: Diuidatur in tenues bracteas, sale inspergitur modico, siccatur, usui est in pace, & bello. Editur enim cruda quibusdam in locis, integra animalia sic præparant, à cuniculo ad bouem, modico sale inspergunt, inde in furno siccant. Ita lepores & apros seruant ad Pascha captos quadragenariæ diebus. Secundus modus est, ut in ueru assetur perfectè, nec siccetur, sed assiduè pingui humido torreatur: seruatur loco frigido inter frõdes myrti, aut lauri, quanto magis ergo ad paucos dies sufficiet. Vt caro diu seruetur incorrupta. Petri Bellon. par. 2. c. 8.

Alia seruantur in aceto, quæcunq; solida sunt compage, & licet acria, meliora tamen fiunt, quale Helenium, quod mirum in modũ uentriculi uim excitat, fœniculus, cretanus marinus, rapula etiam tenella. Alia in aqua, & sale, ut oliuæ, propriè colymbades. Alia in muria, ut haleculæ, scombri in garo, quod optimum conficitur ex illis, est autem muria, garo ignobilior. Alia in oleo, ut farcimina: quædam uncta, melius, ut casei. Omnium inditum est, diu seruari odore & gustu meliora, extraneũ enim, aduentitiumq; calorem, quo maximè res corruptione periclitantes tentantur, densa, ac glutinosa eius substantia, intromitti nõ permittit, internumq; unà cum humore suo natiuo conseruatum retinet, non secus, ac succorum genera penè omnia. Scimus enim oleo ijs superiniecto, eorum naturam custodiri integram, & ab extrinsecis illæsam. Alia in tritici farina reposita diu uendicantur, sicuti Bononienses quotidie experiuntur, qui mittunt hinc inde auiculas, quas ortolanos uulgariter appellant depilatas, ualis farina repletis reconditas. Alia etiam inter pannos lineos ab humidi substantifici resolutione tuentur, ut manna. Alia solùm appensa, ut pediculo feruefacto uuæ. Alia condita, sed priùs siccata, ut ficus: crudo melle seruantur punica. Alia in palea maturescunt, uelut mespila, & sorba. coquuntur in saccharo, meliusq; melle, insipida, cucurbitæ, mala medica, zinziber, bellirici, chebuli, radices insipidæ, ut lactucæ, & boraginis. Iris etiam, & acriora sic præparantur, rapæ aceto, melleq;. hi duo sapores sibi inuicem conueniunt, & diu seruantur, & sunt temperati. Quæcunque glutinosa sunt, ut pisces, & pedes animalium, diu cocta, & frigori exposita, mittunt gelu, atque concrescere faciunt ius, cui addi solent ad gratiam, & salubritatem, acetum, piper, & crocus ob odorẽ præcipuè. Pisces frixi, sed non perfectè, pauco sale addito seruantur inter myrti folia. Piper additum piscibus frixis seruat saporem, & in acidum permutat. Gelu solum multa tuetur, & fumus, quanto magis ergo ignis sine odore malo? Oua dura diu seruantur stophis, quasi lapidescit, qui non cum concreuerit frigore, ubi humidum dissolui nõ potest, quomodo putrescit? Notauarios conseruandi modos. Succus oleo conseruantur.

Quæcunque cruda edi solent, & possunt commodè, si non perfectè coquantur, parum obsunt: Vel etiam si sicca edantur, ut pruna, persica, poma pleraq;, pyra non pauca, ostrea, cichoriũ, endiuia, lactuca, borrago, cardui, & fœniculi sine cortice nõ integri, pisces saliti, oua, lac, & quæ ex eo seruantur, carnes coctæ in olla, absq; aqua, sed melius est inspergere salem, non exactè torrere. Alij exponũt nocte sub diuo, in die reponũt loco frigido, & cõcluso, ac sicco, corrũpuntur enim ab humido aqueo, Quæ cruda edi possunt, nõ perfectè cocta, parũ obsunt.

pingue seruatur, indicio est in crure suillo: ultimum quod corrumpitur, est adeps, primum, musculi caro.

Tricuspis. Ex hoc genere etiam est tricuspis, seu triculter, & est gladius è tribus gladijs proximis compaginatus, latis ad modum, & in speciem oblongi quadrilateri, inuicem iunctis, qui uno tractu, carnem diuidunt minutim, uelut Tyrocnesti: hoc commodum, & utile præcipuè senibus. Est autem aliud commodum, aliaq; animaduersio, in conditis cum saccharo ligneis, ut coriandro, casia, quam cinamomum uocãt, seminibus etiam plerisque, ueluti anisi, & fœniculi, (inest enim omni semini cortex, & medulla, uelut & mali medici, & aranciorum, licet non adeò in alijs tam manifestè) ut perinde sit ac si purum saccharum edatur: nam minùs esui sic condita apta fiunt, quàm antea, cùm siccata fuerint, dum conficiuntur. Vnde non sic sunt præparanda, sed antea siccanda, non nisi, ut tenuissimum in puluerẽ redigi possint, inde cum saccharo fiat solidum in forma coriandrorũ, aut milij: ars nota nostris temporibus, non antiquo, ut reor, percipitur sapor, odor, uires integræ manent. Idem de ligno aloes, de zinzibere, & similibus, tametsi zinziber tenerum inueniatur integrum, & saccharo conditum. Eadem arte myrobalani condientur, cuiuscunque generis, deducto cortice, & ossibus, siccato modicè residuo, & in puluerem tenuissimum redacto. Et quanquam ex his teneri conditi inueniri soleant: tamen si ritè conditi essent, his uiribus forent inferiores. In uniuersum etiam pomana loco frigido, & sicco, tabulis tegere oportet, cuius fenestræ ad Septentrionem patere debent, nullo q; modo ad austrum: paleis quoq;, aut stramentis substernuntur, raraq; componũtur, ne si unum corrumpatur, alia inficiat. Debentq; colligi tempestiuè, sereno q; tempore, alioqui celeriùs uitiantur, & aliqui sunt, qui affirmãt mala & pyra millio optimè asseruari, sicuti quoq; optimè asseruatur rhabarbarum à seplasiarijs.

Conditorum animaduersio.

Notã.

Vt pomana seruentur.

An eadem sint auxilia salubritatis corporis & longitudinis uitæ? Et an aër sit causa consumptionis humidi innati? An maior resolutio in somno, an in uigilia?

Cap. VII.

Tres quæstiones.

Aeterùm supererant tres quæstiones, ad hoc propositum pertinẽtes, modò eas determinãdi, quàm ipsa determinatione utiliores, quarum Prima est: an in somno, an in uigilia maior fiat resolutio humidi innati? Secũda, an ab aëre humidum innatum resoluatur? Tertia an eadem sint auxilia salubritatis corporis, & producendi uitæ? Ergo secundam priùs determinemus. Aëris ingressus atque egressus cum motu est, & motus calefacit, & exsiccat: ideo aër corpora nostra exsiccat. Præterea ubi est positiuum in mortalibus, ibi etiam inuenitur comparatiuum, & superlatiuum, igitur erit aër melior, & peior, & pessimus, & optimus, quod ad uitæ spacia attinet, aut decurtanda, aut producenda. Et rursus, quod præter naturam inuenitur in his, & in eisdem etiam secundum naturam est, erit ergo optimus & pessimus aër in hoc genere, iuxta regionum naturam. Accedit experimentum, subscribens rationi, dum uidemus Garamantas uix attingere quadragesimum annum, ex confesso Indorum, plurimas regiones ad CXX. & ultra peruenire. Quod si contrà aëri rei fortuitæ consumptio tribuatur, iam in temperatis regionibus plus uiuunt homines, quàm in intemperatis, quod falsum est, nam ut dictum est, in Indiæ partibus plus uiuere homines constat, & omninò nostris tẽporibus uerum est, ut nuper diximus. Et in hyperboreis etiam ad fabularum exemplum, cùm dicant apud illos, homines ad mille annorum spatium protrahi, & sanè, si non modò tantùm, adeò constãte fama, saltem ad longissimam peruenire uitam. Et si uita in aëris esset potestate, sæpe, aut aliquando, homines in prima pueritia senescerent: mori quidem uidentur, senescere pueros in pueritia, neque uisum, neque proditum, nisi de Pigmæis fabulam admittamus, de qua in tot seculis, & nũc etiam tot penè orbe detecto, nullum testimonium habetur. Essent quoque duo principia consumptionis humidi in nobis, calor proprius, & ambiens: aut si ambiens solùm ponatur, frustrà indicemus Galeno litem, ut nihil sit minùs æstimandum. In huiusmodi

Garamantæ uix quadragesimum attingunt annũ.

In Indiæ partibus diu uiuũt homines.

modi igitur contradictionibus, eatenus satisfaciendum, quò ad finem intentũ perducatur, aut ea quæ ad finem assequendũ pertinent, iuuari possunt. Igitur cùm constet, aërem multum ad breuitatem aut longitudinem uitæ facere, hoc pro principio cõstituemus, cum rationibus auxiliantibus. Veluti quòd aër calidus ualde, aut frigidus, si purus sit, eadem ratione, imò contrarijs, efficit uitam longissimam. Eadem quidem, quæ est caloris innati robur, & humidi puritas, ac densitas. In frigido enim per antiperistasim coactus, optimè concoquit, penetrat, nutrit, propellit extrementa, attenuat, & condensat humidum. In calidissimo autem materia præparata, & colliquata tenuiùs, & proprio calore qui maior est, cùm substantia sit humido, idem & purum, & densum, perficitur nutritio, & restitutio. At uelut in his extremis omnia optima sunt in puro aëre, ita in impuro omnia se habent pessimè, ut lupones, & (ut dictum est) Garamantes, quorum uita breuissima est. Solum inter tot difficultates, si quis clarè intueat, restat, ut modus unus discutiatur. Nam ex dictis manifestè patet, aërem posse consumere humidum, & tamen producere uitam, quoniam humidum perficit, is est, an homo, & quãdo ex consumptione humidi, acceleret senium, ueluti cùm uidemus longa fame tabefactos, tamen longiùs ætate progredi. Quale enim est humidum quod tunc est consumptum, quo uita integra remanet, contabuit corpus, ita in Venere, in effluuio sanguinis copioso, & diuturno, in morbo, in tristitia, in carceribus: ergo humores in sanguinem, & quicquid mutatum iam est, in causa esse non dicimus: substantia ipsa planè patiatur, tum uerò senescunt, nec reparari possunt, consumuntur autem omnia ante, & membrorum etiã aliquod ignobiliorum, atque patientes læsi, & siderati manent, & calor quidem innatus propius est magis cõsumptioni, aër autem corruptioni, & ne quid huiusmodi absurdum uideatur, in calida, & frigida ualde regione, eadem, aut eisdem causis crescunt immoderatè homines, & uiri ingenio præstãtes oriuntur, magis rariùs tamen, sed ciuiles, & prudentes nequaquam, aut saltem hi, qui immoderati mole, & (ut ita dicam) uitæ spatijs sunt. Generaliter autem in frigidis ex caloris magnitudine, & cum illæ ideo & fortes, & robusti, in calida, puro corpore, & ualetudine incolumi degunt, iuxta quæ sequitur solutio tertiæ quæstionis. Ergo non esse eadem auxilia salubritatis, & longitudinis uitæ, hæc ostendunt, quoniam cùm quis laboret febre uehementi, refrigerãtia ualida calorem temperant, ergo si uentriculi uim deijciãt, uitæ obsunt, id primum. Secundum etiam si non deijciant, dum restaurant corpus intemperatum, saluti prosunt, uitam decurtant: si sensim uelis occurrere, nõ sanabis, ut de frigidæ potu Galenus inquit, idem de sectione uenæ, usque ad animi deliquiũ, ex qua febris iugulatur, ut ille ait. Tertium est in fontibus, qui sponte nascũtur in corpore: nam dum pars una ægrotat, reliquum totum ualet, unde illud de uenis sanguifluis Hippocratis. Quartum est de his qui à podagra senescunt, medicamentorum ui, ut & ob morbum, & ob medicamentum, uitam decurtent manifestè: idem in surditate, oculorum morbis, atque alijs. Quintũ est in morbis per circuitum, hæmorrhoidarum, diarrhœæ, uomitus matutini, præsertim cùm eiusmodi natura, aut consuetudine plus recipiant cibi, inde eructent, aut euomant, quemadmodum onocrotali. Commodum quod ex cõsuetudine non est, ut doceam, ex natura autem, cùm in eo quod rejicitur, pars utilis, ac singularis utilitatis fuerit, uelut in ossibus medulla: alter modus est, cùm incerta est quantitas, membrum uerò uehementer lædatur ab immodico. Omnia præterea auxilia, quæ nõ sanant, sed seu casu, seu natura irritata, æger curatur, uitam abbreuiãt: cùm non tollãt morbum, & naturam uexent. At uerò quę uitę diuturnitati prosunt, etiam ualetudini sunt cõmodiora, quoniã seu statum immutando, efficiant uitam longiorem, seu cõfirmãdo. Alteruter illorũ, cùm faciat ad diuturnitatem, in illo statu meliùs degit, quia diutiùs uiuere potest. Igitur ille status altero, & eo in quo est, salubrior erit. Ex his ergo quæstio insurgit, à quibus incipere debeamus, an ab his quæ diuturnam efficiunt uitam, talia magis incerta sunt, quàm salubria: si à salubribus, incertum est, an ea (ut diximus) uitam efficiant lõgiorem. Bonum est igitur à salubribus, si uitæ aliquo modo non obsint, uel si uitæ periculum ingruat: si non ingruat, in uitam producentibus est insistendum.

Aër multum ad uitæ longitudinem aut breuitatẽ facit.

Nota.

Quæstio.

Solutio.

Similiter

In somno pulsus & respiratio rariores. 3. de causis pul. cap. 9. Similiter & de resolutione in somno uidemus senes qui se quieti & somno mancipauerint, diutiùs uiuere, contrà uigiles fiunt robustiores, melioris habitus, & coloris, atque alacriores ab illo. In somno etiam pulsus & respirationes sunt rariores, & tardiores, & in initio, atque in fine, minores atque longiores. Igitur & resolutio minor: attamen Hippocrates inquit, [In somno partes interiores, calidiores, exteriores, frigidiores:] & Galenus in tractatione illa de pulsibus ait: [Contractionem in pulsu, cui respondet in anhelitu expiratio, esse celeriorem in somno, quàm in uigilia.] Igitur maior fit resolutio. Redeo demum ad primam conclusionem, cùm nō est magnum, neque euidens discrimen, debemus sequi experimentum, & in experimento iudicium commune: constat quod in somno magis humedatur uirtus, concoctio confirmatur, uires reparantur, homo hilarior eo resurgit. Ad dices causam uellem, reddatur, ea est Galeni: [Homo in somno cessat ab omnibus operationibus animalibus, non uidet, non audit, non cogitat, non intelligit, non loquitur, non ratione utitur, iacet ut mortuus:] Ideò cùm uitalis solùm & naturalis facultas agant, constat multò minorem fieri resolutionem in homine, & ideo præparari ad longiorem uitam, atque hæc per se primum: at ex accidentibus, uigilia multa adducit grauia, quibus senescit homo, magis in una hora quàm in decem dierum somnis, uelut curæ, dolores, metus, tristitia, & eo magis corrumpendo, quàm resoluēdo. At dices, non ne & per somnum pauores, & fletus, & mœror lugubris: ideo & his quæstione dignum, an tales affectus idem possint in somno, quod & in uigilia? Dico idem posse, si sint pares. Sed cùm per somnum omnia uideantur maiora, detrimenta erunt tantò minora, quantò res sub imagine uisa, maior quàm uerè sit, apparet. Sopiti enim omnes alij sensus, omnia repræsentant maiora, quàm sint: solùm maiora uidentur in uigilia, quæ per somnum miscescunt, ueluti iniuriarum, aut periculi instantis memoria, sitis. De pulsuum contractione, & expiratione, dico quòd est uelocior, propter excrementa quæ superabundant in coctionibus, & ideo illa fiunt plura, ob maiorem & diuturniorem coctionem, sicut in lebete feruente, unde etiam secretio maior, & expulsio uehementior: sed quia hæc omnia fiunt in humore crudo, & ad perfectionem nihil obsunt, imò iuuant, & si dicas, interim concalescunt solida, & spiritus, & ideo fiet etiam resolutio in membris humidi innati? Dico quòd interim non resoluitur quicquam effatu dignum, & ualde paruum pro nihilo computabitur. Cùm enim sal additur oleo in lucerna, oleum manifestè tardiùs consumitur, & tamen oleum cōsumitur, & à sale, & ab igne, & sine sale, ab igne tantùm, & ut dixi, ubi non est euidens ratio magnitudinis differentiæ, coniecturis & experimento stare debemus potiùs quàm inuoluere, quæ auxilio indigent potiùs quàm altercationibus.

Somni effectus.

Vigilia multa adducit grauia.

Quæstio. Solutio.

Valde paruū pro nihilo cōputatur. Nota.

Nota.

De causis mortis, De uaria animantium uitæ longitudine. De ætatum hominis numero, ac diuisione, De morbis, quòd possint sanari, exemplo exteriorum, Quomodo statui oporteat ætatum diuisionem à custodia.

Cap. VIII.

Quod ad tempus accepimus tempore etiam suo reddimus. Corpora nostra fluoribus semper obnoxia. Senectus mortis prænūcia.

VTm summi Opificis prouidentia constitutum sit, ut quod ad tempus accepimus, tempore etiam suo reddamus, & dum ex hac parte corrumpimur, semper iterum generationi alicui materiam præbeamus, (quod sic præstat rerum ordo integer) donec tandem elementum unumquodque, liti ac discordiæ exemptum, alieno de loco in propriū migrat, & ibi tanquam in natiua sede manebit, donec in alterius proximi simplicioris elementi generationem cedat. Cùm autem nullum, ut à nobis superiùs demonstratum est, reperiatur corpus, quantumlibet optima constitutione præditum, quin ut primum in lucem editum est, fluoribus semper quibusdam obnoxium sit: quamprimum enim calor cœlitus nobis instillatus agere incipit, exiccamur ipsi, donec absumpta omni materia, nos in sicco destitutos relinquat, quæ senectus est, & mortis iam uicinæ prænuntia, & hæc est illa mortalitatis nostræ necessitas, quæ nulla ratione euitari potest, tum ob ele-

ob elementorum contrarietatem, ex quibus est homo, quorum quędam oportet alia superare, alioquin non fierent operationes, quę caloris dominium exigunt, iuxta Galeni sententiam primo ad Glauconem: [Si omnia diligenter animaduertas, mundū ipsum ex quo sumus, & uiuimus, ex contrarijs sibi elementis firma ac perpetua compaginatione scias constare, quæ inuicem semper bellant, & corrumpūt, quibus tanquam rerum principijs corruptis, necesse est & res ipsas corrumpi.] Iterum & sexto de tuenda sanitate dixit, [Mortale est omne genitum corpus, cùm tale igitur sit corpus nostrum, non est possibile aliquo medicorum consilio, aut medicaminum beneficio, posse mortem naturalem omninò euadere: Tum propter maleficæ priuationis contrarietatem, ad formam, quæ facit hominem tendere ad non esse, iuxta illud Aristotelis primo Physicorum, subiecta quidē materia cum forma, causa est eorum quæ fiunt, sicuti mater res.] Igitur nobis haud difficile erit, naturalis mortis causas adinuenire, quoniam natiuus calor, qui primitus, radicitusq; semini inest, nos semper quoad extremum usque spiritum trahimus comitatur, & est instrumentum quo alimur, fouemurq;, ac omnibus fungimur operationibus, dum ui tali suo spiritu cunctas corporis nostri particulas assiduè irrigat, & ob id meruit, ut anima eo omnium primo ac potissimo edendis in corpore, peragendisq; operibus suis uteretur. Verùm quia necesse erat, quòd calor iste aliquid haberet, quo sustentari, indeq; nutriri posset, & sine quo neutiquā esse ualeret, ideo primitus ac radicitus inditum atque ei inhibitum fuit solidioribus partibus humidū, quod totum breui, ui sua absumpturus esset, nisi noua subinde affusione semper suppeditaretur quod depasceret, unde necessaria fuit alimenti ingestio, ut primum sanguis generaretur, cuius pars uenarum oscula egressa, ceu ros quidam, nutriendis mox partibus adspergitur, ijsdem affixa, & assimilata substantia una fit, & hæc est nutritio: cætera autem quæcunque hanc præcedunt, pro præparatione materiæ huic muneri ita futuræ aptæ habenda sunt, cuius assidua subministratione primigenium humidum sustentatum alitur, quod uiscidum, oleaceumq;, & tanquam glutino compactum, sortitus est, ne facilè ui caloris (ut diximus) dissolueretur, si recta præsertim & idonea uiuendi per omnia cura, ratioq; accesserit: qua non solùm morborum incommodis omnibus, antequam illis tentemur, occurramus, tentatiq; euadamus, uerum etiam ut insiti nobis caloris moderatione, ac arte adhibita, uitam ad multum temporis, quo ad eius commodè fieri potest, traducamus. Hoc enim calore informamur, procreamur, parimur, alimur, augemur, uiuimus, eodemq; mollia ante membra, ac propè cerea, paulatim, sensimq; ex siccātur, producuntur, ac solida firmantur, huius argumentum est ætas iuuentutis, in qua plus cæteris potentia perficiendi omnes operationes, & maximè uoluntarij motus, & fortitudinis corporis uiget: propterea quòd in ea consumptæ sunt humiditates, quæ organa sensuum occupabant, neruos, musculos, iuncturas, & ligamenta, quę sunt organa motuum, relaxabant, nec calorem liberè diffudi permittebant, sed ueluti sepultus sub eis manebat: ideo mediocris illa siccitas, usq; ad id tempus, utiliter creuit, quoniam si humiditatem illam tunc temporis calor innatus non superaret, ab eadem extingueretur. Ideo eam paulatim resoluit, & hinc est, quòd ab ortu nostro, usque ad iuuentutem, cōtinuò robustiores simus, & ad statum secundùm naturam perfectum accedimus ob hāc moderatam siccitatem, quo tempore calor in suo uigore existit, permanetq;, donec senectutis ætas subsequatur, in qua siccitas, non eiusdem quantitatis, uel mensuræ gradualis, consequitur, sicuti priùs erat, tum quia humidum radicale, quod est ueluti materia caloris innati, continuè minor fit, nec æqualiter per nutritionem reparatur, sicuti in iuuentute reparabatur, eo quia membra corporis non sunt apta, recipere materiam nutrimentalem sufficientem, pro restauratione deperditi, quia arida facta sunt, nec nutrimentum eis adhæret, tum etiam calor innatus diminutus est, quare non potest tantum apponere & assimilare nutriens nutrito, quantum prius, & sic continuò siccitas augetur, donec consumpserit humiditates radicales, quæ sunt uehiculum innati caloris, & principium uitæ: quibus consumptis, ipse quoque extinguitur, nec tamen suimet ipsius interitus est causa per se,

Elementorum contrarietas necessaria. Cap. 2.

Mortale est omne genitū corpus.

Mortis naturalis causa.

Calor natiuus omnium operationum est instrumentum.

Humidum caloris nutrimentum.

Nutritio quæ.

Calor insitus omnes proficit corporis operationes.

Cur siccitas in senectute maior fiat quam alio ætatis tempore.

ut infrà oſtendemus: licet per accidens, dum operibus, quæ neceſſariò edit, conſequenter moliatur: & ſi multis modis extingui poſsit, nam ſicuti ignea flamma duas poteſt habere humiditates, alteram aqueam, qua extinguitur, alteram oleaginoſam, qua conſiſtit ac foueturita & calor innatus corporum noſtrorum, duas ſimiliter habere poteſt humiditates, naturalem nempe pinguem & aëream, qua perſiſtit ac fouetur, alteram, extraneam, prouenientem ex debilitate concoctionis, qua extinguitur, & eſt phlegma crudum & aqueum, quod humidum radicale ut plurimum in amurcam conuertit, atque in cauſa eſt, ut à putredine accendatur & extinguatur. Coadiuuant etiam non parum caloris innati extinctionem, immoderati calores extranei, qui uel ex uiolentis exercitijs, aut ex aëre nos ambiente fieri ſolent.

Calor innatus à quibus extingui poſsit.

1. 1. Doc. 5. cap. de Aetatum compl.

Dicebat namque Princeps: [Sciendum præterea, quòd caliditas poſt tempus conſiſtendi, minui incipit: propterea quòd aër circundans materiam eius, quę eſt humiditas, exſiccat, calor quoque qui eſt intus ad hoc adiuuat, & labor proueniens ex motionibus corporis, & animalibus, quæ ſunt neceſſariæ in uita, & defectu naturæ ad reſiſtendum illi toti ſemper: Omnes enim uirtutes corporeæ ſunt finitæ, & ſic patet mortis naturalis cauſa. Quod uerò ad ſecundã partem attinet, in qua quæritur, cur tam uariæ ſint animantium uitæ productiones? dicimus, hanc uarietatem oriri, quoniam animantium corpora in robore & fortitudine humidi radicalis, innatiq; caloris non ſunt æqualia. Quædam etenim reperiuntur corpora, humidum radicale admodum pingue ac purum habentia, quod præ pinguedine & quantitate facilè reſiſtit reſolutionibus, & calorem innatum tuetur ac conſeruat, & talia longiſsimam ducunt uitam, ſi conuenienti tamen utantur uictus regimine, nec ſibi ipſis exitium afferant: ut plurimum enim immoderatis laboribus ſe exponunt, quibus exiccatur humidum ſubſtantificum, & nimia Venere utũtur, & otio, & crapula ſuperexcedenti, & ebrietate, quibus ſuffocatur calor innatus, & uita quæ longiſsima eſſe deberet, breuiſsima fit. Quædam alia ſunt corpora, quę licet exquiſitè optimo utantur uictus regimine, cùm tamen principia uitæ debilia habeant, non in longum admodum uitam producere poſſunt, uelut melancholici, & alij huiuſmodi, qui cùm minùs participent de uitalibus principijs, ideo ſecundum communem naturæ curſum, cæteris ſanguineis, ac temperatis, breuioris ſunt uitæ, ut & illi, qui etſi multum de humido radicali poſsideant, illud tamen impurum, & fęcale, & terreo & aqueo humore plenum habent: qui breuioris ſunt uitæ, quia facilè calor in eis ſuperatur, & extinguitur, & humidum etiam abſumitur: quod contrarium euenit eis (ut diximus) qui ipſum pingue & ſyncerum habent, & ideo dixit Ariſtoteles quarto de Generatione animalium, quòd maiora perfectioraq; ſanguinei generis animalia, plus temporis uiuunt, ſed non omnia maiora ſunt uiuaciora: homo enim plus temporis, quàm quoduis animal uiuit, præter Elephantem, qui diuturnam admodũ uitã ducit, ſicuti & ipſemet Ariſtoteles refert, nono de Hiſtoria animaliũ, ubi inquit: [Quod in animalium genere ſolus eſt Elephas, qui centeſimum uitæ annum tranſcendat, atque ad ducentos, uelut alij ad trecentos perueniat.] Homo uerò præter illum, ita ſuperare uidetur centeſimum annum, ut non præſtet ſic uiuere: totus fœdus, deformis, atque inutilis, ſed quàm paulò uiuit, raroq;. Verùm plantæ (ut ſuperiùs diximus) longè uiuaciores ſunt animalibus, cauſamq; opinor eſſe, quòd animalia ut ſentirent, calida oportuit actu eſſe, nulla uerò planta actu calida eſt: ubi uerò caliditas, ibi motus, & ubi motus, ibi tenuitas humidi, quod tametſi pinguiſsimum ſit, tanto tempore ſeruari non poteſt, quin plurimum amurcæ concipiat, quia neceſſariò ſæpius humidum abſumitur, ob id etiam inter plantas fructiferæ ualde breuioris ſunt uitæ, & inter animalia, quæ plurimo utuntur cibo, & ita inter homines, qui cibis copioſè nutrientibus plurimum & ſæpè aluntur, quiq; rebus Venereis plurimum incumbũt, ut & qui multum exercentur & generaliter, ubi ſæpius reponere eſt neceſſarium, ibi etiam fæcem creſcere celeriùs contingit. Vt iam quæſtionis propoſitæ, ſolutio appareat, ſcilicet quòd melius eſt ad uitę longitudinem, moderato uti cibo, nullaq; exercitatione, quàm plurima exercitatione, ciboq; illi exercitationi conueniente: ſed quoniam in otio periculum eſt ualetudinis, pro-

Corporeæ uirtutes omnes ſunt finitæ.

Cur uariæ ſint animantium uitæ productiones.

Melancholici breuioris ſunt uitæ.

Cap. 10.

Elephas diu uiuit.

Cap. 46.

Cur plantæ animalibus uiuaciores.

nis, propterea de ipsa exercitatione, quanta esse debeat, suo loco referemus. Vnum satis est, omnem exercitationem, medicamentum, atque generaliter omne id quod cibi necessitatem iniungit, uitæ diuturnitati per se esse incommodum. Duos igitur scopos ad uitæ diuturnitatem per se inuenio, sed horum alterum primò etiam, reliquum non primò, tertius uerò necessarius erit, nec tamen per se, multo minus primò. Per se igitur primò est, ut pristini humidi quàm minima fiat resolutio, nam sic & minima fæx erit, & ipsum purissimum manebit. Per se autem non primò, ut optimum restauretur loco eius quod consumitur: optimum autem humidum est, quod pinguissimum, sic in candelis, atque lucernis: tamen uerò pueros, & adolescentes, tale seuum comparatione habere inspicimus. Pinguissimum humidum, quod nõ solùm terreo, sed etiam aqueo uacat excremento, densissimumq; est. Densum uerò, maximè omne quod tenuissimum est, ac perfectè concoctum: terreum enim excrementum (ut dixi) fæx est, certamq; habet noxam, mortem accelerandi, ut humidum quauis possit repurgari, cum aqueum est, terreo: tamen si non repurgetur, longè deterius est, nam prohibet (caloris naturalis substantiam, & quod pingue est, rarum reddens, & dissipari celeriùs cogens, atque consumi) uitam diutiùs proferri, sic in lucernis, ac candelis, permixta aqua sæpè extinguit lumen: dissipatq; alioquin humidum pingue. Sed in animali tertium addit incommodum, quòd humidum pingue, putredini obnoxium reddit, quo detrimento nihil fermè deterius est. Tertium uerò, quod neque per se, nec primò, sed tamen necessariò spectare oportet, est, ut integra seruetur ualetudo, non solùm, quòd hic sic alter principalis huius tractationis scopus, sed quòd (ut dixi) morbi ipsi multis modis uitam ipsam decurrent. Igitur, ut omnia iam colligamus, duos habemus principales scopos, alterum uitæ quoad licet producendæ, reliquum tuendæ pro nostra facultate ualetudinis, hunc secundum in primum reducemus, si scopos quibus primum assequi licet, in tres distinxerimus: Primum, ut minima humidi naturalis fiat resolutio. Secundum, ut restauratio fiat humidi purissimi ab excremento aqueo, terreoq;, & maximè concocti, tale uerò desiderabimus etiam esse tenuissimum: Tertium ut minimè ægrotet homo. Ex his iam liquidò patet, totam hanc considerationem esse ad naturalia conseruanda. Porrò naturalia maximè quatuor sunt, humores, temperamentum, membra, & spiritus. Horum omnium sunt uirtutes & operationes, quas integras habebit, qui quatuor illa integra habuerit & illæsa. Ergo scopus est, ne humores nimis multiplicentur, uitientúrue ullo uitij genere, ut naturalis temperies, aut seruetur, aut in melius uertatur, ut solida nullo modo consumãtur, lædantúrue, ut spiritus plurimi clari generentur & incolumes, diffundanturq; per totum corpus moderatè. Nam non aliter uires membrorum, & operationes seruabuntur. Hæc omnia rebus non naturalibus assequemur: hæ sunt, aër cum quo uestes continentur. Præstabat aũt, Galenum, omissis tot inutilibus disputationibus, ostendere, quis nã aër, an calidus, an frigidus, tenuis ne an crassus, uitę producẽdæ cõmodior esset, neque enim ueri simile est, omnem aërem eandem uim habere ad uitæ diuturnitatem, ut nec reliqua, cibus atque potus: in his quantitas, numerus, ordo, qualitas, tempus & modus præparandi requitur. At Galenus præter qualitatem, omnia omisisse uidetur. Quod si de præparatione locutus est non in eodem loco sermonem habuit, ubi de tuenda sanitate disputauit. Inania quoque reddere uasa, ad hoc genus pertinet, aut moderatè replere. Inde fæces, urinę, sudores, muci, sputa, semenq;. Hęc quomodo, quandóue, docere opus. Subsequũtur cũ uigilijs somni, quando, ubi, quantum, quomodo, lecti, cubicula. Pòst cum quiete motus, qualis, quantus, quomodo, quando, quoties, usque quo, apotherapia, frictiones, balneaq;. Vltimo loco animi affectus, nam lætitia, & ἀπάθεια seu indolentia, omnibus bona: Dolor, & timor, mala omnibus: tristitia, iraq;, quibusdã cõuenire uidentẽ. Fratres duo erant mihi cogniti Venetijs, amboq; patritij Mauroceni, Michael, & Hieronymus: Hieronymus sanguinea tẽperie, lætus admodũ, cùm curis angebatur, lãguebat, cùm hilaris esset, maximè ualebat. At Michael macilentus, & tristis natura, inter curas & animi tormenta impinguabatur, rectèq; se habebat: solutus curis ægrotabat, & extenuaba-

Scopi ad uitæ diuturnitatẽ.

Quatuor naturalia quæ conseruanda sunt.

Notatur Galenus.

Historia.

tur, cauſam horum ſuo loco referemus. Cæterùm debemus quatuor illa quæſita denuò in memoriam reuocare. Horum primum eſt, an exercitatio ad uitæ diuturnitatem plus afferat commodi, an incommodi? Secundum (de quo dixi) inferiùs agemus, an fæx humidi innati ulla ex parte minui poſsit? Tertium, de quo in contradicentibus egimus, an humidum hoc quod naturale eſt, uocamus autem radicale, à calore naturali conſumatur, ut Galeno placet, an etiam ab ipſo aëre, uel Sole, ut Auicenna ſentire uidetur? Quartum, an uita noſtra his cẽtum annis definiat, aut paulò pluribus, ut philoſophi, medicique docent, an potiùs, ut hiſtorici uolunt, in plura ſæcula duret? Nam Fulgoſius, & temporũ, annaliumque ſcriptores, quendam Ioannem de temporibus CCCCXX. annis uixiſſe referunt, argumento ſumpto ab anno quo mortuus eſt, qui CCCC. fermè fuit, à Caroli Magni principatu, ſub quo ipſe Ioannes fertur militaſſe. Referunt & eodem fermè æuo alium CCC. annis uixiſſe. Hoc autem, ut mihi uidetur, neceſſarium eſt determinare. Nam ſi tandiu uita hominis proferri poteſt, lectores, atque humanum genus, cum illis, magno commodo fraudabimus, ſi pro CCCC. annis, centum ſolùm uiuere poſſe, uel etiam minùs, doceamus. At ſi è conuerſo id fabuloſum ſit, nos autem polliceamur uitam annorum CCCC. atque CCC. ipſis qui noſtra præcepta ſeruauerint, uix octogeſimum, atque etiam attingentibus ægrè, quis non meritò, non ſolùm huic libro abroget, ſed etiam iuſtiſsimè nos irrideat? Aedepol nollem dicere, mentitos eos fuiſſe qui talia ſcripſerunt, ſed ſi modò uera ſunt, monſtra fuiſſe dicendum eſt: nam & quidam alij ſine cibo uixerunt, alij ſine potu. Nec tamen pluribus, nedum omnibus, conceſſum eſt uiuere ulla arte diu, ſine cibo, abſque potu. Ita fit, ut mortalium uita ni monſtroſa ſit, minor ſit annis CL. Sed & hoc rariſsimum, adeò ut maior pars, etiam ſi Aeſculapium medicæ artis peritiſsimum adhibueris curantem, non tamen octogeſimum attingat annum. Nec antiquos, poſt prima illa ſæcula, ante diluuiũ, uiuaces magis fuiſſe exiſtimo, cùm Dauid in Pſalmis dicat: [Dies noſtri ſeptuaginta anni, & ſi feliciſsimè, octoginta, ultra autem, nil niſi labor & dolor.] Et Dauid ipſe rex, cùm ſeptuaginta uix annos attigiſſet, naturali morte obijt, prius adeò ſenio confectus, ut inter puellas decumbere cogeretur, quòd ob ſenectam corpus illius non calefieret. Ergo (ut dixi) uel qui malè natura prædити ſunt ab initio, uel qui ſerò ad regimen hoc acceſſerint, uel quibus opportuna defuerint, uel quos caſus oppreſſerit, hi tametſi fructum percipient ex hoc libro, non tamen talem, ut admirationi cæteris eſſe poſsint: adeò etiam in his uarij caſus dominantur. nam ſi in aliquẽ à natura iam conſtitutum, felicemque ab initio, obſeruatio hæc incidat, nec prauus caſus aliquis aduenerit, ſimile miraculo aliquid, & in ſeruanda ualetudine, & uita producenda continget. Omnibus tamen hic liber profuturus eſt, uelut & cultura agris: nam omnes agri, etiam ſi arena fuerit culta, manſueſcunt, aliquidque reddunt. Verùm quidam adeò natura ſunt infelices, ut etiam diligẽtiſsimè culti, minus producant agreſtibus & incultis, ſed natura fœcundis. Ita multi homines qui hæc obſeruabunt, breuiorem, & minus incolumen degent uitam, quibuſdam alijs, quos natura fouendos ſuſcepit. Adde quòd pauci hæc obſeruare ſedulò, perſeuerantiaque haud infracta uolent, niſi uel natura, uel ætate, uel caſu iam debilitati. At his (ut dixi) etſi plurimum profuerint hæc præcepta, eo minùs tamen profuiſſe uidebũtur, quo illorum iam uires magis fractæ ſunt, naturaque haud capax auxilij. Ob id rectè dictum ut bene ſeneſcas, citò ſeneſce, id eſt, qui diuturnam cupit & ualidam ſortiri ſenectam, is iam à iuuentute, quemadmodum ſenex, aſſueſcat moderatè, temperatèque, ac ſecundum medicinæ præcepta uitam ducere. Vides non'ne in dentibus, quàm facilè ſit eos ſeruare ne commoueantur, aures ne ſurdeſcant, oculi ne cæcutiant: at poſtquam oculi cæcutierint, aures obſurdeſcunt, dentesque fuerint commoti, quibus hæc artibus, etiam ſi reſurgat Hippocrates, ad integrum robur reſtituentur? exiſtimo illud prudenter dictum,

Principijs obſta, ſerò medicina paratur,
Cùm mala per longas conualuêre moras.

Satis ergo ſit cuique tandiu uiuere, ac tam robuſta uita, huius libri præceptis adiutus,

Ioannes de tẽporibus.

Dauid Rex.

Omnibus liber hic profuturus eſt uelut cultura agris.

Vt bene ſenescas, citò ſenesce.

tus, quantum fas est, natura atque priore uita. At dices quomodo istud agnoscam? prioris uitæ ratione. Cùm enim spõte noster habitus, saltẽ in senecta, labatur in deterius in dies, uideasq; restitui, haud dubium est hoc totum in hæc esse præcepta referendum: similiter & ex utilitate quam sensus ipsi, uel iam parum debilitati, percipient. Quamobrem (ut dixi etiam superiùs) liber hic omnib. nõ tam utilis est quàm necessarius, sed tamen omnium minimè sentient illius usum, atque commodum, qui casu aliquo mouentur. Mors enim quatuor modis homini aduenit, uel puro casu, ut quibus caput amputatur, aut è monte præcipites ruunt: nec his consuli potest, sed si quid est, quod iuuare possit, hoc totum ad Dei curam & prouidentiam referendum est. Alius est modus, cùm naturaliter purè pereunt: id fit (ut dixi) humido iam toto in amurcam mutato: atque proferri hic docetur, atque in longum produci. Tertius est, in quo etiam plus ualet ars nostra, & est cùm per continuam mutationem cibi, iam debilitatis uiribus, deterius efficitur nutrimentum, atque humidum, atque hic modus interitus naturalis non est, sed naturali simillimus. Quartus uerò mixtus, qui ex morbo contingit, hocq; modo plerique moriuntur: est enim communis maximè omnibus fermè hominibus, constatq; natura, & casu. Casu siquidem, quoniam excalefactus posuit se in frigido aëre, tum contractus ei morbus lateralis: aliĵ, quòd ampliore uini potu, & caulium esu, cruditate facta, febris lethifera superuenit. Natura quidem, quòd imbecille corpus iam ab his, ac leuioribus etiam causis patitur. Igitur in hoc genere prudentia aduersus casum indigemus: huius autem libri auxilio, ad ita præparandum corpus, ut etiam si quicquam tale nobis necessariò adueniat, etiam ualde seni, non tamen tantum obesse possit, ut ægrotet, nedum ut moriatur. Nam quandoque tales etiam prudentibus aduenĩunt, uelut quandoque nobis contigit in hyeme, iter per montes udos agentibus, dum equus casu in lapidem impegisset, claudicaretq; parũ, loco periculoso cogebamur, uel præcipitĩ subire periculum, uel pedibus ambulando onusti pãnis ob frigus sudare sub borea, quo nihil est exitialius: simul & ocreæ per rimam aquam admittebant, ut pedis ambulãtibus necesse esset pedes madescere, ac refrigerari. Talia sæpè contingunt, præsertim ignotis in locis, ac difficilibus habentibus iter, per noctemq; magis, tum inter riuos. Igitur huic periculo sic occurri, pedes descẽdi (nam hoc erat necessarium) partemq; uestium equo superimposui, & lentè ambulans per saxa, lutum quantum licuit, & aquam euitabam. Cùm ad cauponam deueni, nõ, ut aliĵ, de prandio, sed de igne sollicitus fui, nec priùs cibum gustaui, quàm exuctis ocreis, lotis pedibus, mutatis pleriſque indumentis, etiam interula ob leuis sudoris suspicionem, factus sum totus siccus, & moderatè calidus, cibum uerò paucum, & fermè panem solum, quòd hora iam esset tarda, cum amygdalis, & ob laborem. Itaque prudentia, & arte medica seruatus sum, & siccatis ocreis, tum consutis peregi reliquum itineris lætus, mutato equo etiam, ut hilariter quoq; cœnauerim, dormierim suauissimè, tutus ab omni noxa. Alius non sibi temperans, aut imprudenter se gerens, aut ob auaritiam, his tot incommodis in grauem morbum incidisset, in quo plus satis ob auaritiam, postmodum pecuniarum impendisset auarus, quàm ego liberaliter agens. Vnde & illud nõ malè dictum, plus impensæ facit auarus, quàm liberalis. Forsan & mors successisset, ubi loco omnium rerum necessariarum inopi, tantùm ubi nullus esset medicus, aut talis qualem melius fuisset ob imperitiam non adesse, cõtigisset ægrotare. Relinquitur adhuc dubitatio explicanda, an exercitatio sit utilis ad uitã producendam, quam in tractatione de exercitatione explanabimus.

Mors quatuor modis homini euenit.

Nota.

Authores qui de uita producenda scripsere. Cap. IX.

NOn par est, ut narrem, qui scripserint de hoc, medicos, sed aut qui non, aut qui de hoc solo scripserũt: ab Hippocrate enim res duxit initium, ut in secundo de Diæta, post eum multi, de quibus Galenus agit, ipse uerò plurima, pòst Oribasius partem hanc satis excoluit, Paulus, Aetius, Rasis Princeps, Celsus, Hali abbas, sed admittamus hos, non ut inutiles, absit, sed ut notissimos,

Authores qui de hoc scripserunt.

mos, qui propriè in hoc argumento scripserunt. Regimen Salernitanum, Ioannes Bruxerius studiosè, Marsilius Ficinus imò superstitiosè, Antonius Gazius usque adeò, ut etiam Aloysius Cornarius Venetus lingua Italica. Cùm alij habeant in singulis quod damnẽt, ego quod in singulis laudarem, inueni. Ab Hippocrate, naturam rerum, principia, rationem, & quæ exigantur: à Galeno, ordinem, claritatem, frictionis & exercitationis uires, ac modos, methodum simplicium dignoscendorum: ab Oribasio, præparationes quasdam antiquorum: à Celso, simplicem uitæ rationem, & Italiæ propriam: à Salernitano regimine, ut facilè memoriæ mandentur, lepôrem, & præcepta uitæ cõmuni accommodata. Duplex enim est medicina, duplex est uitę custodia, una uera, atque legitima, quam excoluerunt Hippocrates, atque Galenus, & qui hos secuti sunt, ex omni gentium genere, ut scilicet communis uita ad salutarem accõmodaretur: altera notha, fucata, medicorum improborum, & adulatorum perditorum, ut artis præcepta communi uitæ (& cui communi uitę? luxuriosæ, & plenæ omnis flagitij & nequitiæ) adaptarentur: & nunc adeò perturbata sunt omnia in culmine uitia, ut cùm alias peccarent, scirent tamẽ quid rectum esset, & quid uirtus: nunc etiam ipsa uitia colunt, & eò usque prouecti sunt, ut propter quod etiam ipsis, seu ueris, seu nothis, seu fictis poliũtur, uitam scilicet oderint. Et inter opes amplas, & illecebras omnis luxuriæ, rem sanè futuris temporibus incredibilem, desperati uiuant. Alias despiciebam Aristotelem dicentem, ob mollitiem homines sibi conscire mortem, nec aliam esse magis causam, aut potiorem se ipsum occidendi, quàm mollitiem: nunc cùm hæc uideo, cùm contemplor, uix mihi ipsi credens, ut forsan somnium, illum lõgè me sapientiorem fuisse intelligo. Forsan enim & ipse tale quiddam sua ætate uidit. At ego qui ratione ductus, ueram huiusmodi hominibus perditis, nil sperandum boni ab obitu falso credebam, odisse impensè mortem, amasse uitam. Non igitur ex hac lectione satis sum adiutus, hoc uno deprehenso seruandæ uitæ modo. Vnde cùm illum placere pluribus animaduerterem, in hanc præclaram hominum opinionem dignoscendam, quasi per manum ductus sum. Atque huic è regione oppositа est sententia Cornarij ter sapientis, quem sequi proposui. Ab hoc ergo finem huius instituti, exemplumq; uitæ, & experimentum operis ipsius desumere non grauabor, aut dedignabor, quamuis ille literas humaniores, aut medicinam non profiteretur. Quid enim indigemus doctrina, cùm homo ea præstat absque doctrina, quæ quiuis alius etiam ualde eruditus præstare posset? Aut quanti faciemus doctrinam illius qui nos cum suis præceptis perdit? seu medicus cum quo ægrotamus, sanitate studenter, aut breui fruimur uita, cùm longam optemus, aut periclitamur ad mortem ex leui morbo? Valeat huiusmodi doctrina, quæ perniciem probantibus salutis loco affert. Dicebat autem ille improbãs luxuriam nostrorum temporum, imò stultitiam, cùm nostra ætate & religionis cultum peruertere studeant, & adulationem, ac cæremonias præponere sinceræ uitæ, accesit etiam luxuria maxima, in qua periclitantur, ut tribus his flagitijs tria maxima bona nobis pareant. Primum uerò execrabatur impensarum magnitudinem, inde mores corruptos, demum morbos, & uitæ breuitatem, quæ ad crapulam sequebantur. Illud mirabatur primum, quòd ob tam breuem ac leuem uoluptatem, tot, tantaq; incommoda, ac diuturna subire uellent: etenim, inquit, & rectè, plus posse debet in homine uiuente secundum rationem amor uitæ, & salubritas corporis, quàm uoluptas ex operatione, quæ plurimum nobis obsit. Sobrietatem inquam, robur corporis, ac leuitas comparatur, adeo ut ipsum octogesimum tertium annum agens, non solùm scalas, sed montes absque auxilio ascenderet. sensus etiam, usus, & auditus, incolumes manent, ut non truncus, sed homo uiuat, nõ ludibrio iuuenibus, sed admirationi. Quin quod secunda uitæ pars, contra, media uita dici potest, scilicet somni, & quieti semper, & iucundis imaginibus plena: nitimur quoque quòd cogitationes nostræ lætæ ac hilares sint, & ut minus obnoxiæ sint suspicionibus principum, aut magistratuum, neque negocium nobis facessat, sed cum ciuibus meliùs uersari possimus, nec frustrà irascamur, aut timeamus, aut tristemur: moderatione enim uictus, humor quilibet suam seruat rationem, nec dominatur,

Vitia in culmine omnia.

Aristotelis dictum.

Luxuria.

Cogitationes nostræ quales esse debeant.

minatur, ita mente pura, & corpore ad gaudium præparat, si quid contingat aduersi, sæpiùs læto animo quæ ferri commodè possunt tanquam à Deo missa ad emendationem nostram accipimus: difficillima etiam leniùs ferimus, ut non solùm nobis, sed neque his qui nobiscum uersantur, graues simus, aut molesti. Quin quod maius est, uacamus ea in ætate periculo suspicionis insaniæ, quæ grauior est morte. Ipsa uerò mors matura & lenis aduenit recordatione præteritorum, & tot uisorum memoria, & comparatione eorum qui ante nos obierunt immatura ætate, nos solatur. Quod & si incommodis aliquibus, in decursu, corpus afficiatur calore, frigore, labore, uigilia, litibus, luctu, casibus, aut rariùs in hæc decidit, si nostræ sit prouidentiæ: aut si casus est, minùs afficit, & morbos leuiores affert, ob corporis puritatẽ, atque salubritatem: & si alienum factum etiam sit, minus dolore animi nos afficit, ut qui, & sanus sit antè, & ad philosophiæ studia propensus. Palàm enim est, sana quæq; & munita aduersus inuirias externas, semper minùs lædi. Nec illud nos mouere debet, quòd aliqui nulla certa regula diu uixerint: nam neque adeò integris omnibus uiribus ac sensibus cum ualetudine ipsa uiuere possunt: & si temperatè uixissent, multo plus uixissent: adeò ut naturæ beneficio perperã usi sint, glorienturq; de eo, quod deflere deberent, scilicet tam pulchræ occasionis amissis. Quod si per morbos obijciant, sanitatis tempore auxilia consumpta, ut nihil possit addi ad continentiam, ad parcitatem uictus: nequaquam id uerum est. Sed unicuique homini, sua est ratio uictus per morbũ exactior, & exquisita magis, quàm sanitatis tempore, quantumcunq; ille continenter ac sobriè uiuere sit assuetus. Qui uerò uitæ spacium contemnunt, & decem annos nil esse putant, & stolidi sunt, & non eadem dicunt ac faciunt, sed ut redimant uitam, omnia exponũt, quod in uinctis & damnatis quotidie uidemus. neque decem annorum iactura semper est, sed nonnunquam uiginti, aut triginta. Sed & illud quod uiximus, amittimus, alius uertigine, alius podagra, alius lapillo, quidam uisus, quidam auditus imbecillitate detinetur. Quod si quæratis interim priuari uoluptate: qua? quæ cum suibus communis est? An desunt genera uoluptatum, nauigatio, peregrinatio, uita ciuilis, defendere iniustè oppressos, subleuare miseros, eligi ad publica munia obeunda, uersari cũ ciuibus, cum præclaris artificibus, picturæ, sculpturæ, plasticæ architectis sapientibus, nouas pugnas & casus qui procul acciderant, intelligere, hominum actiones, industriam cognoscere, legere, canere, piscari, uenari, aucupari, audire musices instrumentorum concentus, inuisere amœna loca, fontes, lacus, syluas, colles, præsertim curare prædia tua: denique fouere siquos habes descendentes, in illis plurima est spes, atque uoluptas, & quod nemini eripi potest, diuina meditari. An ergo desunt uoluptates, nisi expleamur cibis, ut canes, ut nauseent, aut onocrotali ut euomant, uel ut Gulo, seu Rosomacha sarmatica, ut statim compressa emittat per aluum, quod ingurgitauerit? Verùm nos admonuit uir hic unius præcepti admodum salutaris, cuius etiã exemplum, cùm nobis etiam conueniat, referre operæ pretium esse duxi, ut non solùm opinione, uotisq; similes uideamur, sed multiplici etiam ratione naturæ. Ille siquidem testatur, à piperis calore nõ offendi uentriculum, sed cinamomi potiùs, uideriq; hoc illo sibi calidius, & uinum quod antiquius annuo fuerit, illi nocẽtius esse recenti: quorum utrunque ego experior in me esse uerissimum. Eadem uentriculi imbecillitas, & circa eandem ætatem, paucitas filiorum, sed aliquanto felicior in nepotibus, lites longæ, & graues, & cum potentibus uiris, inde casus è rheda, & uita diuturna, non sperata utrique omnia, quanquam non prorsus eodem modo: nam & illi studia ad augenda reipublicæ suæ commoda, mihi rei litterariæ: utriq; in Academia habitatio, & conuersatio, illi tamen ut Veneto patritio decora, mihi ut professori honesta. Is igitur consulit, ut suæ quisque sanitatis ac studij eius censor sit, & diligens scrutator: quod nos non solùm in hoc opere probamus, & iubemus, sed etiam in disquirendis interpretationibus somniorum, in actionibus, atq; conuersationibus consuluimus esse obseruandum, siquidem hic generalia præcepta tradere licuit. Ignotas rerum proprietates, & ad unumquemque comparationem, ut solus Deus nouit, ita solus usus & experientia docere possunt. Mihi exiguum uini albi, leuis,

Mors lenis.

Nota.

Voluptatum genera.

Piperis calorẽ uentriculum non offendere.

leuis,& dilutissimi in prandio obest: aquæ multo plus crudæ, & cum saccharo mixtæ prodest, cùm agam annum septuagesimum quintum: ni frigiditas, cur aqua: si calor, cur sacchari, uel etiam mellis copia tanta non obest? Sed redeo unde digressus sum, à Buxecio copia, & rerum quæ nostra ætate in usu sunt, adiuti sumus: à Gazio sumpsimus opinionum diuersorum authorum Arabum comparationes: à Ficino prodigiosum illud, ac penè magicum uiuendi genus, quod fermè in omni sua doctrina secutus est, quodq; meritò contemni poterat à me, nisi illum nonaginta septem, matrem autem illius centum septem & decem annis uixisse accepissem, ut uiri iam de literis benemeriti tam egregia duo exempla prætermitti absque reprehensione non potuerint.

De prægnatione. Cap. X.

Perpetuitas hominis finis. *Sterilium signa.*

FInis hominis perpetuitas est, quæ generatione contingit, hæc à fœcunditate, & coniunctione, ut non sint steriles. Oportet ergo qui sint, & an sint, & qua causa, ut amoueãtur, & horum singulũ generaliter, ac specialiter: sterilium igitur, & fœcundarum signis, sunt oppositа. Sunt autem pleraq; signa, & causæ, aut in membris principalibus, ut in sectione uenarum, quę sunt post aures, in phthisicis, aut membris generationis, compositione, aut temperatura, uel materia, ut semine alterutro, aut mensibus. Et omnis magnus excessus, uel res omninò præter naturam impedit, uelut delapsus, foramen inclusum: & ex intemperiebus frigida, pòst humida, inde sicca, calida minûs alijs: & semen corruptum, aquosum, cõcretum, & eiusmodi. Docet autem hoc Galenus in arte medica, uide Quinta Aphorismorum, & habet exemplum primo de morbis mulierum, in libro de Natura muliebri, in os uteri, allij caput detracto cortice, aut metopium imponito, seu etiam fel scorpij, si os oluerit sequenti die, fœcunda est, si non, nõ forsan. Metopium à Galbano certè, ad rem nihil aptius fiebat in Aegypto, ut author est Aetius. Iuuat ut à parentibus fœcũdis nata sit, & gente: unde mulieres Taurinæ, & Hebręæ, rarò steriles, imò plerunq; fœcundæ sunt. Post hoc scire expedit, an prægnans sit.

62. 63. Sec. 7. Sec. 91. *Multa alia experimenta 1. de Morbis mul. sec.* 108. Sec. 8. *Prægnantis signa.* Sec. 94. 5. Aphorismorum 41. 5. Aphorismorum 51. 5. Aphorismorum 61. 5. Aphorismorum 44. *Signa abortus.* Aphor. 37. 38. 53. Aphor. 43. *Signa conceptus maris ac fœminæ.*

In libro de Superfœtatione, prægnanti mulieri oculi contrahuntur, & cauí fiunt, & candidum fit liuidius. Quod si cum his proximè partui sit, & facies, ac pedes, & crura tumeant, & totum corpus quasi laboret ex pituita alba, & habeat aures albas, & summitatẽ nasi, labia uerò liuida: aut mortuos gestat, aut statim ubi nati fuerint morituros, seu breui, postquam pepererit. Aliud de Natura muliebri: Oculi album, lapide, aut terra rubra tingito, si penetrat, prægnans est, aliter non. Alia experimenta. Si uelis noscere an mulier conceperit, mulsam aquam dormituræ bibendam dato: si enim concepit, alui tormina patietur, si non, non. Et iterum, [Quæ utero gerunt, his uteri os comprimitur, & si mulieri cessent purgationes, neque horror, neq; febris superueniat, & fastidia incidant, iudica ipsam in utero habere.] Ex signis autem abortus futuri, si uehementer gracilis sit, & si aluus plurimum profluat, & si tenetio quam tenesmum Galenus appellat, superuenerit etiã, de abortu periculum est, uel si mammæ repentè gracilescant, & si corripiatur morbo acuto, & si sanguis mittatur, periculum est, & eo maius, quo fœtus magis creuerit. Et si ignis sacer ei accidat, lethale est. idem de distentione, ac multis alijs. Non solùm autem hæc, sed multitudo lactis effluentis, indicat fœtus imbecillitatem, sed certum signum est, mensium quoque fluor.

Cura morborum prægnantium.

De masculis autem ac fœminis inquit Hippocrates: Mulier si marem cõceperit, bene colorata est, si fœminam, malè: & fœtus quidem mares in dextris, fœminæ in sinistris. Mamma ergo quæ magis intumescit, & oculus qui maior & splendidior redditur, declarat sexum de superfœtatione.

Quoniam uerò de cura morborum prægnantium mulierum egimus in tertio Promptuarij: ideo hic sufficiet quærere, an medicamentum leniens in prægnante conueniat, & uidetur quòd sic: quia quo magis differtur auxilium, eo postmodum periculosius est, nam sine deiectione uiuere diu non potest, & per se non sufficit, ergo uel

go uel glande, uel enemate, uel leniente medicamento adiuuanda est: Glans autem & enema magis apta sunt ad tetanum inducendum, ergo & ad abortum, ut suprà uisum est, & quod glans sit deterior in hoc leniente, dubium non est, sed quòd etiam clystere, patet, quoniam clysteris opus est, uel intestinorum compressio ferme sola, quam ualidam esse oportet, aut quia lenit, & laxat, & tale facit: quæ omnia cùm sint proxima ualde fœtui, sunt periculosiora leniente medicamẽto. Vterus enim incumbit recto intestino, quo repleto, multum afflígi fœtũ, necesse est. At leniens medicamẽtum iuuatur ab omnibus intestinis, sicuti dixi de fluxu & refluxu maris, qui fit sensim, per partes post partes: & ita absq; dubio minus ex hoc patietur fœtus, ne dum ut affligatur. Plerunq; etiam nõ tantũ quæ in crassioribus intestinis hærent, euacuare expedit, scilicet in tenuibus, mesareo, cauo iecoris, uẽtriculo, exonerãdo etiam caput, & forsan renes, & lien, & fellis uesica. Igitur lenitio alui non solùm melior est, sed persæpe necessaria. Princeps etiam & Mesue laudant cassiam, dicentes quòd conuenit pueris, & prægnantibus. Datur autẽ ante cœnam, & mana, & exhibentur ab uncijs duabus ad tres, hoc modo: Sume iuris pulli feruentis, & boni, ac clari, unc. vj. usq; ad vij. in eo dilue mannæ Calabrensis, perspicuæ, dulcis, ab unc. ij. ad iij. & ubi dilúoluta est, statim effunde in aliam scutellam quicquid clarum est, & permitte residere rursus, & effunde quod clarum est in aliam scutellam mundam. Idem facies tertiò, quartò, & quintò, effundendo & abijciendo quicquid est non solùm fœdi, sed turbulẽti, donec prorsus sit perspicuum, ut aqua fermè, et tepidũ, quorum utrumq; in idem conuenient, et propina mane per horas quatuor ante cibum. purgat hoc modo bene & copiosè absq; ulla molestia, & lenit uentrẽ. Cassia autem sumitur lambendo. Myxa quoq; ex iure, ut sint corpulenta, uua passa cocta: ex oleribus malua tenerior, beta, mater uiolarum, rumex, siue lapathum, mercuriali non auderem in prægnanti, nisi scirem esse ex specie innoxiæ. Pruna alia magna, quæ ex Genua aduenium, cocta sunt meliora in hoc casu, & suauissima, sunt autem saccharo condita. Sunt etiam pruna condita cum manna, quæ cocta in iure, sunt ualde iucunda & bona. Sũt & Tamarindi. Item Ius caulium duplicium, & coctorum, seu semicoctorum, cum uua passa nigra multa pingui.

Cassia & Mãna prægnantibus, possunt exhiberi.

Quæritur, an Hippocrates agnouerit lenientia? & dubium non est, de beta, malua, mercuriali, parum tamen utebatur: lacte asinino et fero lactis utebantur, sed modo soluentium medicamentorum, adeò ut exhiberent ultra unc. c. Mos eo tempore inualuerat ut glandibus, aut clysteribus uterentur. Est etiam alia dubitatio, quid deterius sit in prægnante per se, inedia, sectio uenę, & purgatio, & oportet assumere in minore periculo, ut in inedia, ptisana hordeacea quanta sufficit, confecta cum iure pulli, in detractione sanguinis unc. vj. ex brachio dextro, in purgatione Rhabarbari unc. j. cum unc. j. & ß. mannæ, & decocto fructuum, & florũ cordialium. Mulier sanguinea, boni habitus, annorum XXX. et ita supponatur ascensus in difficultatem, puta, ad duplum in ptisana, dimidium eius quãtitatis in Rhabarbaro, drac. ij decoctum grani gnidij, aut cnitij, in sectione uenæ sanguinis unc. xij, seu libram. Et dico, quòd omissa consuetudine, quòd in morbo acuto minus periculum est in inedia, quia oportet considerare motum, qui est minor in ea: inde in detractione sanguinis, defectum alimenti, & hic est minor in purgatione, & uexationem, & hæc est maior in purgatione. Iuxta hæc ergo dico, quòd quanto fœtus erit maior, minus timebit motum, & uexationem, plus defectum alimenti, & ideo septimestris ab inedia, trimestris à medicamento, neuter multum à uenæ sectione.

An Hippocrates agnouerit lenientia.

Dubitatio.

Reuertendo ad sanas prægnantes, debent cauere à cęparum usu, qui facit infantes insanos, â multo potu uini, maximè potentis. Efficit enim obnoxios conuulsioni, ex qua uel mors sequitur, aut nati redduntur inutiles, saltem per lõgum tempus, & imbecilles cerebro.

A quibus prægnantes cauere debeant.

Quę autem ad concipiendum faciunt, plurima enarrantur in libro de natura muliebri: Alia in primo libro de mõrbis muliebribus: inter cætera Polypi parui, assati, faciunt plurimum ad conceptionem.

Sec. 1051. prope finem. Sec. 101.

Sed ad conseruandum fœtum, memento illius Aphorismi, Quæcunq; uerò moderatè

5. Par. 45. *Vt fœtus conseruetur.*

derate se habentes, abortiũt bimestres, & trimestres, sine manifesta causa, his uteri acetabula muco plena sunt, & nõ possunt, præ grauitate fœtũ continere, sed abrumpitur. Nostra ætate utuntur fœliciter, ut experimento uidi, unguento Comitissę super renes. Ego aliâs usus sum, & nuper: Recipe tragacanthi unc. ȷ. mastices unc. ȷ. & ß. gummi arabici drac. iij. acatiæ drac. ß. cum aceto, & oleo myrtino. ceratum quadratum fac. Aliquando ouo integro, cum stupa sericea, & guttis tribus aceti super renes impositis. Ex notis autem antiquo & nostro tempore sunt arthemisiæ, & lauri folia, & urina tauri collecta, & glandis modo suppolita.

Tempus gerendi uterum. Cap. 4.

Cæterùm quod ad tempus gerendi fœtus, seu uterum, quod scire ad multa commodum est, primum Aristoteles Septimo de Historia animalium inquit: [Homini uni multiplex pariendi tempus datum est, nam & septimo, & octauo, et nono mense parere potest, & quod plurimum decimo, nonnullæ autem & undecimo] modò ut ante septimum nullo modo uitalis sit: octauo autem pauci seruantur in Græcia, sed in Aegypto, & locis fœcundioribus uiuunt. Quæ uerò quarto, uel octauo mense abortiunt, plerunque cum fœtu moriuntur. Hippocrates autem uult, quòd mulier non transgrediatur septem quadragenarias, id est, CCLXXX. & tamen seruat mensem, non solum decimum, sed etiam XI. sit ut sub nouilunio: sed Hippocrates statim à plenilunio numerat CCLXXX. dies, uelut plenilunium incidat in III. Calendas Ianuarias, in Calendis mulier concipiat, octo menses continebunt CCXXXVI. propemodum desunt XIIII. dies ad septem Quadragenarias, in quibus & plenilunium continerí poterit, & duo nouilunia, & aliud plenilunium, uelut in anno M. D. LXIII. tertio Calendas Ianuarias, celebratur oppositio, & tamen desinant fluere menses: Cõcipiat in calendis ipsis, numerabit unus mensis tum, cùm adhuc reliqui mensium supersint, & secundus ea ratione Ianuarij XXVII. in quo plenilunium, & nouilunium tutius XXXVI. Februarij. Iam ergo habes tria plenilunia, & totidem nouilunia, quartus XXV. Aprilis, sextus, Maio mense, septimus, Iunio: octauus Iulio, nonus, Augusto, decimus, Septembri, XI. incipiet Quarto nonas Octobris: numerabuntur ergo dies CCLXXX. Tertio nonas Octobris, qua die pariat mulier, & in his erunt oppositiones X. nouilunia XI. sed in his unum fictum, & plenilunia X. uera. Inde prudenter adijcit, cùm dies mensium possint etiam duo, uel tres, uel unus potest uariari hoc tempus gestationis uteri per unum, uel duos dies, quia mulieres computant menses à profluuio, non ab astris. Repræsentari potest partus XI. & XII. & XIII. mensiũ hoc modo: Mulier in Calendis Ianuarij, cõcipiat molã, quæ superuiuat ad XXV. diẽ Martij, X. die eiusdẽ langueſcẽte, & tabeſcẽte mola, cõcipiat puerum, quã pariat tertio Calendas Ianuarij, uidebitur gestasse infantem, tresdecim mensibus integris, id est, diebus CCCLXIII. qui sunt menses XIII. dies IX. lunares, hæc est secunda difficultas. Quarta difficultas est, quod hîc agitur de honore matris suspitione adulterij, de successione hæreditatis, & cum hæc pendeant ex tribus prioribus, quæ sunt ambigua: primò propter Aristotelem, qui nullum præfinit tempus gestationi uteri, etiam si nil aliud incidat: secundò propter contradictionem, inter Aristotelem, & Hippocratem: tertiò ob causam de mola, liquet leuis iudicij medicum habendum, qui de his sancire uelit firmum aliquid, ubi nulla est firmitas, sed uisis rationibus, & benè perpensis, aliena iudicia permittat iurisconsultis, qui multa talia habent iudicanda.

Lib. de fœt. Distinctio inter molam & fœtum.

Alia difficultas huic annexa est, ut sciamus distinguere molam à prægnatione, & fœtu, ut dicit Hippocrates, quod prægnans habet determinatum tempus à tertio mense, aut quarto, & post continuatur motus, nisi fœtus pereat. In hoc igitur mola differt, quæ citiùs potest moueri, aut tardiùs, nec postmodum continuatur motus, secundo quia in mola inflantur mammæ, nec tamen generatur lac: in utero gerente generatur lac, nec adeò effluit: præterea duritiés molæ est maior, quàm fœtus. Et cùm linteum superponitur fœtui madidum, & frigidũ, ex uino rubro, fœtus fugit è loco, & calcitrat, si sit adultus mola non mouetur, aut certè parum, & non omninò calcitrat. Calor etiam prægnãtis est uiuacior, & lucidior, habentis autem molã, manus, & pedes, extenuantur cũ pallore, inflatione, & mollitie. Et generaliter

fœtus

fœtus est, ut res uiua cum motu, & læta, mola contra. Et cum mola potest effluere sanguis copiosus, per circuitus cũ fœtu, nisi ex ceruice uteri, minor non in trumbis.

De ratione autem uictus in prægnante, si utatur aqua, est melius, si non, cum uino mali punici si sit imbecillitas uentriculi, & non sit aqua cruda, sed pluuialis cocta, ad consumptionem tertiæ partis, & colata: commedat bis tantùm in die, & ut pedes frigidi non sint, hora qua sumptura est cibum, et ratio est clara, quia mulieres, quę repultinant in agris, non sæpiùs edunt, & cibos exigui alimenti, & pariunt fœtus ualidos, quantò magis ciuilis uita, si consuetudo tamen exigat minus quantum fieri potest, & in hoc, & in alijs sunt uexandæ. *Prægnantis uictus ratio.*

Quę autem iuuant prægnantes, & ne abortiant, & fœtum confirmant, thus, ebur, saccharum rosaceum, borago, oxalis, rubi germina, cotonea, dactyli, cocci semen, tormentillæ radices, margaritæ: malaciam autem tollit succus foliorum, & capreolorum uitis iuuat eas, os monocerotis, ex amuletis, adamas gestatus in brachio sinistro, ętites sed durus, ac ferrugineus, iaspis, dormire, edere carnes leporum, cuniculorum testudinum, propriè ceruorum, & capreolorum. *Fœtum confirmantia.*

De cibi quantitate, & numero. Mulier si ab initio prægnationis, fert inædiam, & non appetit, alenda est, ut solùm ferant uires, augeatur cibus pro tempore, et ut plea decrescit in quarto, et ad septimi mensis profectionem, semper augeatur octauo incipiat attenuari, quia fœtus est infirmus: Vnde cum nascitur infans egrè, & oblæsus ualdè, & perpetuo, octimestrem esse suspicandum est, à nono mense in posterum, cibus extenuandus, & prægnans exercenda. Aetius octaui mensis, aliam subijcit rationem, existimauit enim, nonum mensem esse partui dedicatum, quod falsum est. Generaliter autem grauida debet cauere à crapula, tristitia, saltatione, multitudine hominum, & maximè in loco arcto, esu multorum fructuum, cinctura arcta, & breuiter ab omni malo per se, ab omni uehementi, ab omni insueto. Auxilia uerò ad uiolentos abortus, scribuntur ab Hippocrate ibi. Triticum torrefactum, & molitum, in libro de sterilibus. Et nil melius est quàm in lecto quiescere per triduum non moueri, non sternutare, non tussire, non irasci, & quæ ibi dicuntur perficere. Lectus sit ex stupa sericea, & si abrumpatur membrana prima, id est, exterior, quandoque consolidatur, fœtus enim duabus tunicis continetur, sub interiore sudor, qui fœtum tangit, sub exteriore urina, quæ interiorem ambit: uenæ in his etiam inuolucres disfractæ, consolidari possunt, si uincula, quibus tunica exterior utero annectitur, frangantur, aut etiam luxentur, abortum faciunt ante tempus, si modico tempore, ante ortum fit partus. Obseruandum est etiam pro harum mulierum custodia, ut cibi, quos appetunt, dentur: nam si non, cibi denegati abortum pariunt, quid cibi? Vulgus tamen, imò Princeps existimat, maculam similem fœtui corporis affigi, non uero abortum: Hippocrates, si edantur, putat maculam gigni, non si denegentur. Ergo si febris lenta sit, sufficiet dare tot uicibus, quot in sanitate, carnea pro carnibus, fercula pro solidis, uinum granatorum, loco uinorum ex uua, lenire sæpe uentres, cibi quantitatem paulo minorem solito, somni tempus augere: Vitellos ouorum pro tostis, & in secundis mensis cotonia, seu cotonia condita, uel nuces saccharo præparatas. Caseus cum pane & uino astringente, plurimum prodest ad fœtum confirmandum. Est enim caseus ultimum, quod est in nobis ad firmitatem, oua testitudinis nemoreæ, inde oua anserum, & caro earum, & semen graminis satiui, quod est simile orizę, pessarium ad confirmandum fœtum, resina, mel flos æris, inde abluito cum uino decoctionis myrti. Modus alius, foue locum ex decocta fructuum, & foliorum cupressi atque lauri, inde post, pessarium ex amaraco, & staphisagria, aut lolio, aut leporino coagulo, uel lapide samio, leuis est, durus, quo aurifices aurum polliunt, candidus seruat enim fœtum. *De cibi quantitate & numero.* *A quibus grauida cauere debeat.* *Lib. 16. cap. 11.* *Sec. 25.* *Fœtus duabus tunicis continetur.* *Vesalius lib. 5. fig. 30. tabula 3. & 4. & cap. 17.* *Nota.*

Est etiam notandum, cur quæ concipiunt (ut dictum est) macilentę, abortiunt antequã crassescãt, nam si crassescẽdo, periculũ abortiẽdi augetur, igitur dũ crassescũt, de abortu periclitãtur: si enim crassescũt quæ tenues erãt, ob id fit, quod sanguis melior redditur, sed sanguis antea corruptus erat, nõ enim prẽter naturã tenues essent, ergo fœtus trahit ob robur paternũ, ꝙd ineptũ est alimẽto suo, quare tãdẽ obortiẽt. *Dubitatio.*

Cur lacte mammæ tumeant. Quod autem lacte mammæ tumeant, contingit ab initio, quia cum consensus sit ab illis, ad uterum, ideo attracto sanguine ad uterum, quod residuum est, & dulce ad mammas transmittitur, sunt autem duræ, quia non concoquitur, graciles, quia parum, ut in libro de fœtuum formatione. Cùm autem creuerit, & mammæ magis turgent, minùs crescit durities, cùm concoquitur, molliuntur, & si magnæ sint: Calor ergo reuocatus ad mammas lac cõcoquit, & fœtum deserit. Si ergo fluit, aut perfectionem fœtus significat, aut debilitatem. Rarò autem etiam si abortiat, calor adeo deficit, ut lac non possit gignere.

De generatione fœtus. Cap. XI.

Nota. ET de generatione fœtus, cùm pœnè infinita dici possent, morem non sequar eorum, qui uel dicunt, non dicenda, id est, nõ necessaria fini intento, uelut cõseruandi fœtus, ac simul matris, aut omittũt necessaria, scilicet declarationes eorum, quæ dicuntur, ex his fidem dictis facimus, ostendimusq; necessitatem agendorum: Et ex declaratione, modus ad singula parata, ut quæ necessaria sint, sciamus, quæ non necessaria sunt, omittamus, quæ uerò sint omittenda, aut agenda, qualia, & quanta esse oporteat, non ignoremus. Hoc igitur principiũ, & auspicabimur ab Hippocrate, quoniã menses, primus, & octauus, seu secunda, & sexta quadragenaria sunt periculosissima, sed & ultimi dies sub partu: nec est spes in huiusmodi, nisi quod quantò facilius abortiunt, eò etiam fœtus facilius seruantur: partus enim omnes, quidam sunt abortus, ut ita dicam, quandoquidem obstetrices non aliud curant, quàm ut sternuant, aut uomant, sed non est uiolentus, quia patientis natura, ei motui auxiliatur. Abortus igitur dicitur, quando causa præter naturam urgere incipit, ante motum naturę. Cùm tamen est perfectus, & fuerit causa leuis, poterit uiuere, ut aliqui etiam ex septimo mense seruati sint, nedum ex nono, & decimo. Similiter & in prima quadragenaria ab initio sunt periculosissimi, quia sunt debilissimi, in septem primis diebus, & in tribus, & ipsa prima die. Dicebat enim Hippocrates, [Iuniora tertio mẽse, et seniora ueteri oportet.] In octauo autem mense, iam ob labores septimi, & octauum mensem, et sextam quadragenariam infans debilis est, quasi eger, cùm maximè ualet, ob id & illum cauere oportet, inde mensem post tertium. Verùm cùm nostri propositi finis sit, seruare uiuum, & ualidum: nam si imbecillis nascatur, primum morietur, aut si non inualidus erit, at nos uolumus ualidum, atque robustum seruare. Cùm uerò abortiat mulier, morietur infans, & si moriatur in utero, abortiet. Paria erunt ergo, seu abortiat, seu pereat, sed non pari modo hæc accidunt, abortit ob matris læsionem, moritur fœtus ob proprium incommodum: si uterque pari modo afficiatur, & abortit, & talem, ut antequam nascatur, obeat, uel in ipso nascendi tempore, uel paulò pòst, & causæ quæ abortum mouent, etiam quod abortu ipso enecent, peculiariter etiam fœtui nocent, quoniam si abortum efficiunt, uiolentæ sunt, & potentes, quantò magis ergò fœtui oberunt. Quæ igitur fœtum occîdunt, aut debilitant, aut abortum faciunt, aliæ quidem obsunt matri, aliæ fœtui, (quod de utrisque & sit necessarium, aliunde manifestũ existimo) aliæ ipsi cõiunctioni, qua fœtus alligatur utero, & corpora mulierum, & fœtuum, alia sunt sana, & alia ægra, alia robusta, alia imbecillia, & fœtus à sterilibus concepti, plærunque debiles sunt. Causæ enim, propter quas non conceperunt, conceptui iam facto obsunt, ac nocent, & quæ hîc nocent: alia quidem per se nocent, ut uenena, & medicamenta, alia quoniam necessaria auferunt, ut uenæ sectio, & inædia: alia quia ualida, uelut motus animi, corporis, & ut quantò magis noui, atque insoliti. Propositum est autem, non solùm seruare, ut dixi, fœtum, sed incolumem, & non solùm incolumem, sed firmum uiribus, & bene annexum matri, & neque tantummodò id, sed etiam crassum, atque corpulentum, boniq; habitus, sed hoc post. Iam omnia ergo, & bona, & moderata, & consueta habere oportet, Quinimò in ipsa generatione, & mulieri, & uiro robusta affert edulia, palumbos siquidem, & suillam carnem, & assa omnia, & alicam, & mazam, & panem,

Abortus quando.

Octauus mensis periculosus.

Cur sterilium fœtus debiles.

Vt fœtus propositum assequatur.

& panem, & uinum nigrum, & auſterum, eadem ratione, & caſeus. Abſtineat à Venere, & ſi prius lactauerit, ſiccetur lac, ſi fœtui conſulere uoluerit, neque famem patiatur, neq; comprimat uentrem, & ob id lenem aluum habeat, & exerceatur quotidie, & læta uiuat, nec repentinis mutationibus ſe exponat, diu in lecto quieſcat, & diu dormiat, ſi aluus non demittat, iuribus ſalſis utatur, uelut cochlearum, chamarum, & choncarum, & braſsicæ, & betæ, & atriplicis, & ſi neceſſariũ ſit medicamentum, manna pinguis exhibeatur, & quædam ſunt, quæ fœtui proprietate ſua proſunt, margaritæ, coccus, dactyli, eboris ſcobs, & pyrethrum, & piper longum, & ſulphur uiuum multum prodeſt, in his quæ ex caſu periclitantur: ſuper omnia enim caſus ad abortum facit, & adeò ut perſæpè periculoſius ſit, non cecidiſſe, quæ cadere iam cœpit, quàm cecidiſſe: ſi enim cadat, & fœtus non lædatur, nõ abortit, at quę non cadit plerunque, dum retinetur, abortit: ſi tamen durum ſit, ſolum periculoſius eſt cadere, quàm retineri. Sternutatio quoq;, & uomitus ſunt inimiciſsima, & ualdè amara in clyſteribus, & magis per os, & prouocantia menſes, ut ſabina, abortum mouent, quamuis Princeps authoritate Raſis, eis utatur, ſericum etiam, & ſymphiti radix, omnia ſunt utilia, & aqua chalybeata, & caſeus pinguis, ac mollis, iuxta ignem ſiccatus, & carnes lẽporis, & capreoli, & aprí, aſſæ in ueru, uel in patina bonæ ſunt, ſicut & oua recentia gallinarum, ſed teſtudinum, maximè nemorearum, creduntur propriè, abortum etiam diu conſuetum, prohibere: & ætites brachio alligatus, qui prædurus eſt, & ſplendidus, nec magnus: & chondrum, & oriza meliora ſunt ptiſana, à lacte ob flatum abſtinere oportet, ab omnibus acribus, & longè magis amaris, aut urinam prolicientibus, aut aluum purgantibus, aut flatum mouentibus abſtineat, tum à cruditate: palàm eſt ergo quod legumina plurifariam obſunt, maximè ciceres rubri, erinacei, ſeu ericij, boni ſunt, caueant accliuia ob laborem, extenſionem, & anhelitus magnitudinem: decliuia ob lapſus periculum. Ab ira quoque, & triſtitia, & uino plurimo, aut potenti. Prægnantes enim quæ uino plurimo, aut potenti utuntur, aut cępis multis, aut quæ multum ieiunant, ſtultos edere fœtus ſolent: aliæ etiam oblæſos, aut cæcos, aut ſurdos: continere etiam ſe à cibis ualde deſideratis, ualde nocet, ut ſuprà diximus, adeò ut credant, ſi membrum à muliere tangatur, eorum ueſtigium imprimi in conſimili membro fœtus, quod uidetur frequentibus experimentis confirmari. Cauſamq; eſſe reor, animæ maternæ, cui infantis anima coniuncta eſt, tanquam potentia uitæ munere fungens, ut dictum eſt de fœminino ſemine, in formatione ad maſculinum comparato, tum uerò calor, qui eſt animæ inſtrumentum, mouet ſanguinem atrum, (ob id quod fruſtrata eſt deſiderio uehementi mater, & adducitur ſanguis, etiam ſi ibi non eſſet) ad membrum ſimile, ſicut mouemus membra iuxta imperium rationis, & fit macula ſimilis rei deſideratæ in membro infantis, & hoc contingit rarò, ob multitudinem eorum quæ neceſſaria ſunt.

Quæ ſua proprietate fœtui proſint.

Quæ prægnãtes cauere debeant.

Cur ueſtigium cibi deſiderati à muliere, mẽbro fœtus imprimatur.

De incremento eius. Cap. XII.

INcremento autem accidit, quod diximus in duodecimo Contradicentium, neque enim tum primum ſiccari incipit, cùm oritur, ſed ab ipſa die concubitus, uerùm tam bene cõuenit illi, cum ſanguine menſtruo, & mulieris ſemine, ut augeatur, & melius reddatur, quoniam à loco calido concoquitur, atq; ſpiceſcit, licet enim terreum fiat magis indies, attamen melius redditur, quia pinguius, ſi enim operationes omnes fiunt meliores, neceſſe eſt principiũ melius euadere, aliter nõ eſſet principium, niſi in alio. Experimentum habes, quod qui naſcuntur ex parentibus iunioribus, robuſtiores ſunt, maioris corporis, ſapientiores, magis ſani, & longioris uitæ, natis iiſdem parentibus adoleſcentibus: neſcio ergo cur uelit Galenus, calorẽ nõ augeri in iuuenibus, ſed uaſa tamen, ut cùm ſunt optima, poſſent illud Maronianum dicere:

Qui fœtus robuſtiores ſint.

Mantua ue miſere, nimium uicina Cremonæ.

Tum exponatur iam ſenium, ob uaſa terrea facta, & quoniam tum primum incipiunt

cipiunt exinaniri, fieri nequit, ut ab initio generationis, quia siccetur perpetuò, ut fiat deterius: nam aliter accideret natis, ut semper parẽtibus essent deteriores, quod quidam fabulosè commenti sunt. Sed fac ut homo quidem perpetuò fiat deterior, semen tamen melius se ipso gignere possit, illa sanguinem ex quo fœtus nutritur, fiet ergo & semen genitum, ut dixi, deterius indies, & procreati à parentibus iunioribus, semper erunt meliores, sed experimento falsum esse deprehenditur: sin autem dicas, semen quidem melius posse procreari, quoniam uasa illa, non cum homine

Incrementum nullum habere hominem.

conseneſcunt, sed habent diuturnius incrementum, iam nullum incrementum fassus es, hominem habere, sed perpetuò, & indies fieri deteriorem. Oportet igitur ut dicas, uasa illa contra naturæ cursum fieri meliora, at quid de spiritu illo, qui à corde deciditur? Sed fac, ut & ille, in uasis melior fiat, non ut pariter, & illa uasa siccescunt? Ratio enim demonstrat de omnibus, & tamen per se meliora fiunt, igitur siccitas non obstabit, quin humidum, & calor, & totum corpus, non melius fiat. Dices forsan, quid solum casu meliora fiunt, quia capaciora, & ideo cum plus spiritus trahũt ad se, & continent, sed id non satisfacit, nam si terreum deterius est, quantò plus erit, erit terreum magis, ideoq; deterius? Quod si dicat multitudinem supplere: & ego dicam incrementum etiam humoris innati supplere. Præterea post trigesimũ quintum annum, in omnibus uis gignendi fieret: at non est, fit enim terreum, tamen magis humidum, neque uasa fiunt maiora, nec calor perfectior. Palàm est igitur humidum pingue, quod ex uberanti aqueo abundet fieri coctione, melius admistione sicci, tum ob calorem, tum ob siccitatem, nec nisi quod minùs sufficiat, culpari posse: sed neque id quidem, cum oleo sale adiecto in lucerna plus duret, ut non quælibet terrea admistio, hac in parte deterius reddat innatum humidum, ergo ob uasa ipsa, cum extendi nequeũt, humidum, & calor, deficiunt, & absumuntur, id est, post iuuentutis statum. Augetur autem certa ratione, quia oportebat maius esse, nec in uiro ea multitudine concoqui poterat, uerum diuinitùs annexa uita, & calor in ea continetur, donec possit calor consistere, ac uita quæ est ab anima, principium autem non deficit, sed est incorporeum, necesse igitur fuit, ut augeretur, & æqualiter

Simile à simili augetur & gignitur.

ut forma seruari posset. Simile enim à simili augetur, & gignitur, quocirca omnes partes extendi oportuit, ut eadem manente substantia, maius fieret, & siccius, et ubi siccum cum actionibus auctum, & incremẽti finis. Quomodo ergo quælibet pars aucti augeatur, naturæ opus est, non artis, uelut scabellum: hoc autem, quia quælibet pars trahit, uelut in flumine aqua, cuius partibus singulis appetitus descensus inest: non ut in partibus, non diuisæ, non descenderent, nec ut in toto: uasa enim nõ diuellerentur, sed est aquæ, ut aquæ non totius, aut partis, similiter & animati ad incrementum, & nutritionem: an eo usque, finis nostræ sapientiæ, nam & illud dubitatione dignum est, si extẽditur, & augetur, an extendatur, quia auctum, aut augea-

An exercitatio faciat ad corporis incremẽtum.

tur, quia extensum? Hæc igitur alterius sunt cõtemplationis. Quæramus igitur potius illud, an exercitatio faciat ad corporis incrementum? Atq; id, dum corpus augeri potest, nam postquam illud, aut non mutet, aut potiùs siccet, palàm est. Id ergo primùm assumamus, in quo labor nullus esset, ad demonstrandum scilicet quietem omnimodam, incremento inutilem esse, superfluum quoque exercitium: moderatum autem, & continuum, augere corpus in militibus, & athletis, conspicuum est: sed nunquid, si auget corpus plus iusto, acceleret senium? Videntur autem crescere eò usque, ut reliqua, in maiorem autem molem, quoniã ab initio & in processu magis augentur. Augẽtur igitur calor, sanguis, spiritus, ossa: hæc igitur augẽt proculdubio calorem, non tamen perfectiùs illum efficiunt: ob exercitium ergo calor augetur, & calor auctus multas extendit partes, quæ antea non poterãt extendi, quia terreæ, & multò ampliùs, unde suppeditante alimento, corpus euadit maius. Manifestum est ergo, quod neque deficere oportet alimentum: sic enim siccatur, nec; post alimentum exercitatio conuenit. Corrumpit enim humores, neque sine exercitatione alimentum copiosum, calorem enim obtundit: neque expedit augere corpora, nisi reipublicæ causa. Quibus receptis ut corpus augeatur, & humidis opus est, & minimè siccantibus: humectant igitur lac, & sorbitiones magis, quàm solida,

uel po-

uel potus: hi enim solidas partes non nutriunt, illa siccant. Somnus prolixus, balneum, lætitia, & carnes quadrupedum magis faciunt ad incrementum, quàm auiũ, aut piscium, & magnorum animalium quàm cuniculi, & léporis, et domesticorum, liberorum tamen, quàm syluestrium: syluestrium apri, & cerui: domesticorum suis, & castrati, inde iuuenes, & iuuenum ex iure potiùs, quàm assatorum, & ex piscibus eorum, qui sanguine prædíti sunt, & magni corporis, ut tynnorum mareuinorum, & Cyprinorum, ex aquis dulcibus, & sturionum, & carnes animalium, quæ semper crescunt, dum uiuunt, ut polypi, anguillæ, & murenæ, & nemoreæ testudines, & oua, & caseus mollis. Et ut omnia rite conficiantur, & cœna copiosior prandio, & aqua multò utilior est uino: Vitare oportet omnia acria, & acida, amara, multitudinem salis, medicamenta purgantia, sudoris copiam. Crescunt corpora quæ calida sunt plurimum, in regionibus frigidis, humida in calidis, in temperatis, nulli fermè uiri inueniuntur magnitudinis eximiæ, sed & maritima loca, magna solent efficere corpora, sed ut ne debito incremẽto corpus defraudetur, procurandum est, ita maius incrementum, quàm pro natura debeatur, cibis, somno, exercitatione comparatum, inutile est, corpora enim siccari iusto plus necesse est: & uel alimentum, moli non sufficere, uel uires alimẽto deesse, quæ causa est morborum in quibusdam. Venus prohibet incrementum, & in quibusdam causa, uelut & morbi.

De Nutritione, & facultatibus naturalibus. Cap. XIII.

Quomodo incrementum & nutritio fiant.

IIt autem nutritione incrementum, nutritio autem concoctione, quamobrem & principalis quædam est uis, sed eam præcedunt attractio, atque retentio, subsequitur autem expulsio: fit autem nutritio, aut ob dissolutionem solam, post ætatem incrementi, dum illa uiget, ob utrumq; scilicet, dissolutionem & incrementum, ob id utriq; intercedit similitudo, quod forma manet, materia autem per quam fluit, aut refluit. Differentia quoque est inter nutritionem, atque concoctionem, cum nutritio sit concoctio quędam, & concoctio est pars nutritionis: In nutritionem autem apponitur, in concoctione non apponitur. Septem igitur, cùm sint facultates naturales, attractio, atq; retentio, coctioni famulantur, expulsio ipsi membro, coctio nutritioni, nutritio incremento, generatio per se sola est, & res quædam diuina. Quatuor igitur sunt ordines, & duo extra, Extra generatio, & expulsio: ordo autem est attractionis, & retentionis ad coctionem, coctionis ad nutritionem. Hæc autem propter se, aut propter se, atque incrementum. Idcirco optimè augentur, aut restaurantur, quæ optimè nutriuntur: aut non sine optima nutritione fit alterutrum horum, ut neque absque coctione optima, nutritio optima, neque sine retentione, coctio: & quanquam opera quasi se consequantur, atque inuicem coniuncta sint, attamen facultates ipsæ, inter se diuersæ sunt. Interest inter coctionem, & attractionem, atq; expulsionem, quod coctio solum à naturali calido adiuuatur, expulsio, & attractio etiam, à præter naturali, ut aëris, atque uini, ac uestium, & exercitationis. Quicquid enim immoderatum est, pro præter naturali habendum est, imò etiam à febrili iuuãtur, & retentio à sicco quouis. Quod si siccitas debilitet retentionem: si attractionem, aut expulsionem, febrilis calor id agũt, uel debilitato calore naturali, aut siccato humido, quod solebat expelli: atque sic mortis breuis in acutis, certè, in diuturnis, signa sunt. Palàm autem est, quod concoctio, & retentio, quiete indigent, uelut expulsio motu, unde illud. [Cùm uolueris ducere helleborũ, moue corpus, cùm uerò sistere, fac ut quiescat.] Concoctio ergo plerunque prima deficit, si tamen expulsio antea, id plerunq; contingit, ob malam compositionem, & si attractio deficiat, aut retentio, & concoctio uitiata non sit, erit qualitas mala, aut humor malus, sed hoc plerunque. Nutritio præterea debet esse minor, & ratione finis, & ratione causarum, quæ illam efficiunt, ubi incrementum desierit. Incrementum autem augetur, & post minuitur, cum desinat aliquãdo: Verum maximum uidetur esse, usque ad quinque annos in longitudine, nam quilibet infans, cùm peruenit ad dimidium longitudinis, atq; ideo ad octauam partem totius

Differentia inter concoctionem & nutritionem.

Facultates naturales septẽ.

Nota.

4. Aphoris. 11. 15.

tius molis. Et si æqualiter augerentur dimensiones, esset dimidium incremẽti, cum longitudo peruenire ad perfectionem quatuor partium ex quinq;, id est, supposito brachio Bononiensi uiginti unciarum, & peruenire ad sexdecim. Verum manifestum est, quod ab initio minus augẽtur crassities, & latitudo, cuius indicio est carmen illud obscenum Martialis:

Ille tamen gracili, cum Ganymede iacet.

Quia crassities magnitudini non respondet: si ergo infans quinque annorum, est minor octaua parte sui ipsius, cum est uir, necesse est ut multo plus augeatur in puritia, quàm in iuuentute. Cum fermè pro ratione proportionis annorum crescat, scilicet decupla, quæ est triginta ad quinque, uigesimo quinto anno parum crescit, adeò ut multos lateat incrementum illud circa uiginti, unum autẽ est finis incrementi in longitudine: cum ergo statuerimus duos numeros æquales, quorum unus fuerit sexcuplus alteri, & crescant à puncto ad maximum terminum, necesse est, ut maximus terminus sit finis unius, & principium alterius, uelut in a.b.c.d. si a.b.d. sit æqualis b.c.d. & terminus incrementi sit b.d. ex quo incipit declinare, erit ad maximum incrementum, uel finis utriusque, uel infra b.d. Maximum igitur incrementum erit in longitudine b.d. in reliquis erit c. cum finitur incrementum in longitudine, quare in quarto decimo anno erit maximum incrementum: igitur tunc necessaria erit quantitas maior cibi, & semper similis ei qui nutritur, ideoq; in dies siccioris, & ob id oua uitam breuiorem efficiunt, & morbos procreant, & illa refugit Hippocrates, in adultis autem sunt etiam peiora. Lac autem, quia partes habet, quæ separantur, ideo utile est etiam senibus: in infantibus ergo, ob mollitiem substantiæ, & quia carent dentibus, & facultas concoctrix ualidissima est, conueniunt non alijs, & his qui Venere superflua, nec ad prolem uti uolunt, satisfaciunt, sed dubium non leue emergit de incremento carnis, quod fit omni tempore, ut etiam quandoq; in ætate decrepita, & dicimus, quod iuxta illud, non debemus instituere uictus rationem: intra enim debitam mensuram, si non bonum semper, sæpè etiam malum est. Ergo cum corpus maius est, ampliori indiget nutrimento, & cum calor maior est, nec nutriatur, uelut & ab igne, corpus absumitur Prima Aphorismorum. Et si crescat, indiget bifariam maiore alimento, & ut restauretur, & ut augeatur. Cumq; restauratio præsupponat resolutionem, ubi maior fit resolutio, maior erit necessaria restauratio, & in maiore corpore nutriendo, plus alimẽti requiretur. Cum ergo primum senium aduenit, ob ea quæ dicta sunt omnia, præter hanc ultimã causam, minore indigebit alimento, perpetuoq; attenuabitur, tunc enim iam ut magnũ sit necesse ob caloris, & corporis magnitudinem. At inter annum quartumdecimum, & trigesimum quintum, calor, & corpus augentur, incrementum autem, & resolutio minuuntur, quia humidum magis terreum factum est, ideo cum incrementum caloris, & corporis, fermè sit ad duplum, incrementum autem ipsum, & resolutio non adeo minuantur, necesse est, ut cibus fermè dimidio augeatur, nam dupli duplum, quadruplum est: minor est autem incremẽti, & resolutionis ratio iuncta, tripla absque dubio relinquetur, igitur sesquialtera. Hæc autem non tanquam ita sint, sed ut intelligamus, à quarto decimo anno incrementum cibi, & usque ad uigesimũ quintum, ultra autem fermè stabit ad trigesimum quintũ. Est autem duplex incrementum, in quantitate, & qualitate. Qui autem plura deducit in unum, & declarat, qui unum in plura, laborem addit, utrumque autem necessarium est. Est igitur unum, alij plus, aut minus, seu multum, seu paucum. Ergo qui pauciore utũtur cibo, dum æqualiter aluntur, minus excrementi pariunt, & ob id minus mali afficiũtur, aut laborant. At quibus maior est uentriculus patens, cibus nõ adeò bene concoquitur: hæcq; ratio habenda est eiusmodi, in his, sicut etiã quod humida, humidis, ut dixi: An uerò calida calidis, non equidem, nam frigida, frigidis cùm non conueniant, & temperata, temperatis contra, conueniunt enim frigida calidis, & calida frigidis, nõ enim necesse est ut similia sint, ab initio. Multum autem refert qualis sit naturę uentriculus, at nos supponimus, non solum temperatum, sed densum, atque robustum etiã, ex influente sanguine, seu à corde, seu iecore: Et in concoctione quies, & somnus,



Oua cur breuiorem efficiant uitam.

Corpus maius ampliori indiget nutrimento.

14

Corpus et calor donec augeantur.

Incrementum duplex.

Qui minus mali afficiantur.

Quæ in concoctione utilia.

nus, cùm necessaria sint etiam in nutritione, utilia erunt. Cùm tamen nutritio perpetua sit, quiescere, neque dormire perpetuò possibile est, sed etiam exerceri est necessarium. Quæ igitur bene nutriunt, Hippocrates non semel docuit, panis, maza, caro, pisces, caseus, uinum: lac quidem bene nutrit, sed non omnes, oua, ac reliqua, & uuæ passæ, suo loco describuntur. Porrò ante ortum omnia hæc, sed sola generatio desinit, reliqua manent.

De ortu infantis. Cap. XIIII.

De infantis natura.

VAesitum est à pluribus, de infantis natura, unde originem ducat, ab ortu ne, an generatione? Cùm enim infans ali iam præ magnitudine non potest, & quoniam circuitus, & perfectio non patiuntur illum sic nutriri, atque inter reliqua etiam, cælæ cordis maiore indigent refrigeratione, calcitrat, & membranas quibus continetur lacerat: Vnde iam se continere non potest sedens, sed circumuoluitur: utique dum erectus esset, faciem habebat ad dorsum, ita ubi circumuolutus est, faciem ad uentrem matris uertit, & ubi nascitur, facie ad cœlum conuersa semper oritur, si supina sit mater: At non semper, & si plerunque capite prius, inde corpore reliquo. Agrippæ pauci nascuntur, pedibus, scilicet priùs, quem ortum infelicis auspicij esse ducunt, cùm auersis brachijs nasci necesse sit, & quod caput retineatur, ut facilè stranguletur, & imbecillitatis signum est, cùm antea non se conuerterit: propterea pauci seruantur ex his, multo pauciores, atq; deteriori modo oriuntur, prælato brachio, aut crure uno, aut curuati, & duplices, omnes enim moriuntur, & pro miraculo censendum, si quis euadat. Difficulter enim, ac cum labore, & periculo matris, ac sui nascitur, nisi obstetrix huic periculo prudẽter occurrat: debet itaque manu leniter intromissa per portam, eum intra secundinam ad iustum modum uertere, & caput inferius ad partum disponere, & sic singulis partus impedimentis occurrere debet obstetrix, quæ cõtingere solent, & obseruare, ne pariens nimis uerecunda sit, aut multum timida, uel iracũda, uel nimis gracile corpus, uel pingue habens, nec sit imbecillis, aut orificium habeat angustum, aut contortum, aut utraque parte clausum, aut in uicinitate hæmorrhoides, aut humorum collectiones, & infans caput grande habeat, aut corpus in quantitate excedens, aut mortuus, aut gibbosus, aut contra naturam positus ut diximus. Porrò ubi statim editi sunt, ore respirant, & suggere necessarium illis est, cùm antea utrunque umbilico facerent, constat enim per umbilicum fœtum nutrimentum in utero matris recipere, & per eundem lotium emittere, quem cùm primum infans in lucem editus est, obstetrices iuxta uẽtrem præscindunt, & earum prudentiores, post abscissum, leuiter exurunt, porrò ipsius urinaculi residuum, cuius alta pars secundæ, intra uterum hæret, parturientis fœmori alligant, sæpè ex eo sanguinem fluere procurantes, quoad fortè exaresçat, uel saltem si modo diu ita manet, altiori in parte scindant: Resecto tandem umbilico, uel alligato à uentre quatuor digitorũ spatio, lana munda, quod melius est, uel filo lanæ uniformiter retorto, id est, sine nodis, ne doleat infans, cùm suauius sit filum lanæ, quàm serici lini, uel canabis, & minùs dolorem cõmouet, constringunt, ita ut impediatur transitus alimenti, & spirituum, ita ut exsiccetur, ac cadat: cessant enim utilitates, propter quas factus est, ubi ergo ortus est infans, balneo tepido abluendus est. Mollis enim aqua reficit ipsum, & mundum cor pus eius reddit, & aëris iniuriam arcet, inde fascijs non stricte colligandus, & strato molli admodum collocandus, temperato, nec tum perflato aëre. Antequam autem balneo tradatur, caput in rotundam formam comprimendum, atque decentem, nasus eleuandus, dirigendusq;, & si quid cõtortum sit, extendendum, & ut omnia sint paria procurandum, dum molle, ac tenerum est corpus: Inspicere oportet etiam, an nares, & anus perforata sint: si enim non fuerint, digito anus minimo, nares candela cerea sunt aperienda, ut de corpore excrementa educi possint, atq; necessaria intromitti, & si contingat caput fœtus ab obstetricibus aqua plenum reperiri, quod sæpè euenit, & cognoscitur tempore partus, iuxta os uteri, quæ nil aliud est, quàm

Agrippæ pauci nascuntur.

Per umbilicũ fœtus nutrimẽtũ recipit, atque per eundẽ lotiũ emittit.

Ab ortu infantis quid agendum.

Vbi fœtus caput aqua plenum reperiatur, quid agendum.

lotium intra agninam membranulam contentum, quæ nondum disrupta est, ut autem breui disrumpatur, & pueri caput liberum maneat, micam salis super membranulam illam obstetrices apponere debent, & breui disrumpetur. Aquę igitur tepore, uel uini foueatur, qui sit interni, maternique caloris illius æmulus, in quo maximè delectatur infans, ut ab uniuersa cute, uiscosa sordities detrahatur, & ut ne facilè ab extrinsecùs aduenientibus læderetur infans, antiqui tenuissimo conspergebant sale, modicoque, ut à Galeno desumitur, Primo de tuenda sanitate, quamuis Auerroes ex authoritate Auenzoar, potius oleum ex glandibus, loco salis laudare uideatur, cum eadem ui, qua & sal præditum esse dicat, & sine mordicatione, pro cuti condensanda. Hallucinatur tamen, quia & si sal exiguam præbeat infanti mordicationem, ab ea tamen minimè læditur, & non modò cutim mediocriter densam reddit, uerùm etiam sordidas, cutique imbibitas humiditates, in utero matris acquisitas, resoluit, quod oleum non facit, ob eius unctuosam substantiam. Non desunt etiam qui pro condensanda corporum infantium cuti, eos nuper natos, in aquam frigidam immergunt, quod ferè apud omnes Barbaros continuo usu habetur, quod & ad sanitatem, & ad bellicas actiones maximè proficuum esse existimant, & desumpserunt ab Aristotele Septimo politicorum, ubi inquit: [Confert enim statim à pueritia frigori assuescere, hoc enim & ad sanitatem, & ad bellicas actiones utile est, quapropter apud multos Barbarorum consuetudo est, ut gelido amne, natos immergere, uel parua ueste amicire, ut faciunt Galli. Ad cuncta enim ad quæ possibile est, statim ab initio melius est assuescere: est autem apta puerorum natura ob eorum calorem, ad frigus exerceri.] Cui tamen opinioni, ac Barbarorum consuetudini tacitè se opponere uidetur Galenus, dum in Primo de tuenda sanitate inquit: [Pueri cutis non est in superfluum densanda, quia facilè ab ægritudinis internam causam habētibus postea caperetur, ob impeditam corporis transpirationem. Præstat ergo utrumque declinasse excessum, nec adeò densam reddidisse cutim, ut corporis transpiratio prohibeatur, nec ita raram, ut à qualibet extrinsecùs incidenti lędatur.] Ideo hac ratione animaduertendum, ne dum infantes ad sacros fontes deferuntur, tempore hyemis, nuda eorum capita, frigida aqua perfundantur, sed tepida, & præcipuè si nobiles, & delicati fuerint. Porró lactationi propria, alia quidem ad infantem referuntur, alia ad nutricem, alia ad utrumque. Ad infantem quidem, quia cùm mollissimè tractandus est, & in ulnis gestandus, et in cunnis agitandus leuiter, à lactatione ut somnum capiat, & æstate tegendus circum circa tensa, ob muscas, hyeme ob frigus, accinendum etiam leui uoce, ac suaui, ut dormiat, dum agitatur, mundisque linteis, & ab urina, & magis à stercore purgandus: atque inuoluendus, neque temerè, aut indiligenter. Ex parua enim compressione, uelut & nimis intensa contorquentur quædam membra persæpè, sed à nimia etiam corporis, partes contabescunt, & extenuantur. Et si obliqua sit, aut inæqualis fasciarum constrictio, & terminus cuius est, ac modus, ut pares sint pedes, ac manus, & ut non ploret infans immoderatè, sed lętus sit. Et ut prius deijciat aluum, urinas, inde mundetur, inde lauetur anus, aqua frigidiuscula, post fasciis, postquam parum luxerit, inuoluatur, bene siccis, & hyeme tepidis, æstate temperatis, post lactetur. Et infanti, qui bene crescit, nec uomit, neque ægrotat, & alacer est, & dormit, & aluum & urinas opportunè demittit, & boni coloris est, terminus lactationis est infantis uoluntas: aliis non ita indulgendum, sed plærunque minus. Et ablactatio fit in principio hyemis, cùm corpus est iam refectum ab autumno, & somni sunt longiores, & coctiones sunt meliores. Vnde nato eo tempore sufficiunt duo anni tantum: nato autem sub bruma, menses xxxiiii. aut propè, aut duobus annis peractis, opportuno tempore ablactetur. Tum uerò & melius, ac magis appetunt cibum. Et cùm semper tenellus puer, & usque ad annum quintum sit, ita regendus, ut præter omnia non paueat: nam plærique eo facto, correpti conuulsione anhelosa, quæ propria est infantibus, ipsa die, uel paulò pòst moriuntur, tum etiam à molestia omni, & agitatione, & tristitia sunt arcendi. Degant in cubiculo medio, & ad orientem conuerso, ut etiam serenis temporibus, Sole ipso gaudeant, & uentum orietalem, nisi tempo-

ribus ad-

Nota. Cap. 7.

Barbarorum usus damnatur. Cap. 17.

Cap. 10.

Nota.

Lactationi propria.

Lactationis tempus.

tibus admodum frigidis sentiant, & uenter imus angustius comprimatur, quàm ab umbilico suprà, sed minus etiam multo pectus, cauendo ne distorqueatur & in gibbum transeat, lotio uerò ut frequens mala, & nulla, sordidos relinquit: ita mediocris confert, æstate singulis septenarijs, hyeme quolibet mense semel, temporibus medijs bis. Abstineat infans, qui lactat omninò à uino, tanquam ueneno, tum quia uinum petit caput, quod infantibus est imbecille, & gignit ut plurimum epilepsiam, ex qua plærunq; intereunt, aut syderantur. Et debilitat cerebrum illorum, ut fiant stulti, cœci, strabi, dentibus infirmis. Vinum præterea concoquitur in tribus horis, cum seriùs lac in sex, ideo unum corrumpit alterum: mixtio præterea lactis, & uini, est natura contrariorum, ideo plurimum obest. Aquæ autem malæ, & crudæ, ubi lapides in uesica generantur, modico uino dilutæ, deteriores sunt, quanquam uinum sit periculosius in lactantibus, ea duntaxat causa, tamen maius ex aqua periculum imminet, sorbitiones etiam illis minus malæ, solidis cibis, & ex solidis, caro pessima est, & panis, ob duritiem. Quorum autem uitelli meliores, & inter sorbitiones coctus panis, nam ptisana nimis exilis est, chondrum nimis graue, seu grauis chondrus, alica post panẽ coctũ: oriza nimis sicca. Cauendũ præterea est diligẽter in huiusmodi infantibus, ne acus, aut nũmos, aut glandes, aut auellanas, aut castaneas habere permittamus, suggunt enim & deuorant, unde strangulantur, aut ex dolore pereunt. Quæ uerò ad nutricem pertinent, sunt, ut caueat ne dormiendo infantẽ suffocet, id uerò certè utile est: cũnis itaque infans degat, aut in lecto solus. Similiter ut ipsa caueat à crapula, ebrietate, ira, timore, cibis corruptioni obnoxijs, ut à fructibus hortarijs, & huiusmodi: præterea cùm iam maior, euadit à malis moribus, etenim non solùm corporis, sed etiam animi, uitia contrahunt, non exemplo, cuius non sunt capaces, seu contagio lactis. Et similiter ne deferendo cadat, aut capite illidat in rem duriorem, sed & oscula ad os non infingat, minima enim labes tabefacit infantem, neque puerum in ulnas incognitorum tradat, neque felem prope deuenire, nec sues appropinquare permittat, nec ciconias, aut grues, aut pauones, aut gallos, gallinasue: hæ enim omnes aues infantib. oculos eruere solẽt, nec ipsum solùm permittere, oportet, ob multas occasiones, quæ contingere solent. Ad utroscp autem pertinent, ut curet, ut non infantem deterreat, ut non euigilet dormientem, ut ambulantis crura malè flecti, aut distorqueri non sinat, ut propè loca, casus non esse permittat: inspiciat quomodo aluus demittat, et quàm cito, & copiosè urina perfundatur, est enim bonum signum, ut contra tardè, & ut fæx sit liquidior: & si euomat huiusmodi sit uomitus: & si uigilet, si inquietus sit parua neglecta perdunt infantes, magna præuisa persæpè non lædunt.

Infans qui lactatur, cur à uino se abstinere debeat.

Nota.

Quæ ad nutricem pertinent.

De lactatione infantis & eius nutrice. Cap. XV.

QVòd lac matris, pro omnium primo, præbendum sit nuper nato, nulli dubium esse uideo: maiori enim cum charitate, & impensa magis, diligentia eos nutrient, ut quæ natos ex intimo, & ut dici solet, ex unguibus ament. Nutrices uerò, & alumnæ, ut inquit Plutarchus, suppositam quandam, & asscriptitiã beneuolentiam habent, ut puta mercedis gratia diligentes. Et hoc etiam natura ipsa demonstrat, quæ unicuicp animantium generi, quæ pariunt, lactis alimenta suppeditauit, tum optimum cuicp alimentum est, ut probat Galenus, quod singulorum temperamento maximè conuenit, maior equidem alimenti cõuenientia, haud esse poterit, quàm eius, quod de matre suggitur: ex eodem enim sanguine generatur lac, quo antea in utero nutritus fuerat infans, scilicet sanguine menstruali, qui ad mammillas transiens, parum, ut inquit Princeps, concoctus, & dealbatus, citò lac efficitur: ideo suauius, & magis conueniẽs redditur infanti, dummodo per mensem ad minus à puerperio lactare non incipiat, quia tunc temporis alterata, & sordida, est mater, & doloribus subiecta, atque ad febrem non parum dispositа, & lac alteratum est, quod facilè puerum inficere posset: obseruandum est etiam, num aliquo alio morbo, qui lac corrumpere possit, fuerit affecta: item si præ-

Lac matris melius est alimentum nuper nato quàm alterius nutricis.

Lac ex fanguine menstruali generari.

Cur per mensem à puerperio mater lactare non debeat.

gnans,& coitui dedita,uel nimis iracunda,& malè morigerata, his enim in casibus,
Cap. 6. eius lac uitiosum esset,nec ullo modo infanti præbendum: uerùm si nil horum ob-
Nutricis bonæ, conditiones quæ. stat, nullus conuenientior, & magis proprius infanti cibus esse potest, ut Galenus affirmat,primo de tuenda sanitate. Et si mater infantem lactare nequeat, uel nolit, omni studio, ac diligentia, eligenda est nutrix, quæ mediocris & boni sit habitus, nec nimis iuuenis, nec nimium ætate processerit, annum neque uigesimum infrà agat, neque quadragesimum suprà, quæ non multò ante pepererit, & marem, si omnia optanda fuerint, lactis namq; melior tunc constitutio accesserit, sed quod non abortierit, experimento enim cognitum est, nec ratione carens, lac abortientium
Lac abortientium insanum reddit infantem. insanum reddere infantem, neque tantum temporis nactum est, ut concoqui posset,neque etiam postea,cùm naturæ ordo perturbetur,atque confundatur. Sunt enim tempora quædam,proportione continuata,quæ ubi perturbentur, nõ manẽt. Cerebrum autem lacte maximè augetur, & constituitur ab eo, & præcipuè si lactis ætas,infantis ætati respondeat. In primis ergo sana sit nutrix, & boni coloris, ex albo scilicet,& rubeo,uiuaci splendido,ac pręclaro,& non fucato,qui bonum arguat temperamentum,& ex consequenti optimum lac,non autem sit tabida,nec ex illorum genere, & cauendum ne unquam lue Indica laborauerit, nec lepra, & similibus,uelutq; in capite alopecia,aut etiam fœdiore aliquo affectu, pectore sit amplo, & mammis nec magnis, nec paruis, sed mediocribus, & potiùs ad magnitudinem declinantibus, papillis neque conniuentibus, neque auersis, neque reliquum corpus admodum pingue,nec nimium gracile habeat,sitq; optimis moribus prædita, mitis, casta, sobria, hilaris, munda, non iracunda, nec gulosa, nec procax, nec tristis,ac mœsta,nec stolida,nec inconsulta,nec uenerea, cauere non modò ab usu ue-
Venus lactis bonitatem destruit. nereo debet, sed etiã à cogitationibus luxuriosis, cùm nihil sit ad bonitatem lactis destruendam efficacius. Irritantur enim lunares purgationes in coitu, & propterea lac corrumpitur,& uitiosum,& pauculum redditur, & quod magis refert, ut plurimũ cõcipiunt,quod nihil nocentius fieri potest infanti,qui ex ipsa alitur, ut desumitur à Galeno,primo de tuenda sanitate, dũ inquit: [Interim uerò non minor modò,
Cap. 9. uerùm etiam deterior,rationabiliter reddetur ipsius grauidæ sanguis, quo fit ut lac ipsum,tum peius,tum uerò exiguum,in mammillas colligatur: quare si quæ infantem lactet,uterum gerit, Ego magnopere suaserim, aliam inueniendam nutricem.] Quapropter maximum omnium præceptum istud esto,ut cuncta uitẽtur,quæ Venerem stimulare creduntur, ut sunt gratia exempli, nuclei pinei, pistachia, acria, & bellaria,atque omnia admodum calida,quę non solùm Venerem stimulant,uerùm
Sanguis bonus qualis. etiam lac biliosum reddunt. Itemq; odores fœdos, & prætermodum suaues, debetq; uti optima uictus ratione nutrix, ut sanguis bonus generetur, sanguis uerò bonus,ut declarat Galenus loco præallegato, is est, qui nec flaua bile abundat, nec atra, nec pituitosus est, nec serosus, nec aquoso liquore permixtus, oriturq; huiusmodi sanguis,à moderata exercitatione, & ex cibis tum boni succi, tum iusto tempore,modoq;,sumptis,ac tempestiua potione. Caueat enim quantum fieri potest. à multitudine uini, & à uinis potentibus, ne qui educantur,membrorum imbecillitate,uel comitiali morbo,aut insania,& huiusmodi capitis affectibus, ut supra,corripiantur. Manè ergo ante prandium, & uesperi ante cœnam, moderatè se exerceat,supernis maximè partibus,ut superfluitates resoluantur,calor innatus roboretur,& sanguinis,ac lactis melior fiat concoctio,ideò mollire,texere,ac pinsare, salubria sunt nutricibus, panemq; commedat ex tritico mundo, benè fermentatum,ac paratum,carnes pulli, gallinarum, capponum, fasianorum, turturum, hœdi, uituli iuuenis,castrati, columborum,& auium omnium, oua etiam recentia,& non dura, pisces paruos,& teneros,friabiles,carnem albam habentes, sed non admodum pingues, nec in aquis stagnantibus degentes. Lactuca etiam, inter cætera olera pro-
Lactuca inter cætera olera probatur. batur,quia lac generat,& desiderium coëundi arcet,& tandem omnia assumere debet,quæ boni sint succi,& facilis concoctionis,atque euitare ea, quæ sunt praui succi,& difficilis coctionis, ut sunt radices, & olera cruda, & allia, cæpæ, porri, eruca, menta,& ozimũ,salsamẽta,& omnia fœtida, & graueolentia, ut diximus,& carnes

antiquæ

antiquæ,bouinæ,ceruinæ,& alia huiuſmodi,quæ malum generant ſanguinem, ac cruditates,quæ lac noxium reddunt. Inter enim alias conditiones, quas nutrix habere debet,illa potiſsima eſt,ut optimum lac habeat, lac uerò optimũ eſt,quod ſpiſſitudine,copia,colore,odore,& guſtu,moderatum exiſtit, quod ſcilicet inter tenuitatem,& craſsitiem,medium obtinet,quod & in unguem pollicis ſtillatum, ungue inclinato,neque citò,neque tardè defluit,& guſtanti,atq; olfacienti planè ſuaue eſt, nec amaritudine aliqua,aut acore,aut acrimonia,aut ſalſedine,guſtum uellicat, nec nares aliqua inſueta qualitate feriat, intuenti etiam candidum, ac in omnibus eius particulis æquale ſit,nulla nec fuſcedine,nec uirore,nec liuore, malóue colore alio, nec uarijs,ac diuerſis,coloris,& ſubſtantiæ diſcurrentibus lineis ſit infectum,tale enim permitioſiſsimum eſt, & ſignificat malitiam incendij, & prauorum humorum abundantiam,in uniuerſo corpore. Lac quoque nimis denſum, & craſſum, ob ſu perabundantiam caſei, facillimè in uentriculo coagulatur,& obſtructiones facit,ac calculos generat, & abſceſſus, & furunculos,circa infantis corpus, & ſæpè à pituitoſis uomitibus moleſtatur, fitq; ægrè mobilis, ac difficulter ſpirans, & ut plurimũ appetitum amittit: nimis uerò ſubtile,& fluidum,id eſt,aquoſum,quod optimè cõcoctum non eſt,nullum nutrimentũ,nec robur infanti præbet, ſicu & ſpumoſum, & inæquale,quod in flatum partim conuertitur, ſignificatq; factam in eo eſſe à calore ſuperfluo ebullitionem. Quapropter lac illud optimum erit, quod æqualiter, partis ſeroſæ,& caſeoſæ participabit, & experimẽto iſtud cognoſcere docet Oribaſius,ſi lac in uas uitreum infundatur,coagulíq; portio ei admiſceatur, & digitis agitetur,atque ita permittatur,donec cogatur, & ſi minor ſit pars, quæ in caſeum concreuit,quàm ea quæ in ſerum abijt,tunc utile lac erit,ſin contrà, erit concoctu difficile:uerum ſi utriuſque æquam portionem habuerit,id probatiſsimum, atq; præſtãtiſsimum erit,& quamuis nimia craſsitie, uel tenuitate peccauerit, dummodo mulier alio affectu non corripiatur,illud corrigi poterit,craſsius enim extenuãti uictus regimine,utendo ijs,quæ attenuandi,atque incidendi uim habent, ut in ferculis,origano,hyſſopo, petroſelino, aniſo,fœniculo, caruo, & modico croci: crocus enim partes ſpirituales calefacit,& lac attenuat, dummodò per aduſtionem craſſum non euaſerit,uomitu etiã pituita eliciatur,oxymelite,eoq; ſcillino, niſi uomitum habuerit difficilem, incidit namq; oxymel ſcillinum humores craſſos,& uiſcidos, & inciſos educit,& moderatè pectus calefacit: Ante cibum etiam ſe exerceat, & aliquando aquæ dulcis balneo temperato utatur,tenſas namq;,atq; duras partes emollit,& putrida excrementa, ſi quæ intùs ſint, ad cutim euocat, calorem innatum roborat, atq; uires confirmat. Quod ſi tenuius lac fuerit, ijs utatur,quæ craſſum ſanguinem reddere poſſunt,ut eſt uſus orizæ,alicæ,& extremarum quadrupedum partium,pedes enim ſuis,uituli,caſtrati,agni,hœdi,& eorum carnes,in hoc caſu laudantur:potus quoq; uini dulcioris conueniet,niſi quid impediatur,ueluti & caſeus,& præſertim recens,& ſapa,& ſomnus diuturnus,& cætera huiuſmodi. Si uerò acrius iuſto lac fuerit,caueat ab omnibus acribus, acidis, & ſalſis, uidemus enim infantes lac acre fugẽtes,paulatim gracileſcere,& circa eorum corpora,plures excretiones, & puſtulas,circa ſupernas,& infernas partes oriri,& appetitum amittere:quare omni ſtudio,temperandum eſt corpus nutricis,balneis dulcibus, & boni ſucci alimentis, ac iuſculis,& alijs huiuſmodi,quæ lactis acrimoniam contemperare poſsint. At ſi imminutum fuerit,conſiderandum,nunquid ab aliqua mala corporis diſpoſitione, uniuerſali,uel particulari originem ducat, aliquando enim à ſicca totius corporis intemperie prouenit,aliquando à frigida tantùm,uel calida mammillarum,ſicuti & à nimia cacochimia, & alijs huiuſmodi diſpoſitionibus, quæ ſuis ſignis cognoſcuntur,de quibus conſideratio præſentis non eſt negotij: uerùm ſi alimẽti penuria, uel recenti aliqua etiam intemperie,uel leuiore,& pauca ſucci malitia,id cõtigat,iuſculorum ſorbitiones ſunt nutrici offerendæ,& uictu uberiori uti oportet,pectusq; ac mammillas leuiter perfricare, & brachia exercere, ut alimentum ad eas partes auocetur,& nos experti ſumus,cucurbitam ſub mammillis applicatam, abſque ſcarificatione,multum præſtitiſſe, in applicatione tamen modum ſeruare oportet, ne ob

Lac optimũ.

Lac denſum facilè in uentriculo coagulatur.

Lib. 5. c. 3.

Vt lactis uitia corrigantur.

Nota.

Si lac imminutũ fuerit quid agendum.

uehementem sanguinis, uel aliorum humorum, attractionem, pars illa inflammetur: ideo parum ignis sufficiet, ut tantum adhæreat: multùm etiam prodest, partes illas spongijs, & aqua calida fouere, usu quoq; uini dulcioris, ac multarum rerum, quarum propriũ, ac peculiare est, lactis copiam suggerere, reuocabitur, ut sunt fœniculi semina, & radices, & pastinacæ, & præcipuæ si cum hordeo decoquantur, gallinarum quoque, ac caponum iuscula, cum cinamomo, & macere, & luteo oui, anethi quoque, & anisi semina, & caseus recens, optima sunt, lumbrici quoque terrestres siccati, & in polinem redacti, si de eorum puluere drachma sumatur, duodecim diebus continuis cum ptisana, uel cicerum rubeorum iusculo, plurimum prodest, usus etiam butyri recentis, & brassicæ, & bene coctæ, & longo pipere aspersæ, cum iuribus sumptæ, lactis ubertatem nutricibus præbet, ut & maluæ decoctum, & lactuca in cibis recepta. His ergo præsidijs, dum morbosa aliqua causa non subsit, lac fermè extinctum prouocari poterit, si autem nimia, exuberansq; lactis copia gignatur, quod propter alimenti, sanguinisq;, eo affatim cõfluentis abundantiam, idoneam producendi lactis qualitatẽ habentis, atq; ob ualidas uirtutis attractricis, & cõcoctricis uires cõtingere solet: imminuẽda est, ꝓpterea ꝙd periculũ imminet, ne ob cõpressionẽ, & crassitiem, in uberibus cogatur, ac retineatur. Ideo subtrahendus est usus ciborum multum nutrientium, & eorum loco exhibenda sunt ea, quæ parum nutriunt, ut olera, fructus, lentes coctæ, auiculæ paruæ, & cætera huiusmodi, quibus pauca alendi uis inest, & extrinsecus imponãtur lenticulæ coctæ, ac lintea aceto paulò acriori madefacta, sæpè reiterata, & multa alia, quæ breuitatis gratia prætermittimus, cùm frequentiùs contingat, nutrices potiùs defectu, & paucitate, quàm abundantia, & multitudine, laborare: imò quod magis refert, si hoc euenerit, minus incommodi, ac periculi affert. Et hæc de lactis, ac nutritionis conditionibus, dicta sufficiant. Quod uerò ad lactationis partes attinet, nempe ad modũ, tempus, numerum, & horam: quamuis ut quis natus est statim, mel lambendo exhibere sit mos, ego tamen potius saccharum, ut minus asperum dari suadeo. Post sex horas, & non ultra uiginti quatuor, differri primam lactationem consulo, nisi nimium siccus, aut languidus infans uideatur. Et lactatio duplex est, alia necessaria, quæ ter in die administrari debet, & si uel euomat, uel plurimum sugat, uel parentes gemino cibo contenti sint, atq; pauco, & infans crassus, gemina lactatione contenti erimus, maximè si aluus durior fuerit, contrarijs causis terna: sufficit autem ad perfectionem secundi anni, non ante primum, neque ultra quartum: quanquam Hesiodus referat, olim consueuisse ad septem usque extendere. Pro constanti habetur, Plotinum, qui sapientissimus fuit, tãtundem temporis expleuisse (lactatio quidem diuturnior auget cerebrum, efficitq; moderatiores eos, qui educantur) nõ multùm tamen senex obijt, siue propter pestilentem constitutionem, in quam senectus sua incidit, seu ob genus uitæ, seu ob defectum ministri, à quo fricari consueuerat. Cæterum lactatio pura esse debet, nisi ultimo mense, uel penultimo, cùm iam duos annos excesserit, tum uerò dormire diutiùs debent, parum exerceri ob mollitiem corporis. Alia est ad sedandum molestiam pueri, nam seu sitiat, seu irascatur, seu doleat, seu timeat, seu fatigatus sit, omnibus lactatio auxilio esse uidetur. Et cùm solidiori cibo uti opus fuerit, pededentim assuefacere oportet, sensim enim mutatio hæc fieri debet, subtrahendo lactis portionem, & ferculũ exhibendo pro ratione, & quantitatis, & appetitus illius, ueluti nostrates mulieres passim seruare solent. Primò exhibentes panem in iure decoctum, mox oua sorbilia, & alia eiusmodi, quæ puellum ferre, ac concoquere posse sperant, non omissa tamen interea lactis exhibitione, donec solidiori cibo optimè fuerit assuetus: uerùm si contingat, uel nutricum inopia, uel earundem culpa, uel alterius cuiuspiam, ut ante id tempus lac uitietur, ita quod haud emendari possit, hûc tandem deuenire oportebit, ut pro tunc aliquid solidioris cibi, aut alterius, quàm lactis generis concedamus, euitabimus tamen pulmenta ea, quę ex tritici farina, lacteq; in sartagine parata, & cocta puellis, Germani exhibere solent, dum pulte illa digito excepta, os totum circumlinunt, & ipsi manu nutricis adiuti lingunt, donec ad plenum infartiatur: pernitiosum equidem edulium, à quo

Nota.

Vt lactis exuberantia immi nuatur.

Nuper natus quomodo regendus sit.

Lactatio duplex.

Plotini lactatio.

Nota.

Pulmenta infantibus non exhibenda.

quo omnia obstruuntur uiscera, & sæpè alui, atque uesicæ excrementa retinentur, lapisq; ut plurimum gignitur, intumescit etiam uenter, ac inflatur, unde torpent, ac somniculosi fiunt, prodeunt urinæ aquosæ, & uniuersum corpus cruditatibus redundat, à quibus praui oriuntur affectus, & comitiales præsertim, non sine maximo eorum uitæ discrimine. Idcirco medulla panis capi, uel ituli, uel huiusmodi iusculis intincta, ut diximus, eos nutrire longè melius erit, addendo modicum butyri recentis, pro aluo concinnè detergenda, emolliendáue. Est etenim humidum, eorum naturale temperamentum, humidis huiusmodi alimentis ab initio conseruandum, ueluti & alijs ætatibus, quoniam similibus præterquam aëre cuncta gaudent: facilius enim subiguntur, & subacta melius nutriunt, utpote similia, & familiaria, nam clarum est, quod quæ secundum naturam sunt, confirmanda sunt, & talis confirmatio fit à simili: humidior itaq; cum sit infantium natura, ut tradidit Hippocrates prima Aphorismorum. [Victus humidus febricitantibus omnibus conuenit, maximè uerò pueris, & qui tali uictu uti consueuerunt.] Ideo hac ratione ductus Auenzoar dixit, quod nullo alio cibo debent infantes nutriri, quàm lacte, donec eis exorti fuerint dentes, & si postea solidiori cibo regendi sint, humidior esse debet, & cùm ambulare incœperint, modorato uti debent exercitio, & non uiolento: eo enim non parum indigent, ut membra tempore quo augentur, dilatentur, & pluris nutrimenti capacia reddantur, & musculi, ac nerui robustiores euadant, eductis omnibus è corpore excrementis, iuxta methodum à nobis in prioribus capitibus traditam, alibiq; trademus, ubi & omnes singularum corporis partium affectiones præter naturam, & qualibet in ætate curare docebimus, necnon & rectam retinendæ animorum sanitatis, simul atque eiusdem amissæ recuperandę rationem instituemus, ueluti in corporibus, quorum nobis cognita sunt substantia, & natura, id facilè ostendetur, & prę sertim in puellis modò natis, quorum totius educationis summa consistit, ut ab irrationalibus irascendi, & concupiscendi partibus, coërceri docentur, ut primis eorum tenerrimæ ætatis diebus, quo tempore, & teneros facile est componere animos, furiosam utranque animæ partem à se expellant, & mansuefactam capiant, tanta enim est uis educationis, ut quæ nobiscum creuerunt, difficulter recedant, quare dixit Philosophus, [Multum potest educatio, imò plurimum, imò ferè totum, quod quamuis quæ secundum naturam sunt, haud omninò euelli, extirpariq; possint, cùm necesse sit naturæ semina remanere, alioquin dum extinguerentur, & natura quoque simul tota periret, saltem animorum affectuum fundamenta assequi soleant, ut uidemus frenum leonibus injici, ne tam impetuosè ferantur, & gulam apris coarctari, ne tam uastè inhiant & cætera huiusmodi ferocia animalia, quæ omnia si primis annis à nobis tractentur, licet discursu careant, mansueta tamen euadunt.] Oportet ergo à principio generationis, ut à causis quæ iram, & ploratum concitare solent, omni studio ac diligentia detenti, custodiantur, & quandoque flere sint permittendi, leuiter tamen, ad hoc, ut pectoris, & uocalium instrumentorum membra exerceantur & calorem innatum expurgent, attenuent, ac roborent, & corporis partes solidas, robustas reddant, quare ad pectoris amplitudinem, & augmentum, plurimum confert pueris adhuc tenellis, ut ante cibum aliquantulum plorent, non diu tamẽ permittendi sunt effundere lachrymas: incidũt enim ex immodico ploratu in herniam, ideo remouenda est causa, quæ & si maiori ex parte nos lateat, in rerum omnium nescia ætate, diligenter tamen cuncta circũspicienda, indagandaq; sunt, ut reperiatur, ac admoueatur, & si opus fuerit diuinare, Galenum imitabimur, qui cùm plorantis, iactantisq; se diu puelli causa ignoraretur, nec mitigari posset, nec proficiente quicquam nutrice, quamuis multa satageret, ipse tamen animaduersa lecti, instratorumq;, ac infantis sorditie, cuncta emundari iussit, & cõfestim quietem, ac somnum placidissimum illi cõciliauit: hæc itaq; peragenda sunt eo tempore, quo ratione carent, nec iussis pariũt, ut mox procedente paulatim tempore, indiesq; magis, ac magis, plurimum parere addiscãt, & domitis non parum inferioribus animæ partibus, non ita nostra facillimè accipiant, & nutus obseruent, & imperata faciunt, & minus intelligant, formidentq;, & si ea

Humidum naturale infantium conseruandum.

Exercitia infantium quælia.

Educatio in mox natis quantum faciat.

Nota.

Historia.

quæ

quæ uolumus renuant, faciliora nobis omnia reddantur, & caſtigationibus, atque obiurgationibus conquieſcant, imô corpus proprio temperamento conſeruare, atque eodem modo obtemperâtem præceptis noſtris animum inſtituere, & reliquis dotibus informatum, ad reliqua uitæ obeunda munia, meliùs ſuſcipere poterimus. Atque hæc de primorum annorum tuenda ſanitate, de qua primum, inſtitutus hoc loco nobis ſermo fuit, dicta ſufficiant.

De differentia quarti, quinti, & ſexti, ſeptenij, à tertio, in ſex rebus non naturalibus. Cap. XVI.

Qua in ætate fitis facilius accendatur.

POſtquam ad eam ætatem peruenerit, in qua ſecundum longitudinem augeri deſinit, licet oſſa, & reliqua craſsiora adhuc fiant, iam uehementia appetendi cibos, ac uoracitas deſinit, ſitis faciliùs accenditur, & magis urit, nõ ſolùm quia deſierit manifeſtè augeri, ſed quoniam ſolida membra ſiccantur, & flaua bilis cum ſanguine augetur, unde etiã ille impurior redditur, & Veneris ſtimuli magis exagitant hominem, & amor urit, & robuſtior, & agilior, & animo fortior, atque prudentior euadit, reliquæ enim ætates, in hanc, tanquam finem ordinantur, ut homo: ultima ſi ſapiat, ut diuinum quoddam. Creſcit autem adhuc per totum quartum ſeptenium craſsitie, quoniam pondere, ut longitudo ſibi impedimento non eſt, qua cauſa etiam plantis omnibus id contingit, neq; enim ullius plantæ incrementum, in latitudinem, ac profunditatem, citius, quàm in longitudinem deſinit, ſed multis contra euenit: in quibuſdam diſcrimen hoc obſcurum eſt, in quibus rarum eſt, & tenue alimentũ, ita & in hominibus, arefacta enim ſtatim, poſtquam adoleuerint, etiam parùm in latitudinem extenduntur. Quòd autem de latitudine dico, de profunditate intellectũ uolo, tum quia natura pariter his utitur, tum quia in his quæ mouentur, ubi circumuertantur, una extenſio, alterius locum obtinet, ſolemus tamen communi uſu, ut maximam extenſionem appellare longitudinem, ita minimam profunditatem, mediam utrorumq; latitudinem, ſed hæc, ut dixi, pariter deſinunt in pleriſq;, aut omninò exiguo diſcrimine ob decubitum temporis diſtinguũtur, & quod manifeſtum eſt ad quartum, quod occultum ad quintũ ſeptenium, noſtra ætate, ac regione protenditur. Aliàs enim de uitæ noſtræ ſpatijs ſatis longioribus, ſermonem habuimus: tum uerò & robur deſinit, quoniam corpus originem roboris præbet, niſi qua ratione homo fiat ad labores, & exercitationes aptior, ut in commentarijs de Alimẽtis dictum eſt. Manifeſtum eſt igitur, & ad tuendam ſanitatem, & uitam producendam, opus eſſe alia uictus ratione, non ſolùm ob diuerſum temperamentum, ſed etiam fines. Hi ſunt, ut homo robur ſeruet, aut parum augeat, prudentia uerò magis ualeat, & ad negotia, promptitudine. Et quanquam uideamus diuerſas ætates, diuerſa tempora, diuerſorumq; munium rationem, in unum coëgiſſe, ut hæc ſola, tribus prioribus æqualis ſit. Eſt enim à uigeſimo primo anno, ad quadrageſimum ſecundum conduplicato numero, quod ad corpus tamen attinet, & etiam ad animam, quanquam minùs diſcrimina, ut dixi, latent.

Quo tempore maſculus aptus ſit generationi.

Aptus fit ad perfectam generationem maſculus in initio quarti ſeptenij, ut pueri perfecti naſcantur in initio quinti, ut optimi in initio ſexti, totoq; eo tempore durat, ſiquidem non ſolùm robuſtiores, ſed & prudentiores euadunt, antea robuſtiores, & robuſti, & ualidi, ſed non ad diſciplinas, & munia artium, & reipublicæ, adeò prompti, & apti, in initio quarti, pulchri, perfecti, & abſoluti ſolùm, antea uerò corpore deformes, mente ſtolidi, ualetudine inconſtãtes, obliq;, poſt autem, quantum mente præſtantiores, eo corpore infirmiores, demum eo res ſe trudit, ut ſapientiſsimi cùm uideantur, uix uiuant, & ob hoc dictum eſt illud Poëtę, de huiuſmodi infantibus:

Immodicis brevis eſt ætas, & rara ſenectus.

Quod & iam tranſijt in prouerbium: huiuſmodi igitur diſcrimina, cùm magis ratione, quàm oculis comprehendantur, meritò in unum hæ ætates (ſi modò plurium nomen merentur,) in unam collectæ ſunt. Cùm etiam ſic libris, longitudini, & re-

& repetitioni, consuluerimus, quam propter senij historiam, etiam uix effugere licuit. Ergo cùm tres modi sint in hac ipsa ætate, seu uitæ parte, traducendi incolumẽ uitam, unus ut homo temperatè, (& ut dici solet) ac ad libellam uiuat, qui optimus est, alius quem Galenus magis est, ut liberaliore cibo utatur, sed exercitatione ampliore, qui modus iuuenibus maximè nõ studiosis, gratior est, & reipublicæ etiam, ob militiam utilior, tertius est, ut qui sæpius corpus exinaniat medicamentis, usu acrium, disseccantium, salsorum, amororum, & si hæc non sufficiant, etiam fontium, uomituum, hæmorrhoidarum, atq; similium, hic gratior est ciuibus senioribus & opulentis, minimè tamen studiosis, principibus, magistratibus, et antistibus, ac his qui reipublicę gubernandę, & custodiendę, non uiribus, sed cõsilio pręsunt. Et quamuis minus utilis sit, minusq; honestus, sed fœdior, ac deformior, illis tamẽ magis placet, ut insipida asinis. Cùm enim homo obliuiscitur utilitatis, honesti, munditiei, ac liberę uitę ob inertiam, aut mollitiem, aut uoluptatem, eo asino deterior est, quę res uitio facta talis, simili à natura factæ turpior est. Verum cùm ars, bonæ ualetudinis tuendæ, contineatur his, quibus uelimus, nolimusq;, corpus nostrum utitur, & quæ maximè corpus alterare, adeoq; iuuare, aut efficere possunt, quæ & si multipliciter, à multis diuidi soleant, eam tamen diuisionem, cæteris præferendam esse existimârim, quam & Galeni tempestate, prælatam fuisse constat, qua salubres causæ quadrifariam diuidebantur: Aut enim in his uersantur, quæ corporibus admouentur, aut quæ fiunt, aut quæ extrinsecùs occurrunt: aut quæ euacuantur; quæ si rectè perpendamus, ad sex res non naturales pro conseruatione sanitatis humano generi necessarias reducuntur, sicuti quandoq; Galenus docuit. Quæ enim admouentur, in primis sunt cibus, & potus, tum etiam, & medicamenta, quæ commodè in tutela sanitatis exhiberi solent, siue aluum, corpusue alioqui repurgent, siue quomodo etiam immutent, aër etiam, dum eum inspiramus, quamuis rectiùs tertio diuisionis membro contineatur, fiunt autem quæcunque circa corpora moliuntur ut frictiones, curru uehi, nauigare, equitare, ambulare, & innumeris propè modis se exercere, adnumerantur, & huic generi uigiliæ, & somnus, & Venus, cùm & in his aliquid naturaliter fiat, extrinsecùs autem occurrunt, aër nos ambiens, non inspiratus, tum unguenta ac balnea, ac omnia, quæ extrinsecùs cutem tangunt. Quartum quod erat euacuatorum ex corpore, excrementa sunt, & innanitio etiam insensibilis, qua corpora nostra immutantur, quorum singulum, si indigenti corpori adducatur, & in competenti quantitate, & qualitate, salubra fit, nihil uerò indigenti, omninò oblatum aut non in competenti mensura, & quantitate, ægrum constituit, ut & Galenus ad literam docet, & Aristoteles xix. problem. probl. xxxviii. dicens [Laborantes, & comedẽtes, ac bibentes ordinatè, saluamus, & augemus naturam, & uirtutem, inordinatè autem rumpimus, ac stupefacimus ipsam,] Quapropter opus est medico, qui cuncta ordine peragat, ac uniuscuiusq; temperamento, ætati, consuetudini, regioni, & cæteris huiusmodi debita quantitate, & qualitate, accomodet: & qui medicum continuò apud se habere non poterit, hunc habeat librum, quem persæpè legat, & quæcunque legerit, obseruet, si lętus incolumen cupit producere uitam. Primò ergo de aëre agemus, & de eius annexis, deinde de exercitio, postea de cibis & potibus, & sic de alijs succesiuè, secundùm quod supradictum est, ut unusquisque intelligat quot, & quanta obseruare debeat in suæ sanitatis custodia. Et harum duæ pertinent ad facultatem animalem, somnus & motus, duæ ad uitalem, aër & animi accidentia, duæ ad naturalem, cibus, & euacuatio. Et dicuntur sex res non naturales, quia possunt uariari ad singula momenta, nõ quod eis carere possimus: sunt enim res naturales septem, elementum, temperies, humor, membrum, ac spiritus, facultas, & operatio, de quibus agit Princeps prima primi: sunt sex hæc præter naturam, & tria contra naturam, morbus, morbi causa, & symptoma, & quæ sunt naturalia, semper bona sunt, quæ contra naturam, semper mala, quæ præter naturam, modò bona, modò mala, quæ cùm possint comparari corpori sano, tunc indicatio illorum sumenda est à corpore & rebus naturalibus, & corpori ægro: & tunc, & à rebus naturalibus & contra naturam sumenda est indicatio

Ars tuendæ ualetudinis.

Quæ circa corpora mõliuntur.

Nota.

Quæ medico necessaria sunt.

Nota.

Sex rerum non naturalium diuisio.

Naturales res septem sunt.

Res contra naturam sunt tres.

istiusmodi. Quapropter res non naturales semper debent esse contrarię rebus contra naturam, morbo, causę morbi, & symptomatibus: non semper autem debent esse similes rebus, naturalibus, pro quo uide decimo Contradicentium.

De Aere. Cap. XVII.

Lec. 64. super cap. 85. Quod ambiens humidum innatum non exiccet.

QUidem cum alibi dicturus sim, iuxta mentem aliorum, quantum possit aër, & secundùm illorum principia, & præcipuè in commentarijs super artem medicam Galeni, hîc de aëre solum, ex nostra sententia dicere proposuimus. Etenim neque senescere hominem ob calorem naturalem, qui humidum consumat, neq; ob aëris iniuriam, existimamus. Et primùm quidem de aëre, de quo propositum est, agamus, cùm enim in locis calidis iuxta Aristotelis sententiam, tum perflatis, homines diu maximè uiuant, & id experimentum etiam attestetur, adeò ut in Goa Indiæ orientalis urbe, quæ in sinu quodam maris posita est, & ad altitudinẽ poli borealis, partiũ prope XVI. ut manifestè sub torrida zona, sic senes CXVI. & CXXXVI. annorum nostris temporibus inuenti sunt, etiam saltantes ad lyram, & ut dixi, uẽtis ea regio maximè exposita sit, constat ab aëre nullo modo consumi humidum innatum, & si Princeps prima primi oppositum sentire uideatur, dum uult aërem nos ambientem humidum exsiccare, sed ipse intelligit de aëre sordido, puluerulento, & intemperato. In huiusmodi ergo regionibus oporteret, homines esse quàm breuissimæ uitæ. Sed etiam alia, ratio, quoniam si ab aëre consumaretur humidum, impossibile esset, ut homines tandiu uiuerẽt, tantam nobis singulo die haurientibus aëris quantitatem, ut non posset, neque diu ferri quin siccaretur, & maximè inæqualiter. Inter regiones etiam quæ flatibus infestantur, & quietas, magnum esset discrimen longitudinis uitarum, cùm non nisi ex uehementia caloris, aut frigoris id contingere cernamus, uelut apud Scythas, ac Garamantas, de quibus dicemus, at nõ ita inter Gallos, Italos, Hispanos, Germanos, Siculos, nisi qui incondito uictu utuntur. Quin etiam cùm uideamus cerebrum ad-

2. Contrad.

huc humidum manere, etiam in decrepita ętate, & magis quàm ossa, cùm tamẽ ossa ab aëre tecta sunt, cerebrum palpitet perpetuò, & aëre impleatur, ut ostensum est in disputationibus: liquet aërem non exsiccare nostra corpora, neque per se, neq; motu suo, sed potius repurgare, quinimò, cùm potiùs humidus sit, quàm siccus, & propior naturę aquæ, quàm terrę: potiùs humectabit, quàm exsiccabit animalium corpora. Qui etiam lato pectore mediocriter sunt, & arterijs, diutiùs uiuunt, & masculi fœminis, cùm tamen masculorum corpora magis perflentur. Sed neque à calore innato consumitur humidum nostrum, sic ut ob id corpus siccesat, ueluti in lucerna, & primum quidem id negauit Galenus, in libro de Marcore dicens, [Non enim calor ille noster est, qui nos corrumpit.] deinde si calor noster nos exsiccaret, qui plurimo calore abundarent, breuiori tempore uiuerent. At quorsum Galenus laudat ergo exercitium, ob caloris incrementum? Et rectè fecisset, postquan | anta de exercitatione affert, & illius commoda, et rectè recenset, ut docuisset etiam, quomodo non noceret uitę longitudini, si calor ille corpora siccat, & nos siccando ad mortem deducit. Quinetiam uidemus ita esse, quod qui ab initio militiam exercuerunt, inde quieuêre, nec defuerunt alimenta, eos ad immensa, imò quidem incredibilia uitæ spatia peruenisse, adeò ut referunt Ioannem de Temporibus Gallum, militem Caroli magni fuisse, mortuumq; anno Domini MCXLVI. cum iam CCCLXI. attigisset uitæ, quod etiam facilè ex supputatione colligi potest, modò fateamur Caroli magni militem fuisse. Guido quoque Bonatus, & Baptista Fulgosius id in suum librum trãstulit, refert, Richardũ uidisse hominem anno salutis MCCXXIII. qui & ipse cum Carolo magno militauerat quadringentesimum agentem annum. Satis constat experientia, ut dixi, huiusmodi homines, qui plurimum habent calidi innati, quiq; se à iuuentute præclarè exercuerunt, diu admodum uiuere, quod esse non potest, si humidum nostrum à calore proprio consumeretur. Cor etiam tardius senescit, in quo plurimus est calor, plurimusq; aër trahitur. Et ostrea, & polypi,

Cap. 3.

Ioannes de temporibus diu uixit.

& insecta,

& insecta, quæ non respirant, neque calida sunt, nihilominùs biennio finiunt uitam, & tamen polypi in immensum crescunt: plantarum quoque, & arborum magna ex parte, & non minùs quàm hominum uita est breuis, uelut lauri, myrti, nec longa ficui, sed mirum immodum persico, adeò ut non longior, quàm suillus. Mirum uidetur non cognitum Theophrasto, tam suauis fructus arborem, sed per persicum, modò perseam, modò malum Medicam accipit: nec nostram quidem, cùm dicat fructum non edi, & folia portulacæ esse similia: sed hæc alibi potuit referre nō uidisse, aut transcribendo totiùs erratum esse. In uniuersum marcorem patiuntur, & arbores, nec spirant, nec ullum in se calorem, aut motum contineant, & si non sine quodam calore sint, cùm sint animata, non ergo calor noster, neq; aër siccat corpora nostra, quandoquidem habeat hic effectus causam suam scilicet nutrimentum, nō par est additas fuisse tot causas unius affectus: sed dices, cur igitur tum mole semen & humidum, in tam durum corpus euadit, ac siccum? Dico unam esse causam generalem, per se, & semper, aliam generalem, per se, non tamen semper, tertiam neque generalem, neque per se, neque semper. Prima ergo est nutritio, & mistio, per nutritionem enim necessaria quod additur est deterius, ut sanguis matris, ipso semine paterno, uel etiam materno, ubi concurrat ad generationem. Et hoc quia cùm concesserimus, quod semen sit calidius, humidius, liquidius sanguine, quod concedunt omnes Philosophi medici, & ipsa ratio docet, & experimentum. Igitur mixtum etiam ex sanguine, & semine, erit purius, calidius, & humidius ipso solo suanguine, per regulam Geometricam, & axioma naturale: quare fœtus nutrimentum est impurius, magis frigidum, & siccum, eo quod nutritur, seu fœtus sit, seu infans, seu puer, aut iuuenis, aut senex: ergo corpus nostrum ob nutritionem fit perpetuò durius, siccius, ac magis terreum. Ex nutritione accedit alia causa, quoniam miscetur, & extenditur, & densatur, sicut emplastrum in mortario, & ideò augetur, donec potest augeri, sicut in illis uidemus, demum cessat incrementum, sed non cessat bona permistio: sed & illa etiam cessat, ut in decrepitis, & ad hanc mistionem adiuuat exercitium, sed nocet etiam, ut uisum est, alia ratione, ergo cùm cessat, iam approperat mors. Causa autem per se, sed non semper est calor uteri, qui siccat corpus, sed aliud est, de calore externo matris, & urinæ, & ichoris, aliud est de calore proprio, & puro cordis, præcipuè & etiam epatis. Tertia sunt cruditates, morbus, tristitia, ira, exercitatio immodica, uigiliæ, fames, dolor, quę omnia exsiccant, sed neque per se adsunt corpori, neque semper, ideò dico, quod uita animalium non est breuior, quàm plantarum, quia causa senij, et mortis, est eadem, scilicet nutritio: bos, & sus uiuunt quantum persicus, pauo quantum punica malus, cuniculus quantum myrtus, camelus quantum prunus, elephas quātum olea, & uitis, homo quantum quercus, quę omnium notarum plātarum uiuacissima est, ut de quercu Abrahæ, detracta tamē repullulatione, nam ea habenda est pro sobole, in animalibus, & hominis uita non habetur, quanta sit, quia solus homo, cùm ratione præditus sit, præter rationem & ex appetitu uiuit: alia animalia cùm ratione careāt, ratione uiuunt. Ideo uita eorum integra nota est, solius hominis, quanta sit ignota, quoniam ab omnibus causis, quæ sunt præter naturam, breuior redditur. Indicium autem est, causam siccitatis, senij, & mortis, esse nutritionem, quod ea quæ non nutriuntur, quasi perpetua sunt, uelut aurum, & adamas, & multa alia quæ manifestè uidentur permanere eadem. Aër tamen plurimum facit ad longitudinem, & breuitatem uitæ ad salutem, & morbos, & trifariam quidem primum, inde etiam alijs modis, nam trahitur, & refrigerat calorem naturalem, & temperat, sed & motu accendit illum: nutrit etiam spiritum animalem ad cerebrum ascendens, & ad cor descendens, expellit & fumum illum collectum ex calore, & attritione nutrimenti, & motu sanguinis, & est causa, ut pectus, ac pulmo, & cor, & arteriæ omnes, & cum his etiam cerebrum totum moueantur motu illo palpitationis, in arterijs autem, & corde pulsationis dicitur, ut sint quinque illius utilitates, plurimum ergo refert, an sit tenuis, an crassus, hæc enim est propria illius differentia. Ex alijs ut sit calidus aut frigidus, humidus, aut siccus, purus aut impurus, & si impurus quibus cum misceatur

Theophrastus persicum non agnouit.

Obiectio.

Responsio.

Corpus nostrum ob nutrimentum perpetuò fit durius.

Homo præter rationem & ex appetitu uiuit.

Quomodo aër plurimum faciat ad longitudinem & breuitatem uitæ.

intereſt plurimum, nam puluerulentus, aut ſordidus breuem efficit uitam, ut habitantibus iuxta paludes, ſordidus eſt, puluerulentus apud Garamantas, ideo uix illi quadrageſimum annum ſuperare poſſunt, ex cœlo etiam proprias acquirit qualitates, quas experimento ſolo condiſcere licet, tum uerò ex reptilibus, ac ſerpentibus permutatur, & fit noxius, aut ſi concludatur cum rebus inimicis humano generi, & longo tempore, ut de arca illa recluſa contigit, Antoninorum temporibus, dum peſtis illa adeò deſæuijt per uniuerſum orbẽ, atq; hæc quidem primo ab aëre. At medio etiam aliorũ offendit, fieri enim non poteſt, ut aër malus ſit, & aquæ bonæ ſint, & perſeuerent, ſicut ex gelido aquæ glaciantur, quanto magis à corrupto corrumpuntur: aquis autem corruptis primum per ſe ob potum ægrotant homines, inde uapores noxij eleuantur, piſces marcidæ naturæ euadunt: ſata, herbæ, fructusq; uitiantur, & animaliũ, quæ & aquas bibunt, & herbas comedunt, à quibus omnibus & corpora humana uitiantur, & fœtus in utero corrumpuntur, & morbi hominibus accidunt, & pigritia, & paupertas, & mali mores, & uita miſera, atq; breuis. Eſt etiam aëris quædam media conditio, neque illi prorſus propria, neque etiam prorſus aduentitia ſcilicet motus: & motus eſt ſalubrior quiete. Et triplex eſt motus, ualidus & uocatur uentus, & leuis, & uocatur aura, & leuiſsimus qui tamẽ percipitur in nubibus, & uertibulis ad hoc paratis, quæ in ſublimi ſuſpenduntur, & uenti ualidi, ac frigidi, ſereniq; aërem purgant, & ſanis ac robuſtis boni ſunt, imbecillibus, & impuris non: ſed de hoc dicemus. Aër autem prorſus quietus inimicus eſt uiuentibus corporibus, exanimat, minus atterit, atque exedit. Iam uerò ex his illud liquet, ad uitam conducere optimum aërem, & exiguam nutritionem, atq; ideò ualidam exercitationem non opportunam, nec ob id in iuuenta, deſides eſſe oportet: non enim oblitus ſum eorum, quæ ſuperiùs dixi, & conſultò relicta, ut infinitum illud, quod uerbis uix exprimi poſſet, intelligeretur. Ergo ut ad rem redeam, & de utilitate ipſius aëris agam, quod ad ſanitatis conſeruationem attinet, ſcire decet, aërem quemcunq; cibos, potus cõtraria expetere, omitto modo ætatem, ſexum, anni tempora, nam hæc magis ad cõtemplationem, quàm cuſtodiam ſpectant, ergo in frigidis regionibus calida, in ſiccis humida, atque deinceps contraria ratione, plerunq; non tamen adeò generale eſt hoc præceptum, neq; tanti refert, quantum quod in craſſo tenuia alimenta utilia ſunt, ac neceſſaria, in tenui craſſa, quod ſi quis in huiuſmodi delinquerit, magnum ſentiet detrimentum, ſi obſeruauerit, ſingularem utilitatem, ut præcepti minimè pœniteat, craſſa enim alimenta in craſſo aëre uertigines, ſurditates, obliuiones, attonitos morbos, inſanias, ozenas, dolores colli, lapides renum, & ueſicæ, tumores ſplenis, hydropes, carcinomata, & cũ optimè ceſſerint hæmorrhoidas, & quartanas progignunt. Cibi autem tenues in tenui aëre, breuitatem uitæ, furores, febres perneçantes, peripneumonias, diarrhœas, podagras, eryſipelata, phagedenas, urinæ cruciatus, & cætera huiuſmodi efficiũt. Quod ſi quis mediũ, ut dixi, tenuerit, ut quantum in aëre craſsities abundat, tanto tenuioribus cibis, & potibus utatur, habita ratione temporum, & conſtitutionũ, dubio procul uel in tenui tanto craſsioribus, quanto aër tenuior eſt, ſalubrem non ſolùm, ſed etiam bonũ, atq; robuſtum habitum nancíſcetur, ea igitur ratio perpetuò obſeruanda erit, uelut & illud, quod neminem latet, bonos cibos, & potus omnibus utiles eſſe, ut de his non ſit ambigendũ: at de calidis, & frigidis, ſiccis, atq; humidis, non tam arcta regula obſeruanda ſunt, neq; detrimenta, atq; utilitates, quæ ex his ſequuntur, adeò ſunt manifeſta, aut magnifacienda: perpetuò igitur hæc in mente habere oportet, unde Bononiæ, ubi aër craſſus eſt, omnia eiuſmodi accidunt, & multitudo quidem, & cruda, & lenta, craſſorum rationem ſubeunt, contraria uerò tenuium: uigiliq; autem utriſque nocent, & intemperato aëre, minus moleſtè ferũtur. Deteriora autem ſunt ex omnibus, quæ terreæ ſunt, uelut legumina, & boum carnes. Sed & illud obſeruandum in aëre, quoniam in his, quæ à manifeſta qualitate proueniunt, uelut grauedinibus, & raucedinibus, ac deſtillationibus, paucus, & pauco cum impetu parum offendit, ac nocet, malus, & uiolentus, multum, at in diſpoſitionibus occultis, ac prauis, quæ cum putredine ſunt, quandoq; à pauco aëre magis lædũtur, quàm a libero,

Vbi aër malus, aquæ bonæ eſſe non poſſunt.

Motus triplex.

Aër quietus malus.

Craſſa alimenta in craſſo aëre quæ mala pariant.

Cibi tenues in tenui aëre quæ mala pariant.

Nota.

Bononiæ craſſus eſt aër.

Nota.

libero, quoniam quod impressum est, propagatur, cùm sit contagiosa qualitas, ut medici in hoc decipiantur. Cur autem calidus, aut frigidus pestem potiùs sedat, quàm irritet, cùm tamen qualitates primæ sint actionum omnium, etiam reliquarum instrumenta? causa est, quoniam & si actionem calor adaugeat, principale tamen agens, putredinem scilicet extinguit. Frigus autem omnibus impedimento est, exprimit enim humidum in quo uenenum, seu contagium est, opus tollit agentis, & condensat patientis substãtiam, ne recipiat: uniuscuiusque ergo regionis, aëris dispositionem, & qualitatem, & quæcunq; alia sibi pertinentia, medicus diligenter considerare debet, cum aër, qui nos circundat, purus non sit, sed corpus in sua substantia mixtum ex aëre certo, & partibus aqueis, uaporosis, atque terreis, in fumo, & nubibus surgentibus, & partibus igneis, etiam iuxta Hippocratis sentẽtiam in libro de aëre, aquis, & locis. Aëris igitur, cum medicus temperantiam, temporumq; discordiam cognouerit, scientia sua semper utilis erit ad sanitatis ingenium, & eo magis cum omnes alias materias eligere, ac fugere nobis liceat, eam autem quæ ex continente nos aëre est, fugere non est possibile, cum nullum reperiatur temporis momentum, in quo non illum inspiratu aut necessariò ducamus, aut undequaque ambientem nos sentiamus, & nihil est quod æquè prodesse, aut obesse nobis queat, ob eius in corporibus nostris mutationem, quam & syderum ortu, occasuq;, ac coitionibus quibusdam, quotidie obseruamus, nec non & diuersis terrarum situbus, locorumq; interuallis consideramus, non quidem ut Astronomi, aut Geographi, sed ut tantummodo agnoscamus, quid bonitatis, ac malitiei eo insit: quidue commodi, aut incommodi nostris suboriatur corporibus. Et hoc dum calidum, aut frigidum, aut siccum, aut humidum, siue uariè ex his mixtum, aut temperatum, aut tranquillum, aut uentis agitatum, aut crassum, aut tenuem, aut serenum, aut huiusmodi experimur, & ut quisque bonum, & laudabilem, à non bono distinguere possit, iuxta modum prædictum.

Cur aër ualde calidus aut frigidus pestem sedet potiùs quàm irritet.

Aër nos circũdans purus non est.

Inspiratus necessarius.

De exercitio, an sit utile. Cap. XVIII.

Exercitationẽ uitæ longitudini conferre.

GItur quibusdam uisum est, exercitationem etiam ualidam, uitę longitudini conferre, id primùm est argumentum, quod ea quæ bonæ conferunt ualetudini, etiam uitæ producendæ utilia sunt, at exercitatio seruandæ ualetudini utilis est, igitur etiam uitæ producendę. Secundum quod quę augent, confirmantq; calorem naturalem, & tollunt excrementa, ea uitam prorogant (ex philosophorum enim sententia, animal quo calidiùs, eò etiam uiuacius est) palamq; excrementa obesse uitę diuturnitati, tum quod rarò uideamus eos, qui excrementis abundant, diu uiuere, tum quod cum abundãtia excrementorũ senectus quædã sit, erit in senili ætate hæc abundãtia, senectus senectutis, quæ mors est. Sunt etiam excrementa ipsa per se non solùm inutilia, sed & mala, obstruũt enim meatus, coctiones impediunt, uirtutem aggrauant, membrum praua qualitate inficiunt, in quo resident, malos uapores ad principaliora membra transmittunt, & si diutiùs manserint, putrescunt, unde febres accenduntur. Quandoq; in partem aliquam nobilem præcipitant, & occidunt, his septem incommodis, cùm afficiant corpus, necesse est ut quàm celerrimè excernantur: at celerius fieri non potest, quàm ut singulis diebus, ut uerò singulis diebus excernantur, nullo alio modo præterquam exercitatione fieri potest, igitur exercitatio omninò necessaria erit. Accedit, quod uidemus eos qui exercentur perpetuò, & sospites uiuere, & diu, ut etiam apud Galenũ Antiochus ille medicus, at contra in inerti otio senescere celeriter, & inter morbos parum uiuere, atque infelices, podagrici etiam quorum uita tota in summa custodia est, non multum senescunt, quod ab exercitatione prohibeantur. Galenus etiã secundo de tuenda sanitate dum de exercitatione loquitur, hæc habet: [Ex exercitatione tria cõmoda primò adueniũt, ex mẽbrorũ enim attritu, illorũ durities, tũ uerò spiritus fit concitatior, caloręq; scilicet innatus augetur. Vt uerò hæc cõmoda unusquisq; in proprias species dissecet, è membrorũ duritie, robur maius ad labores,

Qui excremẽtis abundant, rarò diu uiuunt.

Excrementa quæ mala pariant.

Exercitationis tria commoda.

& ut minùs ex ipsis afficiantur, ex spiritus impetu concitatiore, ut excrementa expurgentur, corporisq; meatus omnes liberentur, ex caloris innati augmento, attractio, concoctio, nutritioq; melior fit, adeò ut corporis solidæ partes, quomodo humido uitali perfusæ uideantur, quorum beneficio solida molescere, humida attenuari, corporis angustiores meatus laxiores fieri contingit.] Igitur sic à multiplici commodo, ex exercitatione membra afficiuntur, si solida molescũt, quid amplius, aut sperare possumus, aut optare, quandoquidem hæc non solùm ad retinendam quam possidemus bonam corporis ualitudinem, sed etiam iuuentutem, sed ad in
Iuuẽtus quid. melius commutandam, nõ solùm salubritatem, sed etiã ætatem? Quandoquidem quid est aliud iuuentus, quàm caloris magnitudo, & ossium mollities, uel ipso Galeno teste, quæ duo cùm ex exercitio augeantur, palàm est exercitium etiam facere, ut homines reiuueneſcant, regrediantur q; in ætatibus, & certè hæc magna exercitij laus, quam illi Galenus tribuit, atque utinam tam secura, neq; enim primum uidere possum, quomodo simul per exercitium membra duriora reddantur, & molliora, deinde si regredi uersus ortum licet, cur uel hanc tantam utilitatem, uel sibi ipsi, uel alijs non præstiterit? Deinde si quandoque istud fieri potest, præstabat docere, cur non semper: nam semp si fiat, prorsus exercitiũ immortalem reddet hominẽ. At nos exercitij usum, ad salubritatem quidem corporis delicatè uiuentibus, non tam utile, quàm necessarium existimamus, scilicet ob excrementorum digestionem: at uerò ad uitæ longitudinem, tantùm abest ut prosit, ut etiam uehementer noceat. Mo-
Quatuor argumentis probatur, exercitiũ nil ad uitæ lõgitudinem cõferre. ueor uerò ad hoc maximè quatuor argumentis: quorum primum est ex Galeni sententia, quod humidum uitæ consumitur à calore naturali. Nam ossa siccantur quotidie, membraq; formantur ab eadem uirtute, quæ etiam in utero è sanguine, illa effinxit, ille autem calor est manifestè in spiritu, & sanguine contentus, non aër, nam & secus etiam aër posset membra ipsa fingere, constat igitur humidum uitæ, à calore innato consumi. Præterid uidemus quæcunq; assiduum patiuntur motum siccari, imò etiam axes rotarum accendi: cùm igitur cor, calor, spiritus, sanguis, in perpetuò sint, ac manifesto motu, haud dubium erit calorem siccare humidum uitæ, quod intus est, quantò igitur calor maior, ac motus concitatior, eò celeriùs absumi humidum uitale necessarium est. Igitur cùm exercitatio calorem augeat, & motum in spiritu reddat concitatiorem, exercitium uitam decurtabit, & senium accelerabit, neque enim alia ratio est, cur multò longior sit senectus ætate florente, scilicet quæ ad xxxv. ad summum extenditur annum, quàm quod in senio, licet humidi dimidium tantùm supersit: attamẽ à minori calore, à motu sanguinis tardiore, lentiùs consumitur. Exercitatio igitur maximè in senibus, & præcipuè ualida, ac celer, uitam abbreuiat manifestè, tametsi ualetudini conferat conseruandæ. Quæ uerò præter id, est molesta, & longa, hominem breui perimit, nec solùm humidum uitæ absumit, sed adducit morbos graues, atque mortiferos. Secundum argumentum est ab experimento, quod qui ad extremam peruenerunt senectutem, omnes ab exercitatione saltem ualida abstinuerunt, in otioq; uixerunt, exemplum in his qui in hæremo uixerunt ualde senes, sed incerto tamẽ annorũ numero. Pachonius Zozimas Malchus cum uxore beati Antonij quoq; discipuli, Isydorus, duo Macharij, alter Aegyptius, alter Alexandrinus, Eraclides, atque Paphnutius, quorum etiam Eusebius in Ecclesiastica historia meminit, habitarunt in hæremo Lutius, Theodorusq;, annis quinquaginta, Sara uirgo suprà flumen sexaginta, Onophrius uerò septuaginta, ex quo, uitæ illorum diuturnitatem coniectari licet, cùm ad solitudinem non accederent, nisi ætate perfecta. Porrò clariùs historia de Apollonio nos admonet, quod septuagesimum quintum annum excesserit, Hilarion attigit octuaginta, Pithirion etiam, & Copres presbyter excesserunt. Ioannes quoque Aegyptius, & Hor, Beatus quoque Hieronymus nonagesimum uitæ annum, non paruo excesserunt, Beatus Antonius centesimum quintum attigit, Helyas autem, & Cronius decimum suprà centesimum, Paulus quoque hæremita cxiii. Quid ego in tanto numero, tam paucos cõmemorem, cùm nec fides in historia, quorsum enim mentiri tam clara in re, ac ab omni miraculo prorsus aliena, nec miraculi suspicio obijci

possit,

posit, neque enim uiuere diu in tanta omnium uoluptatum continentia, in tot uigilijs, ieiunijs, orationibus, tãta solitudine ac tam periculosa, ad felicitatem pertinebat? Quinetiam illi macilenti, ac excarnificati erant, ostendam autem ieiunia hominem extenuare, uitæ longitudini minimè obesse. Quare exercitatio ut uitam adimit, ita otium diuturnum, quod in illis fuerat, uitam producit, docebo & quónam pacto animi spes, atque lætitia uitam non parum prolongant, abstinentiaq; à cibo, sed priùs quod proposueram, exequar. Dixi quatuor me habere argumenta, quibus ostendere possum, exercitationem uitæ, longitudini obesse, horum duo iam declaraui, nunc tertium aggredior: non est dubium eos qui exercitantur, & plus edere quàm si quiescant, & cogi etiam ob resolutionem, ut edant, at qui plurimum comedunt, duobus modis, aut tribus uitam abbreuiant, primo quòd excrementa plurima gignant, quibus expellendis naturâ & fatigatur, & impeditur, & quandoque etiam succumbendo in morbos deuenit, ex quibus mors consequitur, secundo quia alimentũ deteriùs concoquitur, præter id enim quòd magis crescit fames, ac sitis, quàm naturalis calor, somni communes sunt, quos oporteret, ac temporis spatium cum calore augeri, si concoctio æquè bona esse deberet. Nec si concoquatur, etiam perfectissimè nutrire potest tam benè, quod pro multitudine, tempus ad concoctionem in membris desit. Quod etsi nutriat etiam meliùs, non confert ad uitam, ut tanta mutatio in humido fiat: si enim duas lampades accipias, æqualis magnitudinis, eiusdemq; naturæ, in utramq; oleum infundas: in alterum quidem plurimum, quod elychnium accensum crassum sit, amplaq; flamma, in aliam parum, quod cõtraria ratione elychnium paruum sit, flammaq; pusilla, lampas in qua plus olei, ac sæpiùs infuderis, profectò longè celeriùs fæce implebitur, quàm reliqua, quæ luce exiguo ardet. Ita in corporibus, quæ plurimo restaurantur, ac frequẽti alimento, necesse est, ut cordis pars solidior celeriter fæce impleatur, aduenietq; præcox senectus. Est & aliud, quod pollicitus sum argumentum breuitatis uitæ in exercitatione ualida, quod & Galenus ipse confessus est, nam arteriæ plusquam natura ferat, distenduntur ob calorem, ut pulsus magnus euadat, talis enim pulsus sanos exercitatos cõsequi solet, ac manifestum est, membrum præter naturam extensum, non parum debilitari: unde in senibus maximè hoc mortis causa, ante tempus est. Sed dices, quid ad ea quæ obijciuntur? Nunc nunc certè diluam: firmiùs enim hærebunt, quæ scripsimus mẽti, & nostram opinionem de exercitatione faciliùs quisque percipiet. Neque omne exercitium damnamus, hoc enim perperam fieret, imò ne fieri quidem posset, ut homo semper decũbat in lecto, aut sedeat, sed nec immodicum, aut uehemens nimis. Quis enim nescit hoc genus, non solùm ab omnibus damnari, sed solo nomine esse infame? quid ego exercitium illud damno? quo quidam se posse reiuuenescere sperãt, quo rubet corpus, fames excitatur, uideturq; homo in meliùs proficere, cùm tamen non parum se ipsum lædat. Itaque exercitium probamus, quod excrementis sub cute, & in solidis membris expellendis confert, hoc autem ut paruum sit, posit̃q;, hoc postulat corpus paruum nutriri. Ergo sanitatem tueri, & producere uitam, otium potest, si cum abstinentia coniungatur: corpus uerò exile erit, si uerò exercitium, sine abstinentia iniunxeris, corpus reddetur succosius, ac pinguius; tum robustius, uita uerò breuior fiet, si copiosum cibum adhibueris, & otium, corpus quidem pingue, sed inualidum reddetur, morsq; approperabit: quod si exercitationem cum inedia coniunxerimus, inualidum, deforme corpus reddemus, uitamq; decurtabimus. Ex quatuor igitur quæstionibus propositis, nullam prætermisimus, quam non determinauerimus. Prima quidem humidum uitæ consumetur à calore naturali, an ab aëre, à calore si modò potiùs dixi: reliquum suo loco docebitur, quod ad ipsam quæstionem pertinet. Secunda, an exercitatio ad uitæ diuturnitatem plus afferat commodi, an incommodi, diximus mediocrem, ad ualetudinem tantum, leuem uerò, & bonæ ualetudini, & uitæ longitudini prodesse. Tertia, quid plus conferat, an cibus cum exercitatione, an otium cum abstinentia: diximus otium cum abstinentia ad uitæ longitudinem, ad robur, ac bonam ualetudinem, cibo copiam cum exercitatione. Quarta, uitã nostram definiri, longio-

Lætitia à cibo & abstinentia non parum uitam prolongant.

Qui plurimũ comedunt, uitã abbreuiãt.

Nota.

Similitudinem nota.

Membrũ præter naturã extensum debilitatur.

Nota.

longioribus quidem terminis, quàm homines assequantur, quandoq; prodigiosis c c c. aut c c c c. annorum, quoniam sunt in omnibus rebus miracula quædam. Est autem præter miraculum, nō minùs uitasse tot aduersa, quàm aberrasse inter multa necessaria? Sola igitur illa supereſt disputatio, an uitale humidum quod in corde est, possit aliqua ratione à fæce purgari. Igitur argumenta iam diluamus, quanquam per se solutio à nobis sit exposita. Docebimus uerò priùs causam, cur qui diu uale de uiuūt, omnes fermè pauperes sunt, & nullius pretij uiri, præter sanctos illos, beatosq; uiros, tum eorum, qui tales sint, causamq;, ac signa adijciemus. Igitur qui diu uiuunt, serò his humidum cordis, tum pulmonis siccatur, quibus serò id contingit, plurimùm humidum, & benè pingue, primo adesse in cordis substantia necesse est, ipsum uerò calidum, quod in sanguine, & spiritu continetur, non multum, non tenue, non acutum: nam calor tenuis mouetur celeriter, multus uerò, & celeriter mouetur, & plurimùm ex humido resoluit, acutus uerò humidum resoluit. Homines igitur corde frigido, atque humido, ad uitæ munia parum prompti, atq; utiles, tum igitur illos conuenit esse humilis conditionis, quod parum, aut nihil ualeant, in negotijs ciuilibus, actionibusq; humanis, ipsa etiam abstinentia ab his negotijs, & à curis, ad uitæ longitudinem non solùm utilis est, sed etiam necessaria, propter utrūque igitur horum, qui ad magnam senectutem perueniunt homines, sunt frigido, & humido corde, nullius ad humana negotia usus, atque ideò etiam in fine sortis, quos nullæ curæ sollicitant, nulli casus aduersi discruciant, atque ideò neq; se exercentes, nisi leuiter, & commodè. His igitur duo alia adesse necessarium est commoda uitæ, ne ob penuriā frigore, aut fame moriantur, aut laborare cogantur, aut contristentur, quæ omnia diximus uitæ obesse diuturnitati: hoc autem raro contingit, ut in humilis sortis, uiro præsertim his temporibus, quibus rapto uiuitur, atq; dolis, ut uitæ commoda habeant. Alterum est, quod cùm non exerceatur nisi leuiter, ob superfluorum abundantiam, citò suffocabitur hydrope, uel difficultate spirandi, uel alio quouis morbo longo. Vt igitur pauca generentur excrementa, necesse est, ut iecur & uentriculum habeat robustissima, nam sic, concoquendo benè superflua modica supererunt. Itaq; cum quosdam admodum senes uidissem, dixi: Patres, uolo uobis quædam prædicere, quamuis uos è facie minimè nouerim, tum illi quid? At ego inquā, primùm mihi respondebitis, quot uitæ annos superaueritis? Primus respondit, centesimum ago, Patauinus erat, uocaturq; Ioannes de Sartoribus, quòd ipse *cerdo* fuisset. *Cerdo* uerò materna Italorum lingua, sartor uocatur. Alter nonagesimum sextum, erat autem Mediolanensis, panes hîc excoquebat in porta, quæ ad Vercellas ducit, urbi nostræ toti notissimus, ob longā senectutem. Tertius ex ciuitate Papiæ (ex qua sum & ego oriundus, quòd mater pestem fugiens, in urbe nostra grassantem, huc ex illa grauida diuerterit, natus igitur in hac, & ad annū usq; quintum in ea educatus) huius ætas ad nonagesimū sextum extendebatur, sed longè, ut mihi uidebatur, robustior secundo: quod neque nisi pauci dentes excidissent, & rectus incederet, & optimè iuxta ætatem uidebat, quorum nullum Mediolanēsi aderat, sed ille per bella multa, incommoda, iniurias, detrimenta q; passus erat, adeò etiam ut ille referebat, à milite dentes fuerint excusi, non omnes, quibus carebat, sed cùm tres, uel quatuor, par erat, cæteros fuisse debilitatos. Tum ego raro inquā, ægrotastis, bonum uentriculum habuistis, beneq; dormiuistis, & curis non angebamini, omnes hæc confirmarunt, nisi quod Patauinus, quinquagesimo anno ait, se longo morbo, febre scilicet, laborasse, ut pro deplorato relictus esset à medicis. Adieci, & parum mingebatis in iuuentute, & multum in prandio, parum in cœna edebatis, hoc uerùm fuisse affirmabant, & nunc etiam illos obseruare, sed urinam non paucam, quemadmodum ego dicebam, sed plurimam emittere. Tum ego inquam, ita certè nunc uobis conuenit, & aliquot ante annis, sed illud dixeram in iuuenta: tum illi in iuuenta quantum mingeremus non recordamur. Tum ego certè non mingebatis in nocte? Tum illi uera dicis, imò plerūq; totā dormiebamus, nec etiam postquam surrexissemus, meiere consuetum erat nobis, nisi post aliquā exercitationē, quibusdam tamen noctibus etiam, ubi plurimùm potauissemus, meiere

An humidum uitale posſit à fæce purgari.

Humidum cordis diu uiuentibus quale.

Curæ uitam abbreuiant.

Vt pauca generentur excrementa.

contin-

contingit, igitur si benè animaduertis, quæ dicta sunt, superiùs comedere plus in prandio, & non conqueri de uentriculi mala coctione, signa erant optimi uentriculi. Non minxisse plurimum, non febricitasse frequenter, robusti & bene temperati iecoris, non curis angi, causa erat diuturnioris uitæ, frigidiq́, & humidi cordis signum, par ratio etiam prolixioris somni, fermè ne quis me de cerebro accuset. Cæterum Patauinus dentes satis pulchros, & firmos habebat, acie uidendi nō plurimùm debilitatus, conquerebatur de alui duritie, pro qua ut tales solent esse obliuiosi senes quoties obuiaret, erat uerò id fermè quotidie, consilium petebat, quod ego dabam, nec obiiciebam me iterum dedisse, sciens quod dum domum rediret, obliuisceretur non solum consilij, sed etiam petitionis: omnes hi admodum macilenti erant, atque excarnificati, inuersis palpebris, curui, præter Papiensem, seu quod esset natura robustior, seu quod meliori usus regimine uitæ, seu quod non omninò adeò senex esset, ut prædicabat, sed nonagenarius, nam effigiem tot annorum præse ferebat, mihi enim hoc fuit priuilegium à natura datum, ut in iudicanda ætate, nunquam plus biennio aberrauerim, atque eo etiam rarissimè, cùm tamen plusquam de tribus millibus uirorum iudicium fecerim. Ergo cùm tot tantaq́ concurrant ad uitæ maximam longitudinem, frigidum, humidumq́ cor, cum calore naturali modico, obtusoq́, atque ob id sors humilis, robur iecoris, & uentriculi, abundantia necessariorum, quæ pugnat cum sorte, ac etiam ætate, cùm soleant plærique tamen senes etiam à filijs negligi, custodia uitæ, quæ cordatis uiris tantum curæ esse solet, nil mirum erit, tam raros ad extremam senectam peruenire: cùm etiam ex his paucis, mille alij casus, maiorem partem in tam longo tempore absumant, bella, pestilentiæ, annonæ penuria, lapsus, tegulæ casus, itinera, incommoda, aliaq́ huiusce generis, quæ numerari nequeunt, ergo qui nam ex sensibus, ad hoc ut diuturnam maxime uitam assequi possint, parati erunt, illud ex sex inditijs, quæ omnia ex dictis, originem ducunt, conijcere licet, primùm quod ex familia sit, quæ ad longam ætatem peruenire soleat ex utroq́ parente, aut saltem ex altero, hoc inditium est, posse habere principia omnia ualida, & in unum consentientia, ad uitæ producendæ rationem. Secundum quod sit carnosus, rubicundusq́, nam hoc cor adhûc humido plurimo abundare significat, iecurq́ esse robustum, nam teste Galeno, totius temperatura ab his duobus principijs prodit. Tertiũ quod pulsus habeat molles, paululumq́ imbecilles, nam declarant humidum hoc substantiã esse cordis, caloremq́ innatum benè temperatum, nec multum abundans. Quartum quod curis minimè distorqueatur, nam tales qui sic discrutiantur, longæuam illam uitam assequi impossibile docuimus. Quintum quod benè dormiant, saltem pro ętatis ratione, nam hoc ut causa est, & ut signum diuturnæ uitæ, signum quidem, quod humidam temperiem cerebri esse significet, quodq́ excrementa salsa, uel acuta, uel grauitate sua molesta, non abundent: causa quod somnus humectet corpus, & coctiones adiuuet. Signum est etiam, quoniam non parum adhuc incommoda senectutis sentire, parumq́ à iuuentutis statu mutatus. Sextum quod parum ægrotauerit tempore præterito, nam sic benè temperatam fuisse naturam conuenit, item pauca excrementa abundasse: nam excrementorum abundantia est quidam morbus. Tertiò quod signum sit, quod rectè uitæ custodia usus est. Accedit quod corpus non est debilitatum ex præcedentibus morbis: itaq́ si sic erit, adhuc robusti erunt dentes, qui plurimùm ad uitam producendam conducũt: hoc autem optimùm erit, si eam sanitatem, retinuit circa magnam exercitationem, nam si assuetus magnis exercitationibus benè ualuit, uel perseuerando in senecta multum ex uita decurtabit, uel dimissis exercitationibus mille incommoda uitæ subibit, tum etiam morbos, ac mortis manifestum periculum. Ad argumenta igitur quæ pro exercitationis usu adducta sunt, respondemus. Ad primùm distinguendo, quoniam duplex est ualetudo robusta, & sana, sed imbecillis, auxilia quæ ad sanã prosunt, imbecillem tamen ualetudinem, id est, quæ labores magnos ferre non potest, prosunt etiam uitæ diuturnitati, sed exercitationes mediocres non uitam sanam, & imbecillem pariunt, uerùm habitum illum athleticum, aut fossorum, ac rusticorum, quem damnat manifestè

Signa optimi uentriculi ac iecoris.

Sex inditia diuturnæ uitæ.

Temperatura totius à corde & iecore prodit.

Dentes robusti plurimum ad uitam producendam conducunt.

nifestè Galenus: & ipse illud fassus incolumen ualetudinem non eam esse, quę cum bono, sed potiùs imbecilli, & extenuatè habitu coniungitur, sin autem intelliges exercitationes, ualetudinem robustam parere, fateor: sed tunc non eadem sunt auxilia robustæ ualetudinis, & longæuæ uitæ. Ex quo patet alterius ac maximè principalis quæstionis propositæ solutio, scilicet an auxilia ad bonam ualetudinem, eadem sint auxilijs producendæ uitæ: nam constat, quod auxilia ad bonam ualetudinem, id est, sanam & imbecillem sunt eadem auxilijs uitæ diuturnioris: sed auxilia ad uitam robustam, & bonum habitum, eadem non sunt, his quæ ad uitæ longitudinem conferunt. Duplex igitur sanitas, altera quidem minùs robusta, & cum habitu imbecilli, minimeq; laborum patiente, cum corpore non admodum uegeto, & quæ facilè excutiatur, & hæc cum uita longissima esse potest: altera quæ robusta est, & cum optimo habitu, quæ diuturnam uitam admodum non admittit, per diuturnam admodum uitam, aut extremam senectam, uel longissimam, intelligo eos qui octuagesimum primum annum excedunt, & maximè cum nonagesimum excesserint. At uerò dico eorum, qui robustam ualetudinem habent, quicq; plurimum etiam exercentur, neminem octuagesimum primum annum excedere posse, sed paucos etiam septuagesimum, imò etiam sexagesimum. Quod etiam Galenus fatetur, athletas paucos admodum senescere, illos uerò etiam qui senescant, adeò debiles esse, atque inualidos, ut prorsus sint inutiles: at ille de primo senio, atque sexagesimo anno intelligit, nos cùm de mediocri exercitatione non ualida loquamur, excedere ob id neminem posse octuagesimum primum annum uitæ affirmamus, paucissimos uerò septuagesimum, plærunq; nec excedere sexagesimnm. Id ne recte in adagio dictum, dixi si uis plurimùm senescere, citò senesce, id est, celeriter à laboribus, etiam in iuuenta, & curis, & Venere multa, & multo cibo, à quibus senes solent abstinere temperatè. At dices si uentriculus, aut iecur sint inualida, quomodò longam uitam illam, atque extremam senectutem consequi potero? Respondeo id tibi negatum esse, ut etiam tabidis, ac alijs, nam si exercitio utaris, ante octuagesimum primum annum perfectum, obijre necesse est, ob humidi uitalis consumptionem: si ab exercitio abstinueris, morbis innumeris subijcieris, atque ita etiam multò ante illud tempus morieris. Præstat igitur, ut etiam mihi qui tali sum mala temperie utriusque membri præditus, quod supereſt quãtum possum, incolumius, per exercitia traducere, quàm ipse inani luctatum, longissimæ uitæ malè prospera ualitudine interim frui, & multò ante illud excrementorum multitudine oppressum, subitò nec dum primo perfecto senio interire. Itaque constat ex hoc, cur multi senes carnosi, rubicundiq; celerrimè corruant, & ex tempore, inopinatoq; moriantur: id contingit, quod calor innatus robustus est, & iecur ualidum, undè illis prospera ualetudo, & bonus habitus contigit, seu ob exercitationem, seu citra illam: attamen cùm à plurimo calore, humidum uitale celerrimè consumatur, cum suo illo bono habitu, sunt prope mortem: contraria ratione macilenti, ac etiam pallidi, & minimè uiuidi, quod calor in his admodum paruus sit, ad longissimam senectam perueniunt, quales in cœnobijs, sacras aliquot uirgines uidere adhûc licet, & multò plures paucis ante annis, quæ annum centesimum superauerunt. Igitur dices, non caro in his, non uiuidus calor, non robur iecoris adsunt, & tamen adest uita longissima? Respondeo, eos qui sic se habent robustum non habere iecur, sed tamen benè temperatum, nec sunt carnosi: quamuis enim humidam habent cordis substantiã, parcitate tamen uictus, seu ob usum, seu quia à multo grauari se sentiant, macilenti euadunt, & similes morbosis, attamen in eo statu uitæ diu perseuerare possunt, quia caput longitudinis uitæ, est otium, cibi parcitas, cum corde humido, & calore paruo, nisi mala aliqua intemperies obstiterit cerebri, iecoris aut uentriculi. Porrò hic non de omnibus agendum est, sed sufficiat de his commodis atque incommodis tractasse quæ ad exercitationem pertinent. Igitur ad secundam rationem transire nunc opportunum, esse censeo, calor plurimus, aut multitudine, aut magnitudine, esse potest. Quicũq; calidiores sunt, quoniam calor magnus sit, minimè diu uiuere possunt, quod etiã fermè Galenus in quinto de tuẽda sanitate docet, dum ca-

Sanitas duplex.

Robusta sanitas diuturnam uitam non admittit.

Cur senes robusti habitus citò moriuntur.

Obiectio.

Responsio.

Nota.

dum calidam nimis arguit intemperiem. At si principalem calorem multitudine solùm dixeris, primùm neque illud uerum est simpliciter, plærique enim eorum, uel teste Galeno, morbosi sunt, nec si modò sit uerum, causam affert, sed solùm signum, cum enim plurimùm fuerit de calore, plurimùm esse pinguis humidi significat, at hoc minimè est idem, cùm eo quod calor sit causa uitæ, forsan uerò neque plurimùm humidum, causa erit longæ uitæ, sed concoctum. At modo, seu malè temperatos uitæ esse diuturnioris, siue humidos, nequaquã conuinces, caloris copiam uitæ longitudini prodesse. Palàm est autem, & apud Galenum, & apud omnes celebres medicos, humidam, aut temperatam naturam, in uitæ diuturnitate probari. Deinde nõ idem est, calorem ab initio longioris uitæ esse argumentum, & quæ augent calorem, prodesse uitæ longitudini. Itaque cum moderatum exercitium, in magno calore, & minimum, in minimo, ad conseruandum sufficiant, imò in mediocri, palam est, cùm omnis caloris additio potiùs noxia sit, quàm utilis, exercitatione aut graui, aut molesta, aut magna, uel etiam mediocri, ubi calor immensus non fuerit, opus non esse. Quinimmò uelut in paruis ignibus, si uehementer conatus fueris accendere, obruis, & extinguis, ita non est ad corporis salutem, ubi calor paruus fuerit, uel mediocri uti exercitatione. Sed dicta, ad excrementa tollenda, saltem erit necessaria exercitatio, nam hoc uidetur esse id, in quo plurimi potuerunt persuaderi, iam omninò exterminata spe augendi caloris, etenim neminem iam tamen, aut mente stupidum, aut opinione contumacem esse reor, qui exercitationem ob caloris probet incrementum, quo manente, celerius uitale humidum absumatur, decrescente autem, in deteriora incommoda incidat. Igitur uidendum est, an necessariò multa talia excrementa gignantur, deinde si nõ gigni ea necessarium est an præstet, nec gigni, nec expelli, an gigni, & expelli. Primùm igitur dico, non propter excrementa exercitatorum, inuentam, quandoquidem nemo tam amens fuerit, qui plura exercitij iniungant senibus, quàm ætate florentibus, & tamen in senibus, longè plura gignuntur excrementa: atque hoc non minùs, quàm de modo exercitij, constat apud Galenum. Deinde nemo est tam perfrictæ frontis, qui audeat dicere, meliùs esse, ut gignantur, ac protinùs expellantur, quàm quod non expellantur, quia non gignantur. Igitur cùm hoc adeò clarũ sit, ut declaratione non indigeat, nam & uirtus expellenda laborat, & nimium meatus dilatantur, & excrementa quantumuis parum maneant, corpus malè afficiunt, nec tuti sumus, quod opportunè, quod completè expellantur, reliquum est, ut doceamus, effici posse, ut pauca gignantur, atque huic consulendum proposito, non alio insistendum. Neque satis constat, etiam quod plurima gignantur, an exercitatione, an alui potiùs deiectione, an uomitu, an quod præstantissimum est, concoctione tolli debeant, importunè enim, neque citra ingens periculum, cruditatem in uentriculo tollere quisquam tentabit, sed nec alui excrementa, nec urinas, nec sanguinis plenitudinem, nec iecur grauatum, exercitatione, aut tutò, aut rectè euacuabis. At euacuabo tertię concoctionis excrementa: in his, neque sola, neque multa exercitatione opus est, si enim pauca fuerint, quotidiana deambulatio sufficiet, si autem plurima, oportebit, ut dixi, alijs uitijs curari accedentem plenitudinem, deinde frictione, atque balneo, & mediocri, imò leui exercitatione utemur. Quod cùm non unquam periculosior sit magna, aut multa exercitatio, quàm cùm plura supersunt in corpore excrementa, iam nemini dubium fore arbitror, non esse, ob excrementa euacuanda, necessariam exercitationem. Si igitur quantum quisque concoquere uolet, edat, bibatq;, minimò opus est exercitio, sed ad experimentum accedamus, uidemus eos, qui magno utuntur exercitio, diu uiuere, & sanos, & ex his unus numeratur, Antiochus, quamuis coniectura assequi licet, ita fore, ut qui plurimo exercitio utuntur, diu uiuant, primùm si exemplo factum est, plus longè uixit Telephus Grammaticus, qui parum, aut nihil exercebatur, centesimum enim fermè attigit annum, Antiochus autem octuagesimum. Idem quoque Galenus in primo de Alimentis refert. [Fossores non senescere, sed mori etiam repentè, ad omnia etiam munia ciuilia esse imbecilles, quos constat maximis, & diuturnis uti exercitijs.] non igitur ob exercita-

iuxta finem.

Humidam, aut temperatam naturam in uitæ diuturnitate probari.

Nota.

Exercitationem non inuentam ob excrementa.

Excrementa exercitatione tutò euacuari nõ possę.

Quomodo antecedens plenitudo tolli possit.

tionem, hæc illis eueniunt, sed ob uitæ temperantiam, alias ue causas. Accedit quod qui ferunt exercitia hæc ualida, robustiores sunt, at qui robustiores sunt plærunq; diutiùs uiuunt, longè diutiùs uiuerent, si à magnis exercitijs temperarent: quod in multis uidere licet, qui nati robusti, & ad ciuilem uitam se transferentes, ad centesimum annum usque perueniunt, cùm tamen maiores sui, qui diuitias parârunt, nec septuagesimum attigerint. Ergo meliùs erit omnia ad proprias transferre causas, roburq; uitę, & moderationem, ac uictum cupedijs uacuum, animumq; curis, dicere causam longioris uitæ, non exercitationem, quandoquidem ut dixi in cœnobijs, ubi uel minima, uel nulla utuntur exercitatione, ad centum usque perueniunt annos. Est & illud considerandum, quàm periculosa sit exercitatio, raro autem commoda, primùm, nec dum concoquitur cibus in uentriculo, nec in iecore, nec si adsint cruditates, nec alui excrementa non fluxerint, nec si uigilauerit, nec si Venere sit exolutus, nec si immodicè uel exinanitus, uel repletus, ut uix tempus commodum inuenias. Porrò quod ad podagricos attinet, iam in his mala concoctio uiget, ut suo loco ostendemus, iam uix se à uoluptatibus continere possunt, iam omninò ab exercitatione sunt destituti, ut nec leuem, nec leuissimam admittant, adsunt uigiliæ, & cruciatus, & ut uno uerbo dicam, non iam fiũt sani, sed ægri, itaq; de his differendum non puto. Vidi etiam correptos podagra, qui ad centesimum fermè annum peruenerunt, an hoc rarum est? Fateor, an frequens, dic mihi eo, usque eos etiam absq; podagra peruenisse? Extremum est, ac robustissimum augmẽtum, quod à Galeni authoritate sumitur iam illud miraculo simillimum, quanta afferat commoda exercitium, nam solida molliescunt, & densiora redduntur, sic enim interpretari oportet Galenum, ut ipsum à tam manifesta contradictione uindicemus: atq; utinam hæc tam uera essent, quàm ab eo proferũtur, cumulatè. Quod enim exercitio, ut dixi, uires robustiores, & membra densiora non reddantur, alterum non negaui, alterum non negauerim. Nam non ego in hoc Galenum imitabor, qui studio contradicendi, artem tanti momenti, præcepta tantæ utilitatis, tot contradictionibus inuoluit, tam obscuris præceptis adumbrauit, tam perplexis uerbis referfit, ut sæpè Delio (ut dici solet) copiam natatore indigeamus. At ego fateor, solidiora membra reddi exercitatione, sed tamẽ hæc duplex est: altera quidem immodica, quæ non solùm mala est, sed etiam periculosa, altera moderata, & hæc quidem duplex, una cuius est finis augere calorem naturalem, quam & ipse fatetur, cibum ampliorem desiderare, & hæc quidem utilis, ad existimationem medico, & robur ei, qui seruandus, ac custodiendus, datur, plærunq; est, at, ut dixi, hæc cùm maiorem faciat resolutionem humidi uitalis, ad uitam producendam, minimè utilis est, quod si membrum tam imbecille adsit, non puto quin illud ad æqualitatẽ reducatur. Sed hæc disputationis causa dicta sint, illud summum est in omni exercitatione obseruandum, quòd & difficillimum est, nam si paulò uiolentior, & diuturnior, absumit utile, sin minor, relinquit inutile, medium hoc seruare, uel semel supra humanam solertiam, est semper prorsus impossibile. Hoc igitur in exercitatione malum, & quòd ad nutritionem nos impellit, & consumptione & caloris magnitudine, nutrimentum autem mors. Quid ergo? in altero meliùs proculdubio est infra subsistere, quòd minor sit iactura, & quia illud natura ipsa consumet, & si non consumat, arte, aut repetita occasione emendabitur, at illud de nutritione, ita interpretandum est, ut homo non fallatur, ut quiescat antequam cibum sumat, ut calor seruetur, non augeatur, tum uerò si quod genitum fuerit, meliùs alimentum pensabitur iactura: propterea inclinante ætate, non solùm quantitatem, sed etiam qualitatem, deambulatione mutare oportet.

Robustiores plerunq; diutius uiuunt.

Exercitationis incommoda.

Galenus notatur.

Exercitatio duplex.

De modo

De modis exercitationis. Cap. XIX.

Dicendum erit igitur primò, per singulas ætates ordine quodam, ut reliqua etiam similiter dicta intelligantur, nam si uniuersa describere uoluero, uidebor ad ineptos, hos libros scripsisse, & longitudo libri tædium legentibus pariet, nec tam libenter, ac frequenter cùm legent. Et si uoluero in immensum illos excrescere, utiliorum præceptorum, quorum causa præcipuè hos libros conscripsi, maiorem partem præterire cogor narrationum. Igitur præter ea quæ nos hîc docemus, cõsiderare oportet, differentiam esse inter infantem, & puerum efflorescẽtem, in exercitatione, cibo, & potu, somno, Venere, animi cogitatione, sed maxima in Venere, utpote cuius infans minimè sit compos, minima in somno, maior in potu, maior adhuc in cibo, maior in exercitatione, maxima omnium præterquam Venere, in animi operationibus. Hæc igitur si per singula capita uellem distinguere, non tam diu uiuam, ut librum explere possim, crescunt enim singula capita in innumerabilem multitudinem, præsertim cùm, ut dixi, primus hîc liber octo ætates contineat, sed nos extremis declaratis, aliqua quæ ex intermedijs, ubi necessaria est mutatio manifesta, quæ mediæ sunt, intellectas eas, apponemus. Primùm igitur ab exercitatione auspicãtes, ut de ea parte de, qua iam ut uidisti, copiosè disputauimus, illius species distinguemus iuxta robur earũ, deinde iuxta propriam naturam, postmodum de tempore, & quãtitate illius præcepta trademus, ab illius diffinitione initium sumentes. Nota.

Exercitationis definitio.

Exercitatio est Motus proprius, cùm enim aliquis equo, uel naui uehitur, ita ut ipse nihil prorsus agat, tum & si exerceri uideatur, non exercetur. Cùm uerò ambulat, luctatur, aut stat, exercetur, stando enim musculi crurum tenduntur, non parum adeò, ut mirum in modum homo fatigetur. Quamobrem inter Socratis miracula plurima celebratur, quod perpetua nocte in eodem habitu steterit, referunt autem non semel, sed sæpiùs ita solitum exerceri. Ergo ubi nixus, ibi exercitatio, tamen etsi non uideatur moueri. Scio aliter definire Galenum, sed quod iam semel dixi, non est ut repetam, uera dum trado, & manifesta sensibus præcepta, non esse, mihi curæ maximam temporis partem, si aliter uoluero facere, consumpturo, quónam pacto aut Galeno contradicam, aut ut illum sequar? Adeò enim hæc præcepta inuoluit, ut qui methodum maximè profiteatur, cerdones sit imitatus infelices, qui cùm alijs calceos nouos faciant, ipsi uetustos, disutos, & fractos ferant. Sunt igitur exercitij septem differentię notissimæ. Prima est grauis, ac lenis, tum mediocris, Grauis quidem exemplum, ut lapidem magnum, aut pondus immensum tollere, quanquam enim ne mouearis, totum corpus tamen fatigatur non leuiter. Leue autem est, cùm aquæ situlam paruam è puteo extraxeris, uix moto corpore. Mediocre est discum, aut ferreum palum, non grauem ualdè mittere. Differentia altera est uelocis, tardi, ac mediocris. Tarda quidem deambulatio, ad tardam pertinet exercitationem, ut cursus ad celerem: cùm enim nihil ferat, est tamen magna hæc exercitatio, mediocris uerò, ut deambulatio citata. Commune signum grauis, ac celeris est, respirationem statim continere: nisi enim anhelitum retineas, nec pondus graue eleuabis, nec curres, in leui, uel tarda, non continetur anhelitus, in mediocri autem obscurè. Consequuntur ad magnam (hanc uoco, quæ uel est grauis, uel celer, uel ex utraq; constat, de qua nunc dicam) exercitationem defatigatio, & anhelitus mutatio, hæc quidem breui semper, plærumq; etiam calor. Nullum horum ad paruam hanc uolo intelligi leuem, & tardam, ueluti ad mediocrem: hæc omnia mediocriter, iungun tur celer, & grauis, ut in luctu uehementi, & armorum ludo, mediocris, in utraq; ratione est ludus pilæ non paruæ, cum ligneo scabello. Tertia differentia est cõtinuæ, ac interceptæ exercitationis, continua est cursus, intercepta, ut saltare, sed quæ mediocriter intercepta est, exquisita saltatio est, quæ ad tibicines dum choreas agunt, tripudium uocant. Quarta differentia est ratione temporis, quædam enim diuturna, quæ fatigationem attingit, quædam breuis, quæ corpus non alleuiat, quædam

Vbi nixus, ibi exercitatio.

Exercitij septẽ notissimæ differentiæ.

mediocris, quæ fatigationis omninò est expers, & tamen corpus ipsum alleuiat. Quinta est, quoniam quædam est totius corporis per se, quędam uerò propter partem, quædam partis tantùm, quædam totius corporis propter partes. Totiùs corporis per se, est paruæ pilæ ludus, in quo totum corpus æqualiter exercetur. In quo uerò totum corpus propter unam partem exercetur, est impulsio, & equi agitatio, renes enim soli laborant, id est, pars ea spinæ dorsi, unde plærique ex his morbis urinæ, postmodum pereunt, quamuis alia ratio sit equum agitantis, & impellentis, hi enim uerè solùm exercentur, at qui equum agitat, exercetur solis renibus, sed tamẽ totus præter id agitatur, utrique tamen exercentur toto corpore, etiam secluſa agitatione: nam si diu perseuerauerint, sudore toto corpore primo quidem madent, inde etiam profluunt. Qui uerò texunt, pedibus pensa trahentes, corpus totum exercent, sed non per se, uerùm ut singulas exercent partes, at qui gemmas tota scalpunt brachia, & manus solùm, ac oculos exercent. Sexta differentia est, quoniam quædam agũtur in membra, aliæ in sole, æstate aliæ, aliæ hyeme, aliæ à nudis, aliæ ab his qui uestibus, uel etiam pannosis sunt collecti, aliæ in aqua, aliæ in aëre, aliæ in cœno, quæ sunt laboriosissimæ, omitto innumera alia exercitationum discrimina, à fame licis, à cibo oneratis, cum ira, cum metu, quæ non sunt præsentis instituti, sed satis sit quatuor illarum primarum meminisse differentiarum. Septimum discrimen est, quod & maximè proprium à modo sumptum, uelut circumuerti, aut pronum cadere, aut deambulando reuerti, quod familiare est mercatoribus, hi enim modi, ad reliquas differentias minimè deduci possunt. Expedit autem, ut antequã de horum commodis, ac incommodis tractem, ut de agitatione dicam, plærumq; enim

Agitatio quid. exercitatio non est sine agitatione. Est agitatio, quotiens corpus mouetur non ex se ullo modo, sed ab alio, ut nauigatio, uehi asturcone, uel gradaria multa, uel etiam quomodocunq; alio, seu rheda, essedo, curru ferri, ut olim Romani lectica, & nunc nutrices infantes ferunt. Cunæ etiam dum mouentur, exagitant citra exercitationem corpora. Esset ex hoc genere frictio, sed de illa seorsum agendum erit. Cõmunes differentiæ agitationis tres sunt, prima quidem, ut exercitationi coniuncta sit,

Agitationis tres communes differentiæ. uelut qui equos agitant, & qui remigant, aut ut omninò sit absque exercitatione, ut gestari: secunda ut uehemens sit, aut leuis: uehemens quidem, ut dum flumine uehimur ad aquæ cursum, cui contraria est leuis, seu tarda, ut gestatio: tertia differentia quæ pluris æstimanda est, in æqualem, & inæqualem distinguitur, ac mediam, inæqualis maximè est mari nauigare, unde etiam uomitus excitatur: post curru uehi per loca inæqualia, & abrupta, minùs essedum quod duas habeat tantùm rotas agitat: sic & rheda, equo insidente uehementer agitare, inter magnas inæqualitates connumerari potest, inditio est angariarum cursus, seu cursores, qui dispositis per loca equis, celeriter feruntur, medio inter cursum, & succussum motum, is enim tantùm excalefacit hominem, ut non fossoris maior sit labor: æstuant, sitiunt, sudant, causa est, quod non ephippijs incumbunt, sed breuioribus quam de more sustentaculis, quæ stapedes uulgò uocant, agitantur perpetuò toto corpore, & ad singulos processus capite, collo, pectore, uentre, cruribus flectuntur, ut laborioſè moueãtur, laboriosiùs insideant: Propterea mos est his, ut cincti toto uentre, ac pectore, etiam

Equitantium uictus. fascijs equitent, nil edant, equitanti, sed delassati panis medullam, aqua madefactã, saccaro insperſam, modico affuso uino sumunt, alij solùm bina lutea ouorum glutiant, cùm tamen adeò diligenti custodia efficere non possint, ut longo usu uiuant, & magnis incommodis ualetudinis agitentur, capitis præsertim, uentriculi, & renum, quæ membra magis succutiunt. Vehi secundo flumine, ferri lectica, uel inter ulnas, ut infantes, & in cathedra est absque ullo incommodo, & inæqualitate: mediocria in cunis, in asturcone, sed multa gradaria uehi similiùs est potiùs æquali o-

Exercitiorum genera. mninò agitatione. Sunt igitur exercitiorum genera magis in usu discus, alteres, pila tam parua, quàm mediocris, quæ scabellis ligneis mittitur, & magna, quæ pugnis, palus ferreus remigare, fodere, ligna scindere, aquam haurire, malleo laborare, pistillo tundere, panem subigere, equos agitare, paneratio ludere, luctari, armis certare, currere, saltare, tripudiare, deglubere, rotam uertere pro celandis gemmis,

natare,

natare, circumuerti ſphæra, & uocatis oſsibus ludere, ludere & trocho, item & nucibus, funi hærere appenſum, uel lanceæ, aut per eam ſcandere, pugnis erectis, ac tenſis brachijs ſtare, item cum alio palmis erectis certare, uiciſsim quoque ſi brachijs motis, manibus ſub alas cõcutias latera alternis uicibus, brachia ſe ſuper equitantibus, qui mos eſt piſcatoribus, dum frigent, ambulare etiam pronum totum, & ſuper menſas ſaltare, manibus ſe ſuſtentando arcubus, ſagittas eiaculari, prælongas haſtas ſolo nixu eleuare, ſummis pedibus ambulare, diſtentis manibus contorqueri retrorſum, ſurgere humi ſedentem abſque manuum auxilio, ſcalas contento ſpiritu celeriter aſcendere, ambulare etiam citato gradu, uel diu, uel contento ſpiritu, per accliuia etiam uiciſsim rectum aſcendere, atque deſcendere, multaq; alia penè innumera. Sed agitationem exercitium uocari, neceſſe poteſt: nam & ſi toto anno uecteris equo, aut naui, aut cunis agiteris, nec ſudabis unquam, nec incalesces. Sunt & exercitia partibus propria, ut pulmoni, & pectori uox, mandibulis comedere, uirgæ tendi, oculis uidere. Omnia igitur membra quæ ſponte mouentur in omnem partem, ut pulmo, oculi, pectus, brachia, manus, pedes, crura, uirga, lingua, exerceri debent: & ſi diu non exerceantur, læduntur. Caput autem nequaquam, quoniam motum non habet, propter utilitatem à natura intentam, ſed ut uitaret incommoda. Dorſi autem ſpina exerceri debet, & plærumq; pluſquam uolumus, exercetur. Ventriculus, & inteſtina etiam amica ſunt exercitationi, renes, iecur, & quæcunq; naturaliter immobilia facta ſunt: nec te, ut dixi, cerebrum fallat, quod caput mobile creatum ſit, ipſum enim nihilominùs ſi quid aliud exercitationi eſt inimiciſsimum. Eſt & aliud, quod licet ad exercitationem nõ pertineat, ad ipſam tamen conſequitur, & eſt aëris mutatio, ac occurſus cœli liberioris, & aſpectus pratorum, nemorum, ac locorum. At de his omnibus iam dicere tempus eſt, nec in aliam hæc ſunt transferenda occaſionem: uerùm quanquam uerba de Galeno facere non ſtatuiſſem, quia tamen authoritas illius plurimùm apud eos poteſt, qui non res, ſed factum ſequuntur, commemorando breuiter quæ prius dicta ſunt de illo, pauca præfari uolo.

Exercitia partibus propria.

Caput exercitationi inimiciſsimum.

De utilitate & incommodis, cuiuſq; ſpeciei exercitationis. Cap. XX.

VTm enim in quatuor præcipuè diſſentiamus à Galeno, ea quæ ſint totiùs tractationis capita, quæ de exercitatione habentur, illa primùm præponere operæpretium erit. Primùm quidem eſt, quod exercitatio ipſa non ſolùm non neceſſaria ſit ualde, imò plærumq; inutilis, ſatis demonſtratũ eſt. Cuius rei teſtimonio, præter reliqua quæ dixi, eſt quòd nec ipſe qui tantùm illi ſtuduit, nec quiſquam alius, qui multum fuerit exercitatus, diu uixit, Galenus enim ut in expoſitione ſuper artem illius medicam docuimus, anno LXVII. nec dum expleto, mortuus eſt. Et Curtius, alijq; qui eius præcepta imitati ſunt, omnes ante LXX. annum mortui ſunt, cùm tamen robuſtiſsimum corpus eſſent ab ortu adepti, at Marſilium Ficinum Florentinum medicum, referunt annis quatuor minùs centum uixiſſe, matrem uerò CXVII. Nunc conſtat, quamuis plura abſurdè miſcuerit, & à medica ſcientia aliena, in tribus libris quos de uitæ cuſtodia ſcripſit, nullã exercitationis habuiſſe rationem. Quinimmò in primo libro inquit. [Mala eſt corporis fatigatio]: Forſan obijce quod alibi in eodem libro dicat, otio mœret, uentriculus gaudet exercitatione? Sed qua exercitatione, declarat alibi: dum uitare pituitam docet, nunquã dicit, laborioſa: Intellexit deambulationes, at deambulationem nec inter exercitia Galenus collocat. Quis igitur eſt, qui uelit, aut uideat ſenẽ aliàs exercere, quàm deambulando noſtra ætate? quod ſi tentari aggrediatur, quin breui illũ occîdat. Nullo igitur experimento, opinio Galeni de exercitatione confirmari poteſt, nam & ſi concedamus aliquos ſenes plurimo exercitio noſtra ætate uſos fuiſſe, illud iam apud Galenum nõ erit exercitatio: quare & liquidò conſtabit, eos qui diu uixerint, inexercitatos uixiſſe, exercitationem uerò, maximè in ſenibus ipſam uitã celeriter finire exiſtimandum eſt, etiam arbores ob hoc longè diuturnioris uitæ eſſe, quàm

In quatuor diſſentit author à Galeno de exercitatione.

Galenus lxvij. mortuus eſt anno.

Marſilius Ficinus diu uixit.

Cap. 8. in fi.

Cap. 11. in fi.

Nota.

Libr. 1. c. 9. 2. de tuenda ualetudine cap. 2.

Exercitatio in ſenibus mala.

quàm animalia ipsa, quod arbores ipsi sint immobiles. Exercitatio etiã angustissimos habet temporis, & magnitudinis limites, in qua si nõ aberres, omninò parum accedit, & instabile emolumentum, cuius inditio est, quod ad eam reuerti quotidie ex illorum præcepto cogeris, at si erraueris, error stabilem, & plærunq; inemendabilem noxam adducit. Secundum in quo à Galeno dissidemus, est quod deambulationes ut dixi, inter exercitia modò collocat, quarum ut uidebimus, frequentissimus usus est in tota uita, & utilitas maxima. Tertium quod agitationem inter exercitia adnumerat, quæ ab eis toto genere differt, aut si neges adnumerasse, saltem nõ distinguit. Quartum est, quod nixum, & uehementem laborem probat, qui absque loci mutatione fiat, quò nil certè ad uitam, aut deterius si benè cedat, aut periculosius si malè, excogitari potest. Omitto quàm oscitanter totam hanc artem tractet, quam sicco pede transeat, & quàm confusè doceat, caput ut ille uult, totius uitæ. Nec mirum, intentus lucris, & ambitioni nimiæ, in omnibus scribere tamen uoluit: euertitq; dicta prædecessorum, tamen studio nimio contradicendi, tum ob festinationem. Quis non rideat arguentem Marinum in dissectionibus, aliosq; uiros celebres, qui homines plurimos per otium dissecuerãt, cùm ipse ne unquam quidem huius negocij causa, humanum cadauer tractasset, aut quis non potiùs illius inæsti manda est, incredibilem audaciam, ac temeritatem admiretur? Homo qui nunquã hominem dissecuit, qui tot egregiorum uirorum monumenta euertit: & pro uera historia, fabulosam substituit. Ita periêre Marini optima, mansêre Galeni nugæ, & plena iactantiæ commentaria. Vtinam & sic haberemus Theonis Alexandrini libros, quos de exercitatione conscripserat, longè existimo utiliores, hac congerie inordinata: quam partim ut dixi festinatione summa, partim studio contradicendi conscripsit, hoc animo, ne ullius ueterum monumenta, præterquam sua cogerentur. Tentasset & hoc idem in Hippocrate, si uel utile sibi hoc duxisset, uel successurum speraſſet, sed iam illius libri à multis, ante illum erãt expositi. Quid dicam de noua illa Dialectica, aduersus Aristotelem, de qua tantùm gloriatur, benè actum est pro illius existimatione, quod usque nunc in lucem minimè prodierit. Ille in Mathematicis etiam scribere ausus est, laudetq; se plurimùm, hominem certè, Archimede, aut Euclide, uel Ptolemæo dignum, sed non ab his, uerùm à quopiam, uel minimè exercitato, qui rideatur affatim. Relinquamus illi medẽdi methodum, in qua plurimùm ob id solùm ualuit, quod exercitatio tractationi conformis erat, & tandiu in illa se exercuerat, ut egregia uolumina ediderit. In cæteris quid plus illi multis tribuere, quàm ille testetur, se uoluisse Hippocrati, tametsi Hippocrates in sola medicina scripserit. Inquit enim ipse Galenus, in eo libello cui titulum inscripsit. Quod animi mores corporis sequantur temperamentum. [Ego Hippocrati credo, non quoniam Hippocrates sit, sed quatenus illius rationibus ad credendum cogor.] Ita igitur, & Galeni ipsius placita tractemus, hominis egregij sanè, sed quẽ constet summa cùm festinatione omnia scripsisse, nec solùm summa cùm festinatione, sed alijs, atque assiduis, maximisq; intentum negotijs, ac studio contradicendi antiquis adeò magno, ut sæpè sui ipsius obliuiscatur. Quem postmodum constat temerè, & audacter, quæ non uidisset, tanquam non solùm uidisset, sed diligenter examinasset, tractasse. Declinasse etiam in plurimis ab his, quæ experientia ipsa docet, unde toties pœnitentia ductum, ut errata uel sarciret, uel adumbraret, de eisdem rebus, eademq; materia, scripsisse, uarias quoque, & à proprijs studijs disciplinas amplexum, atq; in his tum ambitione, tum usu, tum facilitate orationis ausum scribere, quas uix à limine, ut dici solet, salutasset, demum, nouo artis conscribendi, tum logicæ genere. Itaque & si errantem illum uideam, aut dissidentem à materijs placitis, ne quis amplius speret, me illi contradicturum, cùm satis intelligat quę me moueant rationes, ne amplius ad illum reprehendendum reuertar, nisi opus inane, simul ob longas reprehensiones, atque repetitas: tum etiam immensum facere uoluero. Præstat igitur omninò omissa ipsius mentione, eiusdem placita, ubi minimè aberrat, nos sequi: ubi uerò à ueritate discedit, quę experimento, & euidentibus rationibus conuincuntur, illo relicto amplecti. Omnes autem uident, me non tam

Deambulatio utilis.

Theonis Alexandrini libri.

uolun-

uoluntariè, quam necessariò, in hanc descendisse accusationem, nam aut falsa pro ueris hîc scribere cogebat, aut tanquam temerè scripta, nullam prorsus fidem fuissent habitura: præsertim quod me hæc per errorem scripsisse, plurimi suspicarentur. Igitur his tandem relictis, hîc incipiam. Omnis exercitatio ualida, seu ob grauitatẽ, seu ob celeritatem, inutilis est, & mala perfectè sana, nam spiritus exhaurit, hominẽ fatigat, & plus iusto edere cogit ac bibere, omnis etiam periculosa exercitatio fugienda est, ne nobis contingat (quod in adagio dici solet) aureo hamo piscari. Cùm enim incerta sit utilitas, ac breuis, tum parua, exercitij, ut sæpè demonstratum est, quorsum periculo euidenti totius salutis, ob tam leue commodum se committere, præsertim cùm tot sint genera exercitationum, quæ tutò possunt subiri, nec minùs habent utilitatis, præcipua uerò exercitationis utilitas est, moueri ex loco in locum, atque hoc utile maximè uentriculo, intestinis, uesicæq; Excrementa enim plurima, quæ in his torpent motu, ac deambulatione eijciuntur: unde prohibetur generatio lapidis in uesica, quæ frequenter contingit sedentariam ob id artem (ut ita dicam) exercentibus. Vtilis etiam est deiectioni fæcum, unde à coli dolore reddimur tutiores. Vtilis est & expellendis uentriculi sordibus, & sanie, unde naturalis reddit ciborum appetentia, & qui assumitur cibus, purus manet, & meliùs cocquitur. Sed & his succedentibus multa alia excrementà, quæ in locis sunt contiguis, loco mota ad expulsionem præparantur, & obstructiones tolluntur, & hac causa perturbationis cerebri, tum uertiginis, cerebrũq; nitidiùs redditur. Confert & hic motus cerebro, mucumq; descendere facit, & duriorem colliquat. Tum uerò ex aëris mutatione exhilarantur oculi, atque animus, cor etiam hausto puriore aëre refocillatur, & excrementa eijcit, sic & pulmo, exercenturq; extrema membra, maximè pedes, & crura, quiescentibus principalibus, quo nil meliùs potest excogitari. Ex quo liquet, fugiendam esse omnem exercitationem, quæ loco non mouet: laborem enim affert absq; utilitate. Sed iam de agitationis commodis agendum est nec non damnis. Diximus eam esse triplicem, magnam, & hæc duplex, inæqualis sed non incommoda, ut in mari uehi, hæc igitur mouet omnes humores, & totum corpus uomitu euacuat, non solùm propter agitationem, sed ob maris odorem, qui nauseam excitat, quibus igitur facilis uomitus est, utilissima, & iuuenturem instaurat, à multisq; morbis liberat. Quod si uomitus difficilior sit, damnum egregium affert, & ad morbos hominem præparat. Igitur utilis est his, qui pleni sunt humoribus, præcipuè autem prauis, quos cacochimos uocamus. Prodest & aëris assidua mutatione, ideò à diuturnis quandoque morbis liberat, alios autem languidos occidit, sed de his suo loco. Igitur hæc non conuenit, integram habenti sanitatem, sed multò minus quæ incommoda est: ut agitando equum, aut in curru per loca salebrosa uehi, nam præter id, quod humores agitat, lassitudines gignit. Aequalis uerò agitatio, sed ualida, exhilarat hominem, & appetentiam excitat, & humores ad uias expulsionis præparat, ideoq; salubris, ut secundo uehi flumine, mediocris uerò, & æqualis, qualis in cunis fit, & mula uehi gradaria, item naui secundo flumine, sed leuiter labente, dolores omninò sedat, excrementa ad exitum præparat, somnum, si quid aliud conciliat, famem excitat, & hominem alacrem reddit. Melior omnibus est, quæ in naui fit secundo flumine, namq; aduerso omnis inæqualis, nam ob remos subsulcat, aut funium, & equorum inæqualem tractum. Huic succedit quæ per cunas fit, unde optimè consultum infantibus, inde illa quæ fit tensilibus lectis, quorum inuentor Asclepiades: Vltima q; in mula, quoniam inæqualitatis, & laboris obscurioris est particeps, leuis autem & æqualis, somnum prouocat, non tamen excrementa mouet, nec humores, nec famem excitat, nec potest sedare dolorem, aptissima hæc infantibus tamen, quod mollissimi sint, ideò & cunis leuiter illos agitamus, & inter ulnas deferunt nutrices, quod si laborent, aut uigilent, mediocrem adhibemus. Et hoc unum est inditium, non indigere hominem exercitatione, sed motu leui, atque sola agitatione, omnis autem agitatio inæqualis, qualiscunq; sit, perfectè sano noxia, quod obstructionis periculum inferat, & uentriculum perturbet, peior autem quæ incommoda est, cum nemini prosit. Quæ cum motu capitis

Exercitatio ualida cur inutilis.

Exercitationis commoda.

Nota.

Agitationis commoda atque incommoda.

Mare cur uomitũ excitet.

ualida est, omnis mala, siue caput rotetur, seu præceps descendat, exercitatio enim hæc plurimùm offendit cerebrum, debilitat sensus, aut intellectum, & ad uertiginem præparat. Omnis etiam exercitatio membri unius tantùm, aut quæ inæqualiter corpus fatigat, nisi sit manuum, aut pedum, mala est, quoniam ad membra illa materias trahit. Vnde Mediolani uidi undecim medicos, perpetuo cursu urinæ morbo, uitam finisse, quidam ardore, quidam fluxu, quidam retentione, quidam lapillo, renum inde coorto urinæ profluuio interierunt: nam assidua equitatio per ciuitatem inæqualem, frequens q; ascensus, ac descensus, huius morbi causa erat. Similiter omnis laboriosa exercitatio mala est, seu ob diuturnitatem, seu ob assiduitatem, seu ob genus illius. Commune est autem eius speciebus, ut non solum calorem corroboret, ac membra, quæ duo bona, in moderata exercitatione Galenus expectat, sed etiam debilitet manifestè, & præter id parens est lassitudinis, & hominem ante ætatem senescere facit, debilitat etiam uisum, & intellectum, tenuiorem sanguinis partem resoluendo: Omnis etiam exercitatio inæqualis, tum insueta, lassitudinem affert. At uerò non exerceri, grauitatem affert, & pigritiam, & tollit appetitum, & nocet multum cerebro, aërem liberum nunquam spectare. Iam uidi hominem, qui uocabatur Ioannes Antonius Vicomercatus, patritius erat, ac diues, cum q; morbis crurum uexaretur, ambulabat parum, & cum labore, ob id perpetuis XXIIII. annis, nec exercuit se, nec domũ exiuit, nec per domũ ipsam deambulabat, excessit LX. annum, genuit q; filium in extremo uitæ sibi simillimum, post q; attonito morbo, ut erat consentaneum mortuus est. Porrò exercetur oculus salubriter, si circumrotetur, spectet q; in aëre libero, prata, syluas, montes, flumina, in nocte stellas, in die gemmas: lectitare mediocriter etiã iuuat. Pulmo, ac pectus cantu, qui simul delectat, & animam curis afflictã demulcet, inde excreatum mouet, & purgat spinam, exercet deambulatio, sed & stando eam exercemus, texendo, equitando, semper enim illa laborat, dum non decumbimus. Manus autem omni in arte, tum brachia, sed rotas uertendo, & hauriendo aquam optimè: salubris enim hæc exercitatio, & commoda, sicut & tum torcular typorum trahimus. Inditio plures ex his, qui eam exercent artem, annos nonaginta superasse, est enim exercitatio illa: quæ corpus à superfluis purgat, siccat q;, minimè autem excalefacit: habitant & hi sublimibus locis, & semper in calido aëre, lumbi exercentr, si quis flexis genibus stet, nec tamen sedeat, pedes, & crura, dum ambulamus, sed si uehementer nimis exerceantur, aut diuturnius quàm par sit, podagram contrahunt, manus ob id minore periculo quod puto, natura necessitatem in homine præuiderit. Verùm renes multa mala adducunt, si nimis exerceantur, lapillos, & dolores diuturnos, & urinæ impedimenta, ut dixi, tum etiam profluuia, pectoris nimia exercitatio, & ipsa grauissima affert damna, sed præcipuè herniam, cum in scrotum intestina descendunt, seu omento fracto prominent in uentre, qui morbus propè est insanabilis, tum uerò etiam rupturas uasorum pulmonis, aut pectoris, unde tabes, ac quasi mors certissima, læduntur, & oculi grauiter, & cerebrum, ut penè omnes cantores insani sint, unde cum cauendum sit ab omni superflua exercitatione, tum maximè pectoris, atque renum. His igitur uisis, cuius q; differentiæ uires aggrediamur. Grauis exercitatio tendones, ac cum his musculos, uenas, atque arterias distendit, unde plurimis ob id in pulmone uas ruptum, aliis membrana aliqua, ex his quę intestina continent, inde orta enterocele, hydrocele, epiplocele, seu intestinorum ramex, aut aquosa, uel omenti hernia, uel alterius generis alia. Ergo si benè cedat grauis exercitatio, membrum manifestè reddit robustius. Hi qui memoriam etiam multum exercent, memores redduntur, & qui pondera magna gerunt robusti. Non uidetur autem, ut dixi, hæc ad sanitatem utilis, in qua periculum primò adest, & si benè cedat, non sanitati quicquam adijcitur, sed robori, nec excrementa deducit, nec corpus calefacit. Quod si perseueres, etiam sudorem prouocabis, sed eo maiore periculo, quo fuerit diuturnior, præstat his, qui huic labori addicti sunt, crassiore uictu uti, ut laborem ferre possint. Celer exercitatio corpus calefacit, excrementa digerit, & spiritus accendit, utilior pituitosis, qui tamen humidam habuerint tempe-

tiem:

Nota.

Quietis incommoda.

Renes si multum exerceantur, multa mala adducunt.

Hernia prope insanabilis.

Vires, differentiæ cuiusq; exercitationis.

riem: ob id etiam senibus, quamuis multa abundent pituita inutilior, mediocris, utilis in extremis partibus, ut manuū, & brachiorum, nam quæ pedibus fit, plærunque etiam totum corpus accendit. Illa igitur calorem non accendit, sed tamen à centro ad circumferentiam reuocat, & excrementa digerit, & sanguinem purgat, et neruos, ac partes frigidas moderatè excalefacit, & superfluum humidum exsiccat. Tarda, mediocri similis est, uerùm debilior. Continua nimis fatigat, & corpus excalefacit nimium, quę uerò magnis interuallis, ac frequentibus, & intercepta inutilis, quę mediocribus utilis est, & minimè fatigat. Diuturna qualiscunq; sit, siccat corpus, breuis autem humectat, mediocris temperat. Quæ toti corpori per se conuenit, utilis est, si sit, qualis esse debet, quæ uerò toti communis est, propter singulas partes, magis est laboriosa, quæ autem toti ob unam partem communis est, partem illam minùs uexat: ideo si brachia non sint, conseruandæ optimæ ualitudini est inutilis, quæ uerò uni tantum membro adhibetur, non est præsentis instituti, sed de ea agetur, cùm debile membrum restaurare docebimur, circumuerti ut diximus, inutile, & uertiginem affert, malum genus prorsus, & periculo plenum, pronum repentè descendere, caput concutit, atque debilitat, & amentiam gignit, deambulatio sub porticibus renes fatigat, & minùs purgat uentriculum, atq; intestina, tum uerò hominem minimè exhilarat, nec oculis, nec pulmoni adeò confert, ut illa quæ fit per urbem, multoq; minus illa, quæ fit extra pomaria, uerùm exercitatio in sole, multum calefacit, & humores mouet, & his qui caput habent repletum, aut debile, aut uentriculum cruditatibus plenum, mortem aliquando, persępè autem morbos graues affert, sed in assuetis cutem obdurat, & corpora siccat, uitæ producendæ haud quaquam utilis. In umbra autem, ut magis trita, ita omnia habet debiliora. Sed æstiua exercitatio nisi mollis sit, periculosa: accendit enim febres, deijcit appetentiam, & sitim creat, hyemalis uerò lassitudines, & abscessus generat intus, & morbos inter hos laterales. Diuturna igitur & mollis sit hæc, breuis uerò etiam æstiua, utraq; citra omnem laboris suspitionem, deterior tamen æstiua est cum labore, & hyemalis cum sudore, tutiores autem exercemur antumno, sed longè melius uere, fiat autem depositis semper grauioribus uestibus, ut uerò quieuerint, iterum assumant. Quæ in cœno fit, laboriosissima est, atque periculosissima, exerceri etiam sub uentis, nisi exercitationem excipiat apotherapia, generat persæpè abscessus interiores, ex quibus homines moriuntur frequenter. In aëre libero pari ratione data, semper melius est exerceri, quàm sub tugurijs, commodius enim ualetudini, & magis spiritus recreat, & somnos gignit, & purgat uasa excrementorum, & uentriculum, & cerebrum, & lienem extenuat, & appetentiam excitat. Verùm natatio multa habet præcipua, nunc enim singula, genera exercitationum compositarum ex hac specie aggrediar. Prima quod in tepida aqua, dulciq; euocat sudores, & totum corpus extenuat, inutilis hecticis, propter motum, & sanis: nam uires relaxat, inutilis fatigatis, quia fatigat, & his qui caput priuita habent repletum, nam colliquat, & generaliter omnibus neruis, neruosisq; partibus, & uentriculo nocet, adeò ut mihi uideatur nulli congruere, sed si modò congruit, his tantum conuenit, qui robustissimi sunt, & calore nimio sunt oppressi, tum his quibus frigidæ natationem post consulere propositum est. At natatio in frigida, supra modum corpus corroborat, ac caput, & calorem naturalem confirmat, sedat sitim, & appetitum excitat ciborum, calorem externum tollit, & hominem siquid aliud confirmat, ac exhilarat, commoda est æstiuo tempore tantùm, & in umbra. Natatio autem in aqua marina, scabiem tollit & lepram iuuat, & quandoque illos qui morsi sunt à cane rabido, antequam formident aquam, siccat corpus plusquam natatio in dulci frigida, & robustius reddit, quia denseus, non solùm enim ut frigida condensat, sed & ut salsa, nec ut balneum solùm roborat, sed ut exercitatio nocet his, quibus acres à capite fluxiones solent contingere. Natatio autem in aluminosis, ut sulphureis aquis, corporis superficiem ab ulceribus psora, ac reliquis uestigijs, mundare solet, sed nec æqualiter, nam sulphureæ uiolentæ sunt, & caput lædunt, ac pectus, mitiores autē aluminosæ. Quæ cùm robustissimis solùm conueniant, ac iam

Æstiuæ exercitationis incommoda atq; hyemalis.

Natatio in frigida supra modum corpus corroborat.

Natatio in aqua marina.

Natatio in aluminosis aquis.

ægrotantibus, satis sit de his usque nunc pertractasse, admonentes neq; marinam, neque aluminosam, & multò minùs sulphuream, nulla exparte hominem recreare, aut exhilarare, nisi maris frigus & umbra plus natatione, ac salsedine ipsa iuuent. Porrò in natatione primùm brachia, inde collum, pòst pedes, cum cruribus exercentur: roborant igitur natationes, plus superiora membra, quàm inferiora, atque exercent. Sed & frigida natatio commodissima renibus est, atque uesicæ. Discus, alteres, palus ferreus, optima sunt his, qui debiles habent renes, intestina, uesicam. Consilium est autem exercere membra superiora tantùm, commoda hæc studiosis, si cum deambulatione coniungantur. Pilæ ludus omnis generaliter exercet membra æqualiter, qui tamen agitur pedibus, ac pugnis, is est illis membris grauis, ac luxat membra. Pilæ magnæ ludus grauis est, ac solùm his utilis, qui robustum corpus efficere cupiunt, remigare brachia exercet uehementissimè, exercitatio quæ non ad salubritatem corporis, sed ad robur solùm est utilis, uitam abbreuiat, et quoniam plerunque sub dio fit, morbos generat: iuuat appetentiam, & coctiones, quoniam calorem ad superiora reuocat. Fodere autem, exercet etiam renes, ideò excitat appetentiam, coctionibus inutile, quę in uentriculo celebrantur, quoniam uentriculus expergigitur. Inutile autem magis est scribendi munus, quod eam, & si exerceat brachium leuiter, nocet tamen uentriculo ob id, & etiam capiti, nam plærunque qui scribunt, prono sunt capite. Fodere etiam iuuat ad Venereę rei usum, et prolis generationem, ob hæc omnia, fossores multum generant, ligna scindere, propter motum capitis uiolentum, malum, & intellectum, ac sensus conturbat, ac corrumpit, in cęteris, simile fossorum labore. Aquam haurire succula optimum, recto enim corpore superiora tantũ exercent, sed studiosi deambulationẽ adijcere debent, solùm enim exercere superiora his malum, tamen etiã illis, qui imbecilles habent pedes, iuuat igitur coctionem, & appetentiam excitat, confert & his qui plurimũ aut mingunt, aut deijciunt. Mallei labor huic similis, sed findendi ligna officio par, non tamen cõcutit caput, pastillo tundere, ut aquã haurire, sed hoc simul exercet ambo brachia, illud seorsum, unde fit, ut haurire aquam salubriùs sit. Differunt autẽ, quæ alternant ab his, quę simul exercent, nam quæ alternãt, imbecillibus, & diutiùs exercenda, remanetq; semper aliqua lassitudo, quæ simul exercent utrãq; partem, ut ualidius, ita salubrius iniungũtur. Panem subigere remissiùs, & eadem facit, quæ ligna scindentes patiuntur. Equos agitare robusta, ac periculosa exercitatio, renes admodũ uexat, tũ etiã uentriculũ, unde hi in renũ lapides, & ob cruditates in coli dolores maximè incidũt, ni salubris prorsus exercitatio, omne inæqualitatis genus subit.

Scribendi munus uentriculo nocet.

Quæ in exercitatione animaduertenda sint.

Est in exercitationis genere omni, quod sanitatis causa fit, modus adhibendus, nam neque delassari, neque sudare conuenit, neque spiritum intendere, sed in hoc Galenus dissidet, nos quoq; illi concedimus, ut id agat, qui tantùm iuuatur, ut concoquere rectè panem, & olera possit, & nullo alio cibo uiuere: quod si cum ea exercitatione, uel non potest se sustinere, nisi carnes, aut oua caseum ue bis in die edat, uel etiam si possit sic uiuere: non tamen uiuit, ei prorsus ea exercitatio inutilis erit.

Exercitatio propria.

Est autem exercitatio nostra peculiaris, chartam in tabula premere, atque lenem facere, cum gemma inclusa ligno, aut uitro: fit autem alternatim dextra, ac sinistra manu, atque ultimis uiribus in tabula leui, & quoniam non gratis labor est, ualidiorem efficiemus, continendo spiritum, ac continuitate, spatium quoque temporis, & quàm facilè feramus, considerabimus, si quis enim intentis membris id agat, dimidium horæ sufficere posse uidetur, horam excedere non debemus, ita uerò agendum, ne multum inclinemus corpus, nec caput agitemus: sed usus paulatim in huiusmodi nos admonet, quónam pacto rectè tractandum sit huiusmodi exercitium: conandum etiam, ut æqualiter omnia moueantur, dextra, sinistra, superiora, inferioraq;. Verum illud occurrit, quod forsan quærere alijs absurdũ uidebitur: An exercitatio à cibo, mala semper sit? Ego non libris, sed natura ipsa docente profeci, cùm enim uideam plures eruditos diu uiuere, qui nunquã aliud agunt, quàm quod studeant, ac nostra ætate inter reliquos Leonicenum, Iasonem, Maynum, ac duos Decios, qui propè cẽtesimum annum peruenerunt: tũ uerò fabros plures ferrarios, ac ligna-

An exercitatio à cibo mala sit semper.

aclignarios, absurdum est, noxiam semper existimare hanc exercitationem, quæ à cibo fit: uerùm cùm non grauis fuerit, nec iniucunda, ut studiosorum, aut cum qua totum corpus non transferatur, sed solùm moueatur, siccato cibo in uentriculo sibi adhæreat, optima celebratur concoctio, optima enim illa est, in qua quasi uentriculus, & cibus unum corpus efficitur: quare ex huiusmodi exercitatione, non solùm noxa non sequitur, sed etiam egregia utilitas. Oportet autem & exercitationem eiusmodi esse, quæ non transferat, nam saltare, currere, agitare equum, uehi carpento omninò noxium est: & cibum qui editur non esse eum, qui distendat, nec plus potus adesse, quàm ut dilui possit, nec pinguem esse, sed eiusmodi est fossorum, & pauperum fabrorum, etenim panem, & cœpam, aut alleum, aut nasturtium cum sale, inde etiam consuetudinem fauere: his quatuor ditionibus, non solùm exercitium haud nocebit, sed etiam iuuabit, egregiè præsertim, si is homo, cui exactè os uentriculi à cibo concludi soleat, & cuius somnus suo tempore, qualis oportet, subsequatur. Vociferatio autem species exercitij habetur, sub qua continetur musicorum munus, concionantium præcipuè, ac profitentium, de qua dicam, quod dubium non est prodesse scilicet corpori, ad expurganda excrementa, cùm incalescit, præcipuè pectoris, & partium eius: obesse proculdubio capiti, præsertim debili, & memoriæ, cùm aër sursum delatus, bombum in eo excitet, sed etiam crudis, & cacochimi habitus, & hernioſis, declamatio, & cãtus, & inflatio tibiarum, & cornuum, & huiusmodi, manifestè noxia est. Quæ autem in dubium uertuntur, tria sunt, quorum meminit Oribasius in primo synopseos, & in sexto collectaneorum, scilicet quod efficacissima sit ad salutem, & ad diuturnam bonam ualetudinem, hoc unum est: alterum quod prosit uentriculo debili, quodq; adiuuet coctionem, præsertim cùm fateatur, quo ipsum distendat: cuperem igitur ab ipso scire, quonam pacto, hęc simul cõueniant, distendi à flatu, & corroborari, præsertim cùm pater meus narraret, se ob profitendi munus etiam in iuuentute ipsa, peruenisse ad imbecillitatem uentriculi, ex qua nunquam postmodum conualuit. Et mihi sanè obfuit id, tametsi magna cum industria quæsierim, id incommodum euitare, & ut breuiter dicam, neque illi rationem ullam adducunt huius rei, neque ego uideo, ob quam dicere possim, uociferationem prodesse uentriculo, sicut neque illius, quod maximè, & plenè corpus excalefaciat: dubium enim nõ est, quin multò meliùs, celeriùs, atq; efficaciùs non fiat per ipsas ueras corporis exercitationes. Tertium est, quomodo anhelosis, ac etiam tabidis, ut affirmat Aetius. Eiusdem sententiæ fuisse reor Principem, in tertia primi, neque meminit uel pectoris affecti, uel quod calefaciat egregiè corpus, aut quod singulare ei præbeat auxilium, multò minùs quod conferat uentriculo, imò dicit, dum de his quæ nocent uentriculo loquitur, quod flatus in eo, coctionem impedit, si ergo ex uociferatione uentriculus distenditur, necesse est etiam impleri intestina flatu, & accepto cibo, redeunte flatu ad superiora, conturbari coctionem, nisi pendat, quod familiare est multis musicis, ob hoc ut etiam hernia afficit. Dicamus ergo primum, quod professio publica nocet capiti, & uentriculo, quoniam non solùm fit uoce magna, sed mentis intentione, quæ caput implet, & uentriculum debilitat, de cætero clara uox laudatur in his, qui tardè concoquunt, à Cor. Celso. Quomodo ergo uentriculo prodesse possit uox clara, adhuc in dubio restat, uelut in cantoribus, & tubicinibus: Et nullã inuenio causam, quam quòd ex uehementi illa agitatione pectoris, & pulmonis concalescant partes illæ, & maximè in his qui amplam habent asperam arteriam, & ob calorem illũ, præsertim si sint iuuenes, uini potores, incalescat etiam uentriculus, qui septo transuerso annexus est, mouetur enim illa pars ualido motu, atq; ita uentriculus meliùs concoquat: iuuat enim trahere auxilium ad uiciniam, si non licet ad domum. In his ergo, in quibus os uentriculi supernum, non benè clauditur, & in temporibus, & regionibus humidis, ac frigidis, studiosis, pauci caloris, pauci exercitij, & multæ cogitationis, aquam bibentibus, totum in contrariũ cedit, uelut patri meo, & mihi. Et ideò talibus, si hoc cõtingat ut cogantur, magna uoce ac diu uti, primũ uincula adhibeant uentri, quibus intestina cõprimãtur, accipiãt cibi aliquid, antequã eo eant,

Concoctio optima quæ.

Vociferatio exercitij species.

Vociferatio quibus obsit.

Oribasius notatur.

Cap. 5.

Cap. 10.

Lib. 3. c. 3.

doct. 2. c. 2.

X I I I. 3.

tract. 1. c. 35. & 36.

Professio publica capiti nocet.

Nota.

uelut panem infusum in prannio uino, & suppositis aromatibus, in fine accipiãt syrupi aliquid de succo myrti, curent somnum, cibis coctis, & facilis coctionis, in cœna utantur, exerceant se, antequam quiescant, uitent cruditatem, aquam frigidam, cibos crudos, duros, flatuosos, multitudinemq; omnem illorum: non assumant cibum, antequam dormiant modicum, aut saltem in lecto quiescant, & exprimant flatum, uelut ex esu anisorum, aut coriandrorum. Et scias quod sunt tres ordines harum exercitationum, una est non studiosa prorsus, & de hac intellexêre ueteres, alia in qua adhibetur studium, sed sine timore, ut canere, aut tibias, uel cornu inflare, & hæc non est adeò bona, ut præcedens. Tertia est deterior omnibus, ut profiteri, concionari, sed hoc fit maiore uoce, & minore cogitatione, ideò magis nocet capiti, & plus iuuat uentriculum, cùm etiam aliqui sudore proluantur, profiteri autem maximè in experto, & non multum perito, & tamen gloriam non negligenti, hoc plurimum obest uentriculo, & parum iuuat caput, qua enim parte, cõfert ob studium, eadem nocet ob uocem altiorem, & ideò sensus accliuium confert magis uentriculo his, sed sonus recludit spiritum, uox autem efflat magis, & cum utroq; laborent musculi intercostales, & ideò pectus incalescat, tamẽ sonus magis calefacit interiora, propter cõtentionem spiritus, & magis nocet herniæ & plus iuuat uentriculũ, quàm uox: cõtra, uox magis expurgat pulmonem, & cor dilatat, & melancholiam dispergit, & ructui acido confert, & est proximior exercitationi. Neutrum tamen conuenit tabificis, aut anhelosis, nisi his qui cùm pectus habeant amplum, occasione tamen externa, aut ob defluxionem à capite, his morbis laborant. In hisq; semper est obseruandum, an curari queant, plærunq; enim euenit, ut auxilia salutaria, & ratione excogitata, cùm morbus est insanabilis adhibita deteriorem patientis conditionem efficiant, & mortem accelerent. Oportet autem eos, qui uocem exercere uolunt, ut caueant, uel à nimia attractione spiritus, uel ex sufflatione, aut nimis longa, ut dixit Princeps, sed non docuit causam. Vox etiam tam acuta, quàm grauis, ualde periculum affert fracturæ uenæ, sed grauis affert maiorem utilitatem ad calefaciendum corpus: In summa, uox diu protracta, & non magna, nec uehemens omnibus mala est, & nullam utilitatem affert, uehemens in robustis, & quibus caput est robustum, & concitata sic, ut corpus incalescat, occlusis auribus bona est. Si aures non claudantur, præter id quod cerebrum debilitat, sibillum in auribus gignit: imbecillibus toto corpore, ut senibus, aut pectore, aut capite, nulla uocis longa exercitatio, ut in profitentibus, & concionantibus, nec uehemens, nec remissa admitti debet: quoniam non sine magno detrimento, si perseuerare contendat, esse potest, deterior tamen longa, non uehemens, uehementi breui, & quoniam detrimentum est in inspiratione, qua uentriculus, & intestina flatu replentur, non autem in expiratione, ideò expiratio uehemens esse debet, & uox sonora, inspiratio sensim longa, & leuis, & hoc est etiam ualde commodum discipulis, qui dictata notis excipiunt, & profitentibus ad cogitandum, licet non adeò uenustum. Venustissimum, cùm frequenti auditorio plures scribunt, ita profitebatur Andreas Alciatus Iuris cõsultus, nescio an ob audientiam solùm, an ab aliquo medico etiam edoctus, causam hanc. Sed si nullus dictata notis excipiat, absurdus, & inuenustus redditur huiusmodi profitendi modus. Verùm nisi omninò contemptibilis sit professor, nõ defuturi sunt subscriptores, inuitante ad id munus, profitendi commodo.

Nota.

Vox & sonus quibus prosint & quibus obsint.

Nota.

Andreas Alciatus Iurisc5sultus.

De frictionum uiribus iuxta earum species. Cap. XXI.

Frictio media est inter exercitationem & omnimodam quietem.

FRictio media est, inter exercitationem, ac omnimodam quietem, cumq; dixerit Hippocrates in sexto Epidemiorum: Frictionem, circuitum multum, & famem, esse febriculosis inimica, scilicet quod exinaniant uires, corpus calefaciant, & siccent, quę omnia etiam facit febris, ideò naturam frictionis ex hoc generaliter intelligimus, non tamen occidit ut lucta, cursus, & fotus, qui uehementer excalefaciunt, & resoluunt ualde uires. Cursum autem si perseueret, inter lethalia detrimenta cõnumerat, breuis si sit, ut semel, & exiguo spatio, quod

quod nos uidimus aliquando præ ira, uel delirio, in ægris accidisse, lædit ut frictio. Quantum autem frictio possit, hoc experimento discas, licet quod uel modicè deducta celeriùs super corporis quamuis partem manu, adeò ut pars illa uratur, ubi enim propè summum accesseris, tunc modica intentio multum uariat effectum, qui ex ea sequitur, nam si cum hoc compresseris uehementiùs, uix redditam, & reductā manum, uel semel sustinebis: quantò minùs bis, aut ter, aut quater: conduplicantur enim hæc Geometricis, non autem æqualibus, & Arithmeticis incrementis. Corpus autem nostrum frictio mouet extrinsecùs adhibita, atq; dum per eam calefiunt arteriæ, & uenę paulatim excitatur calor, & foras euocatur, fit linteolis, manibus, & quandoq; oleo intinctis, atque quiescentibus membris, & modò uniuersim, modò singillatim, per partes: & quodcunq; membrum uolumus, idq; duriter, molliter, parum, multum, medioq; inter utrunq; horum modo. Et quoniam aliquando contingit, præ nimia, ac uehementi exercitatione, aliquam ex solidioribus partibus dissumpi, conuelliue, aut excrementa à calore excitata, ac impetu acta, meatus ipsos obstruere, quod ne contingat, totū corpus emolliendum est, attenuanda excrementa, & laxādi meatus, quod nihil melius præstare potest, quàm frictio, qua mediocriter totum corpus linteolo perfrictum, cutis concalescit, & simul obstructi aperiunt meatus, semper enim ex hoc intendimus, siue in longum, siue in rectum, siue in obliquum, siue in orbem agantur manus, durandæ, molliendæ, augendæ, extenuandæ, aut mediocris inter hæc seruandæ carnis, propositum assequi: frictio enim mollis, laxas reddit partes, sicuti dura tensas, uim etenim habet frictio soluendi, ligandi, carnem augendi, ac minuendi, iuxta uarium manuum iniectum, ac circumactum, ut inquit Galenus secundo de Tuenda sanitate, cuius sex sunt simplices species: quarum tres ad quantitatem, tres ad qualitatem referuntur, ut Auerroes refert. Ad qualitatem quidem aspera, leuis & tēperata, siue ut Galenus dura, leuis, & mediocris. Ad quantitatem uerò multa, pauca, & media, quarum omnium particulares extant operationes, quas quinq; regulis, amplexus est Galenus loco præallegato. Prima est mollis & pauca frictio, quæ carnem aliquantulum remittit, ac facile contrectabilem, multa uerò, & mollis euaporat, & liquat, mediocris, laxa, & fluida carne implet. Secunda est dura, & multa, quæ cōtrahit, constringitq; corpora, & phlegmone quippiam persimile relinquit: dura uerò, & mediocris, imminuta implet, & euidenter circumscripta, expressaq; carne, & exigua, in summa cute ruborē ad tempus excitat. Tertia est dura & rara, quæ inspissat, & mollis, dura emollit, & spissa dilatat, dura enim colligit, & mollis soluit, & est quarta. Quinta uerò est, quod multa subtiliat, & mediocris carnem generat. Vbi ergo præ nimia corporum raritate, constringere opus est: ne tam facilè ab extrinsecùs occurrentibus lædātur, dura utimur frictione. Dura uerò & multa, ubi præ nimia mollitie, ad motus sunt inhabiles, imò ad paralysim, & stuporem sunt dispositi. Quæ uerò coacta, & densa sunt corpora, hæc molli frictione, ac media, inter multam, & paucam pertractamus, ut fuligines, ac uapores exhalare possint, & obstructiones impediantur, sicuti molli, & temperatæ quantitatis, pro emolliendis duris corporibus. Diuturnos etiam capitis dolores leuat frictio, non in impetu tamen doloris, & eadem membra resoluta cōfirmat, licet sæpiùs perfricandum sit aliud membrum, & maximè cum è summis, aut à medijs corporis partibus materiam euocare uolumus, ideò extremas perfricamur partes: frictio enim tria præcipua commoda affert, & præsertim lenis, dum à partibus superioribus ad partes inferiores trahit, à membris nobilioribus, ad membra ignobilia, & ab intus ad extra. Quantitas autem siue perfricandi numerus, à uiribus patientis desumitur: sæpē enim in mulieribus, minùs quàm in uiro, & minùs in puero, & sene, quàm in iuuene, manus dimouendæ sunt. Et ubi totius corporis imbecillitas, hanc per totum exigat, breuior esse debet, & lenior, ut summam tantùm cutim emolliat, quò facilius capax, ex recenti cibo nouæ materiæ fiat, & inter cæteras utilitates, quas præstat frictio, somnum etiam cōciliat ex Galeni sententia xij. artis curatiuæ. [Frictio enim inquit non solùm corpus purgat, sed etiam somnum prouocat.] Ventris autem frictione quisque caueri debet, cùm quatuor maxima afferat incom-

Frictionis uires.

Frictionis species.

Cap. 3. Frictionis sex simplices species & earum uires.

Frictionis tria præcipua cōmoda.

Frictio somnū conciliat.

Cap. 3. Frictio uentris cauenda.

incommoda quæ commemorat Galenus tertio de tuenda ſanitate, coctionem enim cibi impedit, humores crudos in corpus transfert, uentriculum ſubuertit, & caput turbat, ideò maximè cauenda eſt.

Cap. 3.

De Balneis. Cap. XXII.

Balnea è calida nõ proſunt aqua.

BAlnea quidem benè ualentibus non proſunt è calida aqua, ne quiſpiam cupiat elixari, nam admodum refrigeratis, tantùm abeſt ut calida conueniat lauare, ut neque etiam tepida, neque temperata, ſiquidem aquam diſtinguemus in hoc caſu, in calidam, tepidam, temperatam, & frigidam. Porrò exemptis ægris, cum ſua calida, atque aëre omni balnei, qui naturæ noſtræ inimicus eſt: reliquum eſt ut de temperata, & tepida, ac frigida loquamur: qualis antiquo tempore, cùm ætate aurea uiuerent homines, pauci boni, diu compotes, & hac ciuili, cùm magnorum bonorum participes fiunt, ſed paruo tempore, & multis permiſtis curis, anxietatibuſq; cum antea raro in mala inciderent, nam diu uiuebãt homines, & luctus cauſa non aderat, neque iudex iniquus, neque magiſtratus metuendus, neque penuria annonæ, non doli, non uenena timebantur. Itaque huiuſmodi hominibus, balnea quidẽ tepidæ aquæ, maximè ab igne feruefactæ non conueniunt, non tantùm quod tepida exoluant uires, & labefactent corpus, ſed quod refrigeratis, & more quaſi beluarum uiuentibus, haud ſuauia uideantur, ſed potiùs ituabat detergere ſe frondibus ſiccis, ac mũdioribus ſe inuoluere: calefactis autem, frigida gratior eſt. Tum uerò, & ahena, & lebetes, & uaſa huiuſmodi ignota cum eſſent, haud ueriſimile eſt potuiſſe illos uti aqua, qualicunq; apud ignem calefacta, imò ne uoluiſſe quidem, & adhuc incerto (ut aiunt) ignis uiu. Sed utcunq; ſit, commodior illis fuit frigidæ uſus, ſub æſtiuis ardoribus, aut in umbra temperatè: Ciuili autem homini, adeò uſus balneorum arridebat, ut nihil tritius Romæ, & tota Italia thermarum nomine haberetur. Famoſæ erant inter cæteras Diocletianæ, & ante illum Antonini Caracallæ, quas aliter fieri potuiſſe negat Spartianus, dicens [Romę reliquit thermas ſui nominis eximias, quarum cellam ſolearem, architecti negent poſſe ulla alia ratione fieri, niſi qua facta eſt. Nam ex ære, cupro, cancelli ſuppoſiti eſſe dicuntur, quibus concameratio tota cõcredita eſt: & tantùm ſpatij, ut id ipſum negent aliter fieri potuiſſe docti mechanici.] Harum meminerunt Eutropius quoque, atq; Lampridius, ſed hîc putat ab Antonino, ab alio Antonino inchoatas, & à patre Caracallæ: poſtea non Caracalla abſolutas. Hoc ſatis eſſe debet, uſum adeò fuiſſe frequentem illarum à populo, ut Imperatorum prȩcipuam curam ad ſe traxerit, neque ſolùm publica hæc cura, ſed priuata etiam: Cicero monet fratrem, quod in Arpinati extruerat balneum. Dicitur balneũ neutro genere, in ſingulari (ſi quid ad rem hoc intelleXiſſe præſtat) in plurali fœminino, ut publicæ balneæ, quoniam inquit Varro, ubi multitudinis nomen increbuit, plurali utimur, ut fœminino genere, ut ſcalæ, & aquæ calidæ, poſtquam, aut more Græcorum, etiam ad priuatos uſus peruenit, mos publicus, & maximè ut alibi maſculi, alibi fœminæ lauarentur, tunc & Græcorum more, cœpit appellari balneum hoc uirorum, illud mulierum, liquet enim ex oratione Grachij, de legibus promulgatis apud Gellium, eousq; balneorũ uſum utriuſq; ſexus, in publico fuiſſe promiſcuum. Dicitur & balineum etiã idem, quod balneum: balneum autem cùm ſit nomen à βαλανέιον, deductum, differt à thermis, quod in thermis calor ſufficit, in balneo etiam lauacrum includitur, quãquam & laconicũ balneũ, in quo ſolùm ſudabant dicatur: Et βαλανέιον, fit à βαλεύς, ανεως, quod eſt glandes ſuccendere. Dicitur ergo balneum, magis de artificioſo calore, & igneo: thermæ de naturalibus. Quãquam & balnea Neroniana dicta ſint de aquis ſponte naſcentibus in Patauino agro, nihil eſt tam diligenter excogitatum, quod humana malitia non interuertat. Antiquitùs miſcebantur in balneis publicis, maſculi fœminis, unde dedecora multa fiebant. Diuiſæ ſunt concamerationes, ut in alijs maſculi lauarentur, in alijs fœminæ: protinùs pro dedecore ſcelera prodierunt, ætatem, ætati, iniuriam facientes, unde tot probra, inſtitutores Chriſtianæ religionis omnia ſuſtulerunt. Attamen tantùm potuit amor uſus huius, & populi fauor, ut lu-

Thermæ Romæ famoſæ.

Balneum differt à thermis.

ut Iustinianus qui iam adulta religione nostra floruit, balneum Zeusippus Constantinopoli, in domo Augusta ædificauerit, conseruauit, & ornauit, Archadianas in eadem urbe, ad partem Orientis, ex Propontide nauigantibus, hoc est, à læua. Nec solùm Constantinopoli, sed Carthagini, Theodorianas construxit, ut author est Procopius, sic usui publico, ut gloria, & populi fauor cùm pietate pugnaret. Adriano Imperatori obijcebatur, quòd publicè cum amicis lauaretur. Commodo autem, quod sæpiùs in die lauaretur, et in balneis cœnitaret. Gordiano autem iuniori, quòd septies in diebus æstiuis, bis in hyemalibus lauaretur, ut retulit B. Martianus in quarto Topographiæ 1. Porrò quidam lauabantur bis in die, (& forsan plerique, quibus otium esset) ut à Galeno colligitur octauo artis curandi. Commoda enim plura erant balnei, aperire poros, sudorem facilè prolicere, sitim sedare atq; æstum, somnum prouocare, mundare, atque purgare cutim, sordemq; omnem ex illa detergere, humectare corpus, adiuuant, & coctionem tertiam balnea: atque corpus impinguant, & infantibus prosunt, atque gracilibus, magis quàm corpulentis, iuuant & non parum uocem, eamq; claram efficiunt. Dicebat autem in tertio de Tuenda sanitate. [Dautium aquarum balnea, si calefactarum sint media temperie, calefaciunt, adeò ut ferè etiam mortuos (inquit tertio de his quæ in Medicatrina) & humectant: si minùs calida refrigerant, & humectant: si magis calefaciunt, sed non perinde humectant, Inde subiungit post pauca. [Vires balnei temperati, quod ad tuẽdam sanitatem pertinet, quàm fieri potest, paucissimis subijciam dilato in aliud tempus, quem in morbis præstat usu. Igitur iuuenis exercitatus iam parum, balneo parum indiget, ut qui ex mediocri exercitatione, & Apoterapia omnia, iam sit consecutus: si tamen commodè ipsum adhibeas duras, tensasq; partes emollit: excrementum, putreq; siquid est intus, ad cutim euocat, at neque hęc in huiusmodi iuuene sunt necessaria. Verùm potiùs eluí puluerem, atq; sudorẽ, magis postulat, quàm calefieri. Ideò neq; in Laconico immorari is debebit, sicut qui citra exercitationem se ipsos elixant, sed tantùm ad solium usque transire: sed nec morari in piscina huic est opus, imò lotus, ut comprehensum est, ad frigidam transire festinet.] Ex quibus uerbis quędam coniectari licet, circa constructionem ipsius balnei, de quibus postmodum agam. Sed ut ad rem redeam, sexto in sextum de Morbis uulgaribus commendat balneum à tribus, quod os siccum humidum reddat, & sitim extinguat, & corpus calidum, & arefactum temperet. Alia quoq; infrà commemorat auxilia, sed de his suo loco. Nunc iam quibus obsit, dicere tempestiuum reor. Primùm quidem insuetis balneũ persæpè grauiter nocet, & ut in fluxionibus ad uẽtrem utilissimum est ita sanguinis fluxum grauiter irritat. Nocet præterea plurimum plethoricis, ac crudis: propterea in incremento morbi, & in accessionibus antè declinationem, & in obstructionibus, obest quoq; utero gerentibus, uelut undecimo de usu partium. Quod uerò præter spem quasi est, est quod balnea post cibum prosunt gracilibus, id sanè ita interpretor, quod adhibita iuxta rationẽ traditam, tertio de Facultatibus naturalibus. Cùm coctio in membris iam incipit celebrari: hæc inquam quarto decimo Methodi, secus autem quotidianas procreat: Dissoluit præterea balneum uires, & effœminat hominem, nocetq; plurimùm, si à balneo, uino quis utatur. Nocet præterea inflammationi, & erysipelati, neq; lauari debent, qui destillatione, aut grauedine, aut capitis dolore exardore, neq; syncope ex cruditatibus laborãt: quin etiã balneum, omnibus morbis materiam procreandis subministrat. Vt etiam si superfluum febres quas secus extinguere posset, accendat. Præcipuè aũt balneũ putredini nocet, eamq; gignit, & auget. Vlceribus præterea etiam obest, quod ulcera sanatione indigent, sanatio autem ex exiccatione procedit.

Lib. 1. & 6. de ædificijs Iustiniani.

Cap. 7.

Cap. 2. post principium.

Balnei uires.

Cap. 4. in initio.

Cont. 1.

Balneum quibus obsit.

Cap. 10.

Cap. 13.

Cap. 16.

De Balneorum præparatione. Cap. XXIII.

BAlneorum præparatio, alia quidem instrumentorum, alia lotionum, ante enim quàm lauarẽtur, plerique inungi solebant, ac etiam à lotione ipsa: Inde sunt instrumenta, & uasa uelut dictum est labra aluei, rotæ, pelues, labra à similitudine dicuntur uasa, quæ exporrecta illa habent, ueluti mar-

Balneorum præparatio.

gines, aut fines quasdam, uocant tinacia huiusmodi, sed & uas quodcunq; amplũ, aut marmoreum, in quo homines lauare solent, & fossa etiam lapidea, ad hũc usum parata, omnia enim ad balnea referuntur. Vt Cicero Terentiæ labrum, si in balneo non est, ut sit, sed alueus, huius etiam usus est, ac magis proprius, cum in una sede situs est. At quandoq; pro carina, aut nauiculis in formibus excauarit, ex arborum truncis. Dec. 3. lib. 2. Salustius quoque, & alij, ut cùm dixit, alueos quoq; nauium inuersor pro tugurijs habuêre. Pelues à peluendo dictæ, sic Cæcilius ex Nonio:

Amore cecidi, tanquam blatta in peluim.

Alij pedibus dictũ uolunt, ut sit uas, in quo sub fine balnei sordes pedum abluuntur, alij à Græco deductum uolunt, in unum tandem cõueniunt, cùm sit multi usus in balneis. Rotæ autem qualem usum balneis præbeant, non est ut dicã: uerum existimandum est, fuisse instrumenta, olim rotunda, caua, ampla, per quæ super axem monubrio conuerso, aqua ex canalibus hauriebatur: nam tamen in publicis maximè balneis, necessaria eius multa copia erat, quam non facilè erat transfundere in cirneas, & uasa alia, nisi huiusmodi machinis: strigilibus aũt utebantur, ad detergendum sordes, forma erat quasi similis his, quibus nunc ad equos utimur, sed non erãt dentatæ, & aderat cauitas in eo, qua sudor colligeretur, quinto de locis: liquet autẽ ex libro de Facilè parabilibus ad Solonem, in strigili concauitatem illam, adeò esse magnã, ut per eam in hos lac posset infundi. Ergo strigili deradebãt cutim, & caua illius parte colligebant illum, ut in decimo de simplicibus medicamentis. Apuleius in floridis: magno incœptu prędicauit, fabricatũ semet sibi ampullã quoq; olearia, quam gestabat lenticulari forma, tereti ambitu, præstula rotunditate: iuxtaq; honestam strigileculam, recta fastigatione clausulæ, flexa tabulatione lingulæ, ut & ipsa in manu capulo moraretur, & sudor ex ea riuulo laberetur. Figurã strigilis bellè depinxit Gulielmus Choul Lugdunensis, Præses montium Allobrogum in sua castramentatione, Romanorum olim. Erant autem è cupro, aut argento inaurato, nõnunquam ex auro: at Indi, ut refert Strabo, ex ebeno factis utebantur. Postmodum cœpere Romani spõgijs, loco strigilium uti. Aliàs uidi figuram satis dissimilem huic, ut in secundo icone uides. Gutti uerò, seu ampullæ, quam lecythũ uocabant Græci, forma quidem descripta, & quasi uulgaris, olei aũt non unus modus, neq; ungendi mos, nam primùm erant olea, inde etiã unguẽta. Et alioquĩ quædã odorata, alia non ut etiam uulgare, quod ex oliuis conficitur, erat rosseum, liliaceũ, irinum, crocinum, ex unguentis myrthinũ, gleucinũ, plurimũ refert quale sit, (omissis modò odoribus) nam è populi floribus fit, ac oleo sabino, aut quocũq;, quod citra astrictionẽ tenuissimũ sit, ac digerat, ut quarto de tuenda sanitate docet Galenus, quod acopũ sit, & in duplici uase etiam melius, & in sole: si tempus non urgeat è solis floribus, uelut Camęmelinum, ad omnes lassitudines. Spicatum autem unguẽtum, ad luxuriam potiùs, quàm utilitatem, nam apud Imperatorum curatores, magna cura de his erat: uelut etiã quod guttum ex osse monocerotis esset, cum alijs esset è uitro, aut bubali cornu. Hos etiã nardinum uocare solebant: omnium forsan potentissimum apud nos, & nunc erit amaracinum, ea præcipuè arte conditum, sed ad certos usus. Porrò unguentorum ab oleis discrimen est, mistio multorum in unguentis, simplex autem est oleum, aut penè nullis alijs admistum. Erant & Diapasmata, sicci pulueres, qui deterso sudore inijciebantur, cùm recedebant à turricula, ut non ampliùs sudarent, sed cum ad medicinam parùm sint necessaria, omitto: hodie putat Chou illa fieri ex cyprio puluere, ut uiolis: è santalis etiam, aut rosis, non incommodè. Cæterùm balnea præcipuè militibus, ac luctatoribus, uiatoribus, sapientibus quoque, ac studiosis, sed his minùs sunt utilia, delicatis autem, & his qui munditiem amant, quasi necessaria. Nulla maior magnificentia, quàm horum Romæ sub Imperatoribus, quod & reliquiæ

Rotæ qualem usum habeant in balneis.

Strigilium forma.

Cap. 7. in fi.

Cap. de sudore.

Cap. 8.

ostẽ-

ostendunt. In formam turris exædificari solebant, tres partes præcipuè erant, ut dixi, tepidarium, caldarium, frigidarium. Inde addita commoditatis causa, apodyterium, escola, id est, receptaculum, in quod ingrediuntur, seu se recipiunt, qui balneũ ter operiuntur, aderant & spheristeria, in quibus alij pila exercebantur ante balneũ, ut incalescerent, atq; sudarent, & palęstræ in qua luctarentur: præterea cisthi, nemora, deambulationes multiplices, porticus: Elæothesium, ubi inungebantur, at hoc non separatũ fuit in Græcis balneis, ut neq; palęstra pars fuit Italici balnei, sed Græci: non defuit & quibusdã stadium, quo si exercerent athletæ, tanta fuit cura, & amplitudo horum ædificiorum. Laconicum uerò, & partes quæ ad sudationem pertinent, miro modo à Philandro explicantur, ubi de Clipeo plura: lauabant quadrante numerato: Agrippa autẽ CLXX. balnea publica granuta præbuit, quæ postea, in immensum aucta numero sunt: inter quas ex antiquis nobiliores Platinæ, Neronianæ, & Agrippinæ, & quas suprà commemorauimus.

Comment. in Vitru. lib. 5. cap. 10.

Agrippæ balnea.

Iam uocat me tempus, uarietas q; intingendi: ungebantur enim etiam tempore Homeri, & hospites ad leuandum laborem, & lassitudinem recreandam, & ut mollirentur densatæ partes, siccatæ restaurarẽtur, tepefacerent alios à frigore uexatos, denique ut uegetiores, firmiores q; illos redderent. Sed hæc parerga, uideamus sententiam medicorum. Dicebat Galenus septimo Methodi. [Vngendum oleo post lauationẽ est, ne uidelicet (quod intumuit corpus) plus iusto digeratur, sed obstruantur exigua cutis spiramenta: Idem protinùs, & siccitatis remedium fuerit, & aduersus incommodum, quod ab aëre ambiente cõtingit, ueluti monumentum.] Et parum antè inquit: [Et confert inunctio ad renutritionem, uelut & frictio.] De inunctione autem balneum antecedente loquitur manifestè, in sexto de Tuenda sanitate cùm dixit: [Sed sunt qui protinùs oleo perfusi, ne dum ulla adhibita frictione, balneum ingrediuntur.] Idem quoque satis diffusè, ac luculenter explicauit quæcunque dici possent circa hoc, complexus secundò de simplicibus medicamentis, cùm dixit: [Ex genere quoque eorum, quæ nos excalefaciunt, oleum est, cui eiusdẽ quoque à uiscositate, ac quod difficulter, item defluat, tum quòd meatus infartiat, obstruat q; duplici ratione, ut augere caliditatem uideatur, euenit: tum idem adeò quod instar uestimenti, aut munimenti, illinatur, tum quòd meatus infartiat, prohibeat q; foràs effluere magnam uaporosi intùs caloris partem, eadem ratione, nec ut resiccẽtur corpora nostra, permittit, nisi sanè applicetur calidum, id q; plusculo tempore. Has ita q; uires eius, ut homines omnes experientia compertas habeant, quos largiùs sudare uolunt, siue à balneo, siue balnei expertes: ijs non protinùs ab initio oleum admouent, uerùm ijs qui morbo laborarunt, ubi sudare incœperint, tum excalfactum perfundunt. In ijs uerò qui etiamnum laborant, ubi abundè iam satis sudarint. Porrò in sanis, siquidem ex longo itinere, aut exercitatione, alióue quouis pacto, corpus ipsis exhaustum est, eis inungi & ante sudorem permittunt, uerùm quibus cruditas est, aut corpus habent plenum, quod πολυθωρικὸν uocant, ijs neque in balneo inungi concedunt.] Sed & oleum aquæ misceri consulit, cùm humectare multum scopus fuerit, & in olei defectum cum butyro, ut in tertio de alimentorum facultatibus. Iam uerò post balnei sudorem, & lauationes calidas, de frigido balneo sermonem habeamus, memores quorundam præceptorum, primùm ut fenestræ constituantur à parte naturæ balnei congruenti, ad austrum pro calore, ad orientem pro recreatione, ad boream pro frigida lauatione, quod q; bonum non est, ex sicco balneo, in frigidam quem q; mergere, Paconicum quoque aliud simplex, in quo cum uoluptate studebant Græci: aliud barbarum, cum æstu immenso, non tam sudorem, quàm uitam è corpore extrudere uelle uidentur: quod in Anglia sum expertus. Demùm quòd in balneis celebrioribus, locus erat aqua plenus, quem Piscinam uocabant, qui tam amplus erat, ut brachia extendere pro arbitrio sine impedimento liceret, teste Cicerone.

Vnctionis uires.

Cap. 6. pag. 3.

Cap. 5. in fine.

Cap. 24.

Nota.

Cap. 15.

A balneo sicco bonum non est quenquam in frigidã immergere.

De Frigido Balneo. Cap. XXIIII.

Natatio in frigida quæ commoda afferat.

DIximus superiùs, natationem in frigida, corpus corroborare, & caput, & calorem, naturalem confirmare, sitim sedare, ciborum appetitum excitare, calorem externum tollere, atque si quid aliud hominem confirmare ac exhilarare, & renibus quoque ac uesicæ conferre, æstiuo tantùm tempore, & in umbra cõmodum esse, ulteriùs frigidum balneum, per se primò refrigerat,

Frigidum balneum calefacit.

insimulq; aut substantia, aut facultate humectat: Ex accidenti uerò calefacit, calorem intro repulso, in unumq; coacto, ac propterea uehemẽtiore facto, cutim quippè astringit, ac densat, & sic periclitantem nimia exhalatione innati caloris substantiam reprimit, & uires adauget, nec ab extrinsecùs aduenientibus, tam facilè lædi-

Nota.

tur. Verùm antequam quis toto corpore aqua frigida lauari, aut balneari, incipiat: priùs cauere debet, ne corpus pletoricũ, aut cacochimũ sit, in pletorico enim, humores crudos intus præmit, ac cõculcat, in cacochimo uerò fuliginosos uapores includit, qui cùm permeare non possint, accenduntur, & febrium acutarum sunt in causa. Iuuenis quoq;, & corpore robusto esse debet, nec destillationibus obnoxius, qui benè dormiat, nec curis angatur, imò nec balneum ingrediatur pleno uentriculo, & priusquam aluus non dimiserit, nec post Veneris usum. Post calidam, balneum frigidum mirum in modum iuuat, ut etiam Galenus probare uidetur, dum calorem

10. Method. Cap. 10. 23.

intus euocat, & partes corroborat, sit tamẽ aqua tẽperatè frigida, & non ut nix, quã dicebat Hippocrates 5. Aphorismorum, pectori inimicam esse, tusses mouere, sanguinem, & destillationes. Ego autem tempore æstatis, post capitis ablutionem, ex lixiuio calido, ut mos est, frigidam immediatè affundere soleo. Præparetur quoque corpus, antequam balneum ingrediatur, temperato exercitio, uel frictionibus, ut

Nota.

melius recipere possit: qui tamen frigido balneo assuetus non fuerit, in eo statim se immergere nõ debet, sed sensim, priùs crura intromittens, deinbrachia, & sic prima

21.

die parum in eo moretur, secunda uice paulò plus, & ita dum assuetus fuerit, gradatim procedat, nec sit balneum in loco uentis, & præcipuè borealibus expositò, ne nimia fiat penetratio, ac lædat: huiusmodi ergò dotes præstat balneum frigidæ, si rectè adhibeatur: sin secùs noxa non uacat, ut Galenus docet quinta Aphorismorum ubi colligitur, quod qui frigida uti debent, oportet ut sint iuuenes, benè carnosi, & tempore æstatis, ad hoc ut caloris reuocatio tuto effici possit. Quapropter manifestè liquet, natationem in aqua frigida, non omnibus conuenire ætatibus, atque omnium minimè infantibus, ac fœmellis gracilibus, & imbecillibus, sicuti & senibus, atque qui frigidæ sunt naturæ.

De Potu aquarum sponte nascentium, ut ad conseruandam sanitatem, seu ad curandos malos affectus, faciunt. Cap. XXV.

Lib. 5. Cont. 18. et lib. 6. Cont. 30.

ATrum ne aquæ Thermarum, in usum ueniat medicinæ, in Contradicentibus declaratum est, sed & in libro de experimentis, quibus conueniant, ut laborantibus præcipuè. At hic dicendum est, non solùm cui usui sint in sanitatis regimine, sed quibus prosint corporibus, seu secũdùm naturam,

Thermæ quibus prosint corporibus.

seu aliter malè dispositis, nam benè illud dicam, quòd omnes sunt uiolentæ, & simplices, & terreæ, & ideò humani generi inimicissimæ: Omne enim uiolentũ est naturæ inimicum, secunda Aphorismorũ. & rursus omne simplex, quia natura nostra

Quæ naturæ nostræ sunt inimica.

gaudet uictis, & mistis, ac moderatis, libro de Veteri medicina. Vt uerò terrea sunt

51.

inimica naturæ nostræ, quę calida est, & humida, & ideò subuertũt naturã, & corrũpunt eam totam, inimica omnibus membris naturalibus, nisi ut educunt materiam

Pag. 6. in fine, & 7. in principio.

superfluã, & corrigũt intemperiem membrorum naturalium: cordi autem & cerebro, sunt per se inimica, & plærunq; calidæ replent caput, & cor debilitant. Frigidorum aũt, aliquæ sunt uenenosæ, & sunt quæ super argentũ uiuum trãseunt, aut quæ super lutum putridum, & loca serpentũ, & exhalationes terræ corruptas. Et sunt a-

Thermæ cordi et cerebro inimicæ.

quæ calidæ omnes ab igneo calore, aut si uis etiã à putrido, q deterior est corruptæ.

Si ergo

Si ergo solaris calor aquam uitiat, quanto magis quæ tanto tempore feruet, corrupta erit? Et minùs malæ sunt ex plumbo nigro, & stibio inde ex albo, & gypso, omnes tamẽ pernitiosæ naturalibus membris, & ualde noxiæ. Post has in quinto ordine sunt, quę præditæ sunt natura chalcitidis, & spumę argenti, & calcis. Nam quę imbutæ sunt auri pigmento, etiã uenenosæ sunt, imò præsentaneo, atque adurente, & frigidæ sunt huiusmodi, nam auripigmentum ex igne transit in calcem, aut cinerem: à frigore autem fit uenenosius, sexto aluminosæ, bituminosæ, sulphureę, nitrosæ, hæ omnes uentriculo sunt inimicissimæ, sub quo genere etiam marina collocari debet: sed sal minùs uentriculo inimicum, septimò æreæ, ultimò sunt ferreæ, argenteæ, aureæ, quamuis eas reprobauerit Hippocrates: non enim de illis loquitur, quæ uiribus sunt tales, sed quæ ibi nascuntur: unde hæc erui solent. Sũt enim omnes fermè pessimæ, quoniam & sulphur, & hydrargyrium, ibidem abundat. Constat igitur, quod neque temperatis hominibus, neque his qui ex ætate in temperiẽ decíderunt, neque imbecillibus, neque in leuibus morbis, nec habentibus debile iecur, aut uentriculum, nec his quibus meatus non patent: nunquam aqua medicata, imò nulla prorsus conuenit, non febricitantibus, non hydropicis, non habentibus obstructas uenas: cùm enim retinetur plærunq; ob multitudinẽ, & prauitatẽ, interficit. Calidæ uerò calidis, & debilia habẽtibus capita, plurimum obsunt, ut etiam antea dixi, & earum usus uitiat uesicam, & renes, & sanguinem, et est medicina rustico rum, nam si corpus euacuent plurimùm, & homo robustus sit, magnas utilitates afferunt. Iuuant in intẽperiebus etiam humidis, maximè & in calidis, atque etiam frigidis, sed lõgè minùs: tutiùs enim refrigeratur homo, quod frigus sit priuatio, quædam, quam incalescat medicamentis, & si exhibeantur imbecille habentibus iecur, & cum angustis uenis, generat in illo morbos insanabiles, nam calor earum est infidus, & impurus, & cùm non prosunt, nocent ualdè: & si iuuant, etiam nocent. Et aquæ suaues, & quæ bibuntur ex fonte proprio, & habentur in usu, nec sumitur magna quantitas, uitam producunt. Omnis autem aquę Thermarum, aut turbidarum usus, generat lapides in renibus uesica, prępărat ad hydropem, & morbum regium. Et qui incoquunt cibos, in illis multipliciter peccant, corrumpunt enim cibos, & aquam simul, & aquæ hæ propriè conferunt magnis cauitatibus, ut uentriculo primùm, inde colo, demum utero. Vesicæ non propter periculum lapidis, & uriginis, & quando permeant, per urinam magis refrigerant, aut calefaciunt. Liquet enim ut in Promptuario declarauimus, tria esse genera auxiliorum, quæ assumuntur pernicioſorum, aut sub terra natorum: neq; enim ullum tutum, nec aurum ipsum, nec gemmæ, nec scio quicquã, quod tutò edi possit: sola tubera excipi solent, Deus nouit. Ita thermarum aquæ semper pernitiosum, aut omninò contumax afferunt naturæ humanæ damnum, nihil enim eorum subigitur.

Thermæ quibus noceant.

Thermarum usus malus.

Cap. 72.

De Irrigationibus. Cap. XXVI.

Irrigatio lotione efficacior lotione.

Irrigatio frigida renes confirmat.

Dubitatio.

IRrigationum uis longè maior est ad calefaciendum, uel refrigerandum, lotione ipsa. Debet autem aër esse simillimus humori, seu calidus, seu frigidus: quoniam in irrigatione adest motus, et aëris interceptio, et aër quidem cum motu penetrat poros, & qualitatem imprimit intùs, unde frigida irrigamus renes, ad illos confirmandos: incredibile est quantum præstet, prouocul manum deducere ad refrigerãdum, & eò magis ad calefaciendum. Vnde exponere renes in aqua currente, plurimùm conducit ad illos confirmandos, & lapidem prohibendum. Et quomodo hæc ex aëris ingressu fiant, satis manifestum est: quid autem ictus præstet, supposito quod ad intima penetrauerit, hoc non adeò compertum est: an quoniam ictus diuellat, substantia autem diuulsa, qualitati patet ingressus, & ideò propinquitas, & actionis robur, & de calore, ac frigore dubium non est, tum ad illa consequentibus. Verùm humidum motũ, an humectet, an siccet, dubitatione dignum est. Vlcera enim superflua, aqua siccantur nõ solùm quod sanies, & putredo, & ichores abluuntur, sed quoniam à calida quidem materia absumitur

humidum omne, à frigida dum constringitur, humidum ui exprimitur, à temperata etiam colliquatur, & ab initio quidam humescit, in fine tamẽ, & ipsum siccatur. Nullum igitur humectatione ex irrigatione perfugium? Sed ex subtepidis, & modicè frigidiusculis, non confertim immissis, neque ualdè diu, & cum substantia densiore fuerint, contingit humectatio, uelut ex oleis florum uiolarum purpurearum, nymphææ, albis spissatis, humectatio contingit. Aqua ergo in irrigatione parum admodum humectat, in balneo magis.

De Quiete. Cap. XXVII.

Quies quid. 48.

FAcile ex eis quæ de exercitio diximus, qualis esse debeat, & quantum utilis sit ad producendam uitam, quisque colligere poterit, cùm nil aliud sit quies, quàm uacatio ab exercitatione, eiq; oppositа. Dicebat namq; Hippocrates quarta Aphorismorum [In omni corporis motu, ubi laborare quis cœperit, quies statim lassitudinem auffert, et nemo est qui non agnoscat, quod ab exercitatione quiescendum sit.] Immodica tamen quies, & ipsa non parum nocumenti corpori affert. Sicuti enim uidemus ex magno, ac uehementi motu calorem natiuum in debili, ac imbecilli discussum perire, uel in præternaturalem conuersum acriorem multò, ac mordaciorem fieri, & corpora siccare, ita à paruo tanquam flabello uentilatum, modiceq; exercitatatum, conseruari etiam percipimus. His ergo de causis, necessaria erit quies, quam quidem modici, temperatiq; motus intelligimus, & non illam omninò otiosam uitam, quæ diu absque noxa stare non potest. Videmus quandoquidem carceribus inclusos, qui compedibus uincti, se commouere nequeunt, licet aliquando incolumes degant, nocumenti tamen inde, & affectionis aliquid accipiunt: refrigeratur enim corpus, dum ob superfluas humiditates, calor liberè ad membra diffundi non possit, quæ paulatim aggregantur, ac poros obstruunt, & alimenti atque caloris transitum impediunt, unde membra exsiccantur, extenuanturq;, & uires debilitãtur. Temperatus uerò motus superflua excutit, & uias aperit, ut calor liberè diffundi possit. Et ideò Hippocrates in Epidemijs suadere uidetur, pituitosis, ac natura frigidis, & humidis, utilem maximè esse exercitationem, non tamen uehementem, ac superfluam, calidis uerò & bilioſis, quietem commodiorem esse, quia corpora humectat, sicuti exercitium exsiccat. Et hæc de exercitio ac quiete dicta sufficiant.

Quies immodica mala.

Nota.

De Cibo, & eius quantitate. Cap. XXVIII.

Vitæ duplex genus.

DIco quòd duplex est genus uitæ, liberum quod sanitati tantùm uacat, & longitudini uitæ: seruile seu negocijs mancipatum, quod uitæ longitudini inseruire non potest, saluti etiam non adeò, ut oporteret. Dicam ergo de libero uiuendi genere, quia de his tractamus nunc, estq; locus. Igitur cùm homo nutriatur tantùm pingui humido, & illud sit triplex, tenue, mediocre, & corpulentum, seu crassum: tenue sufficit ad nutriendos spiritus, & humores reparat: mediocre uerò facit ad generationem humidi membrorum, sed omninò solidi: Crassum ad generationem, & præparationem substantię membrorum, & istud est optimum. Vt uerò tenuius fuerit tale humidum, ita impuriùs, & eò facilius excipitur. Quod ergo solidum est, & plurimùm facit ad uitam, id longiore mora indiget, & ut paucus sit cibus: est & alius modus uitæ uoluptuosæ, cùm assumunt cibũ, & potum copiosum, sed habent aluum lubricam, & singulo die bis, aut ter deijciũt, unde Auenzoar, concordati sunt sapientes, quod in habẽdo uentrem mollem, conseruatur sanitas nutu Dei. Verùm, ut dixi, non est mens tractare de hac sanitate fucata, quæ non est cùm uitæ longitudine, nec etiam secura, nam & si uentriculo hæc, & intestinis non facessant negocium, iecur tamen indies debilitatur: Ideò hac uia dimissa, de qua nolo tractare, quòd esset prodere genus humanum, dicam de ratione uiuendi, & norma secundùm ueritatem optima, de qua etiam locutus sum in secundo

Humidum pingue triplex.

Nota.

In proœmio & ad Regẽ.

cundo Theonoſton. Dico ergo quod nutrimẽtum debet eſſe tale, quale optimum eſt, de quo dicam inferiùs, pro ratione alimenti, paucum, ſi multum nutrit, plus uerò cùm modicè. Oportet autem ut mera ſit, quam deſcripſimus in conſilio Germani, his uerbis: Ergo meta ſit, ut homo à cibo ambulare, ſcribereq; ſine incommodo, ac lætus poſsit, quodq; poſt ſeptem horas à cibo, ſentiat inanem uentriculum, quod neque eructationes, neque odorem, neque grauitatem, nec aliquid prorſus in uentriculo percipiat: quod ſomnos non uideat tumultuoſos, nec uigilet, nec cum ſol ortus eſt, graue caput habere uideatur, quod decumbere non deſideret, ſed ad negotia peragenda promptus ſurgat, neque alices, neque ſaporem in ore, neque pandículationes ſentiat, quodq; lætus ſit, uiuax, promptus in Venerem, urina fluat non multa, & ſine ſedimento, aut fermè nullo, aluus nec aſtricta, nec fluida: ſputum penè nullum, impiger, & alacris, & quod uires indies augeantur, ingenium, ſolertia, memoria, hæc menſura cibi, & potus ea eſt, quæ illi conuenit. Cùm uerò multis non ſatis ſit, rem ipſam docuiſſe, rationem adieciſſe, ni etiam authoritati innitatur: accipe quæ dicat Hippocrates Epidemiorum ſexto. [Cibus paucus non delaſſati, non ſitire] Aliter uertit alius [Cibi paucitas laſsitudinem non faciens, nec ſitim accendens.] Tres ſenſus, & omnes ueros habet hæc oratio. Primus omnium optimus, ut ſanus degas, optimeq; uiuas, ſcilicet diu, & integris ſenſibus utere pauco cibo, non labora adeò ut delaſſeris, neque ſitias. Tertius ea cibi paucitas, conuenit, quæ neque laſsitudinem affert, neque ſitim: Galenus primum ſolùm ſenſum affert, qui interpretatione cuiuſdam, ſcilicet prima, non autem ſecunda affert, nam ſecunda hæc interpretatio tripliciter peccat, iuxtà Galeni ſententiam, & quod definiat modum in paucitatis cibi & quod auferat cautionem ab alijs cauſis laſsitudinis, & rurſus ab alijs cauſis ſitis: adeò ut non prohibeat ſitim, neque laſsitudinem, modo non ex fame procedant. Verùm iam expedit horum trium ſenſuum ueritatem oſtendere. Vt ergo quis ſanus & optimè degat, & longiſsimo tempore uiuat, nam ſunt tria, Galenus autem more ſuo, quamuis tria proponat, nõ tamen eadem, nec ut debet omnium æqualem habet rationem, ſed loco eius quod eſt optimè degere, proponit bonum habitum, quo maximè ea tempeſtate delectabantur, id eſt, quadratum, at neque huiuſmodi poſtmodum, neque longęuæ uitæ, ut par erat curam habuit, exiſtimans forſan ut reor, eandem eſſe rationẽ tuendæ ſanitatis, & producendæ uitæ, ſcilicet excrementorum debitam expulſionem, & caloris innati incrementum, & quoad fieri poteſt conſeruationem: ſimiliter neque de bono habitu uerba fecit: quoniam ſi per bonum habitum athleticum, & ſummè pingue, & corpulentum intelligit, non eum putat eſſe bonum, nedum hominibus neceſſarium: ſin autem moderatum hunc, ad perfectam ſanitatem ſequi haud dubium eſt, cum ergo præcepta ſanitatis prodidiſſe ſe abundè putaret, non curauit, de habitu bono plura ſubtexere. At quàm rectè inquit Philoſophus: Vno abſurdo admiſſo, plura ſuccedunt, & minimus error in principio, maximus eſt in fine. Ergo oportet declarare fines huius artis: hi erũt, qui optimi ſunt, quod ergo diu præſtet uiuere, quis eſt qui ignoret? quandoquidem uiuere uiuentibus ſit eſſe: Quamdiu uiuimus, operamur, & noſtros cuſtodimus, & lætamur. Et ipſum eſſe per ſe bonum eſt, unde Philoſophus ſecundo de Generatione & corruptione, melius natura elígit: eſt autem melius eſſe, quàm non eſſe. Porrò de ſenum fœlicitate, & quod optima quæq; huic ætati conueniat, non eſt ut dicam, niſi ſperem Ciceronem facundia ſuperare: ſimiliter & quod cuique expediat ſanum fore, quis eſt qui dubitet. Dubitabunt autem in hoc quod dixi, optimè ſe habere, reclamabuntq; iſti, qui ſe Galenici, nimium iactant, dicentes idem eſſe & ſanum eſſe perfectè, & optimè ſe habere. At mihi plurimum differre uidentur: nam ut ex ſententia Hippocratis liquet, delaſſari non conuenit, & cibo pauco uti: at noſter Galenus, tam graues iniũgit exercitationes, ut & delaſſari neceſſe ſit quotidie, & multo cibo repleri, non ſolùm quod immodicus ille labor famem magnam excitet, ſed quod etiam ſi nõ des, lædetur grauiter homo. Vide qd dicat in ſecundo de Tuenda ſanitate: Quoniã uehementior motus exercitatio eſt, quæ in Gymnaſijs fieri ſolet, diſco lucta, pancratio, pugillatu, curſu, donec anhe-

Germani conſilium.

Pagina 3. tex. 28.

Tres orationis ſenſus.

Minimus error in principio, maximus in fine.

Nota. Te. 59.

Naturæ melius eligit.

Delaſſari non conuenit.

Cap. 2. & 8.

anhelitus permutetur. Eo enim motu, duriora membra efficiuntur, calor innatus augetur, & spiritus citatior redditur. Duritie siquidem membrorum, robustiora eadem fiunt, & minùs ex labore læduntur. Ex caloris incremento, omnes operationes naturalis facultatis fœlicius procedunt, funditurq; (ut ita dicam) in membris humidum: cuius fusionis beneficio, solida mollescunt, humida tenuantur, & angusti corporis meatus laxiores redduntur: Ex quo cùm uehementiore spiritus concitatione, excrementa meliùs expurgantur, itaque obscurum non est Galenum cum sua sapientia non ciuis, aut studioli, sed militis, aut athletæ, uitam instituisse, cum qua nemo sana mente, neque integris sensibus, nec diu uiuere possit: nam (ut dixi) tales exercitationes cerebrum sæpè collidunt, ut ante senectam surdi, aut cœci plerunque fiant, amentes quasi omnes, & immemores: Si dicas ad reipublicæ defensionem hos utiles futuros, non negabo, si prudentes, si ad gubernationem idoneos, si sui compotes, atque beatos, ac longæuos, longè illis prætulerim fossorum uitam. Ea uerò consuetudo, & uictus ratio, quæ ab exercitatione abstinet, cibo q;, & potu parcissimè utitur, fœlix est, prudens q;, ac sola beata, non turbulenta, non tristis, non tamen ad labores (quis ambigit) adeò idonea. Nos autem uitam instituimus, sibi uiuentium, & ad commodum proprium, & ad contemplationem, quę finis est humanæ uitæ, & optima pars in ea accommodatam. Sanitas ergo, & optima uita, non idem sunt: finge militem robustum, plurimo utentem cibo, potuq;, atque quotidiana exercitatione, pinguem, quadrati habitus, sanguine etiam bono abundantem, sine ullo corporis uitio, ac robustum. Alium uerò pauco cibo, atque potu utętem macilentum potiùs, quàm pinguem, solis deambulationibus per uiridaria manè se oblectantem: uidebis in utroque duo genera sanitatis, sed tam diuersa, ut neminem differentia eorum lateat. Vnus enim alacer, robustus, quadrato corpore, impiger ad labores, sanguinei habitus, cibo utens multo, uerum consilij nullius, aluum sępè deijciens, urinam multam, sudoremq; effundens, somno graui, & aliquando uigil, sæpè lapsus ob labores, nonnunquam tristis, inæquali habitu undique: Alter sensibus claris, mente ualens, laborum impatiens, somni quieti & leuis, pauco cibo, potuq; utens, lætus semper: uita æquali moderatus, qui difficillimè ægrotet, excrementorum paucorum, non emungit nares, non sputat, & ut uno uerbo dicam, quædam sanitatis idea, atque incolumitatis. Non ergo idem sunt optimus habitus, & sanitas. Alterius sensus reddamus rationem, tum magis quod ea etiam, primæ interpretationi non sit inutilis. Si utaris pauco cibo, concoquetur optimè, nihil aut penè erit excrementi, aut superflui, si ergo delasseris, calor accendetur, siccabitur corpus, atque humidum utile, cum nullum aliud sit, uires resoluentur: non est ergo opus hac delassatione, quæ mala cùm sit, est etiam periculosissima, similiter sitis corpus siccat, non indiget hac consumptione corpus moderatum: ubi delinquendum sit, minùs malum est, atque periculum, in paulo pleniore, quàm tenuiore uictu. Accedamus ad tertium, qui proximus est rationi, de uictus parcitate, iam à nobis conscriptæ superiùs. Ea sit cibi parcitas, quæ neque delasset hominem, scilicet, ut uires resoluat, neque sitim generet: Fit enim sitis, aut accensabile, aut siccato corpore, cùm huiusmodi semper mala sint ex inedia si proueniant, sunt etiam pessima. Inedia ergo meta ea sit, ut non delasseris, ut non sitias. Sed rursus audi illum, in eodem libro. Exercitatio sanitatis est uesci, citra saturitatem, nõ refugere laborem, Græcè ἄσκησις ὑγιὴς, ἀκορίη τροφῆς ἀοκνίη πόνῳ. Vbi Galenus per πόνῳ exponit γυμνάζεσθαι satis perperàm. Neque enim hoc nomen ignorauit Hippocrates prima Aphorismorũ cum dixit ᾧ τοῖσι γυμνασικοῖσιν aliud ergo est labor, aliud exercitatio. Verbum ἄσκησις significat studium, seu potiùs custodiã, ut sit sensus custodia sanitatis, inuictus parcitate, & ut labore utaẽ, nõ enim ne laborẽ fugiat, sic est intelligendũ, ut nunquã à labore cesset, quod fieri non potest, uel ut nullũ refugiat laborem, cùm multi labores noxij sint, & lethiferi: uelut fodere sub terra, & in alueis stagnorũ: igitur intelligendum est, ut etiã exerceatur. Cùm ergo parcitas uictus sit adeò necessaria, & qualis esse debeat, superiùs sit demõstratũ: reliquũ est, ut ostẽdamus, cur & quomodo ad uitæ lõgitudinẽ admodũ faciat. Tria sũt necessaria, ut hu-

Contemplatio finis est humanæ uitæ.

Nota.

Vsus pauci cibi quàm utilis.

Sitis causæ.

Par. 4. tex. 12.

Labores multi noxij.

ut humidum optimum restauretur: humidū autem optimum dico, quod pinguissimum est, densum, & purum. Pinguissimum dico, quod est calidissimum, hoc enim causa est longitudinis uitæ, ut Aristoteles author est. At huiusmodi si purum sit, minimè poterit homo ægrotare. Vnde enim morbi causa? Sin autem densum, tradius multò cōsumetur, inditio est oleum sali admistum, quod multò tardiùs absumitur, quanquam sit impurius: quātò magis ergo duraret, si purum esset? Sed & arma quę contundendo, & purgato ferro fiunt, & resistunt ictibus igneorum tormentorum, ut appareat maiorem uim esse ex densitate, quàm quadruplam. Ex pauco ergò cibo, omnia hæc fieri necesse est: longo enim tempore subactus, incalescit cōcoquendo, hoc enim Aristoteles nos docuit. Idem purius efficitur, non solùm cōcocta parte, quę cruda supererat, sed etiam secreto quod inutile est: concessum enim est etiam à philosophis, secerni, & separari uiuum à mortuo, & illud reijci. Est autē mortuum omne excremētum, & impurum, & crudum, cùm ad concoctum comparatur: condensat autem calor humidum, cùm diutiùs concoquit, non solùm resolutis tenuioribus partibus, sed meliùs permistis: aqua enim, & cinis, ut diutiùs mista manent, eò meliùs considunt & grauiora fiunt, quantò magis si naturali calore partes ipsæ permisceantur. Concoquitur ergò meliùs quod paucum est, quàm quod multum, non unam ob causam, sed quoniam primùm meliùs applicatur, & minùs resistit: omne enim patiens dissimile ei quòd agit, repugnat: cùm ergo minùs repugnat, magis obsequitur, atque immutatur. Deinde ob moram, cogitur enim ex hoc paruo, restaurare, quod facturus esset ex magno. Demum quia cùm paucum est, separatur quod intimum est: id autem cōcoctum magis, quoniam substantia est membri, seu similis partis in instrumento, ueluti caro, & germen. Neque enim quenquā latet, in horum utroq; esse humidum multiplex, in uena humor scilicet, qui & si sanguis purus sit, crudus tamen est. Et quod iam effusum in cauitatem partis, idq; magis concoctum, & quod in fine uenę est, et iam incipit mutari, et hoc concoctum magis est, & quod iam applicatum est parti, & illud adhuc cōcoctius: & quod agglutinatum, atque id etiam concoctum priore magis, inde uerò quod assimilatum est. Idq; iam in primo ordine est optimi alimenti, atque concocti: & quod iam permixtum est, unum factum cum humido antiquo membri, idq; perfectissimū, & absolutissimum, hoc quidem non separatur, & ęgrè etiam præcedens primùm in alimentis non propijs, ut lignis, & non consuetis, ut carne Elephantis, uel cameli: Vel si non sit subactum multa aqua, & igne: uel si non diu, & optimè mansum dentibus: uel si non exactè concoctum in uentriculo, uel si non perfectè immutatum in iecore. Demùm nisi calor cordis, & iecoris, ac particulæ, quæ nutritur robustus fuerit, ac densus, moraq; accesserit, & moderatum sit, quod debeat immutari, quam ob causam, neque ex oleribus fieri potest restauratio, quoniam chylum densum efficere nequeunt, neque ex multa carne, quia in iecore perfectè sanguis absolui non potest. Optimus ergo cibus, est modica caro, uitelli ouorum unus, aut duo ad summum, panis & fructus, è nucum genere pistacia, amygdalæ, pineæ, auellanæ, nuces etiā ponticæ, glandes præcociorum, seu armeni mali, persicorum recentes parum amarę, tamen oliuę his sunt multò inferiores, lac optimum est, sed nō adeò adultis: laudarem quod pinguissimum est, atq; dulcissimum igne detractum, quod Veneti appellant caput lactis. Longè enim meliùs nutrit, quippe pingue magis, & dulcius: & neq; in eo serosum quicquam, parumq; admodum caseoli, quò fit, ut faciliùs subigatur, & minùs obstruat: quod maximè detrimentum ueremur in lacte. Ergo hoc ipsum optimùm est, uelut etiā in fructibus, quod sint exactissimè contriti, uix enim aliter, à dentibus subigi possunt, cum saccharoq; cocti, ita enim optimum præstant alimentum, faciliq; concoquuntur, & suauissimi sunt.

Tria ad uitæ longitudinem necessaria.

Lib. de longitudine & breuit. uitæ.

Oleum sali admixtum tardius absumitur.

4. Met. 18.

Alex. 1. problem. 43.

Omne patiens dissimile ei quod agit, repugnat.

Nota alimenti ordinem.

Olera restaurare non possunt.

Optimus cibus qui.

Caput lactis.

Restat ut dicamus, quomodo exercitationem in uno loco Hippocrates probare uideatur, in altero damnare. Cùm dixit, non delassari, non refugere laborem. Itaq; ut dixi, cùm utrobiq; suadeat cibi parcitatem, existimandum est, sic debere intelligi, ut non refugiat omnem laborem, siccit Sybariticus ille Smendirides, qui perpetuò in umbra desidebat, non tamen expedit delassari, aut ita laborare, ut fatigetur, ut incalescat:

Hippocrates de exercitatione.

Galeni contradictio. calescat: multò minùs ut sudet. Alia euidētior in dictis his Galeni, paucissimis adeò uerbis, comprehensa est contradictio, cùm primùm dixit, mēbra solida durescere, & inde mollescere. Quod si quis diligenter consideret, non unam continet difficultatem. Prima enim est, quomodo ex exercitatione possint duo contrarij effectus procedere, scilicet ut membra mollescant, ac durescant, neque enim par est causam unam, & eandem duos contrarios effectus producere in idem subiectum. Deinde quomodo subiectum ipsum, hæc duo simul recipere poterit contraria ad unguem, ut simul durescat atque mollescat? Demum quomodo, cum hæc utilitatis ratione proferat, utilia poterunt esse contraria, mollities solidorum, atque durities, talia tam multa uidemus apud hunc uirum, licet non tamen intra decem lineas comprehensa, ut hoc in loco. Videtur autem Græca lectio τὴν τε σκληρότητα τῶν ὀργάνων ἀλλόιοις παρατεθειμένων γινέσθαι. Et inde τὰ μὲν στερεὰ μαλάττεσθαι. Vt liqueat per σκληρότητα duriora, per στερεὰ solida intelligi, ut nulla sit ex interpretatione ambiguitas. Quid ergo durities, alia ex condensatione, quę utilis est, & optima, alia à siccitate, quæ inutilis est, & mala: hanc igitur tollendam censuit, illam procurandam, & augendam, quod si ipse reuiuiscat, incertum est, an euasurus sit, tam parum consideratas sententias. Sed de his hactenus.

Durities duplex.

De Considerandis in unoquoq; cibo. Cap. XXIX.

Quæ in cibis considerada sint.

QVæ in uno quoque cibo considerare oportet, hæc sunt, (neque enim nos simplicem faciendo tractationem, ad hoc cogimus lectorem, ut idem cogatur, multis in locis quærere) primùm an boni sit alimenti, aut mali. Dico autem boni alimenti cibum, qui sanguinem generat optimum, substantia mediocrem, colore rubrum, æqualem, & maximè nutritioni corporis, & restaurationi aptum, tum etiam uirium. Inde quærendum est temperamentum, si calidum sit, aut frigidum, humidum, aut siccum illius alimentum: post quónam pacto utile sit, uentriculo, & quomodo facilè concoquatur, alat ne plurimum, an parum: & ut id quo alit facilè, aut difficulter corrumpatur: excrementosùm ne sit, an non, & qualè sit hoc excrementi genus, quod abundat, docere oportet, similiter ut capiti, iecori utilis sit huiusmodi, aut noxius, & quàm gratus odore, saporeue. Vtrum uero aluum moueat, leniat, sistatúe: & cui membro, aut morbo salutaris sit, adijciendum est: etiam qua ratione utendum sit eo, & qualis sit electio, tum prępparatio? His quin decim rationibus, ciborum naturam, ac uires describere oportet, sed illud forsan occurret uideri eadem, quæ plurimùm nutriunt, habere etiam excremẽtorum parum atque id uerum est, sed non tamen quę parum nutriunt, multum habent excrementi: ac forsan quæ multum nutriunt, etiam excrementosa sunt, ut caro suilla, & bouis, quæ pura est. Similiter etiam, quæ boni sunt alimenti, non uidentur corruptioni facilè obnoxia. Ergo primùm sic distinguere oportet, quæcunque grauiora sunt, & parum nutriunt, excrementosa sunt, & quæcunque leuia, multum nutriunt, ut lactea ouorum, paucis excrementis redundant, atq; grauia sunt, & multum nutriunt, pauci sunt excrementi, si mollia sint, & facilè concoquantur: facilè enim digeruntur, ut alæ auium, quæ uerò non sic, etiam excrementis abundare possunt, quandoquidem eorum substantia utriscq; sufficere possit. Quæ uerò leuia, parum nutriunt, si lenta sint, habent excrementi satis, sin autem non, sed friabilia, parum. Multum ergò excremẽti habent, quæcunq; grauia sunt, parũ nutriunt, & difficilè suppurantur: leuia autem cùm facilè suppurentur, & multũ nutriãt, excrementi parũ habent.

Nota.

Quæ multum ac parum excrementosa sunt.

Quæ facilè concoquuntur, parum nutriunt.

Quæcunq; uerò facilè cõcoquuntur, parum ea ratione nutriunt, & leuiora sunt, quæ autem grauia, si multum nutriunt, difficilè subiguntur, ob transmutationem, si parum, ob separationem. Ouorum uitelli, non simpliciter facilè concoquuntur quia plurimum nutriunt, in prima autem coctione, facilè transmutantur. Quædam autem leuia sunt, & parum nutriunt, & difficilè concoquuntur, ut casia, quam cinamomum uocamus, & quæcunq; alia, quoniã natura illorũ à nostra substantia, atq; omnibus his quæ propè nostram substantiam sunt, plurimum abest: sic & fungi,

quamuis

quamuis leuissimi sint. Durissimi ergo cibi, qui graues, sunt, & aut plurimùm nutriunt, aut quorum natura plurimùm à natura sanguinis abest, nõ uidentur autem quod plurimum nutrit, à nostra substantia plurimum abesse, neque ullum graue, quod parum nutriat, facilè subijci posse: plurimum enim abest à natura sanguinis. *Durissimi cibi plurimum nutriunt.*

Quæ ergo facilè concoquuntur, sunt mediocris alimenti, temperamentum propè, coctione multa subacta, minimè lenta, paucorum excrementorum, & consueta: quæ uerò ab his una, aut duabus, aut etiam pluribus conditionibus, accedunt, eo difficilius subiguntur, quo plures illæ fuerint. Maxima tamen causa difficultatis cõcoctionis, est duricies substãtiæ: post dissueta, & quę ualdè excellũt aliqua qualitate. *Quæ facilè concoquũtur. Causa difficultatis cõcoctionis.*

Quæ uerò facilè subiguntur, & quæ non benè alunt, facilè omnia corrumpuntur, ut horarij fructus: mollia enim facilè corrumpuntur, & quæ tenuis substantiæ, magis quàm quæ crassæ, & quę prauum ex se, maximeq; aqueum generant sanguinem. Frigida autem omnia, & sicca corruptioni minùs sunt obnoxia. Resistunt corruptioni acetum, lymonij succus, sal omnia benè olentia, ligna aloes, cassia, cyperi radix, santhalum, myristica nux, macer, garyophili, cardamomum, præterea mel, & oleum, crassum alimentum & prauum, ut certiùs, eò ferùs corrumpitur, ut quod ex cucumeribus crudis, & fungis etiam coctis sumitur. Quocirca corrumpuntur facilè, quæ calida parum & humida multũ sunt, & omnino humida, & crudа, & tenuis substantiæ, maximeq; serosa, quę facilè ab externo calore feruent: quædã uerò dum obstruunt, causam pũtredinis præbent. *Quæ facilè corrumpuntur. Quæ corruptioni minùs sunt obnoxia. Quæ corruptioni resistunt.*

Optimi ergo alimenti, quæ & temperata sunt, non tamen tẽperata omnia boni sunt alimenti, quæ facilè concoquuntur, & plurimum alunt, nec facilè mutantur in prauam qualitatem, & paucorum sunt excremẽtorum, simpliciter boni cibi dicuntur: quoniam commodi multum, incommodi, parum afferunt. Etenim quæ optimum generant sanguinem (hoc enim est in alimentis præcipuum) corpus, & uires, ex æquo restaurant, unde & sani degunt homines, & diutiùs uiuunt, & facilè generant alios, & ad labores promptiores, & incommoda meliùs ferunt: suntq; meliùs colorati, & meliùs dormiunt: contraria uerò ex contrarijs fiunt. Et quamuis Galenus hanc sanguinis praui generationem in duo tantùm diuidat, scilicet serosum, & crassum, nihilominùs tot sunt illius species, quot fermè æduliorum genera. Præstiterit ergo, uel à ratione discere, quinam sit sanguis bonus, scilicet ruber, splendens, mediocris substantiæ, æqualis, & calidus, sed non ut feruens aqua, in quo non est quod possit distinguere, sed unius substantiæ, ut oleum, & aqua, dulcis, fluens, qui serò & lętus cõrescit. Ex operationibus aũt, corpus robustius, carnosius, color floridus operationes bonæ, & mens lætior. Eadem uerò ratio, & in lacte, si pro rubro album, pro nutrice infantem substituas: quanquam & benè cõstitutam nutricem, ueri simile sit bonum etiam lac efficere. A non temperatis autem cibis, non solùm sanguis non bonus generatur, sed & bonus iam qui aderat uitiatur, quemadmodum à cibis prauis alimenti: cùm enim omnia commiscentur, à multo quidem bono exiguum uitiosum emendatur, à mediocri autem quantitate, prauum multùm boni, uel à pauca mediocris corrumpitur. Qui uerò difficilè subiguntur, inflammant totum corpus, & recrudescere faciunt morbos: ob id in abscessibus internis lethales sunt, in externis ut podagris, ac bubonibus maximè noxij, tum etiam magis si calidi sint, hi cibi caput grauant, & lædunt, & somnos impediunt, & aluum sistunt, aut intempestiuè ejciuntur: faciles autem nimis efficiunt, ut alij postmodum, qui secùs rectè concoquerentur, ægrè possint concoqui: corpore igitur benè ualente, & mundo, ab humoribus prauis, cibis paucis, qui difficulter concoquantur, assuescendum est, ut hos ob consuetudinem, alios ob robur meliùs concoquant. Nihil autem deterius est, quàm si talium ciborum esui, uigilia subsequatur, tùm uerò unicum præsidium in uomitu reponendum est, quem omni ingenio excitare oportet: namq; inædia, & si minùs mala sit, nihilominùs tãto malo serò succurrit, nec probè: corrumpitur enim, diutiùs manens in uentriculo, non minùs fermè, quàm concoquatur, & corpus absumitur. Ergo ubi tales occurrãt cibi paucitate, sed coctione multa, priùs subactis occurres: tum demum quiete, ac somno miscebis, & acetum multum, & *Cibi qui boni simpliciter dicantur. Nota. Sanguis bonus qui. Cibi intemperati malum generant sanguinem. Vomitus.*

madefactos edes,& diutiùs,ac exquisitiùs mãdes,& bono uino uteris. Deteriores sunt qui genere,quàm specie,ut legumina,carnibus bubulis,& specie quàm arte,& præparatione,ut bubulæ carnes, ouis duris: talia enim interualla,ut breuiora facilius superat natura. Quæ aũt parum alunt,uires,corpus, & florem ætatis extenuãt: quæ tamen plurimùm alunt,ut dixi,raro perfectè à natura in omnibus coctionibus superantur,aut ergo parum ex plurimum alentibus cibis sumendũ est, aut uti multa exercitatione,uel euacuatione,uel per interualla abstinendum:cęterùm ubi quis pane utatur triticeo,& uino,nõ uidetur posse uti cibis parum alentibus, qui illi obsint,sed erunt uoluptatis causa,uelut Persæ,qui nasturtium cum pane edebant, huiusmodi hominibus panis est cibus,multi nutrimenti,ut etiam remigibus,aliter ferre non possent,his uerò qui carne utuntur,& caseo,mediocris. Ergo cibi multi alimenti consuetudine,& mistione alimentorum aliorum multum nutrientium euadunt cibi mediocris alimenti,atq; hæc Galenum docuisse oportet,quæ ad rem plurimùm referunt. Ideò si insuetum oleribus,& pane nutrias, in imbecillitatem cerebri deueniet,nec ualebit regere corpus, quoniam uentriculus, & iecur, neq; quantum oportet alimenti extrudunt è pane: nec quod extrudunt, ita attenuant, ut ex eo spiritus conficere cor queat,& cerebrum temperare. Quæ uerò facilè putrescũt, & se ipsis,& alterius sanguinis corruptione lædunt, itaque & febribus aptos plurimùm offendunt:& eos qui rarò se purgãt,& qui à cibis se exercent, maximè autem deambulando,currendo,equitando:& generaliter motibus omnibus,quibus totũ corpus agitatur. Multiplicem autem esse corruptionem, cum esse ostenderim, hîc de prima, & secunda coctione intelligo, ut mororũ, & mugilum qui iuxta cloacas uiuere solent. Qui uerò cibi multa excrementa relinquunt, si non admodum difficilè concoquantur,impediunt tamen uias, coguntq; naturam ad eorum expulsionem, eamq; impediunt à muneribus magis salutaribus. Reliquæ etiam conditiones,non sunt minùs animaduertendæ,quàm hæ,ut præcipuè quæ ad confirmandũ uentriculum, & iecur, nam ex horum robore, non solùm boni cibi meliùs concoquuntur,sed etiam mali benè. Omnia enim in ui naturali reposita sunt,sturni à cicuta iuuãtur,aluntur q; citrà incõmodum:carnes putridas corui edunt, & ab his cùm nutriantur,diu etiam uiuunt. Struthiocameli autem ferrum conficiunt, quamobrẽ non parum refert,ea esitare perpetuò,quæ robur uentriculi,& iecoris augeãt, & ad illa calorem retrahant,& eum attenuent,ac quasi inflamment, ut contra studia literarum,& otium,& scribendi munus,à cibo maximè nocent. Confirmatus enim calor uentriculi,& iecoris,& cordis etiam,omnia conficit,unde & uiri fortes,& armis exercitati parũ à durioribus cibis offenduntur: una ergo ratio est,ut ad ea,quæ dixi de exercitatione redeam,cõficiendorũ probè ciborum est caloris uis quædã ignea, illos colliquãs,qua præcipuè exercitio paratur: nam neq; in solis remigibus hoc apparet,sed etiam rusticis,qui pane,nec triticeo ipso,sed à saligine uel milio, uel etiam quod deterius est loba facto,cum allio,& sale solùm,plærunq; sine uino, bonũ corporis habitum retinent. Demiror autem, Galenum negasse bonũ in illis habitum, quod multum exerceãtur,& intempestiuè,adesse neget,morbisq; grauissimis conflictari,ac facilè interire affirmet: cùm id non ea causa contingat,nec uerùm sit generaliter,de eo genere hominum,sed tantùm hîc rusticis,qui nec triticeo pane uti possunt,nec bono uino,sed corruptũ coguntur bibere,prauasq; aquas,panemq; edere ex lobo,milio,lolioq;,ac castaneis,furfureq; confectum: cæteri qui bono pane, uinoq; utuntur,optimi sunt habitus,nec nisi his causis ægrotare solent, quibus longè minoribus cæteri homines,& ipsi ægrotarent,& facilius interirẽt. Cùm ergo rustici bonum habitum retineant,pane,uino,& alleo, uel cæpis, ut & olim plærique milites Romani,in castris etiam sine uino,sed sola posca contenti,ciuis autem si eo cibo utatur,intra tres dies ad imbecillitatem perueniet, manifestum hoc discrimẽ solùm contingere posse, quod calor ille exercitatione igneus, & siccior,& tenuior,& magis ardens factus colliquat cibos,ut metalla fulguris scintillę:non solùm ergo exercitatio,& quies à cibo,scilicet à curis,& à motione totius corporis, & potus paucitas,& corroborantia uentriculum, & iecur ad præsentẽ cibum meliùs concoquendum,

Nota.

Cibi multorũ excrementorũ naturam impediunt à muneribus salutaribus.

Galenus notatur.

dum, ac ut ex malo, bonus efficiatur, iuuant: sed ex perseuerãtia horum, habitus acquiritur optimus quidem, ad corporis salubritatem, uitæq; longitudinẽ, ut contra ex oppositis, cõtrariísq; morborum seges procreatur, uitaq; redditur breuior. Qui autem capiti noxij cibi sunt, prægrauant oculos, & surditatem, ac caliginem generant, & syderationem, atque his præcipuè, quibus os uentriculi superius non perfectè clauditur. Horum unum præsidium est, caro citoniorũ saccharo condita, cum rhoe, aut barberis granis nuper siccatis, uel etiam tota cum substantia mistis. Sunt qui ea cum saccharo condiant, ut in Britania ad multiplices usus, sed ad hunc præcipuè, saporis quoque gratia, atq; odoris concilianda, non solùm simpliciter, sed pro cuiusque natura, ac consuetudine. Inquit enim Hippocrates, [Parum deterior cibus aut potus, suauior autem, melioribus quidem, sed minùs suauibus est præferendus.] Id autem arte, & electione, ueluti si testudines quis libẽter edat, eas eligimus, addemusq; odorata, & quæ ad saporem iuuant: sunt autem hæc acetum, sal, iuccus limonij, mel hispanicum, & saccharum, sinapis, oxalis, & quæcunque benè, & iucũdè olent sine saporis incommodo. Qui etiam cibi aluũ mouent, aut leniunt, ut pruna, aut molliunt, ut oleum, aut purgant, ut merculiaris, horum nullus in sanis perfectè usus est, reliquorum etiam rarus: nam non conuenit simul, & retineri ut concoquatur, & deijci ut aluum moueat, Galenus tamen senibus multum reformidans alui astrictionẽ in huiusmodi exhibet: at ego præsidijs alijs mallim uti, quod si modò usus postulat, optima est uua passa, pinguis, recens, dulcis, tenui cortice: post sal lapideum, aut napticum, cum oleo, & mel etiam crudum, betam aliqui probant, ut Oribasius, & caulium ius, tum galli, mihi autem nullum ius probatur, quod uentriculum laxet. Qui uerò imbecillem habent partem, his uti assiduè debent, quæ eam corroborent: utimur autem assiduè, certo tamen interuallo triũ, quatuor, aut quinque dierum, nam nimis consueta nihil prosunt, ueluti cordi crocus, & margaritæ conferunt, possuntq; cibis addi. Iecori autem eupatoriũ, iecur lupi, si edatur, ut uituli, cochleæ ut decet præparatæ, pullorum quoque, & auium rapacium iecur quodcunq;, optimum est: oculis fœniculus prodest, euphrasiaq;, & longum piper: cerebro, & neruis, cerebra gallinarum, palumbes, caro castrati assata, garyophyli ambra, amaraci semen, cardamomum: somnus diuturnus adhiberi debet præsidijs, exercitatio in aëre libero, lucido, & sicco. Renibus ouillum lac, caseusq; ex eo recens, caro ericij, præcipueq; renes, ueficæ inula, & ericij caro, & quæ neruis conferunt, uentriculo menta, absinthium, uentriculorum auium caro, petroselinum, ruta quandoque in flatu, uel pituita dura piper. Exercitatio cum inedia plurimum iuuat, nam uentricus densatur, & agglutinat sibi cibos, ob hoc qui imbecilli sunt uẽtriculo, parum bibere debent, & sit uinum astringens, austerumúe: aqua quoque in qua chalybs sæpiùs extinctus sit, plurimum prodest. Quod si quis obijciat, exercitationem à nobis esse damnatam, hîc tamen utilem esse prædicem, nollem ut quis in tanta re aberret. Exercitatio ualida, & diuturna, parcitati ciborum iuncta, eousq; ut illius tum inediæ beneficio, eò deueniat homo, ut perfectè concoquat, optima est, & salutaris, quia & optimè concoquitur cibus, & parum ex eo cogitur homo assumere, quibus rationibus nihil melius est: ea autem fit non motu totius corporis, sed superiorum tantùm partium, toto corpore comitante. Qui uerò exercentur, ut Galenus iubet, lucta, uel huiusmodi, uelut & parua pila, uel etiam si rectè, utuntur autẽ multitudine ciborum, aut contra, cibis quæ non nutriunt, seu multis, seu paucis, omisso pane, hi omnes grauiter peccãt. Similiter ergo, qui tussi erit obnoxius, utetur melle, & auellanis, qui renũ lapidi, limoniorũ succo, saxifragia, urtica, troglodytide auicula, luciorum quoq; ossa mandet, & léporis sanguinem, & qui flatibus allea decocta, tum etiam cruda, rutam, fœniculi semẽ, qui neruorum doloribus, & capitis frigidis, tum cordis palpitationi, inula, sed & palpitationi, & tristitiæ borago non parum prodest. Electionis etiam inter multas species meminisse oportet.

Cibi noxij capiti qui.

Quæ ad saporem iuuant.

Cibi aluũ mouẽtes sanis nõ prorsus conueniunt.

Ius uentriculũ laxat.

Nimis consueta nihil prosunt.

Noto.

Palpitationi cordis bugiosa non parum prodest.

De alimentorum differentijs. Cap. XXX.

Virtus est uitium fugere, & sapientia summa —— stultitia caruisse. Dicebat ille, Galenus ut sibi inuenta antiquorum uindicaret, adeò hanc rationem ciborum, multipliciter diuisit, ut in secunda classe apparet, ut uix nec; ab ipso, qui quæ natura coniunxit, separauit, neque ab alijs qui non rectè, quæ diuiserat, colligere potuerunt, accipere possit. At ille copia dicendi, flore, ordine, iudicio; ualuit: qui eum secuti sunt, nihil horum habẽtes, solùm illius uitia retinent, furta manifesta alienorum librorum, maledicentiam, iactantiam, prolixitatem, & Grammaticas quæstiones, ubi ad nodum peruenerint, subterlabuntur: aliena tanquam sua, suppresso prorsus nomine sibi uindicant, & disputant in his, quæ ad Philosophos pertinent sine Philosophia, & Dialectica, cùm ille saltem Dialecticæ non esset imperitus. Itaque non tam ipse peccauit, qui multa commoda attulerit, uelut ornatum ordinem, collectionẽ, (cum secùs, dispersa forsan peritura magna ex parte fuissent) iudicium; ; sed ut dixi, factus est nebulonum hac ætate omniũ coriphæus. Id uerò peccatum Oribasius, & Aetius corrigere nixi sunt, multa; intulerunt ex Antyllo, Heródoto, Philotimo, Diocle, Philagrio, Dioscoride, Rufo Athenę, Mnesitheo, Sabino, Lyco, Xenocrate, Appollonio, Zopyro, Sorano, Marino, Agathino, Praxagora, Adamanto, Sophilla, Critone, Archigene notissimo, uelut & Asclepiade, et Erasistrato seuero, Philumeno, Aræteo, Eudemo, Andrea, alijs; pluribus: quorum non pauci præstantiores in ea parte medicinæ qua tractauerunt, non parum fuêre. Id; ex hoc condisce, si opus Dioscoridis de simplicibus, quod solùm superest operi Galeni in eodem argumento contuleris, aut Hippocratis opera, Galeni operibus, & tamen, & his, & illi molitus est, pernitiem maiora facturus si sperasset. Hæc ut prædixi de Galeno dicta non putent, sed in futurum alijs sit satis, de illo, ut studiosorum, & de humano genere benemeritorum, infeliciter cesserunt omnibus in finem accipiant. Ergo differentiæ ciborum, aliæ à re, aliæ à qualitate sumendæ sunt, à qualitate quidem facilis, aut difficilis coctionis, lenti, alimenti crassi, tenuis, boni, mali, pluris, pauci, excrementosi, non excrementosi. Neque est quod prima specie uidetur excrementosum, confundas cum pauco alimento, sed potiùs excrementosum, dices quod malum, nõ excrementosum, quod bonum. Inquit enim in tertio de Alimentis, extremæ prauitatis secundum consistentiam sanguis, est tamen crassus ut pix liquida tum serosus, adeò ut postquam è uena effusas concreuerit: plurimum habeat aquei humidi superuacantis. Ergo aliud excrementosum alimentum, aliud quod parum nutrit, hoc enim multas reliquit fæces, aut urinam, aut sudorem irritat, aut omninò diffiatur, si omninò tenue fuerit. Sed excrementosum multum gignit sanguinem, sed prauum, adeò ut ad prauum, nõ ad parum nutriens alimentum pertineat, ut de mente Galeni uisum est, & rectè. Quod uerò facilè corrumpitur, à prauo etiam alimento differt, siquidem hoc mediocre etiam esse potest, & est humidum nõdum corruptum, & comparatiuè dicitur, & putredini obnoxiũ, non solùm malum: malum autem iam malum est, & non putridum, sed ut dictum est, uel nimis crassum, uel tenue. Quæ uerò difficulter concoquuntur, alia densitate substantiæ, ut peponum semina, hæc multa contrictione subigi debent, & in sorbitiones uerti, alia quidem multum alunt, ut carnes, ex his paucam quãtitatem sumere oportet: alia quia remota à natura humana, ut radices, & olera, quæ diu coquenda sunt, & in iure, & mulcto, aut aqua oleo admista: alia quia naturę contraria, ut serpentum carnes, ab his prorsus abstinendum, alia quia pinguia, & supernatant, ut oleum, ex his modicum rursus accipere oportet, alia quia humidiora, ut piscium multa, quæ siccanda fumo, aut in furno, aut frigore, aut salita, mãdere oportet: alia quia calida, uel frigida nimis, & ob qualitatem non solùm nimis à nostri natura corporis distant, sed etiam uim membrorum concoctricem minuunt, ac cõtrarijs temperanda, horribilia etiam odoratis admiscenda, quæ uerò proprietate talia sunt, mora, & paucitate, & coctione, & contrictione, & mistione sunt superanda. A re ipsa, quia duplicia

Nota.

Cap. 26.

Quod facilè corrumpitur, à prauo alimento differt.

Quæ difficulter concoquũtur.

duplicia sunt quæ eduntur, uel à terra nata, uel ab illis nutrita, à terra nata, plãtarum omne genus, ut etiam alga, & muscus, huiusmodi aut partes plantarum radices, surculi, folia, aut producta ex his flores, semina, fructus. Quæ uerò his uescuntur animalia, quorum nullum edimus, è terra natũ, nam ranæ è limo nascuntur, rubetæ nõ. Qui nascũtur carne, omnes sunt ferini, & qui multa feri moribus, assimilanturq; lupis. Obidq; Plutarchus, & Porphyrius, duo disertissimi philosophi, opera scripsisse de nõ edendis animalibus, præterea breuioris uitæ, nullum enim animal quod carne uescitur est longæ uitæ: qualis est Elephas, & Camelus, sed & corpora eorũ malè olent, & spiritus, & excremẽta, nihilq; tam uitiat iecur, & ad paucos morbos præparat, ut caro. Vbi enim aliquod uitium contraxerit, statim iecur difficili morbo corripitur, ob sympathiã, nam uidemus ex morbis boum, non infici oues, aut capras, quanquam imbecilliores, sed boues, neque ex morbis equorum asinos, nec canum cuniculos, aut feles, sed eiusdem generis animalia, ita à uitioso nullo cibo, adeò uitiatur iecur, aut ab animalium esu, & affinium, ut ouorum, & lactis: Cùm ergo neque animalium usus salubris sit, nec olerum, aut fructuum horreorum, dicit enim Hippocrates, imbecillia cibaria, breuem uitam efficere: Relinquitur ut uita optima constet fructibus, & ἀοχνώτοις & seminibus, & surculis, talibus enim ut uiuunt Elephantes, cameli, ceruiq;, quorum uitam constat esse omnium diuturniorem, atque salubriorem, moresq; simul concinnos.

Quæ eduntur duplicia sunt.

Ranæ è limo nascuntur.

Nullũ animal quod carne uescuur, longæ est uitæ.

Caro iecur uitiat, & ad paucos morbos præparat.

Cibaria imbecillia breuem efficiunt uitam.

De speciebus mali alimenti. Cap. XXXI.

IAm uerò, ut dixi, Galenus malum alimentum putat, quod uel crassissimum est, uel serosum, atq; ita medicorum animos multis erroribus exitialibus impleuit. Putat solùm alimentum, uel crassum, uel serosum esse. Quid si biliosum sit? Nunquid id bonum erit? Videmus ex uinis potentibus, & aromatibus, tum uenenis multam generari flauã bilem in uenis: unde morbus regius illicò oritur, qui hunc succum gignit, ac boni alimenti est? si sic hoc bonum ne quidem illi si uiueret, imprecaret, sed sanitatem mentis, sin malum, ad quod horum generum reducetur? Flauam ne bilem crassam dixero, uel appellauero? Reliquum est, ut serosum dicamus, at ipse nõ patitur, qui uult in seroso sanguine, quod uerissimum solùm est inter tot falsa, aquam supernatare: an uerò aqua erit bilis flaua? hæc enim humor est, illa serosum tantùm excrementũ: aqua frigida est, & urina, & quicquid ei simile est, bilis flaua autem omnium eorum, quæ sunt in corpore, calidissima, quapropter mittamus hoc, & iamad lentam pituitam, seu humorem illum crudum ueniamus. An cucumeres serosum generant alimentum, cur ergo tandiu retinetur donec febres faciat? An crassum illud pici simile, at hoc non est necessarium, nec uerum, nec uerisimile, ut ex pituitoso alimento, ex molli medulla fructus herbacei, nec ut poma insana, fusci coloris, tam ater generetur humor, qui sit, qualis est pix liquida. Quamobrem iam quartum genus habemus, quod si quis carnes, aut ouа putrefacta, aut medullas marcidas edat, ex quibus confestim pestilentes morbi sequuntur, alij uerò statim, ut à præsentissimo ueneno intereunt, nunquid hæc generabunt bonum alimentum? si hoc huiusmodi est, quale erit malum, si malum, sub quo genere collocabitur? possem illum conuincere ex uerbis propriis, sed non uacat, res adeò nota est, ut non indigeat interprete. Erunt ergo quinque saltem genera mali alimẽti, & singula singulis opposita, sed diuersa ratione biliosum, quod lento & pituitoso opponitur, serosum quod terreo, & putridũ, quod optimo sanguini omninò contrarium est. Cùm uerò quinque sint simplicia corrupti alimenti genera, erunt decem coniugationes geminæ, id est, ueluti alimẽti picei & biliosi, uel putridi, à quibus si duas exemeris, quę iungi non possunt, siquidem piceũ cum seroso, in eadem parte, conuenire non potest, nec cùm pituitoso biliosum, relinquentur octo. At trium, quatuor coniugationes ut sint omnia genera alimentorum decem, & septem. Apparet igitur quàm oscitãter Galenus in explicando speciẽ alimenti praui se gesserit: sed quid docet in hoc, nunquid quomodo generetur, ulla harum explicauit?

Alimentũ malum quid.

Cucumeres serosum generãt alimentum.

Alimenti mali quinq; genera.

Piceum
Serosum
Biliosum,
Pituitosum
Putridum

Sed

Vtilius est docere quàm accusare. Sed mittamus hæc, utilius enim est docere, quàm accusare, & monere, quàm reprehendere. Itaq; non solùm hæc alimenta praua euadunt, occasione sumpta à cibis, sed ex peruersione ipsius facultatis concoctricis, ut cõtra, cibi mali bonum possunt exhibere alimentum, ob robur facultatis concoquentis. Sed neque hoc quomodo accidat explicauit, dixit tamen id & in primo de alimentis, & de cibis boni & mali succi: sed causam non est ausus adducere. At qualem ingenerat scientiam, qui sic audit, causam ullam intelligitur, solùm id affert, quod athletis labor commodus est ad cõcoquendos humores crudos, rusticis autem somnus: ac de somno abunde fateor, sed quomodo illi plus dormiant nobilibus, nescio qua ratione persuadebit. At de exercitatione, oppositum prorsus dixit alibi, tum uerò exercitationem aduersari cruditati, quod nec Horatius ignorauit: dicens:

Cap. 2. dum de rusticis loquitur.

Cap. 10.

Nec puta ludere crudis.

Itaque de qua cruditate loquatur etiam nõ dixit: adeò astrictè loquitur hîc noster Pergamenus, ut ne uerbũ in rebus difficilibus excidat. Qui fieri enim potest, si exercitatio adeò inimica est cruditati, quod rustici adeò sani sint, ut nisi alijs incommodis omninò grauibus postmodum laborarent, uelut cum tota nocte currum in urbem ducunt, cum immodicè calidi coguntur perpeti uentos frigidissimos, parum muniti uestibus, quæ pestis est agrestium horum miserorum, uel cum tota die madent pluuia inter labores magnos: cùm piscantur sub sole, cùm triturant frumentũ sub sole ardenti tota die, & cum cibis omninò agrestibus, aluntur deficiente pane, ut ex lolio, furfure, loba, conficere panes cogantur, nec benè coctos sani, & ad annos centum propè peruenturi sint: cui indicio est, quod quicunque ex his dicantur, ante mediam ætatem, solent ad extremam senectam deuenire. Ergo motus ille uiolentus, & assiduus, calorem & membra densat: ipsum uerò calorem repurgat, & exacuit, ut meliùs concoquat, quæcunque dura sunt, segregat etiam omnia excrementa, maior autem pars impedimenti coctionis perfectæ est multitudo excrementorum. Ideò labor nouus coctionẽ impedit, quia excrementa non solùm non minuit, sed colliquando etiam adauget, & dum cibos agitat, bifariã impedit coctionem. At assiduus, & antiquus excrementa repurgat, & densat membra, & coctiones meliores facit. Quod uerò hi si somno priuentur, illicò ægrotẽt, malè cognouit rem rusticorum: imò nulli meliùs uigilias ferunt, ut etiam reliqua incommoda, ut qui assueti sint, sæpéq; uidi rusticum aduigilasse ægro, qui solus non ægrotauit, cùm tota familia morbis detineretur. Nec Romani aliam artem putauerũt adeò commodam militiæ, quàm agriculturam. Consulo igitur ut homines uel laborent assiduè, uel omninò à repentinis laboribus abstineant. Hæc autem fuerunt, quæ Galenum decepерunt, ut cùm uideret homines otio assuetos, & statim, sæpè, & grauiter ægrotare, existimauit laborem à cibo omnibus esse incommodum. At natura neque hominibus, neq; animalibus cæteris rectè consuluisset, si à cibo assumpto illa coëgisset inertia iacere, quinimmò omnibus cauit, ut ex assiduo labore utilitas accederet. Et quicunque ad tempora illa incredibilis senectę peruenerunt, fuerunt aut rustici, aut milites, aut uenatores: ut etiam ferunt de illo Ioanne de Temporibus. Quid nobis præcipit noster Hippocrates cùm dixit: [Non repleri cibis, & impigrum esse ad labores.] & cùm dixit [Cibi labores sequantur,] non rusticis, aut uenatoribus præcepta dat, aut fabris, sed ciuilibus & mollibus uiris, & his qui contẽplationi se dedunt. Sed iam uideamus, an hæc prauitas alimenti alia ratione corrigi possit? Nam putridos cibos coruí concoquunt, & diu etiam uiuere feruntur, ut rosomachi, & alia animalia, quid igitur prohibet, ne sint homines, etiam his persimiles, sed rarissimi sunt: & ideò aliqui uinum, aliqui caseum, alij alleum, alij lac, oderũt. Eadem ratione quibusdam quæ noxia sunt, & lethalia, conferunt, uelut quibusdam manna, seu mel cœleste, uenenum est, alijs cassia nigra, alijs rhabarbarum. Et hoc non intelligens quidam medicus, cùm manna diligeret contradicente patre, leuiter ægro filio cum iam illiùs frater ex ea perijsset, propinauit, & iugulauit. Atque is erat Princeps Galenistarum: qui obijt Florentinus, secus quod putridum generat alimẽtum, alimentum est uenenosum, nec corrigi potest. At quæ calida sunt, aut frigida, in calidis, aut

Exercitatio inimica est cruditatibus.

Nota.

frigidis naturis, ætatibus, regionibus, temporibus, cõstitutionibns, habitibus, corriguntur, quoniã dum à causa cõtraria uincunt, reducũtur ad tẽperamentũ. Et similiter quę lenta sunt, & cruda, ab igneo calore cum utilitate ęgri, aut sani, suppurantur, nam cibus mitior fit, & calor ipse retũditur, unde bubula caro, ab aliquibus melius ouis conficiatur, in calidioribus uentriculis, & magnis assuetis exercitijs.

Quæ cruda sunt, ab igneo calore superantur.

Supersunt duæ dubitationes, quarum una est, quoniam cibus nón dicitur boni alimenti, nisi solidas possit restaurare partes, ideò uidebitur crassus, ac lentus, optimus, sed hoc Galenus non intellexit, quia inter crassum, & densum distinguere nesciuit. Ex luteo quidem oui densior fiet substãtia, quàm ex bubula carne, & alimentum ex lacte in pueris admodum densum est. Ideò pinguè densum esse potest, crassum esse non potest: quia crassum necessariò terreum est: conditiones igitur boni alimẽti sunt, quod sit primò temperatum, aut temperato proximum, ne sit bilis, aut pituita, & quod sit refractum per mistionem elementorum, maximè remotum à natura, anima carentium, præcipuè proximum humanæ substantiæ, unde uidebimus sanguinem rubrum, maximè, & mediocri substantia, & tamẽ moritur ex febre quoniam natura eius est, sicut natura sanguinis suilli. Et in quo differt unus, ab altero uisu? & tamen si fiat ὑπάϑαγμα in iuuene uiuet, si cum sue, statim morietur: Deinde quod sit densum: nam in unaquaq; specie, est huiusmodi rarum, & densum, densior enim est sanguis canis, quàm hominis, & tamen ut dixi minùs elaboratus: est enim in secundo ordine scilicet sanguineorum, ut in tertio eorum quæ pariunt oua, in terra, & in quarto in aqua, & in quinto serpentum, & in sexto genitorũ è putrida materia, & in septimo plantarum, quæ propagantur, & in octauo fortuitarum, & in nono uiuentium lapidum, & in decimo metallicorum, & in undecimo luti, & similium, & in duodecimo elementorum: dico autem densum tenue, non crassum, & ideò habet duas partes tenue rarum, & tenue densum, & ex hoc sequitur secunda dubitatio, an quod facilè putrescit, & non est in uia ad putredinem, sit collocandum in alio genere, & uidetur quod sic, cùm enim fuerit humidum, rarum, tenue, facilè putrescet: & tamen erit bonum alimentum. Nescio ergo quomodo Galenus cochleas, si subigãtur benè nutrire, dicat, cùm sint terreæ substantiæ, propterea fieri nequit, ut huiusmodi cibi, bonum exhibeant alimentum, nisi forsan ægris maioris emolumenti gratia. Quæ ergo facilè putrescũt, sunt, quæ humida sunt, rara, & tenuis substantiæ, uelut alimentum ex piscibus.

Dubitationes duæ.

Alimenti boni conditiones quæ.

Sanguis canis densior est quàm hominis.

Galenus notatur.

De singulorum alimentorum facultatibus. Cap. XXXII.

ALimenta in tria genera ab Hippocrate, & sanè rectè distinguũtur, cibos, sorbitiones, ac potus. Porrò cùm hic de omnibus quæ qualitatem mutare alimenti possunt, agatur, condimenta etiam addiscere licebit: seu seorsum edantur, seu permista cibis, aut potibus: similiter ciborum quidam crudi sunt, quidam cocti, coctorum rursus, quidam duri, quidam molles, ob id sex genera illorum esse conueniet. Non tamen cruda à coctis, aut dura à mollibus, alio tanquam genere differunt, imò neque sorbitiones à cibis alijs, cùm sola præparatione destinguantur, propterea ratio omnis alimentorum, in tria distinguetur capita, cibos, potus, & condimenta: omnia enim hęc substantia inter se differunt. Demiror autem de Galeno, quod in libris de Alimentis, primùm multa omiserit necessaria, uelut serim, oleum atque huiusmodi, apposuit autem alia multa magis aliena, uelut dracuntium. Ad quem enim pertinebat tractatio condimentorum, quàm ad libros de alimentis? Ea etiam quæ tanquam agrestia relinquit, cùm sint multò utiliora his, quæ connumerat, cur relinquit? Tum uerò cum omnibus scribat, nam paucissimi sunt homines omninò perfectè sani, tum inculpatæ ualetudinis, libri illi paucis, aut nullis conuenient. Vinum etiam proculdubio est alimentum, uel ipso teste: cur ergo reijcit in librum de cibis boni & mali succi, & quintum de tuenda sanitate? Preterea rationem condiendi, credo in aliũ librum reiecierit: nimium morosus ac superstitiosus, ut cùm uita nostra breuis sit, perpetuò in legẽdis libris illius teraẽ.

Lib. de Arte. Alimenta in tria genera ab Hippocrate distinguuntur.

Galenus notatur.

Vinum alimentum est. 3. de temper.

Atque utinam uel sic nobis satisfieret, modo in tanta uarietate, aliquos libros temporum iniuria eripuit: alia confusa sunt: alia imminuta, & deprauata, & insufficientia: in omnibus deest ille uigor, ut moderatiùs loquar, ille neruus, qui huic tractationi maximè esset necessarius: & certè si quis sine liuore, atque affectu dijudicare de his uelit, uidebit hac in parte magis congessisse in unum alienos labores, quàm opus construxisse. Itaq; nimium sibi placuisse liquet, & ei methodo quam de resolutione scripsit, incubuisse. At præstat & certis rationibus cuncta tractare, & naturam imitantem omnia conuenientia coniungere, ac copulari. At quis dicet me maledicum? non imò potiùs ueridicum, nam quod in illo præcipuum est, quodq; nulli hac in parte animaduertunt, quod nec æquare, ne dum superare sperauimus, atque ideò relinquimus, suademusq; eius libros in huiusmodi materia, ut utiles admodum legendos detegimus, scilicet subtilissimam quãdam inquisitionem rationum simplicium, ac distinctionis, per quam est non solùm incomparabilis, sed imitabilis, neque ulla in parte magis excelluit.

De Ciborum, potuum, & condimentorum ratione, atq; distinctione. Cap. XXXIIII.

Quæ in cuiuslibet alimenti ratione inesse debeant.

Est in omnis alimenti ratione, ut sine noxa sit, non ut colchicon, ut mandi possit, non ut lignum, ut absque sapore malo, uel odore, non ut stercus, aut gentiana, tria hæc igitur, omnibus his, quæ nomine alimenti ueniunt intelligenda, conueniunt, scilicet cibo, potui, condimento. Cibo præterea inest hoc, ut prorsus non sit liquidum, & ut nutriendi, causa sumatur: & ob id magna quantitate: potui ut liquidissimum sit, & ut nutriendi, aut distribuendi causa, uel utriusque sumatur, & ob id magna quantitate. Condimento ut non nutriendi, sed odoris, aut gustus iucundi causa, aut sanitatis sumatur: & ob id non sub magna quantitate. Condimentorum alia simplicia, alia composita, & utraq; uel per se sumantur, uel cibis immixta: singula quoque horum liquida, uel ut pulueres, ut sint octo modi in uniuersum. Condimenta saporis gratia, ut sal, mel, odoris garyophyli, moschus: utriusque æqualiter, ut cinamomum: odoris magis grauia ut crocus, saporis autem ut piper, & zinziber, bonæ ualetudinis ut oleum. Omnes præterea sapores grati, opus est ut sint moderati, uel ut fiant admistione tales, iucundiores, dulces post pingues, inde austeri, post salsi, & acres, inde acidi. Insipidus quasi in medio est, non suauis, non insuauis, astringens, acerbus, & amarus, iniucundi.

Condimentorum diuisiones.

De Coctione ciborum, & potuum, tum generibus, tum speciebus. Cap. XXXIIII.

Coctio quid

Coctio est transmutatio cibi ab igne, ut commodiùs edatur, & plus alat, hæc duo fiunt, ut sapor, & odor sint grati, & iucundi, calor etiam plærunque dealbatur, nam si sanguineus sit, resoluto sanguine, fit cãdidus, si candidus, fit candissimus. Idem dico de alijs coloribus. Verùm sapor, & odor, ablato humido aqueo, & bene misto pingui, fit melior: facilius etiam manditur attenuato glutinoso, & duro, ideoq; terrestri, ut etiam cartilagineis patet. Porrò quę coquuntur, alia concrescunt, alia fiunt molliora, nam liquida, quia humida nimis, uelut lac, & oua non tam facilè diuiduntur, & atteruntur, ut mollia, quàm cùm sunt coacta quædam concrescunt simul, & molliora reddũtur, uel ut iecur, & cerebrum, quæ cùm coquuntur, fiunt media: partes enim aquæ congelatæ, & terreæ mollescunt, alia aliæ, quæ aqueo dilutæ sunt, eo resoluto, fiunt duriores, ideò terrea esse necesse est. Quæ ergo sanguine plena sunt, aut simili humore, frigida, & aquea, ab initio sunt meliora, & magis cocta, quàm ante, in processu uerò, magis cocta sũt minùs mollia, & succi minùs iucundi. Quodcunq; autẽ horum generum diuiditur, nam alia solo igne, alia igne & aqua multa coquũtur, alia modico humido, aut multo, sed

Coctionum differentiæ.

to,ſed pingui. Aſſata prima,elixa ſecunda, concreta tertia,frixa quarta,coacta quæ à ſolo igne coacta ſunt,ut lac,uel oua. Aſſatorum igitur plures ſunt ſpecies, in ueru, in craticula,ſuper prunas,in clibano,& ſuffocata: concreta in patinis, ut tortæ omnis generis,alia in patina compoſita,ut piſces cum intinctibus:intinctus enim & liquida concreſcunt,piſces molliores fiunt, duplici ratione, & ab igne diſſoluente, & ab humido permiſto.Oua ergo ſuper cineres cum prunis coquuntur,& duriora redduntur,ſed frangũtur,ſi uel ferro tangantur, uel ſi ſe inuicem tangant,aut etiam ſi ſicca in ignem ponantur. Ideò ſeorſum madefacta, priùs in aqua imponi debent, atque digitis circunuerti.Manifeſtum eſt igitur ex his,quædam eſſe,quæ nunquam coquuntur, dura, putrida, uenenoſa, & prorſus à natura humana aliena,ut ſerpentes,& pumex. Quod ſi exigua ſit putredo,igne quandoque mitiora fiunt. Et ſunt tot odores, & ſapores iucundi, quot ſunt eduliorum genera. Et quæ non poſſunt coqui,nunquam acquirunt ſaporem bonum,neque odorem. Et quædam non perueniunt ad perfectam coctionem, ut mala inſana, allia, & inter optima, caro citri, cum cortice,niſi certa arte. Eſt ergo coctum,magis coctum, perfectiſsimè coctum eſt,ut in alijs qualitatibus. Odores præterea boni à cibo deduci debent, non enim xiloaloes,uel roſarum,aut uiolarum bonus appellari debet,ſi ſponte,non ex permiſtione talium peruenerit. Ineſt autem coctioni, ut perturbetur, & peruertatur,uel cruditas,aut exuſtio.Porrò cum(ut dixi)coctionum ſex ſint genera:aſſatum,purum, elixum:purum ſcilicet quod molleſcit,quod cõcreſcit, quod frigitur in humido pingui,& hi ſunt modi ſimplices, quod molleſcit, ex parte concreſcit,ut piſcis cum intinctu, & in paſta in patina: piſcis enim molleſcit,intinctus concreſcit, paſta dureſcit,ſeu loco piſcis,caro capreoli,uel uituli,uel ſuillæ. Sextum genus eſt eorum,quæ primò molleſcunt, inde indurantur, ut dixi de cerebro,iecore,ſanguine,lacte, ouis, quamquam hortum nullum adeò manifeſtè, ut iecora, maximè auium: ideò huic coctioni modus imponendus eſt,ne ſcilicet parum cocta ſint,aut nimis,aut peruerſa coctio,aut exuſta,uel etiam,ut dictum eſt,ſolùm cocta ſint,non perfectè,& ſi perfectè,non perfectiſsimè. Itidem ubi uoluerimus imbuere ius medicatum uiribus abſcynthij,uel ſalire moderatè,uel ſapore oxalidis,uel ſimili, ut aſtringẽte:iecur quidem ſufficiet filo ſuſpendere,& ſæpiùs,ac ſæpiùs eximere,quoniam rubet cùm pallore,& quaſi maculoſum euadit:& fuſcum fit,tenerum,& benè olet: in cæteris uerò debent in linteolo raro,& tenui concluſa ſuſpendi, fit enim res mira, abſynthiatum ius ſuaue,ſed aberrare,uel minimè non oportet,paulò ante inefficax,paulò pòſt abominandum,aut ſaltem amarum,& inſuaue. Vires igitur elixorum inferiùs explicabuntur:minùs nutriunt,quàm iurulenta: iurulenta autem ſicca, ut caro capreoli, plus nutriunt aſsis:humida uerò ut ſuilla, & piſces minùs, à ſuperfluo enim humido coctio impeditur: & non ſolùm impeditur, uerùm etiam ſæpè peruertitur, imò quod maius eſt, ſupinat uentriculum, uel etiam omninò non concoquitur: uerùm in cruditatem tranſit cibus.Aſſata uerò in ueru,non poſſunt coqui,ſed uruntur, niſi liquore perfundantur,neque enim intus coqui poſſunt,maximè perfectè,niſi exteriùs urantur:ergò per ſe minùs nutriunt ob craſsitiem,& molem,ijs quæ in craticula,at perfuſa pingui humido plus nutriunt aſſatis ſuper prunas, & in craticula, & ſuffocatis.Suffocata autem duorum ſunt generũ, alia cùm modica aqua,uelut carnes nõ admodum humidæ,ſuilla ergo meliùs ſuffocatur in olla ſicca,ſed longè meliùs caro cyprinorum magnorum præcipuè,ea tamen tantò meliùs nutriunt,quantò ſuauiora fuerint:per ſe enim non bene,quoniam humidum retinetur, atque fuliginoſum,id autem nocentius,ut aliàs uiſum eſt, ergo frixum magis omnibus nutrit,quia neque humido proprio deſtituitur,& alieno ſuperabundat: uerùm difficilè eſt collimare,quia pinguia facilè ardent, uel ſi paulò plus coquuntur, aut minùs, ea de cauſa etiam,ſi à coctione conteſta maneant,ueneni uim quandam contrahere ſolent. Propoſitis igitur rectè duobus tanquam extremis, elixo, & frixo, quorum unum maximè & optimè nutrit, quamquam facilè ſit in ipſo aberrare, & ſi non aberres, patientem pectoris anguſtiam lędas,quoniam omnè humidum pingue,dum nimium incaleſcit,neceſſe eſt ut in fuliginem uertatur ex eo pars aliqua, quę pecto-

Aſſatorum piures ſunt ſpecies.

Piſces duplici ratione molliores fiunt.

Quæ coqui nõ poſſunt,nunquam acquirunt,neq; ſaporem,neque odorẽ bonum.

Coctionum ſex genera.

Coctio à ſuperfluo humido impeditur.

Aſſata in ueru qualia.

Suffocata duorum ſunt generum.

Pinguia facilimè ardent ac uim ueneni contrahunt.

ris angustiam efficit,& atram bilem in omnibus generat:propterea neque sanis, sic cibus conuenit,nisi parte exteriore prorsus abiecta, caroq; relinquitur, prorsus sit candidissima:tum enim si cocta est,optimũ est alimentũ.Altera uerò elixa, quę minimum nutrit, & difficulter concoquitur, ob humidum aqueum, quod ei permixtum est,& alimentum etiam quod gignitur,prauũ,& semper serosum,ideò melior caro est,quę iam ius odoratũ effecit,scilicet in frustula diuisa, talis em̃ cùm in se ipsa coquitur,repinguescit & fit odorata:sic enim Florentini pauperes, (gens parcissima)coquere eam solent olla parua, & in frustula diuisa. Commune autẽ omnibus quæ coquunt̃,dissolutionis causa,tã assis quàm elixis, frixis, alijsq; omnib.præterquam suffocatis,ut quàm celerrimè possint,coquantur: sic enim magis humida,& mollia redduntur,minusq; differentiæ est inter partes interiores, & exteriores, melius olent,& sunt suauiora, suffocata autem quæ humida non sunt, multum ex iam dictis magis aduruntur,& minùs siccantur,ob id deteriora sunt: meliora igitur sunt iurulenta elixis,quia pinguiora,& alieno humido redundantia. In omnibus prætetrea obseruandus est color,ut ad candorem perueniant, nam si rubra cruda, si fusca atra,& exusta,si liuida pallentia, crocea, flaua, mista, colore cerulea,uiridia, non solum cruda,sed etiã forsan uirulẽta,uitãda ergò prorsus maximè in iam suspectis,uelut fungis,ranis,anguillis,cochleis,cõchis,ut differũt genere crustacea cancris,ęstacis,horum enim quædam in sordidissimis locis nascuntur, sed herbis quoque maximè æstatis tempore,ubi uipera, & aspides, & deteriores etiam serpentes habitare solent.Similiter obseruare etiam decet saporem, ut dixi, & odorem, & ut facti sint leuiores,mutatio tamen coloris quibusdam est familiaris, & in ijs citra periculum, quia naturæ comparata,uelut malis insanis,& mullis,& sargis,est istiusmodi præcipuè qui lineares sunt.Ergo optimi,quibus hæc omnia conueniunt, & quæ naturæ, uelut frixa,si delinquant, uel paulum senibus maximè,& decrepitis, magis sunt incommoda, uix concoquuntur, crassum generant alimentum, & pectus lædunt, quod maximè in senibus,& primùm exsiccatur,teste Aristotele,adeò ut pro mortis causa, principale ab illo censeatur.Quæ ergo medio natura sunt inter hæc,mediant etiam, & mediorum temperatura hominum excessus, & ætatis conditionem exigunt,eisdemq; conueniunt.Vt ergo leuiora sunt molliora, odoratiora, media, suauiora,candidiora,his sex proprietatibus,tum uerò ut celerius cocta, natura præstãtiora, & etiam conuenienti,tum sexu calida & sicca,humidiora, iuniora, fœminea, item nutrita,uel terra soli exposita,& uentis aquis limpidis,& ut unicuiq; conuenit præparatio,atque coctio,similiter etiam diu, ut pauones,uel paulò antè mortua,ut perdices,uel priùs agitata,& similia considerari debent, uelut & in his qualitas, ex carbonibus lignis salicis,quercus, ilice, pessima ex nuce,buxo, & his quæ plurimũ fumum emittunt,& ideò etiam ex uiridibus lignis:porrò cõpositiones, & eiusmodi media,ex his quę nunc aut alibi dicta,dicenturúe,uelut natura generum, & specierum,manifestæ erunt.

Nota.

Iurulenta meliora sunt elixis.

Quæ prorsus uitanda.

De coctionum tribus differentijs,de saporum comparatione, & de quadruplici gradu medicinæ. Cap. XXXV.

Artis medicæ inuẽtio ab experimento orta habuit.

PRima inuentio artis medicæ ab experientia ortũ habuit, necessitatis causa,ob casus scilicet, uulnera, & contusiones, quod morbos sponte natos, quasi à Deo immissos:ac ob id etiam sponte sanandos, aut omninò nõ sanandos negligerent. Eos uerò qui casibus proueniissent, arte & industria indigere persuadentes,ob multiformes plantarum species,ac formas,ab illis petendum auxilium existimarunt. Hippocrates à chirurgia methodica, quamplurimum auxerunt Podalyrius, atque Machaon, ad bellum Troianum profecti, ut testatur Homerus (filij Aesculapij)deduxit ad methodum propriam,& partem morborum interiorum maximè adauxit: cumq; primùm ab Heraclide filio artis nomen promeruit,cùm antea sententijs tradita esset, ut ille præcipuè testatur, & docet in libro de Victu in acutis. Sic in libro de Vulneribus capitis,de Vlceribus,Fistulis,Fracturis,atq;

Iliade, In prin.

ris, atque Articulis, & Prognosticis. Isti sunt maximè libri rationales medicinæ: sed præstantissimus de Victu in acutis, ob idq; à nobis diligenter expositus: Galenus uerò artem ad gradum tertium perduxit, singula quoq; ad methodum simplicem, & ob id clarissimam, ac maximè generalem perducens. Idq; primum fuit emolumentum, nam in hoc differt methodus sua, ab ea quæ Hippocratis, quod in Hippocratica licet transire ad similia, ut empyrici, & cognita causa, sed non per causas, principia, & elementa, quia eo non peruenit, uelut quod cura fit per contraria, sed non docet quæ sint illa, & tamen attigit illa in libro de Humana natura, legitima parte, & de Fœtuum formatione. Ideo Galenus fatetur Hippocratem iecisse fundamenta artis. Galenus illa tradidit generaliter, & modo demonstratiuo, non naturaliter, sed Dialecticè tãtùm, & quasi ex supposito, & sine ordine, & est quasi doctrina Mathematica, quam præcipuè attigit in libro de Constitutione artis medicæ, & artis medicinalis, speciatim autem in cæteris passim. Secundum ut sparsa antiquorum scripta, uelut Anthillidis, Archigenis, Asclepiadis, Erasistrati, Philosini Dieuchi, Mnetithei, Dioclis, Herodoti, & Neræ, in unum collegit, multis etiam confutatis aliis perperam, & maximè Marini, & Herophili. Tertium fuit iudicium in compositione medicamentorum tam per locos, quàm per genera, sed ut in actione, & tractatione, methodus illa fuit clarior, atque facilior, ita profunditate, & usu inferior, ea, quæ composita est: & Polytaxis à nobis appellatur: à qua methodo liber hic nostet initium accepit.

Differẽtia inter Hippocraticam atq; Galeni methodũ. Hippocrates artis fundamẽta iecit.

Cùm ergo cibi gratia exempli, & potus etiam in duplici sint differẽtia, crudi, cocticq;: cocti uerò crudis, & probè his, qui minùs diligenter, quod plus, meliùs, & facilius alant, & ob id incolumiores, & suauiores: præstabat scire quid ex coctione, & quomodo adiiceretur, mutantur enim edulia in coctione temporis diuturnitate, aut breuitate, modo, ac adiectione: adiectio fit in suauium, uelut pingui, amarum maximè repugnat, ut dulci salsum, cõtra salsum pingui conuenit, minùs amaro dulce: post insipido repugnat, rursus amarum, non ita conuenit. Acre uerò, & salsum, maximè cõueniunt amaro, quod illius dissoluant sensum, ut optimè pingui, si non exuperent: ab eo enim uis illorum mitescit: nõ ita ab insipido, quod sit imbecillius. Et multum refert scire quid principali, quid adiecto eueniat, uelut ex coctione longa, in elixatione, aliud siquidem carni, aliud iuri. Et ius si nil salsi admistũ fit, ex diuturna coctione nõ fit salsum, si adsit, fit salsum, quia humidum decrescit, & salis substantia manet. Cur uerò demum si sal admistum sit, etiam amarescat, caro autẽ quæ adest non fit amara, quia sal crassius factum, penetrari non potest. Quo circa neque talium definitam, & perfectam doctrinam tradere expedit, sed sufficit non ut Galenus difficilia omittere, attingere omnibus nota, quod in Hippocrate prętermissum laudauit. Ergo ex adiectis, ut lacte, uim liquoris expendere oportet, & quomodo immutetur. Modus, lebes, id est, uas angustum, & altum, ut patina contra, & detectum ut sartago, & expositum ut in ueru, crate super prunas. In uase autem sine liquore, uel cum munimine, uel liquore ut fiant octo modi, tres absque uase, totidem cum uase, & liquore. Elixatio, patina frixum, unus in uase sine liquore, & unus in patina crustaceus, quem uocant pastitium. At nunc de singulis agendum, ut fiat doctrina absoluta, breuis, ordinata, & clara. Primum igitur considerandum, quid inter sit inter contraria, utpote uas, & non uas contectum, ut patina, & detectum ut sartago, & cur quod spargit aut colligit. Et ut quàm paucissimis exemplis omnia explicemus, uelut propositis A B C D generibus, & sub D E F G. | A B C D

Exemplum. Edulia in coctione mutantur. Nota. Nota.

| E F G

speciebus: secundum genera quidem fient x v. comparationes, & species septem: generum autem cum speciebus L x i i i. quæ omnes collectæ, præter tres specierum ad proprium genus fient L x x x v. sufficiet ergo sex exempli gratia generum simplices differentias explicasse, unam compositã, unã specierum ad alienum genus, & unam specierũ inter se, & ita i x. plenè, ut ita dicam: D x x x v. modis satisfactum erit, atq; hæc pars penè perfecta methodi nostri cõpositi. Sumamus igitur initium ut dixi hoc modo, (nam reliquæ sunt uidisse plura, & maximè artiũ subiecta, atq; illa reduxisse ad hanc methodum, seu regulas, & quàm

I X.

breuissimè, inde uti, ac coaptare inter se & ad unum.) Quæ non in uase coquuntur, nil recipiunt à partibus suis, maiore ui ignis afficiũtur, nullo externo humectantur liquore, quinimmò motu aëris uehementiore siccantur: propterea his quæ in ueru addimus liquamen, & cum multo igne assamus, quoniam simplicia ut penetret uis ignis, & nulla interposita mora siccetur. Ergo oportet ut caro illa sit humida pingui humido, atq; perfecto, propior tamen hominum temperamento, atq; in calido, & sicco, qualis esse debet. Cibus igitur coctus assumitur, trifariam considerandus, ut à modo cõdiendi, temporis spacio, & usu, nec licet plura inuenire membra, cùm hæc tamen omnia ad illum pertineãt. Idq; Galenus uocat demonstrationem, & principium ad quod refertur maximè simile, maximè ex perfectis humidis, & ex similib. maximè, atq; purum humidum in hoc, atq; ex his exẽplum assumere, quod seruiat omnibus speciebus comparationum, & genera tamẽ singula complectatur, id est, in unoquoq; genere exemplum. Reliquorum sit conseruatio, uelut in quodam penu, ex quo depromere liceat mẽbra singula, cùm suis ad principia assumpta usibus. Eadem omnia inuenire, & exequi in adhærentibus per singulas regulas. Demum omnia ad unum redigere, atq; utilitatem finis, tum executionem illius, horum quidem actu, illorum potestate: neq; enim idem homo capi poterit omnibus morbis, sed tamen medicina erit de omnibus corporibus, & singulorum affectuum custodia, & defensione incõmodorum, ad hoc autem spectabat ratio exempli. Igitur ut ad institutum exemplum redeam, dictum est quod patina distat à sartagine, sed nõ in quot, & quibus: sartago enim est in cõtinuo motu, & detecta, & humidum illius pingue, patina contecta, quiescens, & aqueo humido plerunq; referta. Verùm ante omnia, principia quædam attingere oportet, uelut quod quadruplex sit humidum, aqueum quod est inelaboratũ, igneum quod exustum, crudum quod est elaboratũ, sed mistum, & pingue quòd purum est elaboratũ, quo omnis calor gaudet. (igitur naturalis) putrido excepto, nec tamen consumitur nisi serò: nam cùm supernatet in lebete, & feruẽte illo, aqua in imo adhuc frigida sit, nec habeat quicquã suprà quod impediat, celeriùs tamen diffiantur x. libræ subiectæ aquæ, aut uini, uel succorum, quàm olei, aut adipis supernatantis, (nec huius est locus, ut rationẽ reddamus hic,) constat difficillimè consumi humidũ, pingue accendi facillimè, contra reliqua, præter igneũ: hoc enim celeriùs absumitur pingui, sed non benè nutrit calorem innatũ. Quæcunq; uerò motus auxilium consequuntur, celeriùs operantur, atq; absumũt. Diximus & elementa esse impermutabilia. Rursus motus in materia impedit caloris motum. Et pingue humidum densius cùm sit calefactum, exprimit aqueũ, quod circundat. At uero cùm dictum sit superiùs, humidum pingue esse alimentum calori igneo, & naturali, aqueũ, & crudum utriq; inimicum, eo fit, ut aliàs demonstratum est, ut cum utile unum quodq; trahat, abigat contrarium, ut flamma trahat ad se humidum pingue, ut uidemus manifestè in lucernis, abigat aqueũ. Vnde si oleo aqua immista sit, stridet lucerna, nam cùm trahat quod pingue est, pellat crudum, & aqueum, fit separatio, & cùm duplici motu: ergo sonus tenuis, & abruptus, ob inæqualitatem, unde stridor. Ex his colligitur, quod cum quæ in sartagine coquuntur, in pingui humido feruẽt, & in libero aëre, unde motus in calore: quare cum pingue humidum facilè ardeat, ne accendatur, mouent sartaginem, & quanto plùs est humidum quodcunque, eo magis resistit ignibus: ideò plurimum oleum inijciunt, & priùs torrefaciunt, antequam inijciant pisces, ac mouent leuiter & mediocriter coquunt, ut Augustus Strabus Binasci, quo nullus hac in arte peritior caupo: nam si plus iusto uritur, & fit mali saporis, & deterioris alimẽti, si minùs, idem, sed crudum generat humorem, & odore non probatur, sed minùs malum est. Exustam enim bilem atram gignit, sitim facit, inflammat iecur, debilitat uentriculum, amarescit, habitum corporis corrumpit: unde mirum est de nebulonibus, qui panem torrefactũ cùm saccharo, & uino exhibent ægris, ut si tres in duobus uerbis errores admittant. Meta est, ut humidi pinguis quãtum fieri potes, combibat, crudum, & aqueum resoluatur totũ. Dignoscitur ex colore, & odore: sed si degustare liceat, optimi saporis est, ob id & causas dictas, frixa optimè nutriunt, & uentriculo sunt amicissima.

Cibus coctus trifariam assumitur.

Humidum quadruplex.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

Nota.

Lucerna cur stridet.

Vsta deterrima sunt.

Quæ

Quæ uerò plus humidi cõtinent, quàm euanescere possit, non sunt frigenda, ut pisces magni. Quæ in patina coquuntur, non tam uehementem motum patiuntur, & colligunt prætenuem partem, ideoq; meliora: ut quæ etiam mistum utrunque humidum habeant, nam elixa, cum pingue remittant in ius, prorsus sunt inutilia, nisi ex febre calefactis, aut qui iure non carnibus uti uelint. Assata super prunas tanto magis alunt, quanto celerius excoquuntur. *Elixa prorsus sunt inutilia.*

Quæ farina, aut pasta integuntur, & in furno coquũtur, quasi in patina cocta dici possunt, sed sicca. Quædam in humida coquuntur, & uim habent contusi, sed suauiore gustu prædita sunt. Assatur caro in ueru omni industria uitulina tenera, aut capi: inde diuisa in tenuia frusta uirgis, aut dorso gladiorum diu tunditur in plana tabula, ut tota eneruetur, post imponunt cum adipe uuas passas benè lotas, petroselinum, croci modicum, & salis minimum, cinamomum, fœniculum, uitellum oui si placet, inuoluitur, ac filo ligatur, uel etiam inter folia roris marini incoquitur patinæ in iure pingui, & odorato, ac si cruda fuisset, & cùm editur, suauis est admodum, odore iucundo, tenera, friabilis, boni & plurimi alimenti, non crassi, nec admodum tenuis, nec putredini obnoxij, salubris uentriculo, iecori, renibus, uesicæ, pulmoni, cordi, & cerebro. Sunt quibus placeat saccharum, & uuam immaturam addere, quanto mollior, tantò melior, modò non exucta. Nec tamẽ quæ optima concoctu esse debent, mollescere oportet, sed quæ admodũ mollia sunt durescere, sed ad metam. Mollia enim iusto magis sunt cerebrum, & medullæ, iecur pullorum, præcipuè oua, sanguis, & lac igni admota durescunt: hæc igitur rectè coquere non paruæ industriæ est, nam ubi processerit, & maximè indurantur, & maximè terrei alimenti euadunt, minùs tamen cerebrum, iuuat etiam in huiusmodi patinis piper nigrum, & ex aceto, quibusdam etiam coriandri odor arridet. *Condimentum optimum.* *Quæ igni admota durescant.*

Quæ autem in olla sicca coquuntur, meliùs colligunt humidũ, quàm quę in libero aëre, ideò & mollia, & humida esse debent, nec externo humore indigere, uelut plurimi piscium caro castrati, ideoq; piper his conuenit, & coriandrum, est enim odoris cibalis, ut aromata: Sed quæ in patina meliùs colligunt, ac remittũt, ideò suauiora sunt, quàm quæ olla, non tamen ad siccam coctionem aquæ apta.

De elixatione, eaq; dissoluente, atque cogente, & quomodo cocta dignoscantur. Cap. XXXVI.

Hæc igitur dicta sunt generaliter de coctione, seu quę dissoluat, seu cogat, uelut enim dissoluenda, quanto celeriùs dissoluuntur, eò meliùs est, itaq; concrescunt lentis, & paruis ignibus indigent, naturam ipsam imitando, nam quæ seriùs proueniunt mista, eò meliora sunt, atq; præstantiora, temporis enim longitudo, meliùs miscet simplicia inter se, & non corrumpit partes, unde non solùm substantiæ, sed & qualitates in unum coëunt, neque fieri potest ut humidum inutile absumatur, benè à calore magno, quin uel urat, aut nõ absumat. Porrò cognoscere quando unumquodque coctum est (eo enim dirigitur tota intentio) non contingit ex odore, aut sapore, adeò euidenter, ut in alijs coctionibus, ob imbecillitatem elixatorũ: assata enim optimè, (& præcipuè in ueru) odorem suum produnt, quæ pinguiora sunt, & calida. Atq; hoc inditium est, sic cocta esse meliora, coctis super prunas, suffocatis, & in craticula. Ergo de qualitate coloris cõiecturam facere licet. Alia ergo inditia sunt expendendi si ius sit optimum, suaue benè olens, impossibile est carnes non esse coctas, coctio præterea quæ dissoluit prius emollit, unde experti coqui cuspide, gladio eas tentant, si coctæ sint, transit absque impedimento ullo, secus hærent, alij carnes extra ius extrahunt, & duobus digitis apprehendunt, si cocta sit, cedit, si non, renitet. Hæc duo experimenta, licet consuetudine discantur, nihilominùs ratio etiã propiùs ad illa per se accedit. Aliud, & redditur ad idem, filamenta exime, & trahe, si facilè frangantur antequam distendantur, cocta sunt, secus nõ, & hoc habet rationem manifestam, aliud, si caro cocta fuerit, nam glandulis, aut ligamẽtis, aut carnibus, quæ sunt in capite albis, aut pedibus illorum *Elixa ut cocta dignoscantur.*

illorum aliquod uix coctum sit, cocta non est: si ualde, cocta, quoniã prius coquuntur, spes est & musculosam coctam esse. Septimum, si caro diuisa, gladio æqualiter diuidatur, cocta prorsus est: si non cùm inæqualis sit, nondum cocta dici meretur. Aliud si ius rubet, ubi despumatum est, aut non est suaue, caro cocta non est, si sit purum à rubedine, & aliquo modo pingue, inditium est coctionis. Pisces elixati fiunt statim molliores, quàm caro, si friabiles sint, & breui dissoluantur, unde terminus finis coctionis, est initium dissolutionis: olera cocta sunt cùm æqualiter, aut paulò minus diuiduntur, distracta in longitudinem perinde, ac latitudinem, oua sunt cocta cùm sudant, hicq; primus coctionis terminus, & uocatur apala: cùm uerò luteum oui non concreuit, album autem sic, sunt cocta perfectè, cùm dura sunt in parte candida, concreto uitello, sunt plenè cocta, media mandũtur cum frustis panis longis. Mulieres experiuntur, cùm facilè circumaguntur in plano, & æqualiter: nam si ouũ coctum non est, partes fluidæ locis in uacuis, ac tortuosis sunt, quæ motu decidentes, illud in obliquum ducunt, ac motum efficiunt inæqualem, quod etiam in crudis sed recentibus, non tamen adeò facilè accidere potest. Quæ autem concretione coquuntur, tunc cocta sunt, cùm coacta undiq; sunt: ideò contingit simul esse cocta, & cruda, iuxta diuersas partes, tum autem melius cocta sunt, cùm quæ cõcreuerunt, plus ●isto dura euaserint, quæ nondum concreuerunt, parùm ab ea distant. Ptisanæ autem hordeaceæ coctio, per cõcretionem quandam fit, & peculiari etiam ratione non farina in aqua cogitur. Primum an sit uiscida, quare cõtento spiritu intumescit, & feruet, cùm ergo cocta non est primum, quia difficilis concoctionis, insuauis etiam, tertio hærens, quarto non lubricat, si hæret, quia hæret, ideò etiam obstruit, sexto non benè nutriet. Rectè inquam à Vesalio proditum est, Galenum subterfugisse omnia difficilia, ut quasi nunquam uidisset ptisanam plenè coctam. Causa cur cocta non amplius ebulliat, præterit, si enim ignis ex humido uaporẽ gignit, necesse est ut prodeat, & ut eleuet. At mihi res noua non est, cũ quęstio naturalis sit, non medica: hæc enim tria dereliquit Galenus, physicas quæstiones, & earum causas, & contemplationes, anatomiam, & simplicium medicamentorum historiam, & ubi conatus est aggredi, deliquit, & lapsus est, par tamen erat ut saltem admoneret nos dubitationis. Accipe ergo rem à fine, quoniam ab illo initium est in artibus inuentionum, certum est quod cocta nõ ebullit, sed cogitur, nisi subtraxeris eam ignibus, inde adurantur partes fumosæ, & malè olet etiam, si tum miscueris, antea ergo miscenda perpetuò, ut ne contrahat odorem adusto uapore, uapor igitur ex lento humore gignitur, sed miscendo prodit, quia leuis est, & aqueus: pingue autem farina hordei dissoluitur, & trãsit in aquam. Ergo ut lenta sit ptisana, cùm cocta est, necesse est, uerùm non aduritur, non fumum redolet, quia prodierunt uapores, nõ attollitur autem, quia pingue illud humidum concrescit, & adeò tenue est, in medio autem motus, prodeant uapores, ergo ptisana probè cocta, non salsa est, quia initio caruit, neque enim sale miscere oportet, dum feruet: non olet fumum, quia uapores omnes prodierunt: alba ergo etiam est eadem causa, non crassa, quia terreum per uapores exhalauit, pinguis est, nam in semine omni, oleum esse docuimus: tenuis ergo etiam, & inæqualis, ut ergo rem perfectè assequaris, depingere illam decreui: quicunque enim docere uolunt, quæ norunt, id possunt: erroris causa est uelle docere, quod tu nescias. Vnde manifestum est, cur Galenus abstinuerit à difficilibus quæstionibus: nõ enim ausus est corrumpere benè scripta in arte medica, permistis quæstionibus, falsis, & alienæ disciplinæ, cùm multum contulerit in illa boni: id uerò aggredi & si fuisset pulcherrimum, ei tamen erat impossibile, tum quia utebantur methodo crassiore, tum quia deerant principia, coactusq; assequi tradita à Peripatheticis, magis autem aberrans hac tempestate, qui uelut canes in ponte delati sinunt carnem, quam habent antequam imaginem apprehendãt, & ita delusi utraq; carent. Nostra enim ætate, plurimi id agunt, ut peruertant philosophiam Peripateticam, quoniã ex generalibus constat, licet proprijs destituatur, quę nos inuenimus non uniuersa, hæc enim solis immortalibus nota sunt, sed quatenus mortali licet. Verùm exordium longè maius factum est narratione: opus est ergo ut ad rem re-

Terminus finis coctionis est initiũ dissolutionis.

Ouorum diuersa coctio.

Vesalij dictũ contra Galenum.

Ptisana cocta cur non amplius ebulliat.

Vt in libr. de inuentione.

Vapor ex lento humore gignitur.

In semine omni oleum est.

grediar, neque tamen tam opportuno loco occasionem præmittere poteram, ne ob pauca uerba silentio tradita, homines in illas infinitas fabulas, & commenta magna iactura temporis ignorantia, fraude, & spe inani, impingerent. Res ipsa quatuor uerbis constat, farina hordei iam decocti abiectis sordibus pingue humidum continet, crassum mediocriter, & terreo mistum, cùm nihil ob aquæ permistionem, & coactionem, quæ ab initio habuit, ut fato semine posset aliud hordeum, si terræ mãdaretur, generare: prima ergo coctione solùm partes crassæ quantitate diuiduntur, pòst contusione, & cribro tenui etiam loco separantur, sordesq; abijciuntur, iam hæc tria manda memoriæ, adde quartum in qualibet minima farinæ parte, duę sunt substantiæ, terrea sicca, & humida, quę duplex est, pinguis, & aquea: in secunda coctione, propter calorem, qui dissimilia separat: primùm fiunt tres substantiæ, terrea, aquea, pinguis, & aquea, cruda tum uerò ptisana pessima est, mali saporis, & odoris, ac tenax: tenax enim fit à terreo tenui, secundùm quantitatem cum aqueo ualde permisto, nil mirum ergo si dum secundò coquitur igne impellente, & motu adiuuante, quicquid est terrei, ob impetum extruditur, quid enim mirum si ferreæ pilæ aliquot, millibus passuum differuntur eodem tempore, aqueum humidum, & in uaporem conuersum abit, & absumitur eadem actione, & feruore, quod humidum relinquitur pingue, aqueo attenuato, quod simile est æri, permiscetur similiter pingue illud humidum, attenuatur, & colliquescit, non potest autem aduri, tum quia exhalat, tum quia aqueo cohibetur, neque etiam ob motum adhæret uasi: igitur in secundo tempore in quo subsilit, ptisana eleuatur ob terreum, quod adhuc mistum superat, cum humido pingui (atque hunc motum ualde manifestum oculis, appellamus ebullitione) exhalante paulatim terreo, & aqueo humido concrescit reliquum, remanetq; tantum terrei, ut possit cohibere, & continere coniunctionem utrorumq; humidorum, nam & in adipe, & in oleo purissimis aliquid est terrei (non enim posset esse mistum perfectum) ita illo abeunte, ebullitio cessat: licet enim partes paulatim adhuc eleuentur in superficie non erumpunt tamen, sed in unum coeunt, odore & sapore optimo imbutæ: fitq; edulium suauissimum, particeps lentoris, sed non lentum, lubricum ut oleum, & tenue quale sabinum, inditio est autem, solidum præbere alimentum substantia, tenuissimum autem quantitate partium, mediocre multitudine, quòd non multum ex ea deperierit, quamuis longa ebullitione: inquit enim Galenus ptisana plurimùm cocta sit, haud flatuosa est. Qua propter hoc est summum elixationis liquantis, & per concretionem exemplum, in quo & dissolutio, & concretio sine corruptione apparent. Reliquum igitur est, ut modò de elixationis uitijs agamus, ea sunt frustratio, liquefactio, ustio, & fumi odor. Frustratio igitur bifariam fit, uel cùm substãtia dura remanet, aut qualitas non tollitur, gustui incongrua, uelut si quis absynthium, uel tota die coqueret, & maximè in eadem aqua, idem dico de odore, seu simplici malo, seu esui inepto, uelut citrio, seu malo medico, hoc enim cubiculo exornet suo aspectu iucũdo, & odore sua ui, nihilominùs incoctum iuri, uel aquæ quasi nauseam excitat, nausea enim ingrata mouent, tribus modis, alia quidem natura, & substantia uelut anethum, quòd boni gustus est, & odoris, mouet tamen uomitum, alia odore, ut res putridæ & corruptæ, alia sapore, uelut aloes, quædã uerò sapore & natura, ut elleborus albus, & colocynthis, mouetur & nausea, dum solùm imaginamur res fœtidas, unde uidentes aliquem euomẽtem, facilè ob uomitum inclinamur, aut saltem ad nauseã, cruda igitur sunt, quæ uel dura manent, uel insuauia, uel olida: insuauia autem sunt, uel quæ nimis excellentem habent saporem, ut adstringentem, uel acrem, uel salsum: alia natura talem uelut putridum: manifestum est autem, quod putredinis duo sunt genera seu carriosum, seu marcor, quod siccum est. Et humidum, quòd etiam magis abominandum: hæ igitur malæ coctionis species sunt, durum, abominabile, insuaue, corruptum humidum, & corruptum siccum, simplices quidem adde quòd quantitate tale est in saporibus, & odoribus, uel natura. Igitur septem in hoc genere simplices cruditatis species, ergo CXX. compositæ, omnesq; simul CXXVII. quemadmodum de planetarum habitibus dici solet, sunt enim & ij septem, & coniunctiones CXX.

1. de Vict. in acut. Com. 18. in fine.

Elixationis uitia.

Putredinis duo genera.

nes CXX. & habitus omnes CXXVII. Qui sic non rideat arithmeticam Galeni, in libris de Typis, simílem itineri matronæ nostræ ad amœna Varisij, & sacra lora, quæ CCC. prope aberant stadijs, cùm adhuc esset in suburbijs, sedens, & anhelando rogauit: an adhuc multum supereſſet itineris ad montem usque, ita in expertis axiomata maxima uidentur ridiculæ interrogationes, ac irriti labores, in publicum prodeunt. Sed redeo ad uires declarandas uitiorum coctionis: prius tamen unius præcepti ualde utilis certiorem lectorem reddere uolo, scilicet quod omnis coctio diuturna, seu suauis, seu insuauis, seu utilis, seu inutilis in eodem iure semper auget, & saporẽ, & odorem, & his quę ad ea consequuntur, nisi peruertatur ab eis, quę naturam illius corrumpũt, uelut amarum, & salsum, aut fumosum, hæc enim tria cùm ab igne (postquam initium acceperunt) semper augentur: pingue enim secùs pinguius fit, acre acrius, dulce dulcius, astringens astringentius, in elixatione dico, non alijs coctionibus. Permutata autem aqua, omnia mitiora redduntur, aut minora nitrosa minùs aluum mouent, dulcia minùs dulcia, amara minùs amara, atq; ita de alijs, remanet solùm quæstio de sicco, & humido, calido, & frigido, nam de humido utroq; modo redditur siccius, seu mutato iure, seu eodem manente, sed tum triplicem sortitur differentiam: primùm enim siccatur res, quæ elixatur humido pingui, deinde medio quodam tempore alia plus, alia minùs impinguantur, tùm resolutis partibus terreis, tum colliquato humido pingui, tum contracto quod priùs colliquatum erat, & dissolutum ad principium naturale: hoc autem ostendit odor, & sapor, inde ubi etiam à perfecta coctione diutiùs coxeris, iterum remittitur humidum illud ui ignis manifestè superatum ab eo, & corruptum. At de frigido permutata aqua, & fiat frigidius, certum est quod per priuationem frigidius euadet, nisi adeò potens fuerit uis ignis, ut non solùm uincat aquæ uim, ut plærunque solet, sed uaporem mutet in igneam substantiam, tunc enim contrarium quoddam accidit. At in priuatione caloris naturalis, quantò plus coxeris, seu permutando aquam, incrementum frigoris augebitur à calore, extraneus enim, ut inquit Aristoteles, et benè, illum corrumpit.

Nota.

Calor extraneus naturalem corrumpit.

4. Meth. c. 1.

Redeamus igitur ad uires, cruda quæ ob putredinem talia sunt, omnia pessima sunt, & maximè à putredine humida, talia enim sunt uenena pessima, si tamen diutius in igne manserint, minùs noxia fiunt: ignis enim duo habet tempora, unum in quo dissoluit, & tunc magis adauget actionem ueneni, quàm illius uim remittat: cùm uerò incœperit humidum resoluere, si magis resoluat, quàm colliquet, minuit putredinem, sin contrà, auget. Est autẽ & in hoc supremus status, scilicet cùm adeò resoluit, ut superet, maximè multiplicatum in putredinis gradum, aliud quodcunque productum, exempli causa: sit colliquatio partium decem, consumptio autem unius, & fiet nouem, decem igitur in nouem efficit nonaginta, at uerò sit colliquatio, ad undecim peruenerit, cõsumptio ad octo, octo in undecim efficit LXXXVIII. & hæc sunt minora XC. non est autem necesse, ut per æqualia incrementa, & decrementa procedant, imò nihil minùs, sed crassa plus colliquantur, tenuia magis consumuntur: hæc uolui dixisse, ut concluderem nihil esse tutiùs longa, & uehementi per potentem ignem coctioni, & maximè aquam permutando, & adhuc magis aliquid in coquendo, quod uenenis aduersetur, & non sit incoẽundum, neque sapore, neque odore. Sume exemplum, allium, & cępa, & laurus cruda, odoris, & saporis ingrata sunt, magis quàm citria mala, cocta tamen contrario modo se habent: inijciemus ergo unum è tribus illis prioribus, nam omnia reddunt insuauius, permistio enim prauorum magis abominanda est, quàm simplicitas. Ergo si deuitare corrupta non possumus, uelut in castris sæpè accidit, talibus occurremus: nec insulsè Romani in castra cæpas, & acetum deferebant: unùm ut calidum, alterum ut refrigerans, utrumque quod maximè corruptioni resistat, acetum cibi, cæpa potus, & gustui commodum.

Ignis duo tempora.

Coctio longa per uehementem ignem optima est.

Romani cæpas & acetum in castra deferebant.

Ptisanæ commoda.

Lib. de Ptisana cap. 5.

Quod ad aliarum specierum cruditatum damna attinet, suo loco specialiter dicemus: nunc satis sit commemorasse contraria perfectè coctionis, scilicet commoda optimæ, atq; perfectæ uno exemplo ptisanę, à Galeno commemoratę: par enim

est con-

est contrariarũ causarum, atq; substãtiarum, contrarios esse effectus, de ea loquens. Illius enim uiscidum (inquit) læue, & concinnum, & blandum, & lubricum, & humidum, moderatè, sitimq; arcet, & ad abluendum si quid opus est idoneum, neque astrictionem habet, neque illam dum in uentriculo coquitur perturbationem facit, denique non exturgescit: siquidem in coctione intumuit, quantum plurimùm intumescere poterat. Vtilitates igitur ptisanæ hordeaceæ, probè confectę, sunt decem, si quis rectè enumeret, & quod maius est, omnes ex Hippocrate sumptæ, atque uno spiritu ut liquet quasi prolatæ, cùm uerò dixit non perturbare in coctione uentriculum, palàm est quòd quinq; præcipuè intelligit, ut non sit dura, huiusmodi enim uentriculum perturbant, cum natura conetur concoquere, non possit ob duritiem, nec supernatantia, fluctuant enim atque concoquuntur in imo uentriculi, necesse est concoqui: ideoq; descendere, tertium genus perturbationis sit ab his quæ aluũ mouent, hoc nimis est notum omnibus medicis, unde inter cætera scamonium, & cucumer asininus, & colocynthis, & helleborus maximè perturbant uentriculum: quia maximè purgant. Quarta est, cùm exuperat in cibo uehemens qualitas calidi, frigidi, sicci, humidi superabundantis, lenti, acerbi, astringentis, uel si aliquo modo, & est quinta causa, abominationẽ excitet, uelut flatum, aut nauseam, aut morsum, aut dolorem, aut sit uenenosus, horum causa exponam in figura, singulas particulas iam connumeratas à Galeno. Post hæc addit quod extergit, non solùm corporis superficiem (intellige) sed etiam interiora, & è uẽtriculo pituitam expurgat, & est in summa talis in omnibus substantiæ, & qualitatis, ut refrigerando, humectando, facilè nutriẽdo, sitim sedando, aluum leniendo, utilis sit omnibus febribus, & maximè acutis. Et quod humores corruptos educendo, sanis etiam conueniat, & semiputridos reducit, ut boni succi fiant: in hoc uires adauget: post quòd facillimè cõcoquatur uentriculo utilissima, quod bonũ præbeat alimentum, & breui distribuatur, his sex principalioribus priuilegijs dotata est,

Leuis	*Lauat*		
Continua	*con astringit*		
Blanda	*Non perturbat.*		
Lubrica	*Non urget*		
Humida	*Sitim extinguit*	*Ptisana omnibus febribus & maximè acutis utilis.*	
Suauis	*Extergens*		
Pituitam è uentriculo educens	*Aequalis tam substantiam quàm uiribus*		
Viscida non tamen adhærens	*Facilis coctionis*	*Detrimenta malæ elixationis.*	
Facilis distributionis	*Humores semiputridos reducit ad bonum*		
Refrigerans	*Non inflans*		
Media inter omnes excessus, & ideò parum cuiusque qualitatis particeps.			

Ex hoc ad detrimenta malę elixationis, cùm ergo non fuerit perfectè cocta, flatuosa, & tùm ob cruditatem, tùm modum coctionis, eadem cruda & difficilis coctionis, quare uentriculus in concoquendo grauiter laborabit, sed neq; ius ipsum utile erit celeriùs etiam corrumpetur, quoniam humidum aqueum corruptioni obnoxium sanguis tamen, & ichores faciliùs corrumpuntur. Indicio est quod uolentes seruare carnes, si nõ possunt coquere eas, perfectè paulum coquunt eas, & ita seruantur, minùs ergo seruatur cruda caro, inde semicocta, post cocta in aqua scilicet, inde magis semiassata, inde perfectè assata, adeò ut per mensem nonnunquam ut de pauone, B. Augustini referunt ad annum usque. Ergo caro elixata, non perfectè uentriculum immoderatè fatigat, non concoquitur, semicorruptos humores perfectè corrumpit, non descendit è uentriculo, flatum gignit, obstruit: præterea multò magis, quàm assata, & deteriùs etiam dentibus conficitur, quoniam in filamenta resoluitur. Cruditas igitur in elixatione, maximum malum est, quoniam per se est, & elixatione minùs iuuatur, quàm alijs coquendi modis, sed cur bis elixata, malè oleant? Non quia non cocta primùm: nam idem accidit etiam si perfectè cocta sint, inde denuò coquantur, pars ergo fuliginosa restincta, uelut in carbonibus, malè olet, non enim ignis è lignis suffocat, sed è carbonibus, ut experimentũ ostendit, propterea ne uiteriùs progrediendum ad ultimas causas scilicet primas, hoc enim ad naturalem philosophum pertinet, eousq; consideratio extendenda est, donec uel ad principium, uel ad demonstratum in priore scientia, uel ad sensum, uentum fuerit, quale

Cur bis elixata malè oleãt.

est hoc: declarata enim absque deceptione ex notis, nota esse dicuntur. At quæ elixantur, quoniam aqua dissoluuntur, & reluctante, tardiùs coquuntur, celerrimè frixa: pòst super crate ob tenuitatem frustorum. At quæ in patina sicca, uel suffocata celeriùs, quàm in ueru: compendium igitur coquendi multum oleum, flamma in ambitu, ligna solida, unde carbones scotici, inde craticula: Verùm liquidorum quibus elixantur aqua, nihil reddunt, nisi frigiditatem, & quod humectant lac, ut Apicius est author, salsuginem tollit, ius autem suauitatem addit, & efficit melioris alimenti. Galenus contendit, lac coctione dulcescere, si coit, serosum separatur, magis ergo obstruit cum defœcatum fuerit. Porrò iuris nutrimentum, si cùm pane sit, salubrius est, sed minùs tamè quàm lactis decocti, maius quàm crudi, sed paulò differt: absque pane minùs, atque minùs, ac minùs solidum, quod ex comparatione dignoscitur. Adiposum præterea ius minùs etiam nutrit, & tædium cibi affert, & cibi canínam appetentiam tollit. Afri quibus patria solùm oleo abundat multis in locis, edulia sua in oleo quod est frigere eleganter, sed & celeriter. At nobis non minùs est commodum, uinum feruenti oleo (alij aquam) immiscendo, neque oleum tam facilè accenditur, & minor fit sumptus, & celeriùs cibus excoquitur, nisi compares ad oleum solùm, nec adeò aduritur caro, sed tamen minùs suauis est, & ius, ac intinctus meliora redduntur. In uniuersum, in coctione quæ cum oleo fit, summa industria niti debemus, ut oleum prorsus non aduratur: quod aquæ permistione fit: secundum est ut defecetur, tertium sed leue, ut destilletur. Porrò uinum impositum aquæ loco, dum difflatur, efficit, ut minùs quæ oleo incoquuntur, adurantur, & non adeò trahit uinum, ut aqua, nam saporem, & odorem addit, si paucum fuerit, modico oleo comparatione aquæ, celerius coquuntur cibi, & euadunt suauiores, præsertim herbæ, & ego utor. Differt ergo naturalis elixatio, ab ea quæ arte fit, quoniam elixatio naturalis fit à calore cœlesti, artificiosa ab igne, naturalis à modico humido, artificiosa à plurimo, naturalis fit permiscendo crassa tenuibus, est enim uia ad nutritionem, nutritio ex genere generationis, artificiosa extrahit, & separat, ut Aristoteles inquit. Naturalis etiam fit concretione, artificiosa dissolutione. Et si cui uideatur, quod naturalis etiam fit dissolutione, exemplum dedimus de ptisana: hoc autem uidetur absurdum his, qui confundunt densitatem cum crassitie: attenuat enim elixatum, similitudo uerò est quod utraque fit in humido, & à calore extra, & ad iucundius, & ad copiosius alimentum comparando ad totum, non ad id quod elixatur, sed quid euenit, si elixatum non distribuitur in naturali: (nam in artificiosa fit fumosum, aut salsum, & utroque modo dissolutum, aut nimis concretum) dico quod in obstructione pylori chylus euomitur, si melius procedat, aliter corrumpitur. Cognoui ego Aromatariũ propè Broliti ueteris portam, qui iam XXIII. annis quotidie cibum euomebat, & plerunque bis in die, & duxit uxorem, & genuerat filios: hoc tamen discriminis intercedit, quod omne quod facilè coquitur coctione naturali boni alimenti est, non autem in elixatione artificiosa, uelut spinachia, quæ celerrimè elixantur, & friguntur, non tamen boni sunt alimenti, cerasa, & fructus multi horni, cùm autem dico boni alimenti, non absolutè intelligo, nam quæ naturali coctione celeriter coquuntur, si etiam perfectè omnia talia, proculdubio boni sunt alimenti: Sed si non perfectè ut olera omnia, Galeno teste non sunt: boni enim alimenti sunt quæ facilè coquuntur, quæ perfectam assequũtur coctionem, & quæ uentriculum confirmant. Quæ ergo coquuntur à naturali elixatione, alia confirmant uentriculum, & sunt sub genere boni alimenti, uelut oliuæ benè conditæ. Secundus modus est, ut sint tenuium partium, sed densarum ut luteum oui durum, & hoc est secundi generis, nõ tamẽ necesse est ut sit boni alimenti, ut perfectam assequatur coctionem. Caro autem hœdina, & lumbi uituli, & alæ pullorum, sunt boni alimenti propter perfectionem, & facilis ob tenuitatem substantiæ. Caro autem apri, id est, lumbi, & capi sunt crassi alimenti, sed perfecti, ideò præbent optimum alimentum, sed seriùs, & in homine robusto: si ergo alimentum sit crassum, & paucum, ut melangenæ, & uaccæ ueteris, erit paucum & malum alimentum. Difficilè ergo concoquetur melangena, & paucum præbebit alimentum, & non

Quæ elixantur, cur tardius coquantur.

Lac salsuginẽ tollit: ius suauitatẽ addit.

Nota.

Differẽtia inter elixationẽ naturalem & artificiosam.

Historia.

Quænam boni sint alimẽti.

& non perfectum, nec uentriculo gratum, uel utile, ergo hoc pessimum: sunt ergo exactæ coctionis ut usum est, duo tantùm modi, & artificio seuarij imperfectę, perfectæ unus, aut duo, sed longè plures imperfectæ: fiunt ergo eiusmodi absque ebullitione, sed cùm in artibus præcepta ordinari debeant non solùm ut ad unguem iacent, sed ut à sensibus deprehenduntur: Et ut minimus error minùs impedimenti

Perfectissimus cibus seu primi ordinis	Densus, tenuis, perfectus, gratus. Densus, crassus, perfectus, gratus.		Densum Tenue, crassum,	Rarum Tenue, crassum,
Secũdus ordo.	Densus, tenuis, perfectus, ingratus. Densus, crassus, perfectus, ingratus.	Sec. Rarus Ten. perfect. gratus.	Perfectum, Gratum,	Imperfectum. Ingratum.
Tertius ordo.	Densus, tenuis, gratus, imperfectus. Densus, crassus, gratus, imperfectus.	Tert. Rarus, crassus perfect. Grat. Rarus Tenuis Imperfect. Gratus.		
Quartus ordo.	Densus, tenuis, Ingratus, imperfectus. Densus, crassus, ingratus, imperfectus.	Quar. Rarus, tenuis, perf. Ingr.		
		Quin. Rarus, crassus, Imper. Ingra.		
		Sex. Rarus, Crassus, Imperf. gratus.		
		Sep. Rarus, crassus, Imperf. Ingrat.		

affert, quàm solicitudinis, si diligẽter prosequi uelimus: & quoniam attendere oportet comparationem ad finem, quæ enim impediunt negligenda non sunt, quæ autẽ nonnulli impedimento esse debent. Demum in qua uel faciliùs impingamus, uel operi magis obsunt: dicemus nõ fieri coctionem absq; ebullitione, quoniam ad interiora non penetrat, & si penetret non dissoluit, nec si utrunq; accidat, illud fit plerumq;, sed aliquando: & si frequenter accideret, non tamen absque ratione, & usu, cui accommodari debent, quæ ex arte sunt, citra cogitationem omnem deprehenduntur. Ergo & si aliqua possent coqui absque ebullitione, meliùs tamen est sic statuere: nam in his quæ solùm calefiunt, deprehendi potest, ut de lacte, & ouis patet. Sunt ergo media aliqua ubi extrema sunt, uelut mollia, & dura, in quibus contingit, aut non, sed ut dixi securiùs est sic statuisse, utenti autem ratione iuxta illum, eadem ratione, mutatio quantò maior, eò magis potentior repentina maior est sensili, ideò conijcere in ebullientem aquam, aut oleum, ad alacrem facit coctionem, minùs etiam fumi concipit, retinetur enim diutiùs si non ferueat, & si hæreat uasi, & si non dissoluatur: quamobrem prudentes coqui mutant, diuidunt ignem, & flammam accumulant, exuflant, quæ omnia sunt auxilia contra nidorem. Nidor ille autem non solùm molestus est, sed saporem amarum efficit: fumus enim exustio quędam est, exustio insipidum, & dulce resoluit, pingueq; corrumpit: fumosa igitur amara sunt. Quæ autem nimis excoquuntur, salsa euadunt si non hæreant, aut intercludantur. Ergo liquorum uitia quæ fiunt ex imminuta coctione, insipidus & subacidus, ex coctione retẽta mediùs inter fumidum, & olentem, ex superflua sola, salsus, ex simplici humida, adiposus, et oleosus, ex corrupta horridus, fœtidus, amarus, ex terreo exusto acris, sed magis ex tenui, nam ex illo acris amarus, si non coquatur, omninò natiui sapores retinentur. Ex uasis aurum, uitrum, cuprum, nil remittunt effatu dignum, argentum, plumbum album, lapis comensis parum, plumbum nigrum, & æs, & ligna multum remittunt, sed plumbum uentriculo nocet, æs amarũ efficit. Vasa figulina è terra nigra ex qua conficiũtur, crucibula ad liquandum, metalla parum ualdè remittunt, communia non multum, debent autem prius aqua imbiberi, aliter siccant liquorem, & corrumpunt cibos. Quę autem bis elixari debent, aut ter, alia quidem ad tollendum odorem atrum, aut saporem, aut uim aliquam nõ cibo conuenientem, uelut caules, & lentes, & rapitia, & porros etiam ob odorem molestum, aut salsuginem, plura ob duritiem coctionis, uelut rapas, & cochleas etiam,

Nota.

Nidoris effectus.

Liquorum uitia.

Vasorum effectus.

Cur quædã bis aut ter elixari debeant.

tiam ter inquit Galenus, quædam ob utrunque, uelut limosas testudines, quædam infundũtur aquæ, citra ebullitionem, ut aranciorum cortices, aselli siccati, quædam tunduntur ob duritiem, ut stolis: considerare autem in his oportet, quæ sicca sunt, quoniam plus nutriunt, non solùm meliùs, si sæpiùs coquantur, licet enim pingue abscedat, parum tamen deperit, substantia uerò crassa dissoluitur, & multò magis nutrit, quæ autem dissoluuntur in prima coctione, minùs nutriunt bis cocta. Arenosa autem ut chamæ, conchæ marinæ, & magis cœnosæ, & paludosæ, debent non solùm his coqui, sed coctæ lauari diligenter, & secerni, & si corrupta sint, abijci, aliter periculum imminet, ne lapidem in renibus, uel etiam in uesica gignãt, aut etiam detrimentum maius, ob id etiam fungi ex eodem sunt ordine.

De modo coquendi edulia. Cap. XXXVII.

Coctio cur fiat.

COctio cùm fiat, primùm ob duritiem cibi ad concoquendum, & propter naturam nimis siccam, ut farina: uel humidam ut pisces molles, aut ob saporem, uel odorem prauum. Manifestũ est autem, quòd cocta ob id plerunq; meliùs & plus nutriunt, ob hęc in coctione partes plerunq; molescunt, aut friabiliores redduntur: aliæ exhalante humido meliores fiunt. Est autem quadruplex coctio, ut & ex dictis colligi potest. Sicca ut in ueru super prunas craticulam, in unco, quæ debetur humidis, & fit absq; uase, alia uase humido cogente quæ frigendo fit, uas enim continet humidum pingue, adipem, oleumue, alia quæ fit in uase humido, aqueo referto, elixatioq; uocatur, alia quæ in uase sicco differt ab assatione, quoniam humidum colligitur, in alia difflatur, hęc proportione respõdet ei, quæ sub cineribus. Sunt præterea duo modi, unus qui ex diuisione prouenit, nã elixatio, alia diuidit corpulenta, alia cogit trita, uelut cùm fit ptisana, aut puls. Hæc sicca, & trita coquuntur, illa humida & crassa, ut frusta carnium. Alia est composita seu mista in patina, misto pingui, & aqueo humido. Commune est his quæ concupiscimus, iucũda gustu efficere, antea humida multo igne, & alacri subigere, seu assando, seu elixando, seu frigendo: quæ autem uolumus siccare, aut lento. Poma sub cineribus, & in igne terrentur priùs: sed nos tertio in igne excoquimus, donec crustam crassam contraxerit, hæc enim suauia, & optimi alimẽti. Quę sicca sunt, elixantur, humida admodum assantur. Quæ uerò superfluo abũdant humido, uelut rapę, & quæ sapore, aut odore prauo sunt, ut porri, primũ elixantur, inde in iure coquuntur. Cocta in pingui uase, uelut frixa, aut sicco, omnib. alijs magis ac meliùs nutriũt, inde in patina. Post assata, & concreta demum elixa simpliciter, ea parum, & nõ benè nutriunt: coguntur assata ex animalibus iecur, cerebrum, oua, lac, & sanguis: soluuntur post longam coctionem ligamenta, & membranæ, & duræ carnes. Omnia fermè ad mediocritatẽ augent dotes suas, plus, meliùs, faciliusq; nutriũt: ubi transgressi fuerint cibi metam, fiunt deteriora: propter hæc multa dum coquentur, suspenduntur filo, ut explorare liceat qualia euaserint. Vitia sunt coctionis cruditas, odor, fumi, exustio. Facilem efficiunt coctionem ut aiunt sinapis, quæ etiam conducit ad tollendum lentorem, & frigus urtica, peponis frusta, frustum aiunt uitri, aqua frigida feruenti carni irrigata, inde iterum cocta: coquuntur sub prunis quęcũque ob plurimùm humidum aqueum, ac terreum cõcoctu sunt difficilia. Poma, pyra, castaneæ, cæpæ, pastinacæ, allia, tubera, carotæ, napi, insipidę, & parui odoris, aut saporis, donec exuant fastidium, elixantur, inde ex iure condiuntur, & similiter quę praui succi sunt, ut cucumeres, cochleæq;. Quæ tenui sunt substantia, nec concrescunt, assari non debent: quæ uitioso fugi. Quæ plurimo succo bono, crasso, ac lento prædita sunt sirilla, castrati, & talium, assari superfusa aqua si salita sint: aliter adipe, multaq; flamma uelociter uersari. Indicium coctionis in omnibus odor bonus, & sapor, & mollities: si uerò non salita, præter id candor, tam in piscibus quàm carnibus, & radicibus, quæ tales natura sunt. Quæ pauco abundant pingui humido, ueluti pisces recentes, si multo aqueo, meliùs super crate: si mediocri frixa. Quæ liquida, aut ualde dura, his liquoris plus addes in patina igne suppositio, & superpo-

Coctio qua druplex.

Nota.

Vitia coctionis.

Coctionis inditium.

sito.

sito. At dura, & multa aquea substantia prædita, ut carnes apri, cerui, pauonis, circundata farina, aut polenta, iureq; immisso in patinis, eodem modo confici debent. Duræ radices cichorij, petrosilij, napi, carotarum, farina intectæ, aut cocta madida ut non siccentur, in patina excoqui debent. Dura si parum coquantur in sartagine non molescunt, si multum resoluto humido tenui, nec crasso imbuto, fiunt duriora. Quæ seruata sunt diutiùs quàm conueniat, semiputridaq; euasere, febres putridas, & pestiferas gignunt, minùs tamen assata. Sed si cum aceto, & sale atros humores. Ideò etiam meliùs in niue, uel glacie seruantur. Quæcunque sunt tenuis alimenti, & pinguis, aut calida, frixa, fiunt fumosa, & corrumpuntur: ideoq; nec dulce aliquod, minùs tamen mel, inde saccharum post lac, quod tamen & ipsum fit nidorosum.

Coctio præterea ad tria respicere debet, ut facilè concoquatur, plurimùm nutriat, & benè: quod ad mollitiem ergo attinet, salitæ & siccæ, multa aqua elixari debent, pingues insperſa aqua frigi: carnes molles in olla sicca mirum in modum proficiunt. Carduí in olla humida, cum modico salis, adipis, ac pipere. Elixarum auium columbi, & quæcunque ius non suaue remittunt, meliores euadunt. Trita præterea, & diuisa in minuta frusta faciliùs, & meliùs coquuntur, & nutriunt. Elixa præterea iurulentis celeriùs putrescunt. Et frixa calida suauiora, & meliora: refrigerata enim obsunt, & nonnunquam si loco concluso, & tecta iacuerint, ueneni symptomata excitant.

Coctio ad tria respicere debet.

Nota.

Oportet etiam scire quid sit coctio hæc ab igne: quædam enim nunquã coquuntur, imò pleraq; antequam bullierint, quoniam non antea coquuntur, quàm diuisa sit substantia, hoc accidit ex motu, quem cum calore cõiunctum appellamus ebullitionem: diuisa ergo substantia, calor intima penetrat, & rarescunt partes, & liquor undequaq; tumet, & ob id etiam effunditur. Feruet autẽ uas plenũ aqua, & si multa sit celeriùs, quoniam etiam ob antiperistasim, & ob grauitatem impeditur, & inardescit, ut in machinis bellicis. Signa ergo ebullientis humoris sunt calor exurens, motus uehemens, strepitus, magna inæqualitas in superficie, & fumi multitudo. Coctæ autem substantiæ mollitie, candor, sapor, & odor iucundus, & in elixis ius ualde suaue. Quod ergo coquitur quo mollius fuerit, & gladijs tusum, meliùs eo, & celerius coquitur.

Signa ebullientis humoris.

Verùm cum in coctione fiat separatio, quomodo cocta plus nutriunt? An ob id quod additur, ut ius, oleum, pinguedo, an quia quod uerius est separatur terreum, & aqueum non concoctum, quod autem relinquitur, mistum nihilominùs est, & meliùs est, quod non corrumpitur, ut pinguedo, & oleum, atque ob id nutritio fiet ex místo? An quoniam talia non in omnibus, sed duntaxat in imbecillibus magis nutriunt, in ualidis autem cruda, uiuunt enim elephanti plus, qui crudis uescuntur cibis, quàm homines? An quoniam plus est substantiæ mollis, ideò plus cõcoquitur, & ob id plus nutrit? An ob hæc omnia, aut plura in quibusdam.

Quomodo cocta plus nutriant.

Sed si pinguia aduruntur igne, quomodo meliùs nutriẽt? An quoniam tantísper aquei adesse necesse sit, ut nõ aduratur: cùm enim aduritur, deteriùs euadit. Ob hoc frixa deteriora euadunt, quoniam pingue est quo friguntur, & in carbones transit, ut speciem ueneni retineat: Vnde nisi pars ea facilè posset separari, minùs malum foret, edere non exactè cocta, quàm exusta.

Nota.

Quæ autem bis coquuntur, omnia malum odorem contrahunt, & ingrata ob id gustui redduntur, panis, caro, olera, & oua etiam. Sed de pane minùs mirum, exuritur enim ut coctio, cocto iam perfectè superueniat, at de carne quæ nondum cocta est, ulteriori uerò coctione absoluitur, cur hæc malè oleat, denuò cocta usq; quò debet, & non ultra malum odorem contrahit, prauiq; reddatur saporis, obscurius est, palàm enim est deterioris eam fieri alimenti, siquidem dixit Hippocrates. [Parum deterior cibus aut potus, suauior quidem melioribus, sed minùs suauibus est præferendus.] Ergo uideamus qualem odorem acquirat, certè dum primùm coquitur, partes tenues aquosæ dissoluuntur, hæ refrigeratę olent, ac etiam putrescunt, siquidem aqueum humidum ad corruptionem semper tendit, ac semiputrescit, cõtracta

Aphorismorum. Bis cocta qualem acquirant odorem.

uerò

uerò mala qualitate in ſubſtantia, tametſi diſſoluatur, reſoluaturq; humidum, caro malè affecta, ſeu olus, aut ouum, maiorem ex ſecunda coctione qualitatem prauam contrahit: adeò ut priùs perfectè coqui deſinat, quàm teter odor abſoluatur. Quod & ſi ulteriùs coquatur, licet priorem exuat noxam, aliam contrahit: aſſata enim ſeu frixa aduritur, elixata autem fit ex ſucca, & ſalſa aut inſipida nimis, ac inſuauis. Etenim illa quæ plus iuſto coquuntur, tantò deteriora fiunt, quò fuerint in bracteas tenuiores diſſecta, & aſſata, ac frixa, pluſquam elixata, frixa autem pluſquam aſſata. Et ex aſſatis ſuper prunas, & craticulam pluſquam in ueru, uel unco. Hæc igitur ita ſe habent.

Quæ elixantur uires amittunt. *1. de Alimen. cap. 1.*

Porrò quæ elixantur, amittunt quaſdam uires, alias recipiunt, idq; bifariam, uel ut priorem exuunt, uel ut humore, aut alio quod ſimul incoctum eſt, combibuntur. Velut exemplum dat, ſi legumen in iure elixetur, ipſum quidem ab eo quod erat facultate olfactu, & guſtu mutatur ad iuris naturam, contra ius ad leguminis, atque id in elixatione ſola contingit, aut certè propriè, uel maximè. Sic ergo bis cocta, eadem braſsica in diuerſa aqua, nulloq; addito alio, fit aſtringens: contrà in eadem aqua, aut iure his, braſsicis ius illud uētrem ſoluit: Ita dicit ſcillam, licet multis aquis, ac ſæpiùs elixatam, ruſtici eſculentam reddidêre. Et quod de elixatione teſtatur, fatetur etiam de frixis, & aſſatis, non tamen aſſata transfundunt, cùm nullum circa ſe humorem habeant. Quod ad qualitatem autem attinet, elixa omnium ſunt humidiſsima: aſſata ſicciſsima, aliquanto minùs frixa in ſartagine, media inter hæc, in patinis cocta. Ineſt autem frixis, ut flatum deponant, ſed aluum ſiſtant, & craſſum alimentum præbeant, difficiliusq; concoquantur quàm elixa. Ex hac elixandi ratione ut reor, decocta ſunt orta, cum quod eſt in illis transfunditur, in ambientem humorem, maximè amarus, dulciſq; ſapor, poſt ſalſus, & acris, nam ſunt & ipſi potentes, ſed unus profundior, & in ſubſtantia ſiccior, alter minùs potens prædictis, inde acerbus, & acidus, ſed & auſterus. Inſipidus, atque pinguis, tantò minùs remittunt.

Braſsica bis cocta. *Cap. 65.* *Cap. 64.* *2. de Alimen. cap. 2.* *3. de Alimen. 32.*

Accidit autem ut dura omnia, longa elixatione fiant ſalſa. Sed hoc inuenit dictum à Praxagora: ſed cur non idem ſi aſſentur, cùm multò fiant ſiccioraʔan ideò quia inſipido humido, hæc præſertim ſi irrigentur non ita ſpoliantur.

Qui humidis naturaliter uti debeant alimentis & qui aſsis ac frixis.

In uniuerſum autem calidis atque ſiccis, & duræ alui hominibus, & humidis naturaliter, & quos humectare expedit, elixis potiùs, quàm aſsis uti expedit. Vnde æſtate, & autumno, & febricitantibus, atque conſumptis, & pueris, contra alijs, quæ his opponuntur, aſsis, & frixis. His etiam qui pulchritudini conſulunt, & qui plurimo utuntur cibo, & mulieribus, & cōualeſcentibus elixa caro utilis ita eſt, ut aſſam, & frixam refugias. Cùm etiam in melancholicis magis. Ad generationem autem contra, frixa, aut aſſata.

4. de Vict. in Acut. Tex. 112. Coquendi modus.

Facit etiam ad hoc modus coquendi cōtecto uaſe, deſpumato iure, in lebete lapideo, fictili, æreo, ſed plūbo albo diluto, leui igne, quibus ue lignis, & flāma, aut pruna tantū. Et ſi permiſceri perpetuò debeat, uelut ptiſana baculo, ne cohæres retineat fumū, aut adhæreat margini, ingrataq; odore, atq; ſapore reddatur. Quę ergo lenta ſunt, aut ut cohæreant, coquūtur, miſceri ob dictas cauſas perpetuò debent. Quę in ære, niſi diligenter plumbo albo oblito, amarum ſaporem contrahunt, quæ in lapideo lebete ſunt frigidiora, quę in figulino uaſe uitro obducto mundiora, cum tamen manifeſtè exuccent aquam, aliquid trahere ad ſe uidentur. Quæ conteguntur elixata, media fermè ſunt inter cocta in patina, & elixata. Caro cocta cum flāma minùs ſicca redditur, & ius ac ipſa ſuauior, cocta ſuper prunas ubi prius bullierit, & cū balliat ſuauior, & melioris odoris efficitur detecta, uim, & odorē amittit, deſpumata mundior, ſed craſsius ius efficitur. Cocta donec exuerit partem ſanguineā in lebete, inde diuiſa in bracteas, & gladijs ex dorſo tunſa, poſt pipere, ſale, croco, aniſo, petroſilio, uuis paſsis, roremarino, adipe additis ac in globi formam reiuncta, & in ueru aſſata, aut in patina cum iure elixata, friabilis, iucunda, facilis concoctu, & boni alimenti euadit. Adiuuat & ad facilem coctionem, quod æſtate animal mane iuguletur, ueſperi edatur: hyeme pridie, uel etiam perendie, ſi autem agreſte, tertio die ante in æſtate, hyeme quatuor interpoſitis diebus.

Cocta

Cocta præterea lignis grauibus magis siccantur, ut quercu, aut robore magis quàm salice, aut populo. Et similiter refrigerata in aëre libero meliora sunt, quàm cõtecta, & si transmutentur reiecta ferè. Et insperſa succo aranciorum redduntur puriora, fumus enim dum coquitur ut utilis est, cùm optima pars humoris seruetur, & redeat ita retentus à coctione fumosum ius, sed aquam magis reddere consueuit. Quæ autem assata sunt supra modum porcellorum carnes, hoc habent peculiare, ut ob acrimoniam, choleram morbum generent: cùm enim quod humido redundat, aëre etiam fit, & mordet ora uasorum, quæ ad uētrem perueniunt, unde fluxionem humorum ad illum excitant, ex qua affectus ille progignitur. Exemplum non aliud accipe quàm ab allio, si recens (præcipuè) edatur, nec coquatur, qualis corruptionis odorem remittat. Facit et ad corruptionem nidor etiam in assatis, ut docuit in libro de Cura comitialis morbi in puero, testaturq; ibi se clibanum construxisse, qui sine nidore carnes assare possit, sed modum non docet.

Nota. 4. de uict. in Acut. Com. 102. Cap. 5.

Quod autem in elixatione superiore ferueant, & ob id spuma magna indicium sit maximi caloris, docuit Galenus secũda Aphorismorum, ubi uoluit duas esse causas spumæ, materiam humidam, & formam aërem illi intrusum: duas itidem efficientes, motum, & calorem, sed ut dixi supra, calor spumæ causa non est, nisi quatenus motum cit. At uerò quod in imo lebetis etiam partibus, suprà efferuescentibus frigeant, non dixit: uolui autem te monere, ut ne persuasus quod iam diu bulliant, credas cocta esse, quæ enim ob pondus descendunt, raro & ualde coquuntur, præterea talia præstiterit concidere, atq; filo suspendere, ut coqui possint. Sed cur auctor libri de cura Regij morbi, præponit carnes sylueſtres domesticis, & elixas assis, nã si siccæ, sunt præferẽdæ, assas præponere oportuit: si humidæ, cur silueſtres prætulit. Respondeo quod meliores non sicciores, & naturam arti præponit, ideò sylueſtres elixas, post assas, inde domesticas assas, demùm elixas.

In elixatione superiora feruent. Com. 49. Spumæ duæ causæ. Nota.

De præparatione. Cap. XXXVIII.

PRimũ est solennis illa præparatio ex albo iure, cuius toties meminit Galenus, & maximè in piscibus condiendis, constat aqua, oleo, sale, porro, & anetho: nec laborabo (ut quorundam more) multas horum descriptiones adducens, eas in cõtradictionem Galenum arguere. Satis est ut rationem singulorum scribam: quisque sibi enim pro necessitate fabricet modos. Aqua materia omnium est: sal corruptionem uetat, appetitum excitat, uentriculum roborat: porri incidunt, & attenuant, & sanguinem ad exitum procliuem educunt: oleum duorum præcedentium siccitatem obtundit, benè nutrit, mollem efficit uentrem, anethum flatus discutit, membra naturalia confirmat, calorem naturalem fouet, si quid aliud, non immutat cibi naturam, uelut petrosilium, & anisum, quæ nimiùm prouocat, tametsi calidiora sint, & odoratiora. Quò circa non anetho utendum est uulgari, sed odorato: nam & Dioscorides dicit uomitum cohibere, etiamsi cumino Aethiopico adiunctum sit. Virgilius.

Præparatio ex albo iure. Album ius quibus constet.

Narcissum & florem iungit bene olentis anethi.
Tum casia: atq; alijs intexens suauibus herbis.

Ergo aut noster hic non is fuit antiquorum, uel mutata est ratio speciei, temporũ circuitu: uel non est idem sensus, qui olim ac iudicium, quòd etiam in multis alijs uidemus: sed alio transeamus: piscibus recentibus confestim utendum esse docet, at carnibus non ita sentit, sed ut sint friabiles, moram inter ponendam docet, unde coniicimus longè duriorem concoctu piscibus esse carnem, pisces enim facillimè putrescunt: natura autem ac compositio embammatum, & intinctuum, ex his quæ dicta sunt, constat. Ius omne labefactat uentriculum, ut pingue, & ut aqueum putredini obnoxium.

Anethi consideratio. Carnem piscibus longè coctu duriorem. Embãmatum materia.

Embammatum materia ius non quodcunque, sed ex carne iam priùs semiassata, qualitas, sapor acidus, & acris, uterq; substantia olei materia, nuces quæcunq; ponticæ, auellanæ, amygdalæ, & similia: cum acribus conueniunt, oleaginosa, pinguia, dulcia.

Odorata gratiam saporibus addunt.

dulcia. Odoratorum basis ozimum, aut petrosilium, uelut & acidorum succus oxalidis, sunt ergo duo genera intinctuũ acre, & acidum. Odorata gratiam addũt saporibus, ijdem etiã sapores alijs: ut acido quidem dulce, nõ salsum, aut amarũ, aut pingue: acri dulcia non salsa. Communia ergo non salsum, aut amarum, uel acerbum.

Embamma ex pedibus animalium, ut piscibus diu coctis, colatis, addito aceto, & pipere: non sale concrescit ut lac, perspicuum ut uitrum, reponitur loco frigidissimo, humectat, refrigerat, sedat sitim, facilis coctionis, appetitum cibi excitat boni alimenti sed exigui, antè alia edi debet. Aliud commune, facilè, multi usus, parui sumptus, basim constitue cuiusuis rei, radicis mollis, aut toruli uel germinis, aut foliorum crudorũ, aut seminis tusorum succum, sic & pomorũ: si duræ radices coctarũ sub cineribus, si semina sicca, puluerẽ adde alteri eorũ, seu succo, seu puluere ius, & si acre sit, adde acetum, & piper, si amarum sal cum pipere, inde mentam, petrosilium, ozimum, ac melissam, sed ualde odorata, uelut & serpyllum: si amara ualde omitte ius: si medio criter acria, solùm iuri adde mel, aut saccharum, uinum sireum, aut coctum, quod est spissatum. Acribus & amaris communia, crocus, gariophyli, zinziber, cassa odorata, quam uocant cinamomum. Amaris iuris loco oleum. Dulcia nunquam amaris, ideò dulcibus neque gariophyllos, sed limonij medullam. Allia affricata saporem, & cùm retinent, odorem non remittunt. Radicula ad obstructiones, & purgandos renes, & uesicam, & lapathi maioris cauliculi, nuces in his omnes duplicem retinent usum, in amaris olei loco, in alijs ne oleum remittant, quòd ex sola contundendi arte contingit, ut in mazapanis, si oleum separaretur, irritus fieret labor.

Omnis horum ratio constat, ut bonus sapor seruetur, si dura ergo sub cineribus madefacta mollescant: aut addatur, uelut insipidis atque prauum habentibus saporem, quod fit elixando, & abiecta prima aqua: inde addantur sapores affines, & mitiores. Insipidum dulci, pingui salso, non acri, acre dulci, & acido, muria, & garum pingui. Astringentibus dulcia, non acria, nec̃ odorata, amarum nulli: succus limonij refrigerat ualdè, muria calefacit, in horum medio acetum. Diuturnam coctionẽ admittant, solùm insipida pinguia, & dulcia aquea, uelut lac. Coriandrũ in embammatibus multis refrigerat, & gratiam addit.

Sapores affines.

Embamma album nutriens multum suaue, oriza cocta benè cùm amygdalis, alę pullorum, saccharũ, succus limonij, tunde simul, dulce, pingue, acidum, suaue refrigerat: obstructiones tamen parit, & uentriculo nocet. Coctum tamen benè, nam ab aliquibus denuò excoquitur, securiùs est.

De Odorum, & saporum mistione. Cap. XXXIX.

Odores boni semper boni. Mistionis proprium.

Dores boni semper boni, & rectè miscentur in cibis, potibus, condimentis: At ut dixi proprium mistionis est condimentum, sola enim aqua quãdoque necessario miscetur cibo, ut elixari queat, reliqua non tam necessariò, quàm uoluptatis, uel salutis causa, aut utriusque, at de saporibus, non ita: sed dulcis malè iungitur amaro, ut etiam superius declarauimus, nec etiã benè salso, nec astringenti, sed nec pinguis amaro, aut astringenti mediocriter, aut salso: contra salsus cõmodissimè amaro, & astringenti: sed nec acido salsus bellè congruit, nec acri. Iungitur acris dulci commodè, tum amaro, quia exsuperat ipsum, conuenit dulcis ualde acido, amaro, salso, astringenti, acerbo non ita: eadem quasi ratione, amari enim omnes sunt, contraria autem non benè miscentur. Austerus autem dulci conuenit, amaro nec salso, non astringenti, tamen ob affinitatem salsus amaro ob id conuenit, quod eum mitigat, eadem ratione astringenti, sed non adeò, utriq; tamen eò quòd acuitate uincat eos, austerum autem salsus uitiat, ideò non congruit. Insipido omnis sapor bonus conuenit ipse omnibus malis: his enim mitigat, illos autem excipit, minùs tamen salso conuenit. Maximè ergo illi conueniunt dulcis, pinguis, austerus, acris & acidus.

De sapo-

De saporum natura, ac uiribus. Cap. XL.

HIximus decem esse sapores, extremosq; dulcem, & amarum, hunc infensissimum, illum iucundissimum. At quę nam sit dulcis saporis natura minimè intelligere licet, nisi prius quæ pinguis intelligatur, hîc enim præstantissimus est saporum, quo omnia nutriuntur, non autem pingui, nam saccharum, & mel, quamuis dulcissima, minimè tamen nutriunt uel ipso Galeno teste, sed Galenus saccharum non uidetur planè agnouisse, de hoc non est locus disputationi. Præterea tot fructuum uelut fragorum, cerasorum, ficuum, uuarum, persicorum, nullus abundè nutrit, sed nec manna, seu ros concretus multum nutrit. Quid ergo persuasit Galeno dulce esse quod nutritur, non nisi lac, quod dulcissimum est, & cuius tanta est copia, quodq; commune est omnibus animalibus quadrupedibus, imò etiam piscibus. Hoc ipsum, hoc inquam decepit Galenum, nam lac non ut dulce nutrit, sed ut pingue. Ex quinq; partibus quibus constat, una est parum dulcis, & aquea, quæ serum ab aliquibus dicitur, parum aut nihil nutriens. Duarum uerò quæ dulces sunt abundè, spuma scilicet, atque cœlestia, neutra nutrit multum, imò ualde parum, & minùs quæ est dulcior inter illas scilicet spuma. At caseus, & butyrum, quæ pinguia sunt, hæ plurimùm nutriunt, atque id ratione: nam pinguis sapor in substantia crassior, & temperata consistit, nutrimentum autem ex terreo, & aqueo concocto, ut secundo de Generatione habetur, ideò quod nutrit sapore est pingui, non dulci. Quinimò dulcis sapor in aëre substantia concocta cõstat: ob id etiam dulcia omnia calida: & sicca leuiter sunt, quare dulcia non nutriũt: forsan dices, ex quinto super sextum Epidemiorum, per dulce intelligi debere, non solùm quod dulci sapore præditum est, sed quodq; gratum est naturaliter se habenti, atque iucundũ, quale est pingue, ut sub dulci, dulce, atq; pingue cõtinea tur. Videtur etiam quarto de simplicibus medicamentis hanc attigisse leuiter dubitationem: an scilicet pingue sub dulci contineatur, at non satisfacit, impar enim est dubitatio illa, atque solutio toties affirmanti, omnia nutriri ex dulcibus, & quatenus dulcia sunt, tum uerò ratio quam inferre uidetur, nam quibus restauramur, tollitur q; dolor ex inanitione, id iucundissimum sit, necesse est: quippe defectum supplenti, at dulce iucundissimum est, hoc sensus dijudicat: dulce igitur sarcit inanitionem propriè, & maximè: dulce igitur propriè, & maximè nutrit. Hoc argumento præcipuè, atque lactis experimento persuasus est Galenus, ut crederet dulce etiam quod nutrit: dulciq; nutriri hominũ corpora: & quod maximè dulce esset, maximè nutrire: quamuis refragrante experimento. Motus etiam uidetur authoritate Philosophi, in libro de sensu & sensili dicentis: dulci succo nos ali, & quæ dulcia sunt admodum alere, & maximè, sed pingue dicit, sub dulci contineri. Verùm quod ad lactis experimentum attinet, satis declaratum est. Quod uerò ex ratione concluditur, omitto quòd in secunda figura concludere ex affirmantibus nitatur, nolo enim captiosus esse contra Galenum, quamuis ille contra benemeritos de humano genere quacunque uia nitatur: perspicuum est repleri cum uoluptate, hisq; quæ grata sunt, iuxta sensum materiarum: at dulcia iucunda sunt per speciem sensilem, ut etiam in odore. Est enim omnis sensus materiarius etiam proprij obiecti, quod dulce est, non pingue: pingue autem magis nos satiat, & conducit cibum appetentibus: indicio est quòd pinguibus nunquam nisi in fame delectamur, dulcibus autem semper: quæ si considerasset Galenus, non in hoc argumento deceptus esset simili lapsu, circa sententiam Aristotelis concidit: nam Aristoteles hos duos, sensus, duoq; obiecta comprehendens dulce, sensus ut ita dicam proprij, & pingue materiarij, sub uno nomine complexus est dulcis. Itaq; quod maximè dulce est, uere ut maximè oblectat gustum, ita quod maximè dulce est, in secundo genere, id est, pingue, id maximè nutrit, atq; id uerissimum est. Humidiora igitur sunt pinguia, & crassiora dulcibus, pariter autem calida. Ob id dulcia exsiccant, parum nutriunt, facilius conficiuntur pinguibus: obstruunt non per se, sed crassis iuncta, in bilem autem per se uertuntur, uermes trahunt ad superiora, sitim excitant, ciborum appetitum

Sapores decem esse.

3. de Alimentis.

Lac quomodo nutriat.

Lac quinque partibus constat.

Com. 14.

Cap. 10.

Cap. 4.

Omnis sensus materiarius.

Dulcium uires.

titum haud efficiunt, alimentum tenue exhibent, calidis & siccis magis etiam incommoda, uires minuunt, mentem acuunt, pauca gignunt excrementa, aërea, atq; ignea sunt, nec satiant, nisi immodicè sumpta. Dulcia præterea omnibus sunt amica membris principalibus: nam cùm uẽtriculo placeant, per quem transeunt nerui sexti paris, etiam iecori, cordi, pulmoniq; iucunda erunt, ad quæ ijdem perueniunt, nec non cerebro à quo delegantur: at non tantundem utilia, namq; uentriculo, & iecori nocent, iuuant pulmones, & cerebrum, ac cor: sed neque eadem ratione obsunt uentriculo, & iecori, sed diuersa, uentriculo, quia non nutriunt, & nutrimentum exhibent inane, cùm uentriculus solido indigeat, quare frustratur: iecori aũt quia ante tempus quo concocta sint, in uentriculo trahuntur. Alijs autem membris dictis, utilia sunt, quia nullam noxæ causam cùm habeant, iucunda illis sunt, naturalis autem appetitus rerum existit utilium. Dulcia quoque iuxta Poëtam bilem se uertunt, quòd ulterius cocta amarescunt, quæ uerò insipidæ parti iuncta sunt, ut dulciora igne euadunt, ita optimè nutriunt, ueluti lac, sed lac lapidem generat, magis quàm caseus, magisq; obstruit duabus ex causis, & quod celeriùs ob dulcedinem trahatur, & quod in intima magis peneret, ob aqueam, serosamq; partem. Visum tamen est uuas paslas, nec magnas ut creticas, nec paruas obstruere, nec in bilem uerti, sed potiùs dissecant ob acidum coniunctum saporem, nec in bilem eadem ratione uertuntur: acida enim pars frigida est, & omninò bilem extinguit, & cohibet: auxilium igitur dulcium ex acidis ipsis petemus, sed utraq; iecoris uim dissoluunt: at in passis uuis est quòd astringant, ut non solùm iecur debilitent, sed etiam uehementer iuuent, nam astringunt quantum satis est, dissecant cruda, ac nutriunt, nec siccant, sed calorem augent innatum: ob id etiam astringentia tenuis substantiæ dulcibus, & acidis, si miscueris, omne ut dici solet, feres punctum. Dulce igitur omne calidum, & tenue, sed non omne siccum. Pinguia autem calida omnia crassiora, & humida replent, & benè nutriunt, quapropter in illorum tam uitio, quàm excessu, ut Hippocrates dicebat, iactura non leuis, ac maior, quàm in dulcibus, aut amaris, neque obstruunt, neque aperiunt, sed nutriunt. Hoc enim prorsus suum est peculiare munus, plurimùm, facilè, ac benè nutrire, moderatus usus toti confert corpori, & appetentiam excitat, immoderatus, aut corruptorum usus, dejcit omninò appetitum, ex horum marcidorum usu, pestilentes morbi generantur. Pessima semper optimis opponuntur. Quid aliud est pingue, quàm benè concoctum humidum, & ad symmetriam redactum, atque densatum? ob id etiam substantiæ nostri corporis familiare. Primùm ergo in ordine multum nutrientium est pingue, inde dulce. At forsan dubitabis si pinguia nutriunt affatim: cur adeps minimè nutrit, parumq; oleum, hocq; est quod persuasit dulcia, non pinguia plurimum nutrire, cùm tamen in secundo ordine sint. At non intelligunt propter substantiæ similitudinem oportere, quæ nutriunt esse in terreo pinguia: at oleum, & adeps non subiguntur, sunt enim immoderatè pinguia, ideò & sic parum nutriunt, non ergo pingue, aut dulce nutrit, sed substantia pinguis, & substantia dulcis. Carnes igitur primùm omnes, & præcipuè porcorum annuorum, tum etiam aprorum, inde pullorum, phasianorum, atque perdicum, castrati annui, hœdorum, auiumq; omnium, ac piscium saxatilium, tum etiam testudinum, abundè nutriunt, & benè, sunt enim pingues ex terreo molli, nam durum terreum, nutritioni ineptum est.

Dulcia in bilem uertuntur.

Lac lapidem generat & obstruit.

Dulce omne calidum & tenue, sed non omne siccũ.

Lib. de affectionum. pag. 3.

Pinguium usus.

Nota.

Proxima pinguibus, & dulcibus sunt iucundi saporis misti, ac ita temperati, ut nullam excedentem qualitatem ostendant, uelut panis, castaneæ coctæ, & oriza, & multa huiusmodi substantia terrea, molli tamen suaui, atque friabili: talia plurimùm nutriunt, & meliùs quàm dulcia, ac copiosiùs, non tamen pinguibus. Dulciũ tamen tenuius est alimentum, hæc omninò utilia sunt facultatibus permistis. Post quæ sunt, quæ nullum habent saporem insipida uocata, atq; hæc etiam neque dissecant, neque obstruunt, nec astringunt, nec molliunt aluum, nec aperiunt, neque excedentem ullam habent qualitatem, uel quia carent, uel quia obtusam habent, uel omninò ac si non esset, ut dulcium & pinguium.

Contra

Contra amara nil prorsus nutriunt, detergunt, aperiunt, attenuant, exsiccant plurimum, & etiam omnia calefaciunt. Occidunt uermes, ut etiam uestibus interposita prohibeant blactas: nocent membris naturalibus, & præcipuè uentriculo, abominationem generant. *Amara nil prorsus nutriunt.*

Salsa uerò attenuant, astringunt, propter morsum detergunt, stimulant, sitim generant, siccant, aluum mouent, putredini resistunt, nutriunt ualde parum: cõtinent enim humidum pingue. *Amarorum facultates.* *Salsorum facultates.*

Astringentia obstruunt, roborant, refrigerant, siccant, appetitum mouent, magis quàm salsa densant, aluum retinent, morantur in uentriculo: & ideò plus salsis nutriunt, alimentum autem exhibent terreum, crassumq; omnibus nocent sensibus, præcipuè uisui, & auditui. *Astringentiũ facultates.* *Austera et eorum facultates.*

Austera astringunt magis linguam, quia tenuiora cum sint, magis etiam penetrant: sed non adeò roborant, astringunt, aluumq; retinent, nec adeò obstruunt, amica tamen sunt magis naturæ, exsiccant, in actiuis qualitatibus parum à temperamento obsunt. Multa etiam ex his sunt benè odorata, parum nutriunt, & minùs crassum astringentibus, minusq; solidum præbent alimentum, appetitum cibi excitant.

Acria excalefaciunt uehementer, linguam lædunt, urunt, terebrant, incidunt, resoluunt, putrefaciunt, attenuant: ob ea etiam obstructiones aperiũt, minùs nutriũt, etiam quàm austera, flatus discutiunt. Quę humida sunt, oculis nocent. *Acrium uires.*

Acida autem refrigerant, exsiccant, incidunt, attenuant, omnibus minùs quàm amaris nutriunt. Debilitant omnia membra, neruos, oculos, iecur, uentriculum: uehementem cibi tamen excitant appetitum, sitim extinguũt, febribus maximè conferunt, & putredini resistunt. *Acidorum uires.*

Acerba obsunt uẽtriculo, intestinis, utero, iecori, neruis & sensibus omnibus, manifestè etiam dentibus. *Acerborum uires.*

Dulcibus amara, & salsa inutiliter copulantur. Insipida omnibus saporibus copulata grata redduntur. Amarum coniunctum salso, aut astringenti, ut in oliua salsa, & absynthio, si amarũ uincat gratũ, & iucundũ efficitur, si uincatur fit horribile, aut fœdum. Nil autem tetrius quàm si malus odor eis adiungatur. Amarum etiam pingui malè sociatur, salsum non ita. Acria humida rectè salsis iunguntur: sicca autem non rectè, fiunt enim odiosa. *Nota.*

Præterea in saporibus hoc est admiratione dignum, quod plura quę austera sunt, ut mustum, ex labruscis, & uuis acerbis in modica quantitate degustatum dulce uidetur. Et glycirizza dulcis est in paruis frustis: amara in magnis, ut rectè animaduertit Frãciscus Caburatius ex foro Cornelij amicus noster: sic & farcimina tenuissimè diuisa, non solùm concoctu sunt faciliora, sed gustu suauiora, & facilius manduntur, quæ regula in omnibus duris edulijs, & potentis saporis, seruari debet. Est autem sapor omnium potentissimus acris: adeò ut cum omnibus uescantur, aliqua animalia amaro, capellæ ut ibi, *Farcimina tenuissimè diuisa.* *Sapor omniũ potentissimus acris est.*

Salices carpetis amaras,

Salso, pisces marini, acido ut oxalide, pleraq; quæ herbis uescuntur alia, cæpas, porros, piper, cinamomum, gingiber, nullum animal attingit: nam sanguinea cum calida sint, abhorrent à tam calido alimento, præterea sapor etiam feruidus, & potens, ut nimium penetret: aqueis ut piscibus, uenenum quasi est, assuetis aquæ. Iure meritoergo sola acria, & maximè animalia cuncta perfecta refugiunt. Sed cur saporesi potentes, cùm exigua in particula sint, dulcedinem referant, causa est, quoniam ob paucitatem moderati sunt, ideoq; moderato sapori qui est dulcis similes: at in musto etiam aliquid dulcis uerè inest, alius ob paucitatem non lædit, sed solùm sentitur: tum uerò ob moderationem dulce iuuatur ab eo: omnes enim sapores moderati, præter amarum, dulcis sensum adaugent.

De succis, & coctione. Cap. XLI.

Succi omnes mali sunt alimenti.

OB hæc igitur omnes succi mali sunt alimenti, quoniam solida substantia destituuntur: sunt autem septem generum, pinguis, dulcis, aqueus, muccosus, uinosus, salsus, & crudus: hicq; solus non solùm omninò malus est, sed etiam quæcunq; cum illo eduntur, mala efficit. Crudus differt ab aqueo: nam aqua, ut aliàs dixi, neque calida, neque frigida, neque salsa, aut acris, aut putredini obnoxia, sed omninò media quædam substantia est. Pinguem succum diximus parum per se nutrire, cum ipsa substantia probè: dulcis succus minùs dulci substantia nutrit, quæ autem sicca est, etiam parum nutrit: Dulcis succus concoctus est, & per se solus melius omni alio, si quidem etiã pingui nutrit. In uuis passis, crudus humor resolutus facit, ut dulce illud bonum sit alimentum. Muccosus succus nullo est in usu pro alimento, neque per se, neque cum ipso cuius est succus, neque enim noui qui edat semina cotonei aut psyllij, aut altheę, uel lini, uel aliorum. Vinosus receptus est, & ob usum, & ob odoris gratiam iucundus uentriculo atque salubris. Salsus autem & nitri speciem referens, neque in coctis, neque in crudis pro alimento recipitur, uerùm aluum deijcit ut Galenus testatur primo, & secũdo, & tertio de Alimentis, dum de lentibus, brassica, limacibus, & testa intectis loquitur. Verùm cum studium nostrum sit eò dirigere sermonem, ut doceamus cruda maximè aduersari naturæ nostræ, quod & Hippocrates docuit talia, quę humorẽ continent salsum, nitrosumq;, uix mandi cruda solẽt præter ostrea, ac solenes, seu dactylos, itaque hic succus ut ingreditur, etiam exit: sola de crudo contentio existit. Is relinquitur in omni olerum, seminum, fructuum, radicumq; genere, cum cruda eduntur. Nam cum humorem cõtineant partim coctum, partim semicoctum, eiusdemq; generis crudum esse oportet, ac serosum, & acrem, & contumacẽ, qui nondum coctionem assecutus est, multum igitur ab aqua differt hic, & aqueo humore. Et qui dulces fructus sunt, eatenus pernitiosi sunt, quatenus cum dulci copiam huius continent humoris. Plurimùm autem cerasa habent, & persica, & armeniaca, seu chrysomela uocata, & pruna, & acerba nil aliud habent. Et ob id suspensæ uuæ maturæ, & ficus in umbra siccatæ, expertia sunt omnis prauitatis, & omninò innoxia. At contra, si quis carduos, fœniculi germina, uel asparagos, lactucas, mentam, pipinellam radices, boraginem, intubum, cichorium, mentam, aut aliud huiusmodi edat, lædetur egregiè. Pariunt enim hæc omnia, ubi minùs malè cedat res, scabiem, lepramq;, ac cutis morbos. In alijs erysipelata, carbunculos, alijs febres acutas, diuturnasq;, urigínem urinæ, demum malum habitum, atq; hydropem. Quod si quis obijciat de iuuene illo Alexandriæ, qui crudis uescebatur etiam phasellis, atq; huiusmodi, per quadriennium sine noxa. Dicimus primum omnia pati exceptionem, cõtingereq; monstra in medicina, uelut in naturalibus, quinimmò hoc inditium esse rei præter naturam, quod Galenus eius meminerit, tanquam rei, casusq; admiratione digni. Itaq; monstrosum hoc fuit, neque nos monstra, sed naturæ cursum sequi debemus, sed fac ut omninò monstrum non fuerit, non ægrotauit eo toto quadriennio, non malum contraxit habitum. Quid hoc? non'ne potuit, imò uerisimile est pòst decẽ, quindecimũe annos in insanabile malum deuenisse, quod ratione demonstrare facilè fuerit. Generabatur assiduè multus humor serosus, crudus, semiputridus: igitur necesse erat paulatim corrumpi uim, substantiamq;, tum uentriculi, tum iecoris, ac humores. Primum quod membrum agendo patitur: secundum quod uentriculus non benè nutritur, ut tertio de facultatibus naturalibus: tertium quòd non totã poterat expelli: neque enim ob multitudinem, nec (quia pars est necessaria usui, & ipsa etiam corrupta) ad amussim, nec (quia in omni operatione, separatione, concoctione, expulsione,) potest totum ad unguem expelli, nec protinus: qualiscunq; autem mora, uitium, lapsus, temporis successu fit magnum, & damnum egregium affert. Non'ne Galenus refert de Agricolarum habitu, quamuis bonus sit, dormiũt, edunt benè, sunt colorati, robusti sunt, diu sine morbo manent, ac longè pluribus quàm quatuor annis degunt, & tamẽ sola ratione docente negat securam esse illorum

Cap. 18. Cap. 44. Cap. 5. Cap. 33. Cruda maximè aduersari naturæ nostræ. Quæ aqueo humore prædita sunt, pernitiosa sunt. Monstra contingunt in medicina. 1. de alimen. cap. 25. Cap. 13. Cap. 1.

rum bonam ualetudinem, nec uerè præditos esse bono habitu, quantò minùs ergo hunc iuuenem, qui unus tantùm fuit, agricolæ plures, incomperti experimẽti quatuor annos tantùm, cum illi fermè ad senectutem eo modo eueniant, causa euidentiore, malè in iuuene quàm in rusticis, ut qui assiduè crudis uescerentur, boni fuisse habitus uerè dicemus? Quin potiùs quòd omnibus accidere solet, illum antè senectutem, aut moriturum, aut in grauem morbum incisurum, ut præterspem debilitatum in posterum euadat, aut cæcum, aut surdum, aut resolutis neruis syderatum, aut lapide uesicæ, uel urigine meiendi in perpetuum laboraturum, aut aqua intercute, aut alba pituita splenis, aut diarrhœa quadam graui per circuitus, aut phagedena, aut lepra, scabiemq; mala laboraturum dicemus. Hæc enim omnia, & similia, serosus ille humor semiputridus creare potest, & ut unum, aut plura ex his malis præuertat, nisi ut dicemus alia ratione prohibente necesse est: corrumpitur enim uelut in his qui malè curati, ex Indica lue omnis humor in quali, non ulla particula, proprium enim morbum crearet, & unum membrum occuparet. At in his latentius malum, & fallax sanitas, & bonus habitus morbũ pariturus tenet, sanguine nullo corrupto, aut integro, ut contra multis pallor in facie, macies in toto corpore, quod humores sint pauci, & sanguis, sed bonus, ac densus, incolumen ad ultimam usq; senectam exhibet uitam. Valida, & non, falsa enim ratio pluribus nedum uni, & constantibus, experimentis non imperfectis solùm præponi debet. Potuit & in iuuene illo esse proprietas qualis in anu, cui cicuta erat alimentum, ita ut conficeret, quod confici non potest, aut etiam uirium immensum robur, quod transmutaret, subigeret, emendaret. Si enim Elephas ad ducentos uitæ annos peruenit, aut etiam amplius, plantas solùm, & quæ ex his cruda odoris: quid obstat, ne non aliquis elephantino habitu, nihil horum passus, cum hoc uitæ genere, ad extremam usq; senectam perueniat? Nota.

Sextum est consuetudo, quæ omnia emollit, quanquam praua consuetudo non efficere possit ne tandem non noceat, sed ut non citò noceat. Non adducam in causa quod Galenus maximum esse putat, scilicet præparationem, admisto oleo, garo, uino interdum, aceto, aut sale, atque similibus, nam huiusmodi noxam minuere, & tardare possunt, ut alimentum bonum præbeant, ut commutetur, efficere non possunt. Neque enim mistio mutare potest naturam, sed damna corrigere, atq; minuere. Magis ad hoc facit quantitas, nam si quis ualdè pauco obsonio tali utatur, bonũ quidem ex pane, & uino nutrimentum excipiet, quòd uerò ex plantis gignetur, natura pro excremẽto ad exonerandam aluum, uesicã, habitum corporis utetur: secernendo per fœces utinam, aut sudorem. Atque hic solus modus uerè est innoxius, quo Persæ utebantur, nasturtium cum sale, & pane edentes, & aquam bibentes, ut perpetuò sani uiuerent. Octauum locum, nam placet numero hæc ista comprehendere, ut memoriter magis, ac distinctè habeãtur, cùm per sudores, aut urinas totum corpus repurgatur, aut aluus, huiusmodi enim medicamentosa cum uim habeant, non solùm tota prodent è corpore, sed quicquid uitiatũ fuerit aliud secum trahunt, incolumemq; reddunt hominem, præsertim si latis ulceribus scateat, undiq; manet sanies, & pus, ac serosa excremẽta. Nonum etiam medicamenti loco habetur, cum corpus crassis, crudisq; humoribus, præsertim frigidis, ac pituitosis scatet: tum his qui creant podagram, arthritimq; nam immoderato horũ usu dissecti, à natura euacuantur, liberantq; totum corpus. Vltimo loco est cùm deliquendum est multitudine, plurimi enim in hoc decepti, malunt repleri carnibus, ouisq;, & caseo, quorum ut refert Hippocrates in libro de Affectionibus, noxa maxima est, horum autẽ edulioru herbaceorum, si ad illa comparentur minima: quapropter meliùs est in minimis peccare, quàm in maximis. Ideò meliùs est talibus uti, quàm illis. Et quanquam bona non sint, non sunt tamen neq; adeò mala. In huiusmodi ergo ciborum usu, meliùs est emendare prauitatem, quàm tam manifesto periculo se exponere, si quidem expresso succo edas, certè non officient, sed nihil prorsus nutrient priuata pinguiore parte, reliqua non subacta. Quod si dulcia sint ut ficus, & uuæ maturæ, præstat in umbra siccatis uesci, ut putrida sanie exhalante, dulce solùm relinquatur. Vtile est igitur in omnibus quæ coqui possunt, nõ ut punicis, nam hæc siccari præ-

Consuetudo omnia emollit.

Mistio naturam mutare nõ potest, sed damna corrigere.

Pap. 13.

Melius est in minimis peccare quàm in maximis.

stat,

ſtat, aut peponibus, ea coquere multa aqua, & plurimo igne, ut Hippocrates docebat, iuſculumq; abijcere, nam ſic nihil habent mali, niſi quod parum nutriunt: putredinem enim coctio detraxit, cum aqua ſubſtantia molliuit, itaque huiuſmodi edulia ſi ſic præparaueris omninò innoxia reddideris. Verùm cũ in huiuſmodi eduliſs maximè perſæpè uires ſint, ſi quis medicamẽti loco uti uelit, crudis ueſcatur, ſeu paucis, ſeu ob utilitatem iacturam paruipendendo, inde peccatum emendando: quædam enim urinam ciunt, alia illius molliunt acredinem, alia ſanant ueſicæ ulcera, quædam ſudorem, quædam aluum prouocant: alia aduerſus uenena, alia lapidem frangunt, plura diſcutiunt flatus, quædam abſceſsibus proſunt. Ob id crudis citra neceſsitatem ueſci non licet, ubi peccare oporteat, aut morbos curare non recuſamus: tum uerò uix quicquam alimenti exhibent cum cruda mandũtur. Et certè ut Elephanto uita ex crudis plantis, ſeminibusq; earum, ita homini ex pane coctisq; plantarum aſparagis, fructibus, foliis, radicibus, ſolis floribus ueſci impune licet ob ſubſtantiæ tenuitatem, dum crudi ſunt, nam cocti prorſus neq; ſubſtantiam ullam habent, neque uires.

In lib. de uete ri med.

Nota.

Ignis opera.

Ignis ergo opera in humidis coquendis utilia ſunt, uelut pomis, ac perſicis, cotoneisq;, cum etiam diu reſiſtant: nam folia uruntur, ſic & lac, & muſtum optimum igne euadit: humida enim omnia hæc ſunt, ignemq; ſuſtinent, & meliora ſapore cocta euadunt, & odorem bonum recipiunt. Quæcunque uerò ſicca nimis ut legumina, aut tenuia, ut folia, aut quæ ſalſa euadunt, aut amara, aut iniucũdi odoris, elixari in aqua debent. Quæcunque tamen ardent ut uinum, & oleum, igni admoueri non debent, ſiccat neque mel quod amarum fiat. Ignis ſicciores omnes res reddit, calidiores non ita: quæ iuncta ſunt ſeparat, atque ideò tenuiora ex parte, ex parte craſſiora efficit. Separata autem permiſcet, & iungit, quæ autem elixantur, mollia fieri debent, ſemperq; ſaporis qualitas, atque odoris conſideranda eſt, ut iucundi ſint: ſin uerò ſucci cauſa elixentur, aut medicamenti, eum ipſum quod incoquitur ius recipuerit, odore, atque guſtu: ſi cibi ut odorem, atq; ſaporem induat, conſumptis omnibus reliquijs horribilis ſucci, nam ſuccum uſque ad hanc diem non horribilem nullum noui. Cùm ſalſum fit ius, iam corrumpitur, terminus ante eſto. Quæ aſſantur tenuiora eſſe debent, & multo igne circundari ſcilicet flamma, ſed non diu, aliter torrebis, non coques. Quæ mollire expedit, aquæ mergenda ſub cineribus multo cum igne, breui pòſt cinere calido ſunt excoquẽda: & ſi urantur denuò madefacere, & circunueſtire charta madefacta. Quæ uolumus alere elixanda nõ ſunt, ſed aſſanda, uel in iure ſunt coquenda cum operculo. Aſſata meliùs & plus nutriũt elixis: elixa humidius præbent alimentum, & faciliùs ſeparantur. Ex iure autẽ plus etiam aſsis nutriunt, ſed non meliùs, meliùs tamẽ aqua elixa, faciliùs aſsis, difficiliùs elixis ſubiguntur. Olea quæcunque incoquuntur, aquam (ne corrumpatur) admiſtam habere debent: ſic & quæ uino, uel melli. Acetum igne acriùs euadit. Quæ uruntur ſi craſſa ſint, erodunt, ſi tenuia, fiunt minùs acria, exuſta ſcilicet ignea parte. Aes ab igne deteriùs euadit, & amareſcit: ferrum non ita, aqua melior ac tenuior fit. Allium elixum delinit fauces, & porrum detergit illas, dicebat Philoſophus: acria enim fiunt meliora, quod aqua prohibeat ne exurantur. Quæcunq; humida ſunt, igne fixo indigent, ſcilicet craticula, ut piſces, quæ ſicca humido ſcilicet elixatione, quæ mediocria ut carnes mobili, ut in ueru.

Nota.

20. Probl. 5. & 30.

Multum igitur aberrant homines in ordine conſtituendo uictus, nam qui ultimus eſt, & minimus, eum ſecundo loco ponunt, maximum autẽ ultimo. Siquidem nihil eſt deterius, quam plurimis atque ultimis cibis repleri, uelut carnibus, ouis, caſeo, piſcibus. Minùs malum repleri peſſimis, id eſt, radicibus, oleribus, cauliculis, fructibus. Minimum autem eiſdem coctis moderatè, interdum autẽ crudis, & in copia medicamenti loco, uelut fœniculus, aut cardui fructu. Et maximè cùm homo ſe exercet, aut ſudore, urina, ſcabie, ulceribus, aut hæmorrhoidibus prę-

	Falſo	*Bonis cibis.*	*Moder. uere.*
vj.	*Bonis*	*Cibis rep.*	*Malis moder. uti.*
ij.	*Malis*	*Moder. uti.*	*Malis repleri.*
x.	*Malis*	*Repleri.*	*Bonis cibis repl.*

purgatur.

purgatur. At si cum exercitio semel in die pane solo, & leuibus cibis utatur, ac modice, quales sunt mel, saccharum, uuæ passæ, fructus amygdalarum, pistaciorum, pinearum, sed aqua prius humectari, tum oliuis, palmulis, nucibus, aut quod melius est his omnibus, uuis passis. Quibusdam etiam conferunt ficus siccæ, mala punica, & huiusmodi: sed optimus est cibus ex amygdalis cum saccharo coctis: cœnet autem modica cum carne, aut piscibus bonis, præsertim assatis, is sanè uitam incolumem, ac sensus ad ultimum deducit æuum, quem modum ut optimum omnes probarunt. At dissentio est de alijs ut dixi, sanè cibus qui crudus medicamenti uicem obtinet, aut etiam si coquatur, est fœniculus, asparagus, petroselinum uulgare, ruta, absynthium, borago, carduus, & cichorium. Innoxia cocta beta, attriplex, borago, rursus bulgosum, & malua.

Vt uitam incolumem ducas.

Cibus medicamenti uicem obtinens.

Quæcunq; modice nocent si cruda edantur, ea in exercitatis sudore discutiũtur, sed si non, pariunt scabiem, pruritum, lepram, ulcera, hæmorrhoidas, leuem podagram. Quæ autem magis noxia, deijciunt cibi appetitũ, & infirmum reddunt corpus. Peiora autem sunt, quæ febres acutas, aut diuturnas generant, & absceſſus, his longè peiora, quæ uitiant iecur ac uentriculum, generãtq; malum habitum totius corporis, morbum regium, aquam intercutem, carcinomata, elephantiasim, resolutionem, syderationẽ, cęcitates, & surditates ac uesicæ lapides. Quę uerò his deteriora sunt, iam non sunt cibi nominandi, sed uenena, à quibus omninò abstinendũ est.

Cibaria peſſima quæ.

De odoribus, & condimentis. Cap. XLII.

QVæcunque igitur male olent pessimi sunt alimenti, et ex uenenorum genere. Quæ autem benè olent, per se nil nutriunt, aut omninò fermè nihil. Optima autem sunt quæ coctione bonum odorem recipiunt, uelut carnes, pyra, & cotonea, & pisces assati, ac panis, & ipse enim benè olet coctus, iam & recens. Quæcunque autem malè olent, postquam quis illa deuorauerit ut allea, porri, cæpæ, & medicamẽtosum exhibent alimentum, & uiridia nõ perfectè subiguntur, siccata autem incidunt humores, & flatum discutiunt, & cocta leniunt arteriam, maximè porri, tum uerò & alimentum referunt: sed odoris grauitatem exuunt. Quæ uerò per se benè olent, aut iucundum per se, aut alijs addita retinent saporem, ea condimenta appellamus.

Quæ malè olent pessimi sunt alimenti.

Malè olentia medicamentosum exhibẽt alimentum.

Cuiusmodi sal quòd aqueum est, & rubrũ melius est, lapideum nimis acre: oleũ oliuarũ, & ex eo quod est ab uuis immaturis expressũ, omphaciũ appellatum, ex acerbis aũt uuis omphacium, sapa, acetum, mel, saccharum, piper, gingiber, nux myristica, macer, utrumq; cardamomum, crocus maximè orientalis, casiam quam cinamomũ uocamus, xiloaloes, moschus, amomum, succi mali medici, limoniorum, arantiorum, oxalidis, mentæ ozimi, siliqua rubra, coriandrum, anisum, fœniculus, aqua rosacea, uuæ passę maximè sine arillis, petroselinum uulgare, saluia, sinapis, myrtus, santhali, garum, ius, adeps, butyrum, lac, aliaq; alijs gentibus. Ex compositis autem præcipua alliatum, acetarium, botanon & ius nigrum, singula enim ex his, quatuor ex rebus constant, reliqua sunt infinita. Alliatum allio, sale, nucibus, & pane. Acetharium olere quouis crudo ad mãdendum grato, sale, oleo, & aceto. Botanon, gingibere, sale, aceto, succo oxalidis, uel mentæ, uel petrosilij noti aut ozimi. Ius autem nigrum ex Cælio Rhodygino, ut etiam ab Athenæo accepit, plura accipit. Sanguini enim adijcitur laserpitium, sapa, uel mel, uel lac, & caseus cùm odoratis foliis, & aceto: sed quidam plura ex his nam frustrà. Pinguem enim saporem præstat sanguis hœdi, uel lẽporis, odorem laser, ut allijs, foliis non indigeat, sapa dulcedinem: acetum saporem acrem, & acidum, si caseum addas, fit unum substantia, & sapore. Vincit enim simul caseus, odores atq; sapores hoc cogendo, illos retundendo: cibi enim absq; caseo misti dico, & non solidi sunt, uelut potus, ut qui è lingua diffluãt. Hoc ius laconicũ, et hyppospagma, et hyppocrimma dicitur apud ueteres, Galenus autem album ius dixit, quarto de Tuenda sanitate, quòd constat sale, oleo, anetho, porri modico, ut ad eundem numerum redeat res. At de uiribus

Oleum omphacimum.

Alliatum & acetarium quibus constent.

Lib. 13. c. 15.

Lib. 7. cap. 36.

Cap. 10.

ſingulorum dicemus, nunc ſufficiat admonuiſſe proprium condimentorum eſſe, ut ſint ſuauia, è facilè parabilibus, & commoda, tam in aduerſa, quàm proſpera ualetudine, cuiuſmodi eſt quod deſcribemus inferiùs, dum de uictu ſenum agemus.

De Alimentis, quod ex tribus ſumantur. Cap. XLIII.

Alimenta omnia è tribus ſumuntur.

Ed alimenta omnia, ſeu potus, ſeu cibi, è tribus ſumuntur, terra, aqua, ſemine. Terra plantæ omnes, tubera, & fungi. Potus autem uinum, quòd ex ſuccis fructuum conficitur. Aqua oſtrea, conchæ, cæteraq; id genus, tum potus eſt, ipſamet: è ſemine conſtant omnia alia animalia, potus autem lac. Manifeſtum eſt igitur tria tantùm eſſe genera potuum ſecundùm naturam: aquam, uinum, & lac. Eorum quæ ex terrea oriuntur, tres ſunt omnes differentiæ iuxta genus, agreſte, & domeſticum: iuxta ſpecies caulis, aut aſparagus, & iuxta partes quæ quinque præcipuè ſunt, ſemina ſicciora, duriora, pinguiora, quæ ſub cerealium nomine à Galeno comprehenduntur. Quorum cùm ſit frequentior uſus, Galenus ſuo more integrum uolumen illis dedicauit. Fructus, radices, folia, & cauliculi ſeu germina, uel aſparagi, aut turiones. In his quæ ab aqua proueniunt, cùm omnia ſint agreſtia, totaq; edantur, una relinquetur differentia ex ſpeciebus. At ex animalibus eædem generis agreſtium, & domeſticorum: dico etiam in eadem ſpecie, & ſpecierum inter ſe, demum & partium. Et uelut in plantis ſucci, ita in animalibus, lac quidem animal parientibus, oua cæteris piſcibus, & auibus ſanguis communiter omnibus: ſed de condimentis priùs agendum erit.

De ſapore dulci. Cap. XLIIII.

Dulcis ſapor & pinguis naturæ ſunt amica.

Vlcis autem ſapor, & pinguis, ſolùm ſunt in ſubſtantia uentriculo amica, ut diximus, & omnibus membris naturalibus, quia ſolùm ex huiuſmodi ſubſtantia ea membra ali poſſunt. Sunt autem omnia membra naturalia, ut aluntur, ſed omnium tamen primùm iecur, pòſt uentriculus, & inteſtina, inde uenæ, & ſanguis, pòſt lien, renes, & ueſica utraque, nam quæ urinam continet, magis patitur, at bilis generatio frequentior eſt. Cauſa ergo horum eſt ſubſtantiæ bonitas: pinguis enim ſapor, & dulcis ab humido puro, concocto ſemper fiunt, & ideò ſoli in optima ſubſtantia repoſiti ſunt. Sed pinguis in craſſa, dulcis in tenui ſemper, ob id etiam meliùs cocta ſubſtantia dulcis, quàm pinguis, minùs tamen benè nutrit, quoniam tenuis eſt. At in melle & ſaccharo hoc perſpicuum eſt omnibus modis, tum ex generatione, tum quia celeriter nutriunt, tum quia parum & admodum: eò etiam fit ut dulcia coctione omnia fiant deteriora, pinguia ad certam uſq; metam meliora: tenuis enim ſubſtantia iam concocta, & pura ad ignem poſita melior fieri non poteſt. At dũ humido inſipido iungitur, melior redditur inutili abſumpta parte. Sic ſaccharum igne meliùs efficitur, perficiturq; in fornacibſts, ſecus ſi ſolùm coquatur deteriùs efficitur, ut etiam mel, ob id ſaccharum ut cùm alijs humidis coquatur, poſtquam concreuerit, non minùs melle poſtulat. Vnde etiam ex muſto, & melle coctis, fit mellicratum, abſumpta humida parte inutili. In lacte quoque idem accidit, nam aquea parte conſumpta, ſapor minùs diffunditur, quamobrem lac coctione ut etiam ſaccharum dulcius euadit, & ob id etiam melioris alimenti. Et qui oua, lac, & ſaccharum coquunt, cibum efficiunt maximè iucundum guſtui, & optimi nutrimenti. Sed & in lacte dulcedinem in tenui ſubſtantia contineri hoc argumento deprehenditur, quod neque aqua eius, neque caſeus, nec butyrum dulce euidenter eſt, ſed ſolùm ea pars quæ ſpumoſa eſt, quam uocant Mediolani lactis mel, id eſt, dulcis pars lactis, quæ adeò tenuis eſt, ut minimũ illius pondus cadum magnum impleat: ſi igitur dulce, & pingue, in ſubſtantia pura, & concocta poſita ſunt, benè quidem ambo nutriunt, ſed quod dulce eſt, adeò parum, ut malè Galenus dixerit, omne quod nutrit dulce eſſe: nã pinguia proprie benè, & affatim nutriũt, at natura multis dulcedinẽ miſcuit, ut animalia deciperet ad proprium commo-

Saccharum igne melius efficitur.

Mellicratum

Mel lactis.

commodum,crassius ergo & humidius cum sit pingue,dulci:hinc fit ut pingue coctione temperetur,& mollius euadat,ideoq; etiam suauius,& melius, pingue ceterus deterius: pinguia autem, & dulcia, obstructiones in epate,ac splene generant cùm à natura ob delectationem antequam sint concocta attrahantur, iuxta illud Hippocratis tertio Acutorũ[Dulcis potus uiscera inflat:]splenẽ uidelicet & epar. *Pinguia & dulcia obstructiones generant.*

De his quæ sunt amica,& inimica uentriculo. Cap. XLV.

EX his igitur non arduum erit generalem docere regulam,qua omnia cognoscamus,quónam pacto se habeant ad uentriculum, dico ualentẽ pro sua natura. Nam cùm tribus indigeat uentriculus, ut nutriatur, ut roboretur,& ut calor naturalis in ipsum copiosus deriuetur,ac cõseruetur:tria sunt,quę id præstare possunt:primum saporis pinguis substantia,postquam est dulcis,nam ex his commodè nutritur,accedit ut ex hac suauitate,illũ amplectatur,diutius retineat atq; ob id etiam duplici emolumento melius concoquatur, secundum contingit ex sapore astringente,cùm à sicco illius authore, seu frigori coniungatur, ut in punicis malis,seu moderato calori, ut in croco(nã magno calori astrictio iungi non potest,cùm calor distendat)uentriculi substantia in unum cogatur, & robustior ob id euadat. Tertiũ fit ex odore bono,qui præter id quod auocat à corde spiritus,à iecore sanguinem naturali familiaritate,tenui terrea substantia ignita consetuat illum. Hæc igitur omnia sunt,quæ maximè prodesse possunt uẽtriculo, atq; ob id ut dictum est proderunt ad generationem boni sanguinis, & nutritionem totius corporis,benefacient autem propriè iecori,lieni,intestinis,renibus,& utriq; uesicę, neque enim alia esse possunt, cùm robur uentriculi constet propria substantia, facultatis modo,quo aptè ad frictionem dirigitur, ut aduentu caloris à membris principalibus. Sunt præter hæc duo alia genera auxiliorum scilicet secũdorum,uelut exercitatio ieiuna, occursus aëris liberi,somnus,fomentũ,& ea quæ actu similia sunt, uelut præcipuè coralius,& orientalis iaspis in tertio genere, cum dolore laborauerit,acopa cum obstructione,aperientia cum materia discutiatur his quæ illam euacuant,cum cruditate,uomitu,inędia,quiete,uino,somno longiore,cum intemperie contrarijs,at hæc ut dixi languenti uentriculo solùm debentur, illa externa sunt,aut secundaria,de quibus in quarto libro dicendum erit: collectis igitur rationibus,nõ solùm tria sunt tantùm genera eorum,quæ utilia sunt uentriculo per modum cibi, familiaritateq; sua,sed etiam tres tantum species dulce, seu pingue, ob alimentum astringens,ob facultatem odoratum,ob calorem aduentitium, quæ omnia eodem modo omnibus alijs membris, prę sertim naturalibus erunt necessaria,quamobrem natura prudentissimè cõsuluit, ut cùm eiusmodi ab alijs membris percipi non possent,hoc ipsum omnium uice perciperet, atque ea lege, ut quæ illi prodessent, prodessent & omnibus alijs,& quæ illi nocerent,alijs quoque nocerent. Sed scio quid dicturus sis,capparis iuuat lienem,obest uentriculo,eupatorium,& iecur lupi iecori conferunt,uentriculo nemo dixit, imò ut uera fatear iecur lupi uentriculo potius obest. At nos hic de his disputare nõ instituimus,sed solùm ueritatem docere, ea est quod non sunt nisi tres illi modi generaliter iuuandi uentriculum, & per se primò seu quoduis aliud membrum,& quod ea quę uni conferunt,una ex his rationibus, cæteris etiam eadem ratione conferunt,seu iecori,seu renibus,nam capparis non iuuat lienem in primo genere,sed tertio,sicut neque iecur lupi. Id tamen detegit non leue arcanum, iecur lupi si quis edat,non iuuabitur,forsan etiam lædetur, si quis utatur eo medicamẽti uice iuuabitur,quanquam sanum sit iecur, hocq; idem in multis experimur,uelut in passare troglodítico,in carne ericij,quæ siccata multum possunt,cibi loco accepta infinitam exigũt quantitatem,& tempus. De eupatorio alia est ratio,ipsum enim uentriculo nõ parum utile est, neq; excusatione indiget rationibus dictis. In uẽtriculo autem admodum debili adeò,ut in animi deliquio ob humidum superfluum Galenus mirum in modum laudat hęc tria,oua sorbilia scilicet apala,bulbos scilicet crudos,& cochleas coctas.

Ventriculus quibus indigeat.

Tria maximè prodesse possunt uentriculo.

Nota.

Capparis iuuat lienem, uentriculo obest.

8. De compõsi. medic. secundum locos cap. 4. in fine sec. primæ.

Quæ uentriculo nocent duorum sunt generum.

Sed iam caput aliud aggrediamur, scilicet eorum, quæ nocent uentriculo, atque ob id omnibus membris naturalibus: atque ea sunt duorum generum, alia quidem quæ his quæ iuuant maximè opponuntur, alia quæ noxam illi inferunt, ergo primum omnia fœtida uentriculo, sunt inimica, deinde omnia arida, cuiusmodi sunt ligna, & lapides, quorum puluere & si alioquin utilissima sint, uomitum excitant, sic margaritarũ, & smaragdorum, & santhalorum, & ligni aloës, quanquam omnia hæc uel mansa, uel in decoctis sumpta, illum iuuent, & similiter quæcunq; ualdè amara sunt, uelut aloes, gentiana, colocynthis, & cucumeris anguini radix, quæcunque etiam immoderatam habent qualitatem calidam, uelut allea, cæpæ, frigidam ut portulaca: quæcunque nimium distendunt, ut potus maximè succedente exercitatione, & flatuosa omnia, quæ etiam purgant, id ipso quod humorem prauum ad locum trahunt, ut aloes, & rhabarbarum, quæ detergunt ualde ut nitrum. Negligentissimè igitur se gessit Galenus, qui huiusmodi tam necessaria prætermisit, tot

Galenus notatur.

nugas de alijs minùs necessarijs agens: pessimè uerò cùm dixerit aloen esse amicissimam uentriculo, quo errore infinitos homines sperantes hoc auxilio se ad senectutem peruenturos, hoc ipso consilio ante maturã ætatem interfecit, quod etiã ratio-

Aloes uentriculo inimica.

ni consentaneũ est, nam & amarissima est aloes, & abominãda, nec ulla in parte laudem meretur, præterquam quod ad uentriculum parum aut nihil humoris; qua ratione solùm melior est colocynthida, & cucumere asinino, & scamonia: ea enim multum humoris ad uentriculum dum purgant trahere solent. At dicet forsan

Hiera uentriculo amica.

quispiam, hiera tamen ualdè utilis uentriculo? possetq; corrigi odoratorum adiectione noxam abominationis? hæc partim uera sunt, partim falsa, nam quod utilis sit hiera, sæpè contingit, quoniam ut dixi odoratorum adiectione tollitur maxima pars abominationis, quia uerò non trahit ex remotis, hoc ipso minùs nocet, quàm scamonium, uel colocynthis, quod purgat, iuuat: itaq; non utilis est aloes uentri-

Cassia nigra uentriculo obest.

culo, sed hiera aliquando non inutilis: uerumtamen & illa obest illi, & uitæ: obest & cassia nigra, quia multum excitat flatum per totum uentrem. Cùm uerò tria sint genera medicamentorum purgantium, quæ uentriculo obsunt, alia quidem quia

Tria medicamentorum genera, quæ uentriculo obsunt.

longiùs trahunt, & uehementer, alia quoniam è genere sunt lacticiniorum, alia quia putrida uelut agaricus, scamoniũ aũt lõgiùs trahit, & uiolenter, & è lacticiniorũ genere est scilicet, uolubilis planta, neque aloes, neque cassia nigra ex horum genere sunt, propterea agaricus peculiariter uomitum excitat, quoniam è putrido-

Ob aloes usum Mesues in iuuenta perijt.

rum genere est, aloës uerò ut dixi obest uentriculo, maximè ob amaritudinem, si enim dulcissimum est naturæ uentriculi iucundissimum, odiosissimum erit amarissimum, & inimicissimum, cassia uerò nigra ob flatum ut dixi: quamobrem, neque hiera utilis est uentriculo, cur enim inimicissimum quoduis muneribus adornatum mittes, ut illi prosis, sic bonus Mesues dum nimium Galeno se credidit, non solùm, non ad decrepitam peruenit ætatem, sed in ipso flore iuuentutis cum sua aloe extinctus est: tum maximè quod eò deuenit erroris, ut suaderet quotidie sumendam esse: ergo cùm offertur medicamentum, aut cibus, uelisq; scire quod inter omnia scitu maximè est necessarium, an utile sit uentriculo, cæterisq; membris naturalibus explora saporem, nam scis tres esse sapores uentriculo amicos, dulcem, pinguem, astringentem, sub quo austerum quoque intelliges: nam austerus sapor præter id quod plerunque astringentis particeps est, naturæ plerunque etiam beneuolentium est ergo si huiusmodi fuerit, utilis est uentriculo, atque alijs, sin autem fuerit acidus uehementer, aut amarus ualde, aut malè olens, pessimus etiam, si putridum oleat, & si omnia in oppositum concurrant, inimicum uentriculo esse scito. Præterea acris sapor si sine odore bono fuerit, semper est eorum, quæ sunt inimica uentriculo, uehementer etiam salsus, sed non adeò est odiosus, uentriculo, reliqui

Quæ ualdè duræ sunt coctionis, inimica sunt uentriculo.

sapores scilicet acidus, amarus, & salsus etiam si leues sint, præterea insipidus, inutiles sunt uentriculo, si tamen coniungantur cum bonis odoribus, uelut & acris moderatus, uel cum sapore bono, austero scilicet, astringente, dulci pingui, omnes utiles sunt (præterquam quod ut dixi acrem oportet semper ex aromatum esse genere) utiles erunt. Quæcunq; etiam ualde duræ coctionis sunt, inimica uentriculo habentur,

habentur, quoniam non nutriunt, & laborem illi magnum præstant, ut pontices nuces, quas appellamus auellanas, & amygdalæ, quæ non etiam astrictionis sunt participes: sed huiusmodi trita subacta, coctaq; mutantur. Oliuæ igitur obsunt, & prosunt uentriculo, magis etiam absynthium, nam præter id odoratum est: quamobrem præstantissimum ponticum quod sit odoratissimum, & in unaquaq; specie eius præstat, quod ex oriente aduehitur, sicut & plurium aliorum medicamentorum. Cùm ergo materiam medicamenti purgantis ex uentriculo eligere uolueris, ut illud iuuet, primum explora humorem quem ducere uis, & ut illi conueniat, deinde ne longiùs trahat, propterea oppoponacem nõ diligimus, quamuis uitreum humorem educat, quia non minùs ad ipsum trahit aliunde, quàm ex ipso trahat ad intestina. Tertio ut sit intra canzelos contentum saporis, atque odoris, tum uerò iuuabis uentriculum, & expurgabis quod necesse est, quod si nullum tibi sit in manibus medicamentum eiusmodi, tunc eliges quod uitio caret, ut tamen humorem educit, uelut rhabarbarum astringentem habet facultatem, amaritudinem non uehementem, odorem non probo, non tamen uitupero: quæ igitur uitia sunt in huiusmodi communia, sunt quatuor. Primum est, ut non educat eum humorem, utpote, pro uitreo tenuem pituitam, secundo ut debiliter, atq; parum, tertio ut non ex profundo scilicet ex tunicis, quarto ut alium etiam humorem educat quàm uelimus, & tribus sanè primis, si tempus non desit, præparatione occurrimus, incidendo, & attenuando, permiscendo cum bono alimento, fouendo calorem, excitando, inædia prætereà: at si tempus desit, cum aromaticis, & astringentibus, & incidentibus illud componemus, selectum forma, regione, ætate, quæ uerò astringunt & odorata sunt, & amica uentriculo uelut nux myristica, non adeò amicum gariophylum, sed magis astringit, & est odoratum, piper autem longum incidit, & attenuat, cui fermè simile est, gingiber, & macer, & crocus, his sex, quæ familiaria sunt, iuxta opportunitatem utemur: cauere autem oportet, quæ putridum habent saporem, licet latentem, quamuis dulcia sint, nam & ephemeris radix dulcis est, & tamen occidit, sed & odor putridus etiam si bono cum odore alio, aut sapore, fit coniunctus, malus est. Ex his ergo agaricus ut dixi esse uidetur, sed ubi coctione & maturitate candidissimus factus fuerit, & expers prorsus abominationis, summum est præsidium in omnibus humoribus educendis, educit autem illum solùm, uel qui peccat, uel qui superabundat, cum præparatione ipsum similem effecerimus, uelut si pituitam uoluerimus educere gelidam, & muccosam, multo zinzibere, & melle præparabimus, sin autem bilem, syrupo uiolaceo, absynthio pontico, quæ macerabimus, ac iungemus, absynthium enim pituitam cohibet, bilem berberis, probata igitur medicamẽta seligere oportet, si simplicia non habeas uelut pro pituita muccosa, & urticæ semen, iridis radix, terebinthi, resinam, thymum, & mel anacardum, ast ego resinam prætulero. Quod si quis dicat, non ne si amarus sapor inimicus est uentriculo utilius est quod dulce esset, & astringens absynthio, uelut cotoneum & sorba? respondemus cotonea esse ob hanc causam cibi ratione utiliora, non tamen ut medicamentum, quoniam absynthium modica illa amaritudine bilem purgat, obstructionesq; aperit, quæ facultates cum astrictione iunctæ, plurimum attenuant, laborantem uentriculum, calefacit etiam moderatè, plericq; autem homines potiùs laborant uentriculi frigidate, quàm caliditate, sorba autem mala sunt, quoniam frigidissima, & muccosum humorem, & uitreum generant: nec sunt dulcia à natura facta, sed putredine ipsa, quam uentriculo inimicissimam esse dixi.

Absynthium uentriculo amicum.

Nota.

Rhabarbarum.

Nux myristica uentriculo amica.

Agaricus.

Medicamenta probata seligere oportet.

Obiectio.

Responsio.

Sorba cur uentriculo inimica.

De cruditate. Cap. XLVI.

Rudítas maximum malum est: & in uentriculo manifestior, sed leuior, at quę si parua sit, corrigi potest à secunda coctione, deinde fotu pręcordiorum, & cibo calidiore, aut inedía, et somno: sed si grauior uomitu, aut medicamento, at si iecur deliquerit, tunc articulares morbi, hydropes, morbi regij, febres, calculi, ulcera, abscessus, obstructiones semper, & in tertia hectica, &

Cruditas maximum malũ.

Cruditates quomodo corrigendæ.

Cruditates quomodo corrigendæ.

leucophlegmatia, unde sæpè in unum coëunt, siue ratione comitantibus, altero alterum morbum, sed & lepræ, elephantiasis, impetigines, & uitiligines: cùm uerò ex cerebro, destillationes omnium generum, comitiales, syderationes multiplices, quę omnia adeò nota sunt, ut iam de eis sermonem facere superfluum sit: sed de his quę restant, suo loco loquemur. Quæ nunc tractanda sunt, ea sunt: quæ nam, cum corpus occupauerit cruditas alio cibo superinducto, mistio subsequatur, neque enim non solùm æqualiter lædunturi, sed neque omnes: quinimò etiam Princeps laudat ea quæ aluum subducunt, uerùm ei qui longa uita frui cupit, omninò hæc mistio cauenda est: cum enim concoctũ sit ex parte quod iam est in uentriculo, aliusq; cibus superinducatur, primus aut secundus perfectè cõcoqui non poterit, aut prior nimis excoquetur, deinde dissimile alimentum erit amborum, etiamsi probè conficiantur. Vnde nescio quæ maiora damna futura sint, aut eius qui optimè sic concoxerit, aut illius qui cruditatẽ, & morbos ex cruditate nasci solitos patitur, hi quidem manifestiores, illi magis insanabiles, & diuturnitati uitæ inimici. Ob id optime sibi suis consulunt, qui cruditates in domum non admittunt: uelut nec fures, nec serpentes, nec hostes suos. At cruditatem illam uoco quæ ex mistione ciborum accidit, uel multitudine, uel pinguedine, non illam ridiculam, quam fingit Galenus in rusticis: quorum magnam partem uidemus benè ualere, & aliquos etiam ad extremam senectutem peruenire, quod nec ignorauit Galenus. Atq; utinam nõ magis interirent immodica exercitatione: & postquam incaluerint dum uentis se exponunt, & uigilia, & madore, & ciborũ prauitate, cum pane utantur pauci triticeo, plures furfuraceo, deteriore q;, tum fungis, & agrestibus oleribus, adeò ut etiam totæ uillæ aquis stantibus utantur, nam cruditatem aliam rustici non patiuntur. Sed ut ad propositum redeamus: cùm tres sint coctiones, aut plures (neq; enim his disputandi locus est, sed docendi: neque hoc scire hic propositum est) quotquot proponantur, quod de prima dictum erit, de omnibus intellectum esse oportet. Cùm ergo cruditas adest, seu in uentriculo, seu in uenis quæ sunt ad iecur (nam de alijs ut iam dixi eadem est habenda ratio iuxta proportionem illius) cibumq; superinduxeris, quibusdam sanè quibus res felicissimè cedit, uomitus excitatur, ut & hoc, & illud euomat, cõsulitq; Galenus hoc faciendum dulci uino, quod si facere præstet, mihi non meliùs fieri posse uidetur: nam neque uentriculum lædit, neque qualitatem habet excellentem, & suaue est, & in uomendo uentriculum non lædit. Alijs maluæ, & betæ, in usu sunt quibus uomitus quem etiam in canibus abhorremus, displicet, subluunt enim aluum, & minimè nutriunt quæ ambo quisquis delinquat, minùs certè mala sunt, quàm si in uno eorũ delinquatur: sed parum nutrire meliùs est quàm aluum subducere. Qui uerò more mulierum exiguum, sed nutriens alimentum exhibent, quemadmodum oua, seu duo, seu etiam unum, tales plurimùm delinquunt, sed multo magis qui copiosum, & abundè nutriens exhibetur, nam in senibus mors nonnunquã eadem nocte sequitur, in alijs morbi læthales. Vidi adolescentem, qui ex huiusmodi incontinentia, statim in abscessum iecoris incidit, quẽ ego magna illius fortuna ægrè sanaui. Alij uerò quibus hæc non statim contingũt, uerisimile est ingẽtia mala superuenire, quibusdam paulò pòst, quibusdam multo, quibusdam sero: mistus enim cibus trahitur ad iecur, quod concoctũ est, transit in sanguinem, reliquum hæres, & obstruit, inde post aliquod tempus febres, aut morbus regius, aut abscessus fiunt, uel hydropes: si autem transierit, quandoque propellitur ad renes, si non ex nutrientibus maximè fuerit, & calculos generat: sed si tenuior sit, atque dilutior, transit ad articulos, generatq; podagram, quod si in contermino coctionis fuerit ut possit ad membra trãsire, hoc peius est, nam solida ipsa debilitate, præsertim cerebrum, & attonitum morbum, ac syderationes gignit, ita fallitur etiam uentriculus, & pulmo, sed & iecur licet rarius, & quandoque cor: hæc est miseria indulgentium gulæ, in qua optimum est quod pessimum illi putant, nunquam fallente euentu. Verùm quibusdam ex longa consuetudine hoc factum est, ut prandentes, deinde nondum cocto prandio, leuem sumunt cœnam, uelut solùm panem ex uino, multisq; annis ita degunt, eisq; uidetur quod bellè se habeant, quia interim

Bonum est crudites non admittere.

Coctiones tres.

Mistus enim cibus trahitur ad iecur.

Nota.

Nota.

interim non ægrotent. De quibus non habeo quod dicam, cùm in hac consuetudine consenuerint: ante enim proculdubio mutanda foret, nam neque mutare iam inclinante ætate consuetudinem tutum est: neq; omninò abstinere à cibo suaserim, quoniam uentriculus à maxima repletione ad indigẽtiam quotidie peruenit: neq; tardare cœnã donec concoxerit, uespertilionis uitam agentem, atq; in omnibus his cum manifestè deteriùs sit habiturus, seruata consuetudine occultè magis lædatur, propter id quod dicam non habeo, sed uelut qui claudi nati sunt, aut cæci, aut in iuuentam perituri, ita illos infelices dixero, quibus tales consultores contingerunt.

Quod ordo necessarius sit. Cap. XLVII.

ORdinem autem in cibis esse necessarium, imò non necessarium si simplici utamur cibo manifestiùs quàm ut dicam: cum enim simplex fuerit cibus, ordinem nullum requirit ad alium comparatus, exigit tamen primum horæ ordinem, ut sumatur consueta hora: adeò ut si immutetur multum obesse, hoc solùm & omnia bona irrita facere docuerit Hippocrates in secundo de Victu in acutis, sed est & alius ordo, scilicet ut eisdem utantur cibis, consuetisq; utantur quod meliùs cõcoquant, & si deteriores quàm meliores, sed non cõsuetos, hoc enim ibidem etiam docet. Tertiò ut sit ordo ad potum, nam cùm bibere sit necessarium, oportet & in potu seruare ordinem. Et si potus cibo præmittatur, concoctio impeditur, & si semel assuetus, bis, terue bibat, nec tamen plus offendetur. Et si pluries, semel tantum bibat, & tantundem, haud cõcoquet, sed cibus innatare uidebitur in uentriculo, ut ipsemet noxam erroris sentiat. Porrò quantum conferat ordo cum multitudo ciborũ assumitur, eorumq; uaria genera sæpè meo malo didici, nam uuæ Creticæ à cibo assumptæ, & longè magis ficus, mihi euertunt adeò uentriculum, ut sentiam nil probè concoqui, & si hunc errorem in cœna admisero, non dormio nocte, si in prandio, cogor abstinere à cœna omninò, hæc tamen ante cibum assumpta iuuant, cùm nihil noceãt, at uuæ passæ Creticæ etiam plurimũ conferunt mihi, adeò ut sine illis esse non possim. Quantum etiam abstinentia, simplicitasq; ciborum cõferat, & delectus, ostendit uita Hebræorum, quibus cùm nihil sit, quod ad uitam producendam faciat præter abstinentiam, nam in perpetuis curis uiuunt, tot modis apud omnes gentes oppressi, & sæpiùs coguntur irasci, & tristari ob iniurias quas quotidie & à prauis iudicibus, & ab impijs Christianis, Maumethicq; cultoribus patiuntur, neque exercentur, habitantq; in locis parum commodis, humilibus, aëre suffocato, humidioreq;, & impuro, & multa eis desunt necessaria ad corporis salutem: hoc tamẽ solo freti abstinentiæ auxilio, quam ut credo inopia, ac defectus pecuniæ illis parit, nam semel in die contenti sunt solo pane, & iusculo, in cœna autem plerunq; modicum carnis assumunt: nunquam uarietate ciborum gaudent, nunquam carnium multitudine, sed ut dici solent mensæ eam ostendũt, nunquam ebrietate: nec memini me uidisse unquam ebrium Hebræum, nec audisse qui uiderit, cumq; hoc modo etiam educent filios, quanquam multa in uictu admittãt errata ciborum malorum, cùm deest caro, panis sine fermento, prout lex eorum iubet, lauari mulieres summa etiam hyeme frigida, & in ea degere, multi ad nonagesimum perueniunt annum. Veniat modo aliquis seu sub æquo, seu sub iniquo iudice, nam neminem tam fore impudentem spero, qui nuges balnei de tot exercitationibus, totiesq; repetitis, tum frictionum generibus (quarum historiam si modo recensere debuerat, opportunior sanè fuisset, ubi de curandis morbis agit, quàm ad conseruandam ualetudinem, cum multi ad extremam senectam peruenerint prorsus infricati) cùm tot apotherapijs, unctionibus, balneis his monitis, atq; præceptis conferat, ac iudicet. Dico igitur cibos ipsos, ac potus alimentum sibi simile generare, quocirca ex diuersis, diuersum chylum, ex chylo diuerso, sanguinem diuersum, è diuerso sanguine, diuersam substantiam solidiorum: & ut in primis coctionibus diuersitas nõ obscura: ita quod obscurum est in tertia, magnam habere ac correspondentem uim ei, quæ in prioribus: non secùs ac quæ ex circumferentia tendunt, in circuli

Ordo in cibis quomodo necessarius & quomodo nõ. à Tex. 24. ad 28.

Tex. 32. Si potus cibo præmittatur, impeditur cõcoctio.

Nota.

Cibos & potus alimẽtum sibi simile generare.

circuli sectionibus, quæ æqualiter ab ea in centrum terminantur. Diuersa ergo in eodem tempore, atque in diuersis alimenta genere, aut specie, aut qualitate, (non quemadmodum lac lactantibus, uitelli ouorum pueruli's, agnina caro pueris, uiris suilla, quæ sibi qualitatibus, & substantia respondent, solùm sicco & humido differunt, mollitie, atque duritie: ut quantum ex alimenti natura uariatur, quod nuper assumptum est, ab eo quod olim tantum iam nutritæ parti ex ætatis decursu, itidem & ad eandem partem declinent) diuersum generant alimentum in membris. Quocirca necesse est, ut quæ assumuntur, eandem naturam semper habeant, aut solùm diuersis temporibus proportione respondentem, aut similem, sed æqualiter semper cõmistam: aut diuerso tempore semper dissimilem (quod uocant abrumpere consuetudinem) inter se autem similem, uelut si quis ut nos pane utatur, & uuis passis, cum antea dum in uenis esset carnibus, atque ouis uteretur, uel alternando, ut mane uuis passis, uesperi carnibus, uel ut singulis cibationibus quæ assumitur, sibi inuicem respondeant ordine dissimilia dissimilibus, qui modus omnium qui admittuntur, pessimus est, ut sint in uniuersum quinque modi primo omisso, nam fieri nõ potest, quod in illo exigitur ut homo, perpetuò lacte præcipuo solo materno alatur, loco eius quintus est, cum homo uel rarissimè à cõsueto deflectit, nihilominùs ex hac uarietate ciborum, potuumq;, tum etiam multitudine, ac alijs necessarijs similiter mutatis, aëre, somno, motu, curis, necesse est partes in solidis uarias generari: neque inde proprietates affectus tam corporis, quàm animi debilitates, symptomata quædam, morbosq; deinceps, & ad circuitus, & pro occasionibus tum circuitibus coërcitos, tum perpetuò se augentes, atque alios consistens, ac demum præproperam mortem succedere se, habereq; huiusmodi hominis partes inuicem, uelut malam coalitam plebem in urbe, quod ob tranquillitatem attinet, atque concordiam, & ut in unum maneant ad unum solùm hominem sibi constantem. At ergo huiusmodi homo perfectus non esse poterit, nisi cùm ab initio restitutionis, & ante ortam multitudinem, atque ciuiles ordinationes natus fuerit, uocant autem eam ætatem auream.

Alimenta eandem naturam semper habere debent.

Vide lib. de Proportio. Pro. 183.

De uarijs modis aluum deijciendi in cibis. Cap. XLVIII.

Vt aluus deijcit.

ET aluus quidem deijcit multifariam. Primùm quidem ob humectationem fœcum, unde iura plurimum, & cibi liquidi aluum deijcere solent: Alio modo interposita substantia leui inter intestina, & fœces ut labantur, nec possint contineri, quemadmodum ab oleis aluus moueri solet, in quo genere etiam mixta sunt, & casia nigra, & mucilaginosi omnes succi. Tertij generis sunt omnia quæ mordent, & irritant, non solùm superiùs sumpta, sed etiã inferiùs immissæ glandes ex sapone, uel bilitis radice, salis grana, coriandrum saccharo insperso circumdatum, mel, stercus muris, & infinita alia. Superiùs ius leguminum, cochlearum, chamarum, caulium, spinachia, multorumq; aliorum tum iura, tum substantia. Quarti quæ astringendo deijciunt, inter quæ præcipui mirabolani, meminit huiusmodi etiam Galenus. Quintum est notissimum purgãtium natura, uelut scammonium, lathyris, rhabarbarum, & huiusmodi. Quos omnes modos præter tertium adeò Galeno familiarem, attigisse Mesuen haud dubium cum sit, illud certè omissum ab illo, tanto magis mirandum est: sed non est præsentis hoc instituti, nec nunquam fuit ista persequi, id potiùs in dubium reuocemus, quod ab Aristotele tangitur, scilicet cur pleraq; quæ purgant malè olentia sint? Rectè ille inquam ut solet, quia talia subigi nequeunt. Quæ ergo purgare debent, oportet ut non sint prorsus naturę familiaria, nam in alimentum transeunt, aliena igitur necessariò sunt, quæ aliena aut omninò inimica, atq; hæc uenena sunt, aut uinci possunt, aut etiam amica: amica retinentur, tametsi in alimentum transeant, & ob id pauca odorata purgant tandem, tamen postulant educi, cùm sint naturæ aliena: eaq; ob id urinas mouent. De quo est problema illud rursus philosophi. Cur ex medicamentis, alia aluum soluunt, uesicam autem minimè. Grata enim omnia, & odorata trahuntur

2. de Alimen. c. 22.

Lib. 1. Theor. cap. 2.

1. Probl. 48.

Purgantia cur malè oleant.

Par. 1. 41.

Medicamenta cur alia aluũ moueant, alia urinam.

huntur ad uenas, ideò aluum soluere nequeunt. Quæ ergo purgare debent, non possunt ex altero horum generum esse. Superabundant igitur, ut ita dicam, uelut terrea, uel ut oleosa, muccosaue, aut liquida, & aquea, uel acuta, & acria, ac salsa, demùm substantia tota similia humoribus quos trahunt, neque enim modus alius esse uidetur, ubi tria illa prima dēpseris, scilicet cibos, uenena, aromatica. Et cibi quidem non indigent ut subducantur, cùm in alimentum transeant: Venena uincunt naturam, non uincuntur: Aromata transeunt ulteriùs. Nisi ergo materia reliquorū nimis alimento admista sit, aut lenta, aut astringens, aut crassa aluum mouet. Cùm ergo medicamentum, aut cibum præ manibus habueris, nec odoratum ualdè, nec ueneni è genere, nec prorsus pingue, aut dulce: considera si lentum nimis sit, ut caseus recens, aut crassum ut uetus, caro salita, aut astringentis facultatis, ut pyra, mespila, tūc specta an nitrosam, aut muccosam, aut amaram, aut aqueam habeat facultatem, uel etiam admodum astringentem, e genere erit purgantium medicamentorum, unde multorum decocta aluum stringunt, quorum substātia ob id quòd mutari nequeat, aluum mouet, ut scobus ligni sancti, contra caulium cremor aluū mouet, substantia ipsa quia alit, sistit. Quæ ergo sunt ualdè amara, nisi immodicè calida sint, mouent aluum, & præcipuè purgant bilem. Et quò magis horribilia fuerint, & si alba potiùs nec admodum amara, sed abominanda pituitam, ut agaricus, & cnicus, si modicè acria, & amara satis, ut elleborus nigram bilem. Epithymum uerò magis, quia nigrior est, similiter quæ dulcia cum sapore acri, & iniucundo ut polypodium. Sed si ingrata non sint muccosa, astringentia, nitrosa, & humida ualdè, mouent aluum, nec propriè purgant, si quis nunquam uidisset cassiam nigram, illius tamen odiosam dulcedinem primùm gustaret, non'ne illicò suspicabitur illam aluum debere purgare? ita odorata omnia urinam ciunt, non ob excellentem caliditatem tantùm. Præcipua autem duo esse uidentur ad deijciendam aluum, unū inter clysmata, fistula palmi longi magnitudine ex albo plumbo teres, & superiùs aliquando arctior, rotunda, crassitudine, pollicis, impletur butyro, cui sexta pars salis, ut cùm acrior, aut duodecima cùm leuior, & imponitur. Superiùs uerò succum cassiæ nigræ orientalis, est autem tenuis corticis, rubra, teres non adeò magna, ponderosa, dulcis gustu, & suauis ex unc. ij. cui admisceantur olei amygdalini dulcis recentis drac. x. combibit enim optimè origani orientalis, aut thymi, aut pulegij, & ipsorum orientalium in pollinem redactorum drac. ß. usque ad drac. ij. sumat autem ante cœnam primum drac. iiij. inde iij. & si operetur drac. ij. tertia die, inde bis drac. ij. inde perseueret cum drac. ß. si operetur ita in XVIII. diebus, aut paulò minùs consumet illam quantitatem, ab utroq; horum aluus mollis redditur. In delicatioribus optima manna utemur, ac simplicis, & duplum assumemus ponderis. Tertium auxilium aliàs est relatum, oleum mastichinum, sed id ieiunis conuenit, quantitas drac. ij. quandoque drac. ß. sufficit maximum pondus unc. v. Ab his omnibus lenitur uenter in posterum. Porrò in senibus non solùm indigemus ut fæces educantur, & cruda aquosa, qui sunt duo primi scopi, sed & atra bilis, & humor quidam crudus illis proprius, inter nigram bilem, & pituitam crudam medius terreus, frigidus, durus, non adeò lentus, ut qui ex edulijs eiusmodi generatur, carne suilla, pane absque fermento, ouis duris, piscibus magnis, non squammosis. Ad fæces tantum uuæ passæ coctæ in iure ex unc. iiij. Quæ ex Aetio coprotica, styrax, mastiche ex unc. v. cùm aqua terebenthinę cochlearium, aloes drac. ß. sinapis, allij cum oleo, & garo, ficus cum nitro, cnici medulla. Medicamē nostrū succi rosarum lib. 1. ß. succi mercurialis, & maluæ, & caulium, ac betæ an. lib. 1. colentur, inde coquantur suspendendo in linteo raro unc. ij. masticis recentis & mollis, donec ueniat ad mellis maiorem spissitudinem, & abiectio mastiche seruet quantitas à drac. ß. ad drac. ß. in bolo catapotiorum forma, Regium catropicum: Manna dissoluta in aqua borraginis, sic ut sit clara aqua inde destillata ex uitro aqua per Mariæ balneum, relinquitur purissima, & candidissima pro usu quantitas ad unc. ß. ad unc. ij. ante cœnam statim, aut per vß. horas ante prandium mane.

Nota.

Valde amara quæ aluū mouent.

Odorata omnia urinam ciunt.

Fistula ex albo plumbo.

Cassia nigra quæ optima.

Scnes quid in purgatione indigeant.

Lib. 1. cap. 156.

Medicamentū proprium.

Catropicum regium.

R De diffe-

De differentia medicamentorum utilium uentriculo, & reliquis membris naturalibus. Cap. XLIX.

An eadem amica uentriculo sint iecori ac renibus. Dioscor. lib. 1. cap. 87.

POrrò obijcies forsan, non eadem esse amica uentriculo, & iecori, ac renibus, quemadmodum laurus nocet uentriculo, & confert iecori, ac renibus, lapidemq; illorum frangit. Verùm ut dixi alia est ratio ægrarum partium, alia sanarum: laurus obest iecori, ac renibus: hos tamen à lapide, hos à regio morbo liberat. Accidit præcipuè hoc in duabus causis, prima cùm medicamentum obstructiones aperit, nam si cum hoc uentriculo fuerit inimicum, uidebitur prodesse iecori, quod sæpè obstructione corripitur, & tamen uentriculo inimicissimum esse poterit, ut gentiana: nam uentriculus aperientibus non indiget, quòd in obstructiones incidere non soleat, regula tamen nihilominùs uera erit: nam à gentiana, & zedoaria, & similibus offenditur, nam illius uires exsoluunt, & calefaciunt immodicè, siccantq;, secunda causa quasi huic contraria est, scilicet cùm cibus, aut medicamentum expurgat cruda, ac detergit, licet enim inutile sit iecori, uentriculo tamen prodesse creditur, uelut spinachia, ostrea, atq; huiusmodi. Sed si uacuo uentriculo tum his, tum iure chamarum, & concularũ utatur assiduè, manifestum etiam in uentriculo, & euidentiùs quàm in iecore, detrimentum sentiet. Itaq; à cichorio multi circa uentriculum offenduntur, qui tamen meliùs se habere circa iecur putant, nam (ut dixi) ut aperiendi cichorij parum uentriculus indiget.

Gentiana.

De cibi, ac medicamenti differentia. Cap. L.

Cibus qui ne nenum, quid ac medicamentum.

CIbus est qui corpus nutrit: Venenum autem quod corrumpit: Medicamentũ quod non nutrit, sed corpus mutat. Liquet igitur manifestè, quòd medicamentum medium est inter uenenum & cibum: nõ enim corrumpit ut uenenũ, nec nutrit ut cibus, sed mutat. Cibus igitur non mutat corpus, quamobrem huic lactuca, alteri fœniculus, alijs caro cibus erit. Oportet enim simpliciter cibum uoratum nutrire corpus, & nulla noua qualitate afficere illud, ut nec calefacere, nec infrigidare, nec siccare, nec humidiùs qualitate reddere, non erodere, non astringere, non purgare aluum, nec etiam laxare, nec irritare: quodcunque enim horum aut similium fecerit, præterquam nutrire, non erit cibus. Atque eadem ratio de potu erit, sed nunc alimentum quod cibo, ac poti est commune, uoretur. Quod autem alimentum dentium eget, opere ut cibus dicatur: quod non indiget potus appelletur. Quod igitur nutrit, & immutat corpus, postquã nutrierit, quia non ex toto qualitas euincitur, uocatur cibus medicinalis, seu medicamentosus, ut lactuca. Tria uerò oportet ut habeat hic cibus medicinalis, quod nutriat, & quod facilè euincatur à natura, & quod suæ qualitatis uestigia postquam nutrierit, relinquat. At uerò si priùs excalefaciat, aut refrigeret, demùm uix nutriat, euictum tandem à natura alimentum medicinale dicetur, ut nasturtium, tale autem semper parum & ægrè nutrit, nec nisi postquam corpus aliena qualitate affecerit. Horum uerò alimentorum quæ uel medicamenta cibaria uocantur, aut cibi medicinales, duplex est genus: quoddam quòd sua qualitate agit excalefaciendo, uel refrigerando, aut siccando, aut humectando, & huic quandoq; contingit maximè alimento medicinali, ut sit purus cibus, ut lactuca in puero pituitoso, & fœniculus in calidiore iuuene, & minùs humido. Quoddam uerò genus non adeò frequenter est alimentum purum, ut quòd aluum laxat, aut irritat, aut erodit, si tamen cuiquam horum contingat, cibus erit. Est autem triplex discrimen inter cibum medicinalem, medicinamq; cibalem, nam cibus medicinalis omnis nutrit non parum, nisi sit ligneus, nec permutat multum à temperamento, nec celeriter: at medicina cibalis, & celeriter, & multum permutat, & omnis parum nutrit, quoniam plurimum est remota à temperamento illius hominis. Constat inquam quòd omnis cibus consimilis est illi, cui est cibus, & quod lactuca frigidæ & humidæ temperaturæ erit cibus, & temperato cibus medicinalis, & arido, ac sicco medicina cibalis: cùm igitur duo sint scopi in unaquaq; tẽperie non æquali, conseruare eam quæ est, & permutare in

Ciborum medicinalium duplex genus.

Cibus medicinalis in quo differat à medicina cibali.

Cibus omnis consimilis est illi cui est cibus.

melius, horum primam à consimilibus atque æqualibus fit, reliquum ab æqualiter contrarijs, aut minore potentia. Constat biliosis utpote in duobus gradibus cibos omnes contineri à frigidis, atque humidis in secundo gradu usq; ad calidum & siccum in secundo gradu. Itaq; à calidis & siccis in secundo gradu, conseruabitur ab omni cibo frigidiore illo, atque humidiore, ad meliorem statum traducetur, donec ad secundum gradum frigiditatis, atq; humidæ qualitatis peruenerit: à calidis uerò, aut siccis in tertio, uel quarto gradu lædetur, sed à frigidis & humidis in tertio gradu, non nutrietur penitus, & ægrotabit: possibile est etiam ut à frigidis, & humidis in secundo gradu non nutriatur. Quamobrem intemperies magna ad æqualitatem reduci non potest. Nam medicamenta uiolenter permutant, & non possunt esse perpetua, quam ob causam malefaciunt medici, qui malam temperiem confestim medicamentis reducere conantur. Cibus enim familiaris naturæ est, & longa consuetudine, omnem malam dispositionem tandem euincit: At in grauissima intemperie, cibus non potest esse, qui contrariam illi obtineat facultatem, ob hoc senes humectari non possunt multum, nam nec ab humidis ualde nutriuntur, nec citra periculum aquæ interius tales cibos assumere possunt. Dico autem cibum potētia humidum, nam substantia omnis cibus humidus est, omnisq; humectat, quia quod nutrit ut docui, totum pingue est, atq; ideò calidum & humidum. His igitur uisis, qui benè se habent, cibis solis indigent, qui autem minùs, medicinalibus cibis: qui uerò deteriùs, medicinis cibalius: qui etiam ægrotant, medicamentis. At quorum salus propè est desperata, nonnunquam etiam uenenis. Humectat etiam cibus omnis, quia sanguinem adauget, & calefacit etiam: præcipuè autem si tales natura sint, & homines eiusdem temperamenti. Triplex autem est cibi differentia, alia à qualitate ut calidus, aut frigidus, alia à substantia, ut cera, quæ temperata cùm sit, cibus tamen non est ob substantiam. Ergo uitellus oui, glycirriza, & cera temperamento sunt similia, primum tamē cibus est secundum medicina cibalis, admodum parum nutriens, tertium neutro modo. Verùm dices ptisanam, non ergo conuenire in morbis magnis, cùm sit cibus medicinalis, dicemus si uires substinerent multò meliora esse alia quædam, ut seminum peponum lac, quod in ardētibus dubio procul esset melius ptisana, & mercurialis folia in iecoris inflāmatione. Quæ Galenus proponit illi in hoc morbo: sunt & alia quę proprietate dicunt cōferre, iecur lupinū iecori, & cochleæ: uidebitur autē Galenus differentias horum enumerasse generibus omissis. In tertio igitur genere uenena etiam connumerantur. Est autem cibo magis proprium ut nutriat, atq; illius prima differentia nutrire, aut non nutrire: tamen præstant nutrimentum tenue, aut crassum, solidum, aut inane plura habere excrementa, uel non facilè, uel difficilè cōfici obnoxium esse corruptioni, aut uix posse corrumpi. Hęc igitur omnia ad primam, & maximè propriam differentiam cibotum, & portuum pertinent: calefacere autem, aut refrigerare, uel siccare, illius sunt ut medicamentum, laxare uentrem, aut confirmare membra, ad totam pertinet essentiam. Quapropter suis locis etiam dicemus de omnibus his, non tanquam cibo propriis, sed ut necessarijs scitu, sicut enim cognitio auricalchi necessaria est ad cognitionem auri, non quia sit aurū, aut auri pars: ita scire non possumus in quo differat alimentum puro cibo, nisi sciamus quæ sunt illi propria, secundum temperamentum, aut formam.

Scopi duo in temperie non æquali.

Medicamenta uiolenter permutant.

Medicorum error.

Cibus quilibet humidus est.

Nota.

Cibus omnis humectat.

Cibi triplex differentia.

Quæ à proprietate conferunt.

HIERONYMI CARDANI MEDIOLANENSIS, CIVISQVE BONONIENSIS

OPVS DE SANITATE TVENDA.

LIBER SECVNDVS.

De nouem hominum ſtatibus, ac eorundem diuerſis conditionibus iuxta ſanitatis conſeruationem. Cap. I.

Iuuenum optimus ſtatus.

OMINVM ſtatus nouem ſunt. Primus eſt ualentium iuuenum cum optimo habitu, calore uehementi, corpore admodum temperato, & æquali in omnibus ſuis partibus, cute denſa, latis uenis, nuſquam læſo, & aſſueto laboribus, frigori, & calori, à neutro multum patiens, & ut dici ſolet Polycleti ſtatua. Secundus eſt qui huic proximus eſt, & de his ambobus eſt ars tuendæ ſanitatis, conſeruandæ per planè ſimilia. Tertius eſt eorũ qui mediocriter ab hoc recedunt, ut poſsint ſi uelint, uelut priores, in eodem permanere, ſimilibus utendo: prętereà quã quod caueant ne ulteriùs labantur: Et in his moderatè contraria adhibere oportet, & magis in aëre, poſt in potu, inde in cibo, & magis omnibus in exercitatione. Quod ſi ſtatum mutare propoſitũ eſt, hic medius erit inter ſecundum & quartum, & fiet ſenſim, & per moderatè contraria, & otij tempore. Et in humido & ſicco maior diligentia adhibenda eſt: pingui & humido ſemper ad humidius, in qualitate ad contrariũ, quod cùm Galenus nõ animaduerterit, uiuendi regulam maximè in ſenibus perturbauit: ſi enim humidis rebus paueris, efficies hydropicos: ſi ſimilibus, duplo celeriùs ſeneſcẽt, quàm ſi humidioribus, & quare mellis uſum etiam decrepitis conſulit, ne dum permittit. Et unde Pollio, interiùs muſo, exterius melle? Quintus ſtatus eſt eorũ qui ſani ſunt toto corpore, ſed uno membro malè formato, ut lapide in ueſica, uel immodicè calido uel frigido, uel imbecilli, quibus duplex ſimul cura debetur conſeruandi totum, & eſt per ſimilia, & cuſtodia per contraria illi membro. Et manifeſtũ quod differt à tertio in hoc, quod ei poteſt adhiberi alterum regimen: ſed non ambo ſimul, in hoc ambo ſimul neceſſario: quia unum tantum non ſufficit, & hoc præcipuè in nobilioribus membris, quę ſunt cerebrum, cor, pulmo, iecur, & uentriculus. Poſt quæ ſunt ueſica, renes, & inteſtina, ubi ſi magnus ſit lapſus, ibi maximus in quocunque alio. Sextus ſtatus eſt eorum qui ſenes ſunt, aut morbo inſanabili detinentur: uelut lapide paruo, & leui ueſicæ, nec patiũtur exſcindi, carcinomate paruo in membro ignobili, ſed confirmato, enterocele, elephantiaſi etiam ab initio. Idem autem eſt ſi recuſent ſanationis modum, ut ſi ipſa morbi magnitudine ſint inſanabiles: Et ſi ulcus habuerint in pectore, & ſi capitis dolores per circuitus patiuntur, qui tamẽ ſanari non queunt uitiatis oſsium interioribus, ut idem de comitiali morbo laborantibus, de oculorum imbecillitate, qui ad cæcitatem tendunt: Horum eſt uera cura, ſed tamen ſola procraſtinatio finis, ueluti ſenilis hecticæ. Septimus eſt morborum, uelut à calculo renum, podagra, deſtillationibus, inæqualibus intemperiebus, præcipuè uentriculi, cum iecore, & cerebro: renum cum iecore in quibus prohibere nitimur aduentum morborũ. Octauus eſt in his, qui morbis inſanabilibus detinentur, uelut phthiſici, hydropici, damnati à magno, & rupto carcinomate, ut medici ſolùm blandientibus utantur: hi minimè ad præſentem locum pertinent, ſunt enim extra aleam, ut etiam qui ſub nono ſtatu ſunt

Conſeruatio ſanitatis per ſimilia quibus.

Quibus per moderatè contraria.

Quibus per ſimilia & cõtraria ſimul.

Membra nobiliora quæ.

Morbi uix curam admittentes.

sunt ægrorum phrenetici, hemoptoici, dysinterici, ardenti febre laborantes: horum enim est curandi ratio obseruanda, ut ex nouem partibus totius artis tuendæ sanitatis: scopus unum tantum ei parti, quæ est extra limites relinquatur: alterum quod curandi rationem prosequitur. Atque etiam in hoc plurimùm negocij habet custodia hæc.

Custodia hæc multis contingit, abstinendo ab omnibus noxijs, sed etiam nõ necessarijs, & in illis adhibere temperamentum: ut non solùm quale sit, eligamus, sed quantum, & quando, & ordinem, ac præparationem etiam adhibeamus. Necessarium dico quod plus habet commodi, uel tum, uel ex usu, atque consuetudine. Alio modo custodiam administramus medicamentis, aut auxilijs ualidis, ut exercitationi etiam immodicæ, purgationibus, clysteribus, euacuationibus, astringentibus, frictionibus, fontibus, balneis calorificis, ustionibus propè manus, aut pedes, & etiam caput, uentrem, pectus, irrigationibus, suffitibus. Cętera autem ut sani degunt edentes, ac bibentes, & dormientes, ac exercentes. Tertius modus est, ut utamur solitis in uictus ratione, uelut dictũ est, sed præparatis, uelut iure albo cum piscibus, in pituitosis muria, sinapi, raphano, in his qui non concoquũt pipere longo, aut albo, in cruditatibus gingibere condito, in frigido uẽtriculo diaciminite ex saccharo, si nihil est detergendum cum pipere, si detergendum ex melle cum eodem, inde embammata, iura, uina, & talia. Quartus est per propria, quæ excitant calorem innatum, ut in quibus ingreditur, ambra, crocus, enyceus, & nectar stillatitiũ. Quoniam uerò ista inuicem permisceri possunt, & per se esse ex quatuor modis erũt x v. quos utiles esse dico, sed raro contingit ut simplicis solùm sit usus: ut si ob paupertatem, aut aliam causam cogamur inseruire, homines etiam ciuiles nõ adeò possunt toti uacare custodiæ. Item si membrum aliquod multum sit læsum, & propriè cuius usus, ac operatio sit necessaria. Item quoties homo cogitur laborare, aut si non potest habere necessaria, uelut columbos, iecora gallinarum. Item cùm est aliquod necessariorum uitiatũ ut aër, aqua, habitatio ubi exercitij usu destituatur. Cùm etiam membrorum naturale iam cõtraxit noxam ex materia, aut ex noxa materiam præcipuum uẽtriculi os, post fundus: inde iecur, post renes, demum uesica, ubi salutem ex abstinentia expectare uolueris, plus augebitur morbus ex mora, quàm ex continentia minuatur: quamobrem adiuuare cogimur torpentem naturam. Item per quædã interualla, licet raro, & ualdè proprijs, aut prannio cogimur, modico & suaui, ac spatium concedere naturæ, nonnunquam occlusis etiam intestinis, ne colica superueniat prius expectando. Et ideò magnũ malum est paupertas, quia ipsa adducit morbos, & mortem, & luctus, ac tristitiam, contemptum neq; ob id desistit, & ob id quasi pessimum saltem nostra ætate: reliqua mala nõ adducunt adeò alia, neque paupertatem, imò plerunque uno adueniente, reliqua non adueniunt, & si iam acceperint, cessant. Quoniam homini ut paupertas est impedimento omnibus incommodis, ita iam inchoata adauget, uel nõdum cœpta irritat: at alijs in malis, cum non desunt necessaria homini, reliqua cõmoda nõn subtrahuntur: Et parcitate, ordine, amicorum auxilio, & bonorum, domesticorum, ac proprio consilio potius auget rem, quàm minuat, & ita commoda alia augendo solatium in calamitate. Et maximè quia paupertas tollit amicos, defensores, famam, inde contemptum adauget (sic enim usu apud mortales comparatum est) & hic est alter miseriarum ortus. Redeundo ad rem, hi etiam qui oris uentriculi imbecillitate laborant, uix possunt eo primo modo esse cõtenti, nam imbecillitas oris uentriculi parere solet uertiginem, comitialem morbum, cordis defectum, inappetentiam, capitis dolorem, & nõnunquam materia ad cerebrum ex illo transit, & præcipuè in febribus, item insaniam, & timores ualdè molesta, propria mortui καρδιωκτυς dolori spiritus paruus, & dẽsus, est etiam illius propria quędam affectio singularis. Et alia quasi ei contraria laxitas, seu quam uocant relaxationem, item rosio, ac alia quæ propriè accidit, cùm non potest concoquere cibos duros, & graues: Propria quoque fames, nimia sitis, stupinitas, subuersio, fastidium, nausea, uomitus, eructuatio, saliuæ abundantia, oris quædam siccitas, syncopis etiam quandoque interficit. Accidit etiam illi distensio, qua

Quæ pro custodia adminis tranda sunt.

Nota.

Calorem innatum excitãs.

Paupertas quã tum malum.

Incommoda imbecillitatis oris uentriculi.

5. De locis cap. 1. & 2.

os latè hiſcit. Vnde non concoquit cibos, & dentes etiam halitu corrũpuntur. Item oculis impedimentum ex hoc ſuffuſioni propriè ſimile, ſed & tinnitus in auribus: cum ergo tot cõtingant, & tanta mala ex hac parte imbecilli, & ſi nutrias magis læditur, quia ſi uentriculus fuit imbecillis antea, quantò magis nunc, cùm materia acceſſit, & quicquid accidit incocto, tranſit in ſimile, & aliquãtò deteriùs, ſi bilioſum, bilioſius, ſi craſſum, craſsius, ſi putridum, putridius: Si nõ nutrias, uentriculus fit imbecillior, quia illius tunica quæ communicat gulæ, ſolùm nutritur à cibo, & potu, ideò talibus non ſufficit abſtinentia. Ideò habere os uentriculi ualidum, multum facit ad robur ualetudinis, ob abſtinentiam quam poſſunt perferre cibi, ſicut è diuerſo os uentriculi imbecille, facit ad uitæ longitudinem, & ſanitatem longam, & maximè ſi facilè euomãt, aut eructent: nam omnem minimam noxam errorum ſtatim ſentiunt, & coguntur abſtinere, quod in imbecillitate iecoris plurimum nocet dum minùs ſentiunt, & magis tamen afficiuntur. Ergo habentibus os uentriculi imbecille, aut aliud membrum è nobilioribus ualdè uitiatum, his cõuenit aliquod auxilium innocens proprium, ualdè rarò, potens tamen, & in pauca quantitate.

Nota.

Commoda oris uentriculi robuſti.

Quomodo oris uentriculi imbecillitas faciat ad uitæ lõgitudinem.

Quo uiſo, dico quod ex his x v. modis, primus omnium eſt optimus præcipuè in ſene, & quantò ſenior, tum quia his eſt generaliſsimus omnib. magis ex æquo conueniens, uelut circunferentiæ partes omnes minùs diſtant à centro, quàm inter ſe. Eſt etiam facillimus, quia pauciſsimis indiget, & quoniam naturam habet ſui operis miniſtram, quæ toti ſimul ſatisfacit æqualiter, aut propè. Etenim uix cõtingit in tanta multitudine membrorum, ac cõtraria etiam in ſaniſsimo corpore, quicquam adminiſtrare egregij auxilij, quod nullum ex illis offendat. In his etiam magis mutatur conſuetudo, & magis repentè quàm in continentia, nec quod multum refert cogitur natura, nec aſſueſcit in noxa externum auxilium expectare, ex quo tempore morbus ſemper fit deterior, & aliquãdo euadit in lethalem, nec ſi aberres tam magnum periculum incurris. Auxiliũ petatur ex conſuetis, iucundis, & patrijs ratione duce utilibus experimẽtis, inde confirmaberis in propoſito. Exemplum in frigido, & humido, & laxo, qui os ſuperiùs hians habet, dabimus lenticulam bis coctam, ſecũda uice cum iure leporis, & ſi refrigerat, addemus pulegiũ, aut anethum, aut croci orientalis, ſed rariùs aut in magno frigore, piper album.

Auxilium ex conſuetis.

Porrò ſingulis horum x v. modorum, commune eſt ut optimis auxilijs curentur, ut optimè curari queant, optimè autem curari palàm eſt quod conuenit, ſtultumq; eſſet ſecus aut nefandum: optimũ igitur quot modis dicatur eſt intelligẽdum, optimum ſimpliciter eſt quod maximè propinquum humanæ naturę, ut ſomnus, panis ſiligineus, cuius proprium eſt ut pluribus conferat, & paucioribus nocet. Et detrimenta quæ parit in pluribus ſunt minora, & ut optimè habitis plus emolumenti afferat. Dicitur & optimum, quod ratione optima conuenit omnibus, ſubiecto autem non eſt unum: ueluti ſimile temperatis, & ſimillimum eſt optimi caput: & contrarium intemperato, & magis æquale, & in ſubſtantia ſimile: Et hoc dicitur per analogiam iuxta conſuetudinem, nam re diſtinguitur per genera plurifariam: ſimile contrarium, & ſubſtantia conuenies, cui Galenus nomen proprium nõ adinuenit, ſed ueluti in tenebris cæcutienti dixit, modo ſimile, modo ſemper humidum, et ſpecie etiam ueluti calida frigidis, frigida calidis: non ſunt autem eadem calida frigidis, quamuis conueniant in hoc quod ſint contraria, ſed contrarijs inter ſe, & ſimilia alia magis, alia minùs, unde piper non eſt idem cum abſynthio, etſi utrumq; calidũ. Eſt & quartum genus optimi ſimile in genere pro conſeruando in intemperie, & hoc habet ſuas ſpecies, ſimile magis, ac minùs, hoc igitur ita optimum eſt, ut in ulla re ſubſiſtat, ſed in ſola comparatione. Sic & quintum genus quod non eſt neque ſimile, neque contrarium, ſed habet comparationem: uelut uitellus oui uentriculo, qui nil aliud perfectè concoquere poteſt, omnibus his modis, & alijs uelut proprietate dicitur optimum, quod maximè ratione conuenit. Tertium optimi ſignificatum eſt quod homini habenti temperaturã uentriculi admodum frigidam, & uentriculum magnum, cum amplo ore, & iecur calidum cum anguſtis uenis, cibus aut medicamentum quod ei conuenire deberet iuxta omnes conditiones pariter acceptas,

Optimum quot modis dicatur.

Nota.

ptas, seu illud esset simplex, seu compositũ, conditiones hæ sunt in primis, & secundis, & tertijs qualitatibus, in similitudine substantiæ, in densitate, in eo quod sit sine noxa, & multitudine, mediocre uincat in his quæ opportuna sunt, & uincatur re-
notum, & contrarium corruptioni familiare, quod etiam facilè eligi, & haberi pos-
sit medium in crassitie, aut tenuitate, aut quale esse debet (quod de omnibus condi-
tionibus intelligi debet, scilicet alternatim) suaue quod flatũ potiùs discutiet, quod
admittat præparationes optimas, & plures, & non ualde operosas, & quod præter
reliqua facillimè concoquatur. Sed de hoc mox, & diffusè. Quartum optimi signi-
ficatum est, quod non ad morbum, & ægrotãtem in specie refertur: sed omninò ad
eum qui curari debet, utimur eo cùm res est in arduo, uires labant, aut morbi socij
cum illo ruinam minitantur, uelut coctio, utemur uice uersa cum celeritas facti ur-
get, & morbus minùs periculosus est. In uniuersum ergo intelligo per optimum. *Optimum quid.*
Quarto modo quod ex ratione omni citra tamen experimentum conueniret illi ho
mini ad uitę longitudinem, ad corporis incolumitatem, quatenus posset illi conue-
nire ad robur, & decentem habitum. Quatuor enim hæc spectanda sunt, sed quin-
to modo etiam addita experientia omni, illis rationibus & præparatione, & etiam
permutatione aëris si necessaria sit, ut addat hic modus si necesse est tres obserua-
tiones supra quartum, & ideo hic modus in opere est perfectissimus solùm. Primus *Signa optimi habitus ac temperamenti.*
autem consideratione, & consistit in hoc, quod ex tali ratione uictus conseruentur
illa quatuor nuper dicta, & hoc medio generationis sanguinis omninò mediocris,
qui neque sit serosus, neque crassus, nec lentus, nec siccus, nec frigidus, nec nimis
calidus, boni coloris, & qui benè fluat, & sufficiens in quantitate, & ut benè nutriat
corpus, nec facilè corrumpatur, ut sit boni habitus, pinguis potiùs, quàm macer, ro-
bustus, tolleret labores, benè dormiat, cum somnis paucis, ac lætis, cum animæ ope-
rationibus, memoria, sensibus, cogitatione, bonis nec impeditis, corpore leui, & de-
siderio exercitationis, appetitu congruo cibi, & rerum bonarum, saliua dulci, &
mediocri absque pruritu, pediculis, oris sapore malo, & odore quouis malo, deie-
ctione aluí, & urinarum, & hic est modus dignoscendi primum, & quintũ modum.
Primum qui perfectus est ratione, & est optimum in deligendo materiã medicam.
Quintus in opere, & fine. Cùm uerò omnes res mortales sint in continuo fluxu, il-
lud optimum primi modi uariatur regione, & tempore, ut uinum quod est aliquan
do optimum, permutatur in acetum, uel quod deteriùs est, corrumpitur. In quinto
autem modo etiam fit peruerso, & mutatio, sed non tanta, quia non hoc uinum o-
ptimum est quo semper utimur, sed optimum singulo tempore eligimus, experi-
mur, probamus, & utimur. Tria genera media secundum, tertium, & quartum, opti-
mi sunt ad coniecturam, quod optimè ratione conuenire potest in secundo gene-
re, ut est in suo genere non contractum ad aliquam speciem, uelut quod optimum
est, quod conseruat unumquodque in suo statu, aut reducit, uel quod neutrum ple-
nè, & exquisitè facit, sed conseruat per similia paulatim, & sensim per leuia, contra-
ria contrahendo quasi freno indito, ne ulteriùs possit augeri. In tertio significato
præsupponimus laborantem cum suis dispositionibus proprijs, tam naturalibus,
quàm præter naturam, quibus occurrere debemus. Quartum differt à tertio, quia
decernit hominem cum suis præsentibus conditionibus, utpote ætate, consuetudi-
ne, moribus, ut quidam qui nolunt à uino abstinere, nec ieiunare, uel cauere à Ve-
nere. Et in uniuersum quartus modus est specialis desumptus in operando à mor-
bis generalibus, id est, ratione ut dictum est. Tertius autem à speciebus rerum, &
conditionum præter naturam, sed non à proprijs hominis, uelut secundus gene-
raliter solùm considerat curandi rationem, non determinando, sed ad proprium, ut
pote si debeat curari conseruando per similia, aut reducendo per contraria. Est &
sextus modus per comparationem nil simpliciter affirmãs, uelut quod lens bis co-
cta est optima, addito croco, aut pipere, & pulegio cum carne léporis. In hoc non
dicimus quod nullo modo quod lens optimus sit cibus simpliciter, sed quod inter
legumina utimur, hoc in inopia bonorum ciborum uel obtemperando necessita-
ti ægrotantis, uel illius mollitiei, uel ob singularem quam secum habet proprieta-
tem,

Lenticulæ phthisicis bonæ.

tem, ut in phthisicis, uelut Hippocrates, est enim suauis cibus, odoris boni, facilis concoctionis.

Facilis coctio in cibis quid præstet.

Postquam autem incidimus in sermonem de facili cõcoctione, dico quod facilis concoctio in cibis obtinet plusquam dimidium conditionum omnium boni cibi: nam reliquæ sunt, ut bonum exhibent alimentum non facilè corruptioni obnoxiũ, plurimum, solidum, consuetus sit, suauis, innoxius, & non multorum excrementorum in prima, uel secũda coctione, ut eius sit copia: & ut possit benè præparari, nam hæc conditio deesse uidetur inter cætera, cerasijs & ficubus siccis. Dico ergo quod cibus qui facilè concoquitur, erit suauis, nec supernatabit, & si consuetus, facilè cõcoquitur, qui facilè concoquitur, erit consuetus, nam consuetus melius concoquetur perfacilè, intelligo enim simpliciter. Quocirca nec flatus gignet, tum quia non benè concoqueretur, non enim gigneret, & supernataret, nõ ergo facilè concoqueretur, & si facilè concoquitur, bonum celeriter præbet alimentum, nec corruptioni obnoxium, in eo calor naturalis aliter esset excrementitium, ideò non multum nutriret solidum: concoctio enim condensat, authore Aristotele, in prima uel secunda coctione, si plura excrementa gigneret, non facilè concoqueretur. Est etiam innoxium, quod facilè concoquitur, à noxa enim coctio etiam externa impeditur. Præparatio in cerasis fit coquendo, in saccharo, dum decerpta sunt, et amisso etiã aqueo humido maturantur. Propterea ficus sicci non debent edi, nisi plenè decorticati, sic enim facilè concoquuntur, utiles sunt uentriculo, & aluum molliunt, & iuncto aceto, & piperi, uel rutæ utilissimæ iecori.

Cerasorum præparatio.

Ficus sicci.

Facilis coctionis signa.

Quòd uerò facilè concoquitur est, primum si nullum uentriculo infert negociũ, si corpus citò reficit, si urinam paulò pòst & calidam cit, si substantia similis, ut caro suis annui benè exercitati, si friabilis manu, & in ore, si aqua breui dissoluitur, igne, pistillo, si præparatus, consuetus, si leuis, nec tamen siccus, si albus & coctione etiã multò candidior factus, in candidissima enim rara, si naturâ calidus & humidus, nõ superfluè, si genere ut sanguineũ specie, ut castrati cibo, ut aues, quæ granis uescuntur partibus, ut tale iecur lactes pulmo sanguis cerebrum: præterea odor, sapor, & hora descensus. Famis enim aduentus paulò antè bonum signum multa cruditatis ex aduentitijs seu superuenientibus, somnus præcipuè profundus & longus, aut saltem quies. Præparatio autem, quæ magnam uim habet, est resolutione excedentium, & emollitione substantiæ, & permistione partium tenuium cum crassis & humidi distributione. Et emollitio fit uel tundendo, uel madefaciendo, uel liquando, in partibus autem ipsis, & potestate ab acribus, salsis, & acidis.

XVII. *Præparatio quæ.*

Emollitio quæ.

De Particularibus alimentis pro diuersa hominum natura. Cap. II.

Vt quid nutriat.

Ciborum diuersa temperamenta.

Temperamentum quid.

Proprietas particularis.

VTm necesse sit nutrimentum in nutriti, aut nutriendi substantiã conuerti, illud in primis notandum, non unum esse, idemq; omnium particularium ciborum temperamentum: atq; in hac diuersitate, unum quoddam non dari toti humanæ naturæ commune, cùm neminem latére excogitemus, nõnullos nostra tempestate arenã, aut pannos lineos pro cibo deuorasse, alios panem unquam appetiuisse, solis carnibus, ouis, piscibus, & huiusmodi uescentes. Et cùm temperamentum hoc loco dicimus, formam illam, quæ ex tota nititur substantia, intelligimus, cui hauddubiè qualitatum quatuor mixturam quandam inesse declarauimus. Ideoq; calidum'ne, an frigidum, humidum an siccum, aut huiusmodi tandem habendum, existimandumq; sit, ignoramus: proprietatem autem quandam sæpenumerò particularem in multis experimur, qua alij caseum, utputa, auersantur, alij absthemij sunt, nonnulli poma, cucurbitã alij, alij aliud odio habent, ac euitant. Memini enim me cognouisse quendam, qui nedum cùm cucurbitam comederet, sed etiam condimenta, in quibus parum cucurbitæ ingrederetur, eius lingua intumescebat: huiusq; rationem adduximus in sexto Contradicentiũ, sicuti & multorum aliorum, quorũ obseruatione tantùm, atq; experientia, & nulla alia ratione adhûc cognitio habita est: nunc enim tẽporis unà cum Galeno ad eam, quam occultam

occultam uocãt, proprietatem omnes subterfugiunt. Sed hæc missa faciamus, cùm præsentis nõ sit instituti, de his namq; egimus satis in libris Contradicentium. Nũc uerò à nobis potissimùm consideranda est ciborum substantia, an uidelicet crassi, an tenues, an calidi, an frigidi, & huiusmodi naturæ sint, ut quilibet conuenientem sibi ad sanitatis conseruationem eligere possit. Alijs enim crassus conuenit cibus, alijs tenuis, alijs calidus, alijs minùs calidus, & sic de reliquis, nec hoc pauci est momenti: sicuti enim uidemus animal exuriens quandoq; præ nimia edendi auiditate, limum, lutum, & multa alia praua comedere: sic & membra cùm proprium atq; sibi conuenientem cibum non habeant, attrahunt naturali quadam necessitate humores prauos, qui in eis putrefiunt, secundum temporis spatium quousq; adacuentur, ac super cale fiant, & calidas generant ægritudines, & febres acutas, & alias huiusmodi. Quare Princeps tertia Primi inquit: [Ille in quo mala digeruntur nutrientia, ob hoc non decipiatur, quoniam post dies nõ multos, mali in eo generabuntur humores, ægritudines, & pernecantes facientes.] Quod & sensit Galenus tertio de Alimentorũ facultatibus dùm dixit: [Non igitur oportet nos in purgandis seminibus, quę ad esum comparantur, esse negligẽtes, persuasos etiam si noxam, quę quotidie fit ob exiguitatem, sensu non percipimus, quod tamen longo tempore ex ipsa aceruatur, tandem erupturum:] Nec non & in secundo loquens de cucumeribus, addidit: [Ob eam igitur causam, ab omnibus praui succi edulijs censeo abstinendum, etiamsi ea aliquibus concoctu sint facilia. Nobis enim nõ aduertentibus, praauus succus ex ipsis post longum tempus in uenis colligitur, qui postea exiguam ad putrendum occasionem nactus, febres malignas accendit.] Et ideò dici solet, ne gaudeant malis cibis utentes, quoniam si in præsenti nocumentum non sentiant, futurum tamen periculum non euadent. Constat igitur cibaria in generali nec absolutè tenuia, nec crassa pro sanitatis conseruatione commendari. Tenuia enim & mollia, & si facilis sint coctionis, & in sanguinem conuertantur, & membris assimilentur facilimè tamen corrumpuntur, nec solidum præbent alimentum, sed imbecille, & exiguum, nec danda sunt uentriculum habentibus calidum, & multam bilem generantem: quia corrumpuntur, & in bilem uertuntur, ideò tales crassos melius conquunt cibos, quàm tenues, & melius carnem bouinam, quàm hœdinam, & pullorum, & hoc ob uehementiam caloris agentis in chylum cibos tenues superassantis, crassos uerò optimè concoquentis. Conuenient ergò tenuia cibaria generãtia sanguinem purum & subtilem, corporibus non multùm se exercentibus, & debilem calorem innatum habentibus, & illis præcipuè, quæ epatis, obstructionibus, aut alienis, & renum, ac cerebri, & aliarum corporis partium superfluitatibus subiecta sunt. Crassa autem cibaria, ueluti sunt lenticulæ, lépores, castaneæ, fungi, fabæ, oua dura, & frixa, caro ceruina, ursina, bouina, rapę, crudę præsertim, phaseoli, pisces duri, & magni, caseus & huiusmodi similia: etsi nullis conuenire uideantur, eò quia crassum generent, succum, & concoctu sunt difficilia, atq; obstructiones faciunt, & corpus aggrauant, & membra, uenasq; crassis, ac lentis humoribus replent, & chronicis, atq; curatu difficillimis affectionibus, corpus disponunt: nihilominùs aliqua reperiuntur corpora, quæ coacta sunt, huiusmodi crassis nutriri cibis, uel consuetudine iam multis annis contracta, uel quia sunt admodùm calida, quæ & multo utuntur exercitio, somnoq;. Ideo solido indigent nutrimento, quòd præstant cibaria crassa, si tamen conficiantur, ut fuit sententia Galeni in libro de cibis boni, & mali succi. Inquit enim: [Quicunque plurimum exercere se possunt, somnumq; pro eo, ac lubet producere, uitamq; delegerunt à ciuilibus negotijs procul, possunt sanè hi crassi, glutinosiq; succi cibus capere: præsertim si cui post longum horum esum, nullus nunquam in dextero hypochondrio, aut ponderis, aut tensionis sensus oboriatur. In pauca tamen quantitate assumi debent, ut concoqui possint, ne quis sibi persuadeat, dum solido indiget alimento, si plus de eo assumat, eò maiorem sentire debeat corporis restaurationem, imò si plus, quàm par sit assumpserit, ut ea concoquere non possit, tantùm abest ut corroboretur, quòd maiorem etiam sentiet corporis molestiam.] Cibaria ergò quæ generaliter laudantur, sunt ea, quæ optimum

Considerandа in cibis quæ.

Nota.

Cap. 7. Malũ nutrientia cur euitanda.

Cap. ultimo.

Cap. 6.

Tenuia cibaria quæ, & quibus conueniant.

Crassa cibaria quæ & quibus conueniant.

Cibaria crassa solidum præstant alimentum.

Cap. 3.

Cibaria laudabilia quæ.

præbent alimentum corpori noſtro, quę neq; craſsi, nec glutinoſi ſunt ſucci, ex quibus ſanguis generatur ſtatus mediocris, cum ualdè tenuia (ut diximus) uitioſa ſint, & quæ ex eis nutriuntur imbecilla, atque macilenta corpora reddantur, ob exiguũ quod dant alimentum, qualia ex dicendis colligi poterũt. Eadem ratione dicendũ erit de calidis, frigidis, humidis, & ſiccis. Calida enim ualdè, cùm calorem noſtrum accendant, ac corporis naturales humiditates exſiccent, atq; abſumant, ut Galenus primo de Temperamentis, ideò euitanda ſunt, niſi fortè corpora ualdè frigida forẽt, & tempore hyemis, ac regione Boreali, quę tamen pauca eſſe debent, atque rarò aſſumi: quicquid dicat Galenus, & ea non ſolùm quæ uirtute, & potentia nimis calida ſunt, uerùm etiam ea, quæ licet temperatiſsima ſint, actualiter tamen multùm calida percipiuntur. Valdè etiã frigida actu, uel potentia euitari debent: frigida enim omnia naturæ ſunt inimica, quæ & ſi aliquando à iuuenib. ſuperari uideantur, cùm tamen ætate cõſiſtunt, in multos, & diuerſos morbos incidunt chronicos, & articulares præcipuè, iuxta illud Hippocratis quinta Aphoriſmorum: [Frigidũ eſt inimicum neruis, oſsibus, dentibus, cerebro, ſpinali medullæ, &c.] ut & Galenus tertio Acutorum, licet in corporibus calidis, tempore æſtiuo, ac regione calida temperatè adminiſtrari poſsint, ueluti & ſicca, ubi dominatur humiditas. Pro ſanis aũt, & optimè temperatis corporibus, eligi debent cibaria, ad humiditatem temperatam declinantia, quæ non modò utilia ſunt uitæ, ſed etiam neceſſaria, cum calido & humido nutriamur, ut author fuit Philoſophus primo Metaphyſicæ: eorum tamẽ ſuperfluitates cauere debemus, cùm facilis ſint corruptionis. Omnis autem repletio qualiſcunq; fuerit, ſemper mala, iuxta illud Principis: [Omnis uehemens ſatietas, & crapula calorem ſuffocat, & extinguit, quemadmodum excedens olei quantitas extinguit flammam lampadis, ideò nulla eſt deterior commeſtio, ea quæ ſtomachi grauitatem facit.] Quare qui natura frigidi ſunt uentriculi, cauere debent, cùm maior lõgè eis inſit cibi appetentia, quàm concoquendi facultas: & ſi quis, exempli gratia, plus de cibo præaſſumpſerit, & grauitatem ſentiat, à cibo die ſequenti abſtineat, & longo utatur ſomno, uarietatemq; ciborum euitet, cùm maximam inducat uentriculo inquietudinem, ut Galenus tertio Acutorum, & primo de uſu partium, cùm nihil deterius ſit, quàm diuerſa nutrientia ſimul adiungere: uelocioris enim ſunt corruptionis, & non minùs, quàm ſi quis cibaria craſſa, & difficilis concoctionis anteponeret lubricis, & citò penetrabilibus, ac facilis coctionis. Viſis tandem uniuerſalibus, quæ ad uictus rationem pertinent, reliquum eſt, ut ad particularia deſcendamus, ac de ſingulis cibarijs in ſpecie, quæ noſtris temporibus in uſu habentur, ſermonem habeamus, & à pane prius initium faciemus, uelut omnium ciborum fundamentum, quem optimum eſſe, quantum referat, docet Galenus, & Princeps, ut infrà uidebimus.

Valdè calida cur euitanda.

Cap. 2.

Frigida ualdè cur uitanda.

18. Com. 40.

Repletio ſemper mala. In canticis.

Qui plus appetunt quàm concoquant, quid agere debent, & cur. Com. 37. Cap. 4.

De Pane, & eius differentijs. Cap. III.

Panis tria diſcrimina.

PAnis tria ſunt diſcrimina, à grano, à parte, & à præparatione. Granorum è quibus panis conficitur plura ſunt genera. Triticum, Siligo, Millium, & hæc maximè in uſu, præter hæc ſorgum, & hordeum fieri poteſt, & ex zea, ac rizo, atque alijs multis. Omne enim granum, ſeu legumen quod edi poteſt, dùm molitur, ac pinſatur, & coquitur tranſit in panem. Olim ſiligini gratia maxima, nunc frumentum omnibus præponitur. Sed ex ſiligine ſiligineus, uerùm ex flore fiebat tritici. Circa hanc diſputationem multa in Auicennæ Commentarijs, quæ publicè ſum interpretatus, docui. Optimus igitur è tritico, & qui ex ſimilagine, alij præferunt florem farinæ, & qui optimè præparatur, leuiſsimus his eſt: flos farinæ tritici aqua decoctionis radicum lupullorum excipitur, optimè pinſatur, fit molliſsima paſta, adeò, ut uix in panes formari poſsit, additur ſal, multum foueatur, ac diutiùs reliquo, fermentum eſt moderatum, coquitur igne leuiore. Hunc uocant Germanicum, quo ego utor etiam pro ægris. Quod ſi farinæ zeæ pars tertia addatur, curabit etiam hydropicos, nihil in concoctione prima prorſus negocij exhi-

Ex quibus panis cõfici poſsit.

Panis optimus, ac Germanicus.

Nota.

exhibens. Partes farinę etiam olim quatuor, ut Celsus ait, erat flos, quem putant nomine siliginis significari, & ut purior, ita facilius concoquitur, & plus alit, sed magis obstruit. Post ex simila, inde quod αὐτόπυρον Græci uocant, & ex polline infirmissimus panis. Præponendus est optimè fermentatus, optimè subactus, sed & mediocriter molli pasta, & mediocriter coctus. Nam hic etiam satis spongiosus est, & satis leuis ponderis, cùm leuissimus haud bonus sit. Sed & ratio habenda est eorum, qui ututuntur: Fossor enim duriore, & magis nutriente, & ponderosiore egebit, qui uentriculi imbecillitate laborat, quiq; scirrhis iecur paratum habet, leuissimo, spongioso q; indigebit. Aphtopyros indicat naturam suam cùm totum frumentum contineat, & furfuraceus sit. Verum & panis totidem partes erunt, crusta prima, quæ parum alit, dentibus incommoda, maximè imbecillibus, praui, & bilioſi alimenti, adeò ut facilè amarescat: medulla, quæ nisi bene paratus sit panis, admodum mala est, obstruitq; , quoniam lentum præbet alimentum, & obstruit, crusta tenuis, quæ duriori subiacet in omnibus penè panis speciebus optima, & media crusta, quæ duas crassas interiacet, qua in panibus uti præstat, qui malè conditi sunt, & hac ego assiduè utor. Est enim buni, & mediocris alimenti, omni ratione dentibus, & uentriculo commoda.

Lib. 2. c. 17.

Proœ. Alim. cap. 2.

Nota.

Panis partes quæ.

Medulla panis mala.

Panis pars melior.

Optimum panem ex conficiendi modo describit Princeps: & dicit illum esse in tanor seu tanur coctum. Est autem Tanor figulinum uas, ouali quasi figura oblonga, atq; rotunda, sed non in acutum tendens, crassitie digiti, longitudinis trium cubitorum, latitudinis duorum, altitudinis unius, aut circa, & in summo tendit in rotundum, habetq; foramen angustum, per quod exit fumus: iacet autem clibanus super lateres: circum circa, extruitur laterum strues, cui ignis supponitur, & sub eo etiam, quibus accensis pars intus ponitur, ut totum uas incalescat, inde pasta in placentę formam digiti crassitudine imposita, exteriùs, atq; interiùs æquali ratione coquitur, ut panis fiat incomparabilis, occluditur autem superiùs foramen.

Tanor quid.

Panem præterea optimũ esse ait Auenzoar, qui sit eiusdẽ diei facilè enim siccatur, & durus fit: pessimus calidus: si non apertè refrigeratur, longè deterior euadit: ergo cùm in aperto debeat refrigerari, oportet ut eius usus sit ab hora, in qua extractus est à clibano quarta, ad x x i i i i. secùs succesit nimis, crusta autem crassior debet elidi: medulla intima rarò est exactè cocta, optimæ sunt partes, crusta media, quę sub crassa, & exusta latet, & alia quæ duas extremas ungit, uocatur à Mediolanensibus *l'orlo*, Latinè limbus, seu laterarius, & medulla quæ alterutri proximè subiacet.

In proœmio sui libri.

Panis ætas.

Cùm autem mora reddat illum siccum resoluto humido aqueo, etiam difficilem reddit ad concoquendum, & ingrati quoque saporis, & qui difficulter manditur: pessimus autem qui ex mora muccosus euadit. Cùm ergo & durus, & siccus ex mora, itidemq; muccosus efficiatur (hic malè olet, & prauus admodum est,) necesse est mucẽum siccitate oriri. Quomodo ergo quod etiam in panibus obseruaui, contra id quod uerisimile est, ex sicco facilius putredo oritur: an quia non in sicco, sed in humido, ut par est muccus oritur: sed humido extracto, aut extruso à calore uicino putrescit. Indicio etiam est ita fore, quoniam solùm exterius, & intus in cauitatibus mucescit. Et qui maximas habet cauitates, tùm uelut biscoctus, sed integer, celerius persæpè mucescit ob eandem causam. Et ita seruatur loco calidiore: siccum enim conseruat, & calor ut siccat etiam: sed ubi plurimus humor fuerit, & crassus, tunc maximè mucescit. Oportet igitur calorem siccitate esse potentiorem: unde etiam in aëre, & constitutione pestilenti mucescit aëri expositus in paucis horis. Et si primum refrigeretur, facilè etiam mucescit, & loco clauso, ob id quod nec potest uehementes siccari, nec refrigerari. Humido igitur externo, & sicco interiore mucescit. At qui brumalibus diebus fit, in multos annos siccatus seruatur, nec mucescit: cùm non antea calescat, quàm exsiccetur. Et ob id mollior panis non facilè mucescit, nisi in aëre ualidè humido. Est ergo mucor ubiq; contigerit expresso humido,

Panis ex mora siccus malus.

Panis quomodo mucescat.

Quid mucor.

ac à calore externo putrefacto, interiùs autem siccato. Qui uult panis artoxyri confectionem intelligere, uideat Romæ, quomodo componantur, ac conficiantur Zambellæ ex flore farinæ pinsito, est tamen densior alio communi, licet leuior, suauior, candidior, etiam si saccharum addatur: alij addunt butyrum, tumq; crassius efficitur. Ex optimo tamen confici debet tritico, non enim ex quouis genere, nec ex quouis loco, nec agro, nec ex quouis aceruo, nec quocunque tempore indifferenter capere nobis fas erit: non sanè paruo distare inter se discrimine uidemus fruges, atque alias alijs antecellere. Italicum namq; triticum Siculo, Siculum Germano, Gallicoq;, atque etiam hæc eadem inter se bonitate certare animaduertimus, pro locorum differentia. Montanum semper alijs eiusdem regionis præstat, tanquam magis perflatum, & minùs excrementitium: & quod ex agro sicco, ei quod ex uliginoso metas: differt enim quod in siccis & non pinguibus regionibus natum est, ab eo quod in fertilibus, & pinguibus oritur, illud enim tenuiorum partium est, & facilè conficitur, mutaturq;, sed minùs nutrit, ueluti sunt ea, quæ in locis exustis oriuntur, quæ cum pinguedine careant: & nutritione, triticum album, & laxum efficitur, an quod in pinguibus & fertilibus locis nascitur, copiosa & solida materia educatur, ideò densum & graue est, atque multum alit, sicuti quod in locis calidis oritur, quod enim in frigidis tenuium est partium, & exigui alimenti. Et quod palustre est, alimento uacat: estq; leuius, & uitiosum sanguinem facit, etiam cuius nam ponderis, caloris, constitutionis, gustus, atque odoris sit inquirendum. Pondere enim cunctæ commendantur fruges, ponderosumq; probatur triticum, & in colore rufescens, cum nitore. Densum constitutione, ac firmum sit granum, compactumq;, & minimè rugosum, quod si teratur dentibus, facilè deprehendetur, gustus quoque naturam deteget, sicuti & odor. Quod enim graueolens est, & gustui iniucunditatem affert, perspicuum est id mali succi esse, & difficulter concoqui, sitq; medium in ætate, nouum non laudatur, nec antiquum, nouum enim præ nimia humiditate, ac uisciditate, difficilè concoquitur, & flatus, ac uentris rugitus generat. Antiquum uerò siccum est, & minimè nutrit. Mundum etiam sit à granis alijs illaudabilibus, ut lolio, cicerculis, & huiusmodi, nec aliqua mala qualitate sit affectum, & eius farina, pro pane conficiendo optimè sit emolita, et non adeò tenuissimè, ut plurimum furfuris habeat, illa enim nigrior redditur, & sanitati obnoxia, ob subtilis furfuris quãtitatem ei admixtam, ex qua furfuraceus fit panis, quem parum alere experimur, uentremq; multis excrementis implere, & facilè subsidere, propterea quod furfur leuem habet detersoriam facultatem, qua intestina irritãtur, & celerius fit deiectio, eius namq; natura calida est, & sicca, & mũdificatiua magis, quàm farina, & paucissimum præbet nutrimentum, quinimò pessimum, cum panis furfuraceus melancholiam generet, teste Principe. Quantò ergo panis purior, & à furfure magis immunis fuerit, tantò meliorem generabit humorem, tardioris tamen erit descensus. Quapropter farina sufficienter & non superfluè molita esse debet, ut crassi remaneant cortices, nec possint cribrari: ex huiusmodi enim fit panis in primo gradu excalefaciens, qui tamen copiosiore indiget fermento, non tamen superfluo, multaq; subactione, alioquin illius massa lenta admodum fuerit, & ponderosum reddet, qui tardè dejcietur, & difficulter concoquetur, atque panis azimo similis fiet, qui grauissimus est, & athletis tantùm conueniens, de quo loquitur Galenus primo de facultatibus alimentorum. Et quamuis aliæ sint panis simplicioris ex materia differentiæ, ut superiùs diximus, quia tamen ferè in usu non ueniunt, nisi in maxima tritici inopia, ac insigni annonæ charitate. Ideò sufficiet nobis de omnibus egisse in Auicennæ commentarijs: quæ breui, fauente Deo, in lucem trademus, cætera uerò prosequemur, atque de alijs frugibus, fructibus, & plantis, suis locis agemus.

Triticum bonum & malũ.

Farina qualis.

Furfur uires.

Panis azimus.

Cap. 2.

De Chondro, & Alica. Cap. IIII.

CHondrus noſtris temporibus nõ inueniri exiſtimo, cùm ex zea olim fieret dicoco, id eſt, duo grana habente, ut author eſt Oribaſius in duodecimo collectaneorum. Vnde uno principio incognito tot accidũt errores, ut nunquam poſtea poſsint explicari. Id autem eſt cum à Galeno accipiamus uires alimentorum, non diſputandum quid illæ uoces apud alios niſi deficiat authoritas, tum uerò ad proximos & eius linguæ ſcriptores, & qui diligenter cuncta proſecuti ſint ueniendum. Fieri enim poteſt ut gratia exempli chondrus Galeni nõ ſit Hippocratis chondrus, nec Plinij chondrus, Galeni, & ſic deinceps. Quod ſi in unum conſenſerint, dubio procul & nobis ipſis, & alijs ſatisfactum erit ſtudioſis magis auræ popularis, quàm ueritatis ipſius, ſi non idem tamen momentum habebit ſola Galeni authoritas, quod omnium aliorum adiũcta: ſufficiet ergo docuiſſe Chondrum fieri ex dicoco, id eſt, zea duo grana habente, unius loco nota Dioſcoridi, non nota Plinio, cum in Græcia naſceretur, ideò etiam Hippocratis tempore notum chondrum fuit, zea eſt quam ſpeltã uocamus, proximior naturæ frumenti, & ſimilior hordeo, unde etiam granum quaſi per excellentiam appellabatur: Et inde etiam in Etruria dicocum habetur, & quamuis omnes ferme medicorũ Græcorum interpretes, alicam Romanã cum chondro eandem eſſe exiſtiment, & chondrum alicam interpretentur. Paulus tamen aliam à chondro alicam facit, dum inquit. [Chondrus inter frumentacea ualenter alit, ſuccumq; lentum parit: elotus uerò nociuus eſt: quoniam promptè craſſeſcens incoctus permanet.] Succus autem integro chondro ſalubriter erit, ſi uti ptiſana probè, exacteq; coquatur. Alica uerò chondro quidem ſimilis, ſed magis aluum cohibet, ſed alij ſunt qui diuerſimodè chondrum, & alicam parant, & etiam diuerſimodè appellant, quidam enim medicorum tríticeam ptiſanam chondrum uocitant, alij ptiſanę confectionem, nonnulli ex chondro ptiſanam. Ex chondro etiam diuerſæ ſolent fieri ſorbitiones, quas omnes uitandas eſſe conſulimus, eò quia ſuccus eius aquæ cùm ſit commiſtus, plurimam poſtulat coctionem, quæ uix niſi temporis proceſſu, maximaq; cum diligẽtia aſſequi poteſt, ſi tamen exactè coctus fuerit, boni quidem ſucci erit ut diximus, ſed craſsi & lenti & ualenter nutriet. Verùm qui iecoris obſtructionibus obnoxij ſunt, & ad calculos renum gignendos apti, eius uſum euitare debent. Alica tamen in uſu eſt, quia zea unius grani copioſa naſcitur in Italia, cùm ſit antiqua, & Plinio nota, chondrum non, quoniã dicocum non: ob id chondri nomine & alica, & chondrum ut genus ſignificatur, quandoque chondrum ſolùm, ut ab alica diſtinguitur. Nutrit chondrum utrunq; meliùs hordeo, & plus, & uentriculo ſalubrius, ſi ut ptiſana præparetur, magis tamen aſtringit uentrem, & imbecillius eſt tritico, neq; igitur chondrum far eſt, ſed far quo utimur, & ex zea fit, & ex hordeo, & ex frumenti quodam genere. Ob præparationem igitur malum eſt far. Alica aũt ut teſtatur Galenus diutius in uẽtriculo manet, & bilem ipſam comprimit, nec ab illa corrũpitur, ut duodecimo Methodi, dũ de febre agit quæ ſyncopẽ excitat ex tenuitate humorum, & exhalatione, nam inquit: Non ptiſanæ cremorem dabis, ſed alicam, cũ aſtringentibus, ſeu auſteris, quæ nõ facilè corrũpũtur. Conſulit etiã adijcienda eſſe alicæ, non ſolùm anethum, & porrum, ſed calaminthum, & pulegiũ, & hyſſopũ, ac piper, libro de Attenuante uictus ratione. In uniuerſum multum, & bene, & tardè, nutrit alica, craſſumq;, & lentum, frigidum & humidum, præbet alimentum.

Chondrus iuxta finem.

Lib. 2. c. 80.

Zea quid.

Alica. Roman.

Lib. 1.

Ex chondro sorbitiones malæ.

Alicæ usus.

Lib. 18. c. 11.

Cap. 6.

Cap. 6. Alicæ alimentum.

De Pulmentis, ac placentis, quæ ex farina triticea fiunt. Cap. V.

PVlmentum eſſe antiquiſsimi cibi genus, ex farina maximè tritícea, & nobilior ex ſimila & aqua conſtans, ex Plinio manifeſtè colligitur, additis interdum ouis, melle, uel caſeo: quo longo tẽpore panis loco Romanos uixiſſe, ipſemet affirmat, & Paulus etiam obiter teſtatur: Eſtq; multi alimenti, & edulium potens, ſi rectè in robuſto uentriculo conficiatur, ſed craſſum generat

Pulmentum quid.

Lib. 22. c. 25.

Lib. 7. Pulmenti uires. succum, & cum diutiùs hæreat, ægreq; descendat, nec crassitiem euincere possit calor innatus, certam crudioris humoris materiam admittet, eodemq; sæpenumero cunctas corporis partes replebit, & uias, maximè natura paulò adstrictiores infarciet, ita ut modò iecinori grauitatis cuiusdam sensum inferat, modò lienem, imbecillum adaugeat, & turgidum reddat, atq; modò calculi renibus gignendi materiam præbeat, quòd & si crassitiei uisciditas adiuncta fuerit, geminatum fiet malum, non solùm enim præ crassitie obstructiones fiunt, uerùm etiam præ uisciditate, adeò tenaciter adhærent, ut omnis alimenti distributionem, uniuersiq; nutritionem impediant, & pessimorum semper affectuum sunt in causa: quare nihil nocentius excogitari potest eis, qui renum calculis laborant, cùm crassities sola haud in lapidem facilè cõuertatur, facillimè uerò coalitur, si ei uisciditas associetur. Placentarum etiam uaria, & multa extant discrimina, ut Athenæus recitat, quæ tùm à ratione coquendi recipiuntur, tùm à materia, ex qua finguntur, tùm à patria, tùm à figura: ut quę ex oleo solo in sartagine parantur, & farina triticea aqua imbuta, quarum multæ habentur species, quas cùm rustici, tum urbani pauperes ex tempore parant. Aliâs etiam in clibano assant, deinde extrahunt, & statim mel superinijciunt, & huiusmodi Bononiæ uenduntur. Ex lacte etiam, caseo, ouis, butyro, melle, aut saccharo subactis conflantur. Ex fructibus quoque arboreis, cerasеis, prunis, malis, pyris, atque id genus, & ex oleribus finguntur: possuntq; toto ferè anno in usu haberi, sunt nãq; placentæ uernæ, æstiuæ, autumnales, atque hyemales. Alias etiam pistores forma oblonga fingunt, alias sphærica, & orbiculari, alias triangulari, aliasq; uarias figuras ad libitum repræsentant. Atque harum quædam sunt uni ciuitati peculiares, quædam alteri, & sic de singulis. Quæ autem ex farina triticea, atque oleo in sartagine parantur, crassi sunt succi, atque aluum astringunt, ideò si mel, uel sal, aut saccharum eis admisceatur, uel fermẽtum addatur, uitia quibus maximè præditæ sunt, minora reddentur, uires etenim obtinent crassos, & lentos attenuandi, dissecandiq; humores: adsunt & multa alia huiusmodi composita, ut lagana, foliata, & foliatula, & crustula, & cætera ex diuersis obsonijs conflata, quæ omnia habenda esse crassi, glutinosiq; succi, ex quorum usu humores semper crudi copia, obstructionumq; frequentia, uniuersum corpus scatebit, earum maximè partium, quę meatibus paulò angustioribus natura constant, ut iecur, renes, atque lien: & ideò qui eis aliquando dum sani degunt uti uolunt, attenuantium ui succurrant, mel enim additum, uel saccharum, sal, & huiusmodi multum noxæ adiment, & si probè concoquantur, atque in sanguinem uertantur, ualenter alunt.

Placentarum differentia. Lib. 14.

Placentarum uires.

Nota.

Obstructiones.

De Hordeo. Cap. VI.

Hordei facultates.

Duarios, præclaros q; medicinæ usus, ab antiquis hordeum usurpatũ fuisse constat, ita ut à multis nobilissimum frumentum appellatur, cùm sæpè ac sępiùs agricolarum, pauperumq; famem solatur in egenis rebus, atque annonæ æstu: satis constat corticem habere externum crassum, siccũ, ualdè aspersum, & furfuraceum colore, qui tamen substantia est crassior, intus est farina, in medio palearis: forsan ob colorem, sed ob substantiam tenuis, & minus siccus, externo frigidus fermè æqualiter. Farina ergo est frigida & humida, & totum ob id manifestè est frigidum, sed declinat ob cortices ad siccitatem non magnam, ob quos etiam detergit, cùm etiam ipsa farina, sed minus omnibus: ut exterior cortex plus alijs partibus, medius medio modo, ipsum etiam, & præcipuè farina illius flatum excitat. Elige ergo medium inter nouum, & uetustum, quod tamen ad uetustatem declinat, longè deteriùs est, id uerò minimè rugosum esse debet, & sit ponderosum, & quod inter coquendum magnam in molem attollatur, tale enim humidum habet lentũ, mixtum benè, ac tenue, plurimumq;: & ideò dùm benè feruet, attollitur. Brasauolus addit quod sit candidum, sicuti & Galenus tradit, laudatissimum esse hordeum, quod ubi fractum, & pinsitum sit, candorẽ repręsentet, quodq; densum, ac ponderosum, (quantum hordei natura poscit) item quod plenum & ex-

Qualis hordei farina.

Hordei electio.

& exteriùs tensum, idq; uel in panificijs, uel polenta, uel farina, aut quouis alio usu cibario, atque medicamento paretur: uim quandam refrigerandi obtinere cernes, sed pro apparatus modo, uariè tùm humectabit, tùm exiccabit, tenuẽq; parit succum, & detergentem, sed non malum, ob id omnes ptisanam, ex hordeo, boni esse succi prædicant, si aptè concinentur, licet tenue, & exiguum alimentum præbeat, ut infrà.

De ptisana, ac polenta. Cap. VII.

VIm de ptisana sermo simpliciter fit, mos apud omnes authores est, ut de hordeacea intelligatur, quæ omnes alias perfectione, & bonitate excedit: multiplex enim legitur, & cruda, & ex alijs granis cõstans, tùm & multa alia sunt ei similia, ut pulmentum, polenta, maza, cyceon, alica, chondrum, & huiusmodi cætera. Verùm eius condiendi ratio incerta esse uidetur, cùm ab authoribus rem notissimam esse putantibus, id neglectum sit, ut ex Plinio colligitur, qui libro 18. inquit: Ptisanæ conficiendæ uulgata ratio est, quare eam describere neglexit: apud nos uerò non solùm non uulgata est, sed adeò ignota, ut non pauci committantur errores in ea conficienda. Et quamuis Galenus primo de Alimentorum facultatibus, de cruda ptisana mentionem faciat, quia uerò nostro tempore in usu minimè uenit, curam non adhibemus, sed de cocta tantùm sermonem habebimus, quæ ex tribus constare patet: ex aqua nempè, hordeo, & coctione, ut ex Hippocrate desumitur, qui solùs hordei, aquæ, & coctionis meminit, & non alterius rei. Etsi aliud ei necessarium fuisset, id silentio non præterijsset, imò inquit: Hanc esse solam, quæ in morbis acutis, qui cum febre uehementissima sunt, conuenit. Ptisana autem Galeni recipit postquam intumuerit, acetũ, cum uerò cocta fuerit, salem, addit autem & oleum ab initio, nec id unquã reijcit, existimans ad coctionem prodesse, admittit nonnunquam anethum, & porrum. In quinto autem de Tuenda sanitate, præparat ptisanam pro senibus cum pipere. Dicebat in lib. de Attenuante uictus ratione: Piper ptisanæ adijci debet, quia deterget ualidiùs. Collaudat autem ut ptisanæ hordeaceæ in regimine sanorum pedes suilli coquantur, ut tam pedes, quàm ptisana meliores reddãtur. Oribasius uerò in quarto synopseos ea habet, quæ à Galeno scripta sunt in primo de Alimentis, & in lib. de Ptisana. Addit autem quantitatem aquæ decuplum in primo capite, in ultimo quindecuplum. Dicendum ergò uidetur hordeum, quod apud Græcos erat, facilius esse coctu, tùm aquas leuiores. Pro conficienda tandem ptisana cocta, accipiendum est hordeum integrum, glumis, & corticibus liberum, & aquam optimam, quæ lucida, ac diaphana sit, omnis odoris, & saporis expers. De quantitate uerò aquæ, & hordei, nihil certi nunc temporis habetur: alij enim pro qualibet parte hordei, quindecim accipiunt aquæ, ad perfectam coctura, ut Paulus. Oribasius uerò pro una parte hordei, decẽ aquæ assumit. Brasauolus autẽ triginta, & triginta quinq; partes aquæ pro una hordei: imò fatetur se experientia comprobasse aliter non posse, si perfectè coqui debet & optimè intumescere, & lento igne coquatur, donec succi fluant, diutiùs agitando. Nunc uerò temporis hoc modo communiter parant, accipiendo hordeum egregiè purgatum, atque à corticibus mundatum, & in aquam absque pondere bulliendum ponunt, donec grana optimè dehiscant, & aqua sit probè rubra, deinceps in mortario pensant, ut per cribrum setaceum, quod liquidius est, transmittatur, quod iterum in aqua, uel iure percoquunt, & zucharo addito concedunt, quæ pluribus sapit, pro ratione temperaturarum, & usus, & hæc utilis est dejectioni appetitus, & languido uentriculo, & febribus non uiolentis, dum benè cocta fuerit, & partem flatuosam penitùs dimiserit. Quæ siue integra, siue percolata, siue cuiusmodi nunc usus est, iusculenta sumatur omnes illas habebit dotes, ab Hippocrate in libris de Victu in Acutis enumeratas, quas hîc recensere non attinet. Nec crudi, incoctiq; succi collectionem, ex crassitie, quam nullam habet ueriri oportet, neque meatuum infarctum ex glutinositate, quam habet, sed inno-

Ptisana melior.

Cap. 7.

Ptisana ex quibus.

Cap. 8.

Cap. 14.

Cap. 11. in fin.

Cap. 35. & 37.

Ptisanæ præparatio.

Ptisanæ uires. innocuam,leuem quippè continuam,mitem,lubricam,minimeq; hærentem, & ad succi bonitatem nihil illa præstantius. Succum tamen tenuem, abstergentemq; gignit,& ob id omnibus acutis morbis utilissima est, sed sanis corporibus, malus est ptisanæ usus ad uitæ longitudinem. Vnde Brasauolus in hoc errauit pro semetipso, qui cum fermè continuò ptisana uteretur, primum senium adimplere non potuit. Dicebat enim Hippocrates: [Cibaria imbecillia breuem efficiunt uitam.] Ptisana autem cùm imbecillis sit,tùm quia non multum nutrit,tùm quia frigida. Imbecilli enim uictus frigidi,ualidi uerò calidi. Ideò sanis corporibus minimè conducere uidetur,cùm uix nutriat,refrigerat tamen,& humectet,& sitim sedat,& æstum, ac pectori amica est. Sed in uentriculo frigido facilè accessit. Superest modò ut de Polenta agamus ob similitudinẽ,quam habet cum ptisana, fit enim ex hordeo (ut Galenus inquit)recenti,mediocriter frixo, pluribusq; alijs modis fieri potest, ut docet Plinius lib. decimooctauo. Suaueolentissima uerò est,& boni odoris(inquit Galenus)si rectè facta fuerit,quæ ex optimo ac recenti hordeo,quòd aristam non admodum habet siccã,confecta est,parùm & ipsa nutrit,cui uerò si liquor aspergatur,mala appellatur,& cum hoc,quòd parùm nutrit,ægrè etiam conficitur, & flatuosa est, & praui,ac crassi succi,quæ & si melle condita malitiã ex parte amittat, omninò tamen bonitatem ex toto nunquam conciliabit,ideò malus est eius usus.

Brasauoli error.

6.Epi.par. 5.Tex.21.

Polenta quæ.

Polentæ uires.

De Aqua hordei. Cap. VIII.

Multis modis aquam hordei parari possit.

QVomodo conficiatur aqua hordei,quæ modò in communi est usu, apud Hippocratem,& Galenũ,non uidetur aliqua mentio. Apud Arabes uerò multi de ipsius confectione,atq; diuersi inueniuntur modi. Nam alij pro una parte hordei,decem aquæ accipiunt,alij quinque tantùm,alij uiginti,ut Princeps, & Mesues, & hoc partim euenit ob diuersas eorum intentiones, quando enim multa abluitione,& humectatione,ac refrigeratione indigent, multam aquam apponunt,& parùm decoquunt. Vbi uerò potiùs absterssione, & nutritione contrarium agunt: plus enim hordei accipiunt, & minorem aquæ quantitatem, & plùs decoquunt. In conficienda ergo hordei aqua,cæteris posthabitis,Principem ac Mesuen sequi debemus. Princeps enim Auicenna prima quarti libram unam hordei optimi,depilati,& fricati cum panno aspero,fricatione uehementi, usque ad excussionem corticum tenuium,& aquæ optimę libras xx.& infusum in ea permaneat per quatuor horas,dein bulliat lento igne usq; ad consumptionem medietatis aquæ,uel donec aqua reducatur ad octo libras. Vel ex Auerroe, & Auenzoar donec rubedinem adipiscatur,uel quousq; hordeum crepuerit,quæ coctio in communi usu habetur: huiusmodi ergò aqua hordei refrigerat, humectat, sitim sedat,somnum prouocat,uires ob hæc febricitãtium restituit, temperat enim corpus, sudorem prouocat,lenit pectus,nihilominùs hypochondria inflat, & uentriculum labefactat,iecur debilitat,humores crassos reddit, ac lentos, saccharo,atq; melle,& cassia,lignea uitiã illius emendantur, cumq; flatus gignat, flore fœniculi emendatur,qui etiam adiuuat ad sudores,uelut & flos,& semina lupulorum.

Tra.2.c.9.

Aquæ hordei uires.

Correctio.

De Olyris & typhis. Cap. IX.

Olyra quæ.

LYra est semen, quod in orientalibus præcipuè partibus nascitur, ab Italisq; *Segala* appellatur, à Plinio uerò farrago. Gratissimus est eius usus in panificijs rusticis, & infimæ, mediæq; plebi potentiorum, ac procerum mensis abdicatur, licet quandoque consilio medicorum tritico misceatur ad aluum emolliendam. Quæ uerò ex sola ipsius farina fiunt panificia, atra & ponderosa sunt, & uentriculo ingratissima, concoctuq; difficillima, & insignem grauitatem afferunt, atque uiscera obstructionibus implicant, quin & mali sunt succi,crassi, lenti, & melancholici, & in renibus calculos gignunt, estq; frigida,argumento quod flatus multos procreat, inde etiam panis acorem citò contrahit, colorecq;

Panificia ex olyra.

Olyræ uires.

colorecq; nigra est, inopia caloris arbitror, & quãuis Oribasius olyrinos panes post triticeos cunctis alijs præferat: de ea tamen, quæ in Orientalibus partibus, & Septẽtrionalibus oritur, olyra intelligit, quæ dubio procul candida est, & bona, ex qua & panes optimi conficiuntur, quibus nobiles etiam Septentrionales cum butyro aluntur, à quibus tiphini panes, à tipha sic dicti parum differunt, qui, referente Galeno, calidi adhûc furni caliditatem retinentes, minimè uero duri, trium, quatuorúe dierum edendi sunt. Est enim tipha semen in Asia frequens, parum à zea differens, tritico perquàm simílis, & Asiani sua uoce *Brizam* uocant, ex eaq; panes conficiuntur, qui si calentes non sint, in uentriculo eximium pondus procreant, ac si lutum concretum illic resideret, ualenter tamen nutriunt, sed succum melancholicum pariunt, quemadmodum & ij, qui ex uitiosis, ac improbis seminibus fiunt, quæ non magnopere exquirenda reor, cùm melioribus, & salubrioribus abundemus.

Tipha quæ. panes ex tipha.

De auena, milio, panico, & farre. Cap. X.

VIgatissimum granum est auena, iumentorum potiùs, quàm hominum cibo deseruiens, ex cuius farina Germanorum nonnulli pulticulam parant, eamq; non minùs ægrotis, quàm sanis edendam apponunt. Calidam Galenus primo de alimẽtorum facultatibus facit: sexto uerò eiusdẽ frigidam, quod nisi de ægylope dictum accipiatur, calore tamen tiphæ similem fecit, quæ si cum zea æstimari in hoc debeat, quæ tritico frigidior habetur, iam non multùm à temperamento abscesserit auena, nec eam humidam, nec siccam affirmare possumus, cùm nec aluum emolliat, nec adstringat, etsi ab hominibus minimè edatur, nisi ingens meliorum frugum penuria premat: panes enim ex ea confecti, ingratissimi omninò sunt, & corpus parũ alunt, & mali sunt succi. Lituaniæ gẽtes ceruisias ex ea conficiunt, uelut & ex alijs frugibus, & Moschouitas ipsam sublimare audio, & aquam eiusmodi elicere, qualem ex uino sublimato ardentem, quam aquam uitæ uocant, adeò nihil intentatum relinquit homo, ut ebrietatem sentiat.

Auenæ temperamentum. Cap. 14.

Panes ex auena.

Panicum uerò, milium, & orizam sicca sine controuersia statuimus, & panicum, ac milium, frigida dicemus, orizam ex Arabibus, calidam alij faciunt, temperatam alij dixere, quocunque modo sumptam, diligentiq; à me animaduersione obseruatam excalefeciſſe uentriculum, effatu dignum non sensi, nec alios sensisse audiui, cùm quærerem temperatam in hoc crediderim. Milij ergo, & panici similis penè natura, facilè enim utrumque granum concoquitur, quod leue sit, molle, & parum alat. Cùm uerò cibi laudentur, hoc ipso quod suaues sint, multùm alant, & bonum præbeant alimentum, facilè concoquantur, & celeriter distribuantur, mollemq; efficiant aluum, in omnibus his milium Asiaticum panico præponitur. Italicum autem non ita: quinimò præstantius est, panicum siquidem propinquius temperamento, milium enim frigidius est, & uentriculo minùs inimicum, si in iure coquatur: panis tamen ex panico ubique deterior est. In ferculis suauia redduntur hæc grana, si condiantur cum iure pingui, lacte, oleo amygdalino dulci, & aqua cum furfure cocta. Panis è milio minùs nutrit, quàm ex siligine, sed cum illa quasi temperatum in humido & sicco præbet alimentum. Appello siliginem segalam Italicam, id est, frumentum oblongum & leue. Parum nutrit & uentriculo nocet milium, tardè concoquitur panis ê milio. Fercula (ut dixi) è milio satis celeriter, sed faciliùs panicum: tardè distribuitur utrumque, sed milium tardiùs, & magis flatus gignit. Emilio nouo & frumento panis fit candidus, quem multi libenter edunt, non tamen boni alimenti, nec suauis prorsus. In uniuersum milium mali est alimenti, quouis modo sumptum: panicum autem in pane deterius, in ferculo melius, utrumque conditum maximè cum carne suilla, milium cum lacte, panicum efficitur temperamento proximum. Milium nomine multa grana circumferũtur, uelut loba, & quicquid insuaue est, & copiosiùs prouenit. Bruyerinus affirmat ex musto & milij farina fermentum fieri quod in annum perdurat. Qui nunc scribunt dum alios sequũtur, tria mala simul faciunt, cum errantibus errant, si benè dicunt, in aliquo semper

Panici & milij uires.

Nota.

Panis ex milio & frumento.

Nota.

deficiunt,& nihil addunt uelut hîc in famem panici in ferculis usum reddunt, ptisanam nesciunt aut exhibere non nisi magno tædio possunt. Panicum & orizam damnant quàm facilè,& utiliter præbere possent:præferunt far,putantes esse alicam deteriùs his, in omnia confundunt,nam febrientibus,& imbecilli uentriculo cum iure pingui meliora sunt.Quod autem far,uulgare non sit alica, sed per se tritici genus,licet ex zea & hordeo fieri possit, ut supra diximus, id sanè ex plurium probatissimorum auctorum scriptis apertissimè constat, & ex Galeno septimo de compositione Med.secundùm locos, nec non & ex Aetio, qui & ipsum facere docet, dum inquit: Frumentum modico tempore aqua madefacito, indeq; extractum, ac in pilam coniectum,ueluti ptisanam à cortice repurgato. Vbi uerò corticem exuerit,tollito,atque in sole siccato:deinde manibus tritum,donec penitùs à cortice fuerit mundatum, crassissimè mollito, ita ut granum unum in quatuor, aut quinque partes redigatur,& siccum asseruato. Vsus autem tempore,alicæ modo coquitur, & à sanis in cibo sumitur. Pro ægris uerò uariè apparatur, & epithematis quoque admiscetur. Quidam spicas frumenti adhûc uirides tollunt, ex ipsisq; far concinnant,quo modo & suauiùs,& iucũdiùs redditur,& hæc Aetius.Quibus patet far alicã non esse, & ipsum boni esse succi scribit Galenus quarto de Tuend.sanitate, & tale quod uitiosum humorẽ in uentriculo contentum emendare possit. Lentorem uerò eius(ut ipse scribit)corrigi debere adiectis aceto,& porri modico,aliter obstructiones parere,estq; multi nutrimẽti,qa crassũ generat succũ, sed difficilè cõcoquit.

Far quid.

Lib. 9.cap. 45.

Farris facultas.

De Oriza. Cap. XI.

Nota.

VI post Galenum scribunt, quasi de rebus,quas nunquam uiderint, scribunt, adeò ut ne uerbum addentes: & si quid longiùs ipse tractauit, imperfectè doctrinam tradunt,si concisè ille,ipsi minimè supplent. De ea igitur tractans quatuor in rebus comparat alicæ,quòd difficiliùs concoquatur,quòd minùs nutriat,quòd sistat aluum,& quòd minùs suauis sit. At uerò uel sic mediocriter nutrire potest, cùm iam dixisset alicam multùm nutrire. Dictum est, quæ concoctu difficilia sunt,debere multum,ac bene coqui, id declarat Hippocrates,ut multa aqua,& magno igne, & diu coquatur. Præterea si excoletur, uelut de alica dicit, facilius cremor ille concoquitur: admistio autem melle,aut saccharo, suauius edulium est.Qui uerò addunt amygdalas contusas,plus addunt ad concoctionis difficultatem,quàm ad suauitatem. Difficillimum est cognoscere quando exactè cocta:sed unus è meis discipulis Rodulphus Syluestrius rectè animaduertit, & monuit me,quod cùm coctum est,longiùs euadit ex besse fermè,fit etiam candidius multò, mollius, atque suauius: sed antequam coquatur calida,ipsam abluere sæpiùs præstat:nam puluerulenti secum multum habet, quod omnino noxium est, seu ex propria substantiæ carie,seu aduentitium. Coquitur autem cum iure obsiccitatem,& ut melius fiat, & gratius, cibus est præterea fermè totius Orientis, & oritur in paludibus,& aquis,ubi alia segetum genera non proueniunt, cum cortice datur gallinis,& fœcundas ouorum efficit.Conficiunt etiam qui uinum non bibunt ob legem ex ea potum suauem,ac parum uino inferiorem, sed addere oportet aromata,& mel,saccharumúe.Destillatum autem etiam inebriat communi ratione omnis segetis, unde magis longè uitia granum illud paruum, nigrum, quod plusquam uellemus,abundat in frumento.Princeps laudat ut cõdiatur cum lacte,& oleo amygdalarum dulce,& saccharo:si consuetudo ferat, admitti possunt,secùs forsan melius est ius carnium,ut dixi:calida est in initio secundi ordinis, aut in fine primi,& parum astringit.Difficiliùs autem est cognoscere de farre cùm coctum est,sed fit candidum,& ipsum ualde,ac molle admodum, & intumescit primum, inde dissoluitur.Et ideò dissolutio est generale,& certum signum horum,& suauitas in gustu: & oriza auget semen, & purgat humidum uentriculum, si sola edatur. Fermè imputresibilis est,impinguat humida corpora ob temperamentum, & sicca, ob id quod ea bene nutrit,seu cum lacte, seu cum iure: panis tamen ex ea confectus uix

Cap.7. Inter orizam & alicam discrimen.

Cap.6.

Rodulphus Sylueſtrius.

Coctio orizæ bona.

Potus ex oriza.

Orizæ temperamentum.

subijci

subijcitur, & grauior est, quamuis nihil sit, quod non possit præparatio. Creditur ex India deluta: certè magnus est usus in Oriente, ut dixi, sed iam diu Italię cognita, cuius meminit Theophrastus. Fit ex oriza cibus ille Hispanorum, adeò commendatus ab illis, quem uocant album. Constat ex farina ipsa orizæ, & carne capi, amygdalarum lacte, succo limonij, & saccharo plurimo, est candidus, & suauis, sed ęgris non exhibendus, paucis immutatis, etiam ægris utilis erit loco enim farinæ orizæ, ipsius orizæ exactè in iure coctæ substantiam apponam, omittam amygdalarum lac magis curiosè, quàm necessario, uel utiliter adiectum, aut etiam ad gratiam ullam, alas capi benè elixatas magis, quàm assatas, & diu contusas cum saccharo, & limonij succo: sic enim utilis erit si paululum cum modico iuris coquatur, habet enim partes & ad salubritatem, & ad gratiam inter se conuenientes: nam & benè nutrit ob alas capi, & orizam, & multùm, & facilè, & friabile exhibet nutrimentum, & ob succum illum temperatus est, & minimè obstruit, & putredini minimè obnoxius, & eius noxam ad uentriculum emendat renouata coctio oriza, saccharum, & quicquid iuris admistum est, præterea etiam capi caro, et sanis etiam multò magis confert.

Panis ex oriza.

Lib. 4. de Hist. plan. cap. 5.

Cibus albus Hispanorum qui.

De Fabis, ac lentibus. Cap. XII.

Faba antiquorum à fa ba nostra. Cap. 36.

QVa de causa fabam nostram ab antiquorum faba diuersam crediderim, in Commentarijs super libros de uictu in Acutis, satis diffusè declarauí, eiusq; naturam ostendi, quod & partim ex Galeno elici potest in primo de facultatibus alimentorum: est enim amplior nostra, humidior, excremen toſiorq;. Multiplex ergo fabarum est usus, ex his enim tentatur panis, frumentaceisq; apud quosdam populos miscentur, & liquida puls in ollis conficitur, & spissa in patinis, fit etiam cum ptisana, & uiridis etiam, ac recens, à nostris in re escaria commendatur, & ex ijs iuscula parantur, hocq; edulio utuntur quotidie gladiatores, & quia substantiam non habent fabæ densam, nec grauem, sed fungosam, ac leuem, corpora eorum carne densa, ac constricta (ueluti caro suilla) implent. Et nostrates eas priùs mola frangunt, deinde percoquunt, ac delibrant, & in crassumen quoddam album reformant, quod in urbe diebus Quadragesimalibus emitur, atque in patinis ex oleo, aut butyro etiam lento igne paratur, & plebs peculiariter edit: nec ingratum est edulium, quamuis perpetuò sua ei insit flatulẽtia, quam nunquam ex toto admittunt fabæ, licet ad summum elixentur, minor tamen in fractis reperitur, & hoc habent cõmune cum cæteris seminibus, & leguminibus, exactam maturitatem haudquaquam adeptis, crudos, crassos pituitososq; succos generare, & humidum alimentum uescentibus præstare, & excrementosius, & proinde uirides leuius, aluntq;, quàm siccæ. Nocent omnibus dolorem capitis patientibus, & difficilis sunt coctionis, & tardi descensus, & obstructiones generant: & quia frigidæ & siccæ, ideò alui fluores sistunt, & crassum procreant succum, & crudum, & flatus in superioribus uentris partibus faciunt, ideò mirùm uideri minimè debet, si frequentiùs cholico dolore conflictentur, & ructibus concrepent, qui eis assiduè utuntur, indigestionem patiuntur, & inflationem. Quapropter calefacientibus, & attenuantibus corrigi debent, quemadmodum corriguntur alia cibaria flatulenta.

Fabarum usus.

Fabarum uis.

Lens.

In lente autem nihil statuimus in uniuersum, ob diuersarum facultatum mixtionem, est enim legumen uulgò notum, quod comeditur, & in cibi usum hominibus uenit, & si præter rationem operentur: cùm Galenus primo de ratione uictus inter medicamenta lentes, reponat, & non cibaria, corticem namq; astringentem habent: quæ uerò ipsarum est, ueluti caro, crassi succi est, & terrei, licet earum succus astringenti sit contrarius: si quis enim eas in aqua coxerit, dein iusculum illud sale, aut garo, aut cum oleo condierit, atq; ipsum assumpserit, haud dubiè illi uenter soluetur, uerùm si bis cocta edatur, aluum sistit, & uentriculum, ac intestina mirè corroborat, quod etiam brassicæ peculiare inesse certum est, & si à cortice expolietur, uim astringendi deponit, sed crassum, improbumq; succum parit, atque descendit

Sec. 18.

Lentis uires.

tardè. In uniuersum enim edulium hoc mali, atque improbi est succi, & melancholici: nec satis mirari possum eorum tam stipidam Medicorum ignauiam, qui lentes ægrotis exhibent, & maximo (ut dicunt) iuuamento, cùm sæua secũ adferunt symptomata, conenturq; non solùm in morbis chronicis quàm pluribus, ut quartana, scotomia, uertigine, cæphalea, sed etiã & in acutis, ut pleuritide, & uariolis, ac morbilis lentes tanquã præstantissimus, ac boni succi in uictus ratione dare, quod quàm malè agant, Galenus in primo Acutorum ostendit, & nos quoque in Commentarijs super eosdem Acutorum libros, nec nullum medicum rationis participem esse existimamus, qui lentibus ægrotãtes pleuritide affectos alat, & si quis tam irrationalis reperiatur, qui declinante iam morbo eas ægrotãti dederit, & sequenti die obierit, talem medicum mortis causam fuisse censendum, nec immeritò hæc prodita sunt, cùm lentes omninò pessimi sint nutrimenti, & multarum affectionum causæ primariæ, ut Dioscorides recẽset: Aciem enim oculorum hebetat multus eius usus, & ægrè concoquitur, uentriculo nocet, ipsumq;, & intestina inflat, & aluum sistit, si cum suo cortice sumatur, grauia, & tumultuosa insomnia facit, neruis, pulmonibus, & capiti sunt inimicissimæ, & cùm frigidæ, & siccæ sint, sanguinem melancholicum generant, & corpus dissecant, & sperma quoque destruunt. Ergo earum usus procul dubio reprobus iudicandus est, nam etsi illarum præcipuum iuuamentum sit sanguinem condensare, fluxuiq; menstruorum, & urinæ subuenire, nihilominùs nocumenta tot, & talia sunt, ut quandoque ægrotos ad uitæ periculum trahãt: & si quis tamen aliquando dum sanè degit, eis uti uoluerit, oleo, garo, satureia, pulegio, allio, fœniculo, & huiusmodi illas præparare debet, & eo magis si albæ, & latæ fuerint, & in aqua benè maceratæ antequàm coquantur.

Medicorum error.

Nota.

Correctio lentium.

De Pisis, & cicercula. Cap. XIII.

Pisorum usus ac præstantia.

Pisorum uires.

Pisa multipliciter parantur, gustuiq; gratissima sunt, & in re cibaria ab antiquis gratiam habuisse haud dubium est: Reges namq;, & proceres etiã gratissimè mandunt, cum suilla præsertim incocta, uiridia etiam cum siliquis coquuntur, nec expectare oportet ut adoleuerint, quia tum duriora, & ingratiora euadunt. Et ut reliqua propemodum eiusdem generis, ut eruilia, cicercula, aracus, & similia, siccæ omnia naturæ cùm sint, & frigidæ, non nihil ex præparatione humiditatis acquirent, sed semper frigiditatem suam seruabunt: ob id in æstate, ac regionibus calidis libenter comeduntur, parum tamen nutriũt, & malum generant sanguinem, neruisq; impedimentũ præstant, & tardioris sunt concoctionis, quàm fabæ, licet Galenus tota substãtia cum fabis quandam similitudinem habere, atque eodem modo cum fabis assumi testetur: in hoc tamen differunt, ut & ipsemet affirmat, quod non perinde ac fabæ flatus gignunt, si bene ac ualenter elixæ fuerint, nec uim detersoriam habent, & ob id seriùs per aluum excernuntur. De cicercularum autem uiribus, ac natura in re alimentaria, eadem ferè pronunciamus, quæ de pisis, atque de phaseolis: ex eis enim uaria conficiuntur cibaria, quæ plurimo in usu fuisse testatus est Columella: nec iniucunda, neque etiam hominibus inutilia affirmauit, & facillimè uermes gignunt, priusquam resiccata fuerint. Aracei etiam facultati admodum similia sunt, licet Galenus aracos longè eis duriores affirmet, & difficiliùs elixari, ac concoctu difficiliores esse.

Cicercularum uires.

Nota.

De ciceribus. Cap. XIIII.

Cicerum differentiæ.

Cap. proprio.

Plures cicerum differentias tradiderunt antiqui, nempè magnitudine, figura, colore, & sapore, hodiè uerò tria reperiuntur eorum genera, alba, rubra, & nigra. Et alba in uictus usu cæteris meliora sunt, nigra, & rubra, rei medicæ expetuntur, præsertim arietina, quæ nigra, & parua sunt, dicunturq; arietina, quia arietis caput figura referunt: sicut alba columbina, estq; cicer omne iuxta Galeni sententiam sexto de simpl. Med. facultatibus legumẽ flatuosum, copiosi

copioſi nutrimenti, aluo mouendæ habile, ciendæ urinæ idoneum, lacti, & ſemini generãdo aptum: Venerem enim ſtimulant cicera, & proliciunt menſes, & quod arietinum dicitur, urinam cæteris longè efficaciùs prouocat, cuius decoctum renũ calculos etiam frangit, & elegantium coloris utentibus præſtare teſtatur Dioſcorides, & pulmonibus ſiquid aliud conferre, ac uocem præclariſsimè fouere adnuenimus. Suntq; calida & ſicca in primo gradu, licet nigra, & rubrà alijs ſint calidiora, & ſylueſtria domeſticis, atque debent multum decoqui, & malefaciunt qui non percoctis utuntur, & paulò durioribus delectãtur, ſic enim longè deterius alimentum præbent, difficiliusq; concoquuntur, ideò in aquam una nocte madeſcere ſinantur, poſtea coquantur, & quidam ſunt, qui iam madeſcentibus cinerem linteolo inuolutam addunt, ut facilius coquantur, uerùm illa tribus, uel quatuor aquis eluenda erunt, ne cineris ſaporem referant. Vulgata tamen nunc temporis & ferè paſsim recepta eſt opinio, iure tantummodò & non ciceribus uti, cùm omnes, quas eis tribuit Galenus dotes habeat, & nocumentum ullum, dum diſcutit, incidit & abſtergit, iecur, lienem, ac renes expurgat, & quandoque uentrem ſubducit. Viridia etiam ab effrænatis pueris, atque hominibus guloſis ubique hodie comedun tur cicera, quæ & excrementoſum, atque humidum præbent alimentum, non minùs frixa ſale, quæ licet flatum deponant, concoctu tamen ſunt difficilia, & ſucci craſsi alimentum corpori exhibent, & ideò omninò ſunt euitanda.

Cicerum uires.
ius cicerum rubr. quale.
Cicerum temperamentum.
Nota.
Viridia cicera.

De lupinis, & fœnugræco. Cap. XV.

VPinos equidem, aliquos in medicina uſus potiùs habere compertum habemus, quam ut aliqui eis ueſcerentur, noſtra enim hac ætate, & regionibus rarus, atque haud ſcio an ullus prorſus ſit uſus, nec me latet, quin per annonæ charitatem famem mortalibus propulſare poſſent, cùm & alia pleraq;, tùm amariora, tùm deteriora, atque inſalubria, uis famis intolleranda deuorare cogat, quo tempore prius bene macerari debent, ut amarorem omnem, natiuamq; illam ſuam inſuauitatem exuant: & nihilominùs dura eorum, terreſtriſq; ſubſtantia adhuc remanet, quæ & concoctionem difficilem reddit, & craſſum, atque ſiccum generat ſuccum, tardi, impediticq; per corpus, nec facilè extricabilis progreſſus, atque in uenis non probè confectos, ſuccus propriè crudus appellatus aceruatur, aluum tamen neque adſtrictam magnoperè ciebunt, neque fluentem aſtringent, licet eorum ſuccus tardè permeat, hærensq; moretur, hoc nanq; craſsitie, illud ſiccitate, atque duritie euenit, quare ſi fluentem aluum ſiſtere debet, uis quædam aſtringendi eis commiſceri debet, ſicuti & lubricitas, ſi emollire opus ſit. In pluribus tamen corporis effectibus tanquam medicamen conueniunt, & præcipuè ſi ita amari antequam aquam tetigerint, comedantur, occident uermes, qui ſunt in uentriculo, & in inteſtinis, & urinam prouocabunt, ac orificia hæmorrhoidarum aperient, ſunt enim calidi & ſicci in ſecundo gradu, licet nonnulli ad tertium uſque protrahant, & eius farina in officinis parata habetur, quæ exteriùs umbilico admota, aljs admiſtis rebus puerorum uermes interficit. Fœnugræcum autem eundem in cibo uſum habere tradit Galenus, quem & lupini, ſed utiliter alijs cibis admiſcetur, ob lubricãdi facultatem, qua fungitur, quin etiam & herbam ipſam priuſquàm ſemen produxerit garo, uel aceto, atque oleo intincta, aliqui comedunt, & ſuccus eius addito pauco melle, contentos in inteſtinis humores noxios educet, detergendi enim uim habet, ac flatum diſcutiendi, quia calidum eſt in ſecundo gradu, & ſiccum in primo, & potiùs iumentorum pabulis conſcribendum eſt, quàm quod inter hominum cibaria connumeretur.

Lupinorum uſus.
Lupinorum facultas.
Nota.
Temperamentum.
Fœnugræci uires.
Temperamentum.

De Phaſiolis. Cap. XVI.

PHaſioli inter legumina maximè grata, & in uſu hominum ab authoribus ponuntur, licet certum de eis nos proferre poſſumus, inſigniter uentriculum degrauari, quocumq; modo elixi ſumantur, reperiunturq; albi, & rubei calidi, & humidi in primo gradu, licet potiùs ego iudicem ſiccos eſſe ſubſtantia, cum ſuperflua tamen humiditate, & rubei albis calidiores ſunt. Humores uerò craſſos generant, & flatus plurimos, à quibus ſæpè coli dolores oriri conſpeximus, caputq; mirum in modum replent, tumultuoſa, ac terrifica faciunt ſomnia, perinde ac lentes: difficilis ideò meritò habentur concoctionis, & eorum promptiſsima crudi humoris in uenis fit generatio, qui & ipſe quoq; cum pituita numeratur, fitq; ex inſigni illorum craſsitie, & quamuis ad calidum declinent, crudi tamen, pituitoſiq; ſucci cauſa ſunt, & ſemen generant, ac Venerem ſollicitant: præſertim ubi longo pipere, galanga, cinamomo, & ſaccharo aſpergantur: atque in cibis innocentiores redduntur, ſi elixi prima aqua abijciatur, & ſale, pipere, & origano, & etiã cimini modico comedãtur. Cornicula etiã dum tenerrima ſunt, elixantur, & in acetarijs deuorantur, addito pipere, guſtu non ingrata expetuntur. Italis quoque in cibum eadem prius elixa, & farina circumlita, & deinde in oleo feruenti, aut butyro frixa, addito pipere, & omphacij ſucco, quæ tamen alijs phaſiolis longè deteriora ſunt, quamuis ruſticis, & multum ſe exercentibus conuenire uideantur, ratione qua ſuperiùs adduximus. Rubeorum autẽ ius cum oleo præſertim ſeſamino, menſes, & urinam maximè prouocat. Sunt alia multa legumina, ut aracus, erua, ſeſami ſemen, & papaueris, & uitia, atq; alia huiuſmodi, quæ cùm nullius ſint uſus, ob eorum illaudatum ſuccum, niſi maxima in annonæ charitate, quo tempore urgente fame, deteriora comeduntur, quæ nec facilè apponi nutriendis, nec appoſita adglutinari, nec adglutinata uniri queunt ob duritiem, & faſtidium quod adferunt, nec ſolùm difficulter concoquuntur, ſed etiam aluum adſtringunt, improbum, & craſſum ſuccum pariunt, atræq; bili generanda accõmodum. Quare merito horum ſermonem prætermittere decreuimus, atque olera aggredi.

Nota.

Corniculorum uſus.

De herbarum eſculentarum natura, ac diuerſitate, atque de plantis quæ crudæ edi ſolent, & earum partibus. Cap. XVII.

VTm iucundas maximè, atque mortalium uitæ ſalutares epulas, ex hortis quotidiè colligi uideamus, ideò de oleribus, oleraceis, quæ & hortenſi ubertate, arborumq; fructibus omnib. diuerſi generis, ac cõditionis, nempè cùm quæ boni, rectiq; alimenti pauciſsima ſint, mali autem, & medicamentoſi multa, malitiæ uerò, & uitioſiſsimi ſucci plurima: quippe ut in toto hoc cenſu nihil omninò repertum ſit, quod omni ex parte commendari de alimẽti, ſucciq; bonitate meritò debeat, quamuis aliqui ex arboreis fructibus ſint, qui ſi recte in uentriculo conficiantur, ſucci malitia nulla, alimenti uerò tantummodò craſsitie damnentur, & ex oleribus una inuẽta eſt lactuca, ex qua ſanguis gigni probus exiſtimetur, & is tamen interea frigidior iuſto, ut neque in hac, non aliquid extra alimenti iuſtam, probatamq; naturam, omninò uitioſi iure notetur, imò in fructuum uſu ſæpenumerò corruptela procedere ſolet, ut non multùm ſanè à ueneni natura abſit, imò ueneni iam iam naturam ingreſſura meritò exiſtimari queat, nec huiuſmodi intra ſanitatis latitudinem continentur noſtra nutriendi corpora, uerùm his potiùs medicamentoſo aliquo uſu ſubueniendi, quoties aut refrigerare, aut etiam excalefacere, aut exſiccare, aut humectum facere, ſqualoremq; corpori demere, aut duratam mollire aluum, aut nimis emollitam durare, aut quicquid tale peragere propoſitum nobis fuerit. Nullum ergo olus in cibis perfectè utile eſt, cùm ſub nullo ex quinque generibus contineatur. Cùm uerò eorum uſus ſit, non niſi duplici ratione commendari poteſt, aut ut minùs malus cibus, quo in genere conſtat ſolam eſſe lactucã, habet enim pingue folium, mollem caulem, & ſubdulcis eſt, ac pro-

Nota.

In fructuum uſu corruptela quæ.

Olus ullũ perfectè utile.

ac propè temperata. Nam quæ caulem habent durum, è lignorum genere sunt: quę folium tenue, non alimentum, sed medicamentum appellari debent, quæ non sunt subdulces, aut pingues, non nutriunt: fieri autẽ potest, ut aliqua sint folia, quæ succum habeant pinguem, & huiusmodi herba cibus bonus esse poterit, at quæ sapore agresti, ac uehementi, medicamenta sunt, non iam cibi: ex harum ergo genere conueniunt unaquæque suo contrario: aliæ enim uentriculo, aliæ iecori salubres. In uniuersum, ut sint gustui gratæ procurandum est, uelut menta, melissa, caulis omne genus, sed hæc non nisi cocta edi debet, borago, buglossum, endiuia, cichorium, seris, ruta tenerior, cardines uterq;, & radix eius, qui in cultis amplo folio nascitur: senetiones seu crassones acres, folio oliuæ, sed molli in aquis, & paludibus orti, quorum nigros masculos esse aiũt, chloros autem fœminas, & humidiores, & minùs calidas. Cauliculi præterea molles, fœniculi, & asparagorum, & palmularum, quos uocant palmites: lauer etiam, & apij genera, quæ latum habent folium, uelut Alexandrinum, & quod iuxta aquas nascitur, & quod petroselinum uocamus, & quodcunque angusto folio, uelut & pimpinella, aliaq; huiusmodi, uel dura ut folia rorismarini, omninò mala sunt, nec cibi nomen subeunt, nec concoquuntur, multò minus alimentum exhibent, ut neque malè odoratæ, uelut eruca, & coronopodion quorundam, seu stellaria: ut nec basilicum, cuius odor cibi rationem non habet, quamuis alioquin non improbandus, in qua lege etiam amaracus continetur. Admittitur gingidium, nasturtium, pulegium tenellum, saluiam non admitto, nimis enim uentriculo aspera est. Et generaliter quæ odore dum manditur non antea quàm attrita sit, dentibus probatur, & sapore, & mediocrem habet crassitudinem, neque dura est, sed mollior, si nihil incommodi afferat, probatur. Vnde etiam oxalis editur tenera, & longè meliores rumicis cauliculi, drachonium, absynthium talia uelle prosequi, superuacuum esse arbitror, cùm specialiter de illis sermonem habituri sumus, & tempus, & regiones, & cultus, & usus noua semper afferat.

Eadem ratio & in alijs fructibus, & radicibus, atque germinibus, tum floribus, quorum magna pars præter spem operatur. Rosarum enim flores, quorum planta astringit, & persicorum, quæ nec ipsa soluunt uentrem, purgant in modum medicamenti uiolenti: at contra flores lupulorum, & sambuci ciunt urinam, quorum plantæ aluum mouent, & sambuci quidem egregiè, sed (ut dixi) nullus usus radicum, uel florum, si paruus olerum, uel asparagorum. Inter flores tamen, buglossi, & boraginis elegantissimi sunt, oculosq; delectant, cùm etiam cordi conferant, præponuntur & flores rorismarini: fructuum autem, pessimi cucumeres, & mala insana, innocentissima fraga, utiles cappares, sed iam condîti. Radicum, cæpæ, allia, porri, & bulbi esculenti, quoniam acres, & minimè lignosæ, aliæ uerò coctæ diu, uix concoquuntur. Præstat autem cruda seu herbas, seu fructus, seu germina edantur, calidiora esse, in eis enim minùs peccatur calore concoctionem adiuuantè, cocta contrà. *Flores optimi.*

His ergo expositis, una habenda est considerationis differentia, quoniam ad medicamenta ualidioribus, ad cibos cõmodioribus utendum est, ueluti in medicamẽtis, radicibus grandioribus, folijs plenioribus, & crassioribus: ad cibos contra radicibus paruis, & numerosioribus, iucundis gustu, nõ sine sapore, in folijs autem ualdè uiridibus, recẽtibus, & suauibus, ostendit autem ac determinat sensus, ut in iuribus, & odor, & sapor, & gratia, & color, & claritas, & cætera istiusmodi. *Nota.*

Ergo coctio sicca omnibus duris, & crassis melior, humida tenuibus, exigua ubi arida sit substantia, uel sapor, aut odor pereunt. Quæcunq; uerò circumuestiuntur tunicis, ut toruli, fœniculi, atque similium excoriari debent, & folia siccarum plantarum uix sunt usui, uelut arborum, etiamsi coquantur, quoniam humidum parum coctum, multo terreo coniunctum est: coctio autem ut iuris necessaria est, ita humidis utilis. Quapropter quæ multam habent carnem, uelut poma, & rapæ, & persica, rectè coquũtur, sed & pruna, quæ autem sicca, aut nimis cruda, multa aqua incoqui debent, uelut & citonea sine aqua. *Coctionis differentiæ.*

Verùm

1. De comp. medic. Verùm quoniam Galenus diuersa sentire uidetur, adeò ut ferim præponat alijs omnibus oleribus, in libro de cibis boni & mali succi prorsus reijcit, ut cibos. At Nota. scio solere dici ad hæc, quod ut medicamentum utile, ut cibus prauus, ad hæc confugere solent: Sed hoc ego quæro, aliquis uescitur assiduè sunchis iecorarius, quid ei futurum erit? an fiet magis, an liberabitur, an expedit, an non expedit, quomodo proprietate prodesse poterit, quod adeò alienũ ab alimenti natura. Præterea quod referunt se singulis diebus edere multam ferim, imò & cichorium, syluarum, & palustre, & pinguescunt, demum quid agendum, utendum, aut non utendum, etsi in decoctis, quid proderit substantia? At uidemus multorum olerum usum fermè esse pernicioſum. Præterea id animaduertendum, quòd omnia olera parum nutriũt, igitur parum etiam lædunt, atque id pro solutione haberi potest, quoniam licet ipsa uincant, facultatibus, quibus abundè prosunt, uincuntur à cæteris multum alimento, ob id etiam in iuribus meliora sunt, quàm in intinctibus, & intinctibus meliora, quàm decocta, & decocta, quàm cruda, & alijs iuncta quàm per se: sed nunquid alimentum illud malum erit, an bonum? ergo malum in bono, in malo iecore bonum: quantitas enim illa exigui alimenti tot causis grata, licet efficiat substantiam raram, & inualidam, toti tamen plus proderit, unde nutritione peracta, totum fiet melius. Aduertendum etiam, quòd omnia semina difficilis sunt alimenti, & magis quæ sunt amara, id uerò contingit, quoniam oleum continent, etsi dura sint, substantia magis adhûc, etsi sicca ut ciceres, unde ex esu leguminum, & quę putrescunt faciliùs duriora sunt, uel pisa fabis nostris, quia plus olei continent. Radices quoque ualdè grauiter coquuntur. Mnesitheus uerò secundo de alimentis demonstrationem de hoc reddit, dicens: Radices continent multum humidi: demiror autem de Galeno, nam quamuis aliquæ acres sint, non tamen facilè concoquuntur, manent enim substantiæ bifariã duritiei, & eædem malè subiguntur etiam ad folia sua comparatæ, nec est, ut quis obijciat de bubonibus, quorum magnum auxilium est ad concoquendum, radix lilij, cæpa iris, & similes: hoc enim ex eisdem contingit, crassitie, & humido multo fit quod in farina, nam & illa concoquit bubones. Sunt ergo radices concoctu difficiles, sed etiam flatuosæ, & parum naturæ humanæ utiles, cùm etiam beluis aduersentur, nisi si quæ è profundo edere soleant ut sues. Nota. Pars autem interior cum lignea fuerit, palàm quod durissima, in aculeatis autem, uelut carduis agrestibus maximè, si in agris cultis oriantur ualdè suauis est, & mollis, & candida, qua libenter uescor, superior similiter inferiore, quæ sub terrà latet, quamobrem ut superior ad inferiorem, ita exterior ad inferiorem, nõ tamen ligneũ illud prorsus expers iurium, quidam putant an tantò magis ad medicinam, quantò utilior ad cibum, medulla ergo illa tanta suauior, & melior surculis, seu cauliculis, quantò illi reliqua radice: sunt autem gustu optimi asparagi, inde caulium usq; ad delitias, post lapathi, maluarum, sed longè meliores qui Romæ.

Semina difficilis alimenti.

Radices difficilè coquuntur.

Hoc quidem genus folio integitur proprio, & super prunas coquitur, fungis fermè simile gustu, prauitate longè inferiùs, imò innocens, habent & lupuli cauliculos. Ficus fructus cum semine permistus est, chrysomela meliora sunt persicis nucleo, sunt enim sicciores persicorum propterea nucleorum, plerunque uis calida & sicca, maximè qui ad amarorem tendunt. Peponem autem semina quod in plerisque alijs tantò humidiora, quantò caro carne, ut ergo parum recesserint à mediocritate in qualitate, aut substantia, ita meliùs alunt, faciliùs etiam si pondere leuiora sint, mora etiam quibusdam fructibus conducit, alijs obest, uelut his qui facilè putrescunt, ut cerasa, mora, & chrysomela: quæ uerò non putrescunt, & tamen ualdè humida sunt, hæc fiunt meliora, ut ficus, & uuæ, & poma dulcia, & omnes fructus acerbi diuturnas generant febres, & quantò magis maturi facilè putrescunt.

Fructus acerbi.

De Lactuca. Cap. XVIII.

EX omnibus oleribus maxima in admiratione lactucam, posuêre omnes fermè Medici, & ab omnibus generibus diligentissimè excolitur: non solùm enim ex ea uis aliqua medicata, sed plusculum etiam semper alimenti elicitur, & si non laudato prorsus eius succo, at nec improbo, quod cæteris denegatum est oleribus, ut quæ paucissimum alimentum contineant, nec sem per admodum laudatum, frigidaq; est in primo ordine, & humida, sed humidior quàm frigida, ob id dulces prouocat somnos, dum repressa calida, siccaq; exhalatione petente caput, immissoq; eo loci sanguine frigidiore, atque humidiore, placidoq; & leni appulsa cerebrum humectante, dissipatosq; spiritus colligente. Ventriculum tamen debilitat ob qualitates has, & quod neque dulcis est, nec odorata, nec astringens, licet æstuanti uentriculo ex bile accommoda sit, omnium enim humorum acrimoniam cohibet: inter olera tamen facillima concoctu, pluris, & melioris alimenti. Cùm uerò cruda mandi soleat, cocta benè nutrit: hęc enim regula est generalis, quod quę cruda bona sunt, coctaq; gratiam non amittunt, longè sunt meliora. Et non periculum intercedit, ut malè cocta noceant, iam nobis assuetis cruda edere: huiusmodi sunt hæ, & persica, & pruna, & amygdalæ, & fabæ nostræ recentes & cucumeres, & ouа, & ostrea, & dactyli. Ex harum etiam genere sunt thridacia, exigua herba, quasi lactuca parua, & chondrilla maior quæ lac parit: cæterùm ambæ amariores, & minùs ob id frigidæ. Quod si uerum est lactucam lac multiplicare, minimè erit in generando sanguinem contemnenda, aut solùm bilioſis conueniet. Feruenti aquæ iam immitti debet, & breui tempore coquitur, lac emittunt caules omnium lactucæ specierum cum senescunt, sed non acre, ut sunt hyemali, uerum insipidum, & subamarum, ideoq; innoxium, nec dubium est intemperatis libidinibus lactucam refragari, præcipuè ijs, quæ per somnos contingunt. Sunt qui dum ea in acetarijs utuntur, erucam adiungunt, uel cæpas, uel allia, & huiusmodi, pro contemperanda nimia eius frigiditate: nec desunt, qui claritati oculorum officere affirmant multum eius usum, ac homines in obeundis negocijs pigros, ac torpidos reddere.

Lactuca laus.

Vires.

Nota.

Thridaciæ ex chondrillæ uires.

De cichorio, endiuia, seri, & soncho. Cap. XIX.

CIchorium alij cichoream appellant. Endiuiam barbari uocant minùs amaram, magisq; insipidam. Plura habet genera, spinosum quod uocatur soncbus, tenue quod chondrilla & aliud latius, cassiusq;, nec spinosum quod cichorium propriè uocatur. Condrilla folio caule, flore & semine angustiore est. Cuiusq; generis sunt plures species cichorij, quod minùs amarum est, uocant endiuiam, atque illius etiam plures sunt species: amarior autem species apud nos uocatur cichorea seu cichorium. Assimilantur inter se gustu, odore, frondibus serratis, flore, tùm propter formam, tùm colorem qui plerumque cæruleus est. Generaliter herbarũ innumeræ fermè sunt species, una aũt regula sic distinguẽda sunt quæcunq; transmutantur plantatione aut statione diuersorũ locorũ, aut si si eodem modo proueniant, nec multùm partibus differant, nec odore, sapore facultate multùm discrepent, omnes sub eodem genere sunt collocandæ. Nimis oscitanter de his egit Galenus, & generaliter, et specialiter, primùm quidem cùm dicat eam esse utilem iecori, omittitq; uentriculum, cui non minùs utilis etiam est: & Dioscorides uentriculi meminit, non iecoris. Deinde cur utilis sit iecori haud docuit: erat autem admodum necessarium, nam si ob frigiditatem, soli calido iecori utilis erit, si ob astrictionem omnibus membris imbecillibus conueniet, non tamen iecori obstructione laboranti: sin autem ob proprietatem omni iecori, non tamen omni membro. Neque uidetur omnis herba terrea, & aqueæ substantiæ utilis iecori: nec uidetur omne cichorium frigidum & siccum in secundo ordine: imò species candidior & pinguidior humectat, & quæ uehementer amara est, etiam calefacit. Ipse e-

Cichorij genera & species.

Nota.

Cichorij diuersum temperamentum.

Cap. 19. Vires.

nim in Quarto de simpl. Medic. docet quod amara sunt calida, si igitur cichoriũ uehementer amarum sit, non erit frigidum in secundo ordine, propterea illo dimisso dicamus cichorij omnia genera conuenire in hoc, quod habeant saporem insipidum, astringentem & amarum, sed aqueum illum omnia manifestè possident astringentem obscurè, amarum inæqualiter: nam aliquę species uehementer amarę sunt, ut agrestis longis foliis, aridis locis nata, aliquę prorsus expertes fermè ut satiua candida pinguí folio, quæ terra defossa diu mansit, & hæc frigidior est. Cichorij quoq; radiculæ, in cellarijs ad hyemen seruantur, quo tempore remissionis multò amaritudinis sunt: ideoq; & natura frigidiores, usuiq; accomodatiores: amaritudinis enim aliquid etiam retinent, cuius gratia agrestem ad salubritatem meritò præferimus in temperato quidem uentriculo, nam in calido ac æstuanti endiuia melior, dum tamen redundantia humoris non adsit, quia uim exsiccandi nullam uel exiguam habet. Sylueſtris uerò iecoris uitijs ex bile optima est, facilè enim dum eo perueniens prius decocta, & magis etiam eius decoctum detergit, atq; inde robur uisceri addit. Sõchum uerò uulgò cicerbitam uocat, dictaq; est herba sonchus quia salubrem fundit succum, qui ebibitus uentriculi rosiones lenit, ac nutricibus lactis abundantiam subministrat, & multa alia commoda præstat, & dùm tenera, & parua est, inter herbas acetarium adornantes connumeratur, imò nos solam sæpiùs per se in acetario assumimus: grandior uerò spinosa euadit, & minimè esculenta, ac sylueſtri respondens, & utraq; leuiter frigida est ex aquea, terreaq; essentia cõstans.

Endiuiæ uires.

Sonchi uires.

De malua, beta, attriplice, bliso & rumice. Cap. XX.

Maluæ plura genera unde.

Alua à molliendo dicta, quod aluum emolliat, & ubiq; familiaris est, & plura eius sunt genera, quamuis ob culturam diuersa fiat, imò & à sua natura recedat, attollens se in altum, atq; in arborem transiens. Vulgaris tamen malua ad multas utilis est affectiones, sed hîc recensendi non est locus: nec immeritò maluam antiqui omnimorbiam appellauêre. In actiuis equidem qualitatibus à manifesta refrigerandi facultate abest, & si non ab omni cùm moderatè eam refrigerare cernamus, quamuis modicum, & quasi tepidum quendam calorem obtineat, humida uerò est multum: præterea adiunctam secum habet glutinositatem, qua extrinsecus admota longiori adhęsione, cùm humectare, tùm etiam refrigerare meliùs possit, & ob id intrò assumpta promptè aluum subducit. Alimoniam exiguam per se præbet, imò si frequentior assumatur, fastidium parit ob lentorem non mediocrem, & uentriculo aduersatur, ut testatur Dioscorides. Nostri cymas & cauliculos asparagorum more ex oleo, sale et aceto prima mensa uorant, sed ne uentriculo fastidium sentiant, piperis, uel cinamomi parum addunt. Renibus calculo tentatis mirificè conferre exploratum habemus, & utraq; tum satiua, tum sylueſtris in magnis laudibus habetur. Nec betæ ingratæ sunt, quarum tria nostri nouerunt discrimina albæ, nigræ, & rufæ: alba uerò & nigra frequentissima in Italiæ hortis nascitur. Rufa autem in Germania non modò foliis, sed & radicibus habetur, hancq; Germani hyeme sub cineribus calentibus decoquunt, & more carotarum in acetarijs aspersò pipere comedunt, illis dulcior est, atq; gustui gratior cum aceto etiam recondunt in uase fictili. At huiusmodi olerum cibos potiùs opsonijs ac medicamentis contribuendos esse quàm alimentis, sed frequentissimus est albæ betæ usus: elixæ enim, & iurulenta comeduntur, & uis absterſoria non exigua inest, cùm calida, siccaq; sit, ac nitrosa facultate prædita, ideò cliſteribus indita uentrem ad excernendum proritat, sed interdum mansa uentriculum mordicat, si paulò frequentior sit eius usus, iecoris tamen, ac lienis obstructiones tollit, & alimentum exiguum præbet, ut cætera olera. Idem de Attriplice dicendum, qui leue admodum præstat uescenti alimentum, & coctum edi tantum inuenio, nec pro alimento, sed potiùs ex ratione ubi refrigerationem cum humectatione quærimus, aut astrictam aluum modicè elicere cupimus, quia sola humectatione, ac uisciditate lubrica, & non nitrosa facultate, sicuti in betis hoc præstat, & flatus parit: eius uerò semen non

Alimentum.

Betæ ſpecies.

Vires.

Attriplicis uires.

fine a-

ſine aliqua moleſtia aluum ſubducit, crebroſq; uomitus in ſimul prouocat: ſicuti & Blitum, quod aliquando aluum turbare uidimus, & choleram morbum aliquibus excitare, olus quidem iners, & ſine ſapore, & acrimonia ulla, naturamq; conſimilem attriplici obtinet: proinde oleum, acetum & piperis, uel cinamomi modicum, ne uentriculo inutile fiat, addendum eſt, licet exiguum præbeat alimentum, eſtq; frigidum & humidũ, ſed nullius aut certè exigui eſt in medicina uſus, atq; momenti: ſicuti & rumex, ſiue lapathum, nullum quòd ſciam in ſanitate uſum habet, cẽſetq; Galenus ſylueſtrem betam à quouis appellari poſſe, cùm nec ſolùm guſtu, uerùm etiam facultate hortenſi betæ perſimilis ſit, & quia beta longè rumice iucundior eſt, idcirco ea magis homines ueſcũtur: eſt enim herba rumex inſipida, & guſtui ingrata, cuius decoctum pruritum lenit. *Rumicis uires.*

De braſsica, & ſpinachijs. Cap. XXI.

CONſtat equidem plures eſſe braſsicæ ſpecies, quas perſequi uelle, præſentis non eſt inſtituti. Verùm duo ſunt eius prima genera, alterum expanſis foliis, alterum uerò compreſsioribus, in orbemq; mutuò ſe ſuperuenientibus, quod uulgò Capucci dicuntur, cuius generis maximus eſt in Germania uſus, atq; recens uarijs condîtur modis, & palato gratiſsima multis: habentq; omnes ſpecies eandem fermè facultatem, ſed pauci ſunt nutrimenti, & difficilis concoctionis, & uentriculo non admodùm conuenientes, & mali ſunt odoris, & ex utraque expectanda eſt per totum corpus copia atrabiliarij ſucci, generatioq; ſanguinis melancholici, atque craſsi, ex quo facilè fuliginoſi uapores caput petere, mentemq; perturbare, ac ſomnia turbulenta facere poſſunt, & tenebricoſos quoque reddere oculos, & uidendi facultatem offendere: uerùm ſi nimio humore uidendi ſenſorium laboret, etiam quandoque prodeſſe poſsint, eorum ſiccandi potentia. Certùm eſt tandem braſsicæ decoctum humi affuſum fœtere, in hortiſq; putrefactam, intolerabilem odorem exhalare, & in cibo crebriori animæ grauitatem facere, contrariasq; in ſe habet partes, nam dum braſsicæ decoctũ ſoluere cupimus, parùm decoqui permittimus tranſit enim in eo primo decocto excretoria facultas, manente in ſubſtantia uirtute conſtringente: ſin ſecùs primum abijcimus decoctũ, ac iterum percoquimus, & hoc dum denſiore tantùm ſubſtantia participat, aluum ſiſtit. In actiuis autem qualitatibus, alij braſsicam calidam eſſe affirmant, alij frigidam, nos uerò calidam eſſe dicimus, quod & ſenſu experti ſumus: nec non & ratione confirmari poteſt, cum in ſucco acrimonia, ac amaritudo percipiantur. Sicca q; eſt, quare diſcutiendi, abſtergendiq; facultate prædita eſt, & ob id eius uſus tempore æſtatis à medicis prohibetur, & ſi cum carnibus pinguibus decoquuntur, meliores euadunt, abiecta tamen prima aqua, quibus altera quæ ſuperinfundi debet, oportet ut ſit calida: aliter ſi frigida fuerit, etiam quòd diutiſsimè bulliant, potiùs planè tabeſcent, quàm perfectè decoquantur, quòd & cæteris contingit oleribus, quæ bis decoqui debent. Tenera etiam profert cymata braſsica, quæ non ingrato guſtu in acetarijs comeduntur: & agreſtis calidior, ſicciorq; eſt ſatiua, ſicuti alia omnia ſui generis agreſtia, domeſticis in ſuis facultatibus ualentiora ſunt. Spinachia autem non dubito primum natura ſylueſtria feciſſe: uerùm cura mortalium, quæ nihil uentris cauſa inexpertum, aut intentatum relinquit, effecit ut nullum frequentius, diligentiusq; noſtro æuo ſeratur olus, quod antiquitati incognitum, aut ſaltem neglectum fuit: nunc uerò inter hortenſa, ſolertiſsima cura excolitur, & uaria atq; diuerſa ijs ineſt apparandi ratio, & ſine aqua decoquunt, cùm multum humoris inter coquendum emittant: frigida enim & humida ſunt ordine primo, aluum emolliunt, & flatus pariunt, & multus eorum uſus uentriculum ſubuertit, niſi cinamomo, aut pipere, aut acrimonia aliqua, uel ſale condiantur, nec mali licet exigui, ut cætera, olera nutrimenti ſunt. *braſsicæ ſpecies plures.* *Vires earum.* *Decocti uires.* *Nota de uſu.* *Cymata.* *Spinachiorum natura.* *Vires.*

De Portulaca, oxalide, ac solano. Cap. XXII.

Portulacæ genera & uires.

VO sunt portulacæ genera omnibus nota, frigida atq; humida, & proinde exiguum corpori nutrimentum frigidum, humidum, atque lentoris refertum, nec prauitate uacans suggerunt, proinde æstatis feruoribus non minùs ex acetarijs cruda portulaca, quàm cocta, in iusculisq; elixa edi solet, uentriculi namq;, atq; intestinorum æstuationem mulcet, nec non omnibus calidis fluxionibus succurrit, & Venerem inhibet, ac dentium stuporem tollit, sed uentriculo nocet immodicus eius usus, & appetentiam debilitat, oculos etiam nõnulli hebetare tradiderunt. Acetosa uerò siue oxalis, altera longioribus est foliis, altera rotundioribus, & acidioribus, ex quarum succo in æstiuis quidem caloribus carnes, pisces, ouaq; eduntur, omnes enim escas gratiores reddit, & cibi auiditatem auget, uicemq; omphacij, & aranciorũ succi gerit, & tam in secunda, quàm aduersa ualetudine egregiè placet, & frequens inter acetaria habetur, frigidiore temperamento, sed partium tenuitate utraque constat, et nullius, uel perquàm exigui est alimenti, nec nisi pro condimento ad usum uenit. Multi etiam referunt grassante pestilentia, ex utriusq; usu, tùm per se, tùm cum alijs, tùm expressi in primis succi commendatione salutem accepisse. Solanum autem quod olim in cibum ueniebat, & in hortis inter herbas esui aptas serebatur, unde solanum hortense, siue esculentum appellabatur: hodiè uerò sub nulla olitoris lege nascitur, & cùm maximã astrictionẽ habeat, ideò rarò, ut alimento: ut medicamẽto autem assiduè utimur, in quibus adstrictionis ac refrigerantis usus incidit, minimi autem est alimenti.

Acetosæ species.

Vires.

Solani usus. ac uires.

De Bugloſſa, boragine, & meliſſa. Cap. XXIII.

Borago unde dicta.

BOraginem quasi bouaginem uulgus dixisse putatur, uersa, et deinde peruersa, è bugloſſa uoce, quod tã uerum uidebitur, quàm quòd nulli in dubium iam uertitur, nostram boraginem esse genuinum Dioscoridis bugloſſum, cuius ætas recentior nomẽ confudit, & commune fecit iuribus, & nonnulla ducta similitudine: & ideò eiusdem speciei habentur, cum in figura, forma, & uirtute ad inuicem assimilentur: utraque enim calida & humida est, & nostro temperamento maximè affinis, idcircò procreatis ex bugloſſo conuenientibus nobis spiritibus, hilaritatem facere creditur, & in maximum ciborum usum receptum: est: quare uino aliquandiu maceratum, easdem conciliat facultates, ueluti & coctum. Floſculi ubique gratiam habent, & ijsdem roborandi cor facultas ineſt, & aduersus animi tristitiam maximè ualent, & multus est huius herbæ pro sanitate conseruanda, atque etiam recuperanda usus. Radices quoque saccharo diligentissimè condiuntur, ut & cichorij, & aliquot præterea ad eosdem usus adhibentur: sedandæ quoque siti Hispania tota, imò & Italia hoc uictu utitur in morbis: parata enim semper ex olere eo ægrotantibus esca in uniuersum absq; omni ferè discrimine, quamuis immoderatus eius usus quodammodo cauendus sit, quia olus est, & parum alimenti præstat, soletq; lactucæ admisceri pro contemperanda eius frigiditate, & folia decocta, atque in cibis sumpta, aluum subducere compertum habemus, & flatus aggenerare. Et ego cùm aliquando duriore aluo essem, à bugloſſo deceptus fui, quippè eius frequentiore, & copioſiore usu, in alui profluuium incidi. Meliſſa autem citrago dicta, eò quia citri odorem referat, calida & sicca ordine secundo, cordi gratissima est, ut testatur Princeps: animam enim lætificat, dùm cor exhilarat, & eius imbecillitati succurrit, & cardiacam affectionem curat, non minùs quàm omnes alios similes animi affectus, à melancholia, & atra bile originem ducentes, nullius fermè est alimenti, sed ieiuno uentriculo comesta, eius frigiditatem ac humiditatem tollit, atq; uirtutem concoctricem roborat, & singultum sedat, quia & cerebri obstructiones aperit, & pituitam elicit, & tandem omnibus phlegmaticis, & melancholicis passionibus confert, & ipse in meis aduersis fœlici cum successu, experimento comprobaui.

Floſculi uires.

Nota.

Meliſſæ uires.

De Apio,

De Apio, petroselino, smyrnio, & lauere. Cap. XXIIII.

TSi multa sint apij genera, omnium tamen frequentissimum, in cibisq; gratissimum, est domesticum, quòd quibusdam potiùs cõiecturis, quàm ulla certa figura meritò uerum antiquorum esse putatur, uulgareq; nostrum petroselinum. ut alibi diffusiùs declarauimus: Nunc uerò sat nobis sit dixisse, omnes apij tum Alexandrini, tum Macedonici species, ac differentiæ easdem habere facultates, nec differre, nisi secundùm magis & minùs. Atq; hic potiùs pro escarum condimentis, ac opsonijs, quàm pro cibis de apio domestico, siue petroselino nostro sermonem habemus, cùm constet peculiarem in condimentis gratiam habere, quod quotidie ita esse percipimus, nec parum refert hoc cognouisse, cùm superiùs declarauimus, quantum referat nutrimentum gratum, uel ingratum esse. Suauitas enim ciborum etiamsi minùs salubres sint, facit ut uentriculo facilio-res sint, & concoctu minùs cõtumaces. Contrà si insuaues fuerint, etsi salubriores, non æquè tamen conficiuntur. Calidumq; est apium domesticum & siccum in fine secundi gradus, ob id urinam, tùm menses, atque sudorem prouocat, flatum discutit, obstructiones iecoris, & splenis aperit, gratũ uentriculo, & iecori, aduersatur uenenis, & tussi, ac pectori medetur, Venerem excitat, & lac comminuit: ob id nutricibus minimè cõuenire uidetur, frequensq; per iuscula nostra innatat, iucundo sapore: & Galenus stomacho gratum, & suaue prodidit, & carnes tùm elixas, tùm assas, mirè cõmendat: quin etiã pisces, atq; oua in sartagine cocta, aliaq; aliter parata, & renum calculos pellit. At nimio tamen eius præcipuè crudi usu cauendum, quia aggrauat, & caput uaporibus replet: & quamuis multi referant motum epilepticũ excitare, & aciei obesse, istud potiùs de paludapio censendum, quàm de nostro satiuo apio. Palustre enim ingrati est, tum saporis, tum odoris, atq; ualde efficax. Non auderem tamen affirmare, quin & cõtinuus, & copiosus crudi nostri satiui usus hoc accidens excitare posset processu temporis, dùm caput tentare constet. Smyrnium autem Galeno cognitum fuit, uulgariq; appellatione olus atrum dicebatur, nunc Macerone, apio acrius, calidiusq; est, aromaticum quidpiam obtinens, idcirco ualidior est eius facultas, & minoris nutrimenti. Atque huius tota planta, tùm cruda, tùm cocta edi potest, oleo, sale, & aceto condita, & Romæ maxima copia uenditur, atque cinaræ modò pipere, & sale comeditur: ueluti & lauer seu sium, quod crudũ aceto mulieres, & pueri ineunte Vere comedunt: estq; perquàm simile apio, sed eo insuauius, & coctum gratiam in cibis habet: & ideo potiùs opsonij loco poni solet, quàm cibi, estq; uentriculo admodum gratum & urinam procat, & uesicæ calculos excernit: ut ex Galeno colligi potest octauo Simpl. Medicamentorum, ubi inquit: Quantùm sium gustu odoratũ est, tantùm etiam excalefacientis facultatis est particeps, sed & digerit, & urinam mouet, & calculos renum frangit, & menses euocat. Sunt & alia quæ meritò inter opsonia tantummodò, aut condimenta cõnumerantur, & sunt ea, quæ à medio discedunt, & quantò magis ulterius tetenderint, sic minùs semper, minusq; nutriendi uiribus prædita erunt, uti iam quę tertium in gradibus ordinem attigere, præsertim uerò calefaciẽdi, aut frigefaciendi, talia nullatenus pro alimento censeri debent, ut quibus solummodò medicata substantia insit, exuperantibus tam insigniter facultatibus, & ab alendi facultate longè alienis: ut Nasturtiũ, exẽpli gratia, olim opsoniũ Persarũ celebre, sisymbriũ, seu cressones, scandix, & cætera: nam hoc dictum cõmune, de omnibus alijs huiusmodi, intelligi debet.

Multa apij genera.

Vires.

Suauitas in cibis eos salubriores reddit.

Nota.

Apij palustris uires.

Smyrnij uires.

Laueris usus & uires.

Nota.

De eruca, & gingidio. Cap. XXV.

NOtissima est herba eruca, tam domestica, quàm syluestris, quæ plerunque in acetarijs uenit, datq; illis saporem gratũ: manifestè excalefacit, & proindè in primis Venerem stimulat, semenq;, & genituram parit, & in præliа robur addit, & cõuenientior temporibus frigidis, quàm calidis, & ubi plusculum pituitæ in corpore erit, quàm bilis, nec solã edere salutare est: præter alia

Erucæ species & uires.

enim caput tentat. Oci id Galenus, & Plinius lactucis iungi oportere docent, sic & portulacæ, uel acetosæ, aut alijs huiusmodi, quibus nimius illius calor fractus mitescat. Cit quoque urinam, & lacti copiam addit. Gingidium uerò, cerefolium à uulgo appellatum, diligenter olitores excolunt, seruntq; & magnam in acetarijs gratiam obtinet, uentriculo admodum gratum, siue crudum, siue coctum, & aceto cõditum appetentiam facit, & fastidium discutit, sed exigui admodum est alimenti, & adstrictoria, atque amara facultate præditum, nec diuturnam tollerat coctionem, atque radices, & folia in usum ueniunt.

Gingidij uires.

De ocimo, menta, & pimpinella. Cap. XXVI.

Ocimum duplex.

NOn solùm in hortis ocimum satum uidetur, sed & passim ad feneſtras figulinis uasis repositum, quod mulieres ob fragrãtissimum odorem, quẽ habet, fouent: atq; gariophyllatum reperitur minutis folijs ornatum, suauioris odoris, sicq; dictum, quòd nescio quid gariophylli redoleat, quod quamuis aliqui grauiter increpent, ac multis probris proscindant. Nos tamen gariophyllatum id experimẽto comprobauimus, melancholicis, & cordis palpitationi mirificè succurrere, tristitiam, animiq; solicitudinem abigere, nec uẽtriculo frigiditate laboranti inimicum, capiti quoque amicum, quod eius obstructos meatus aperire, collectamq; pituitam discutere, atque per nares elicere uidimus: & licet Arabes, ac Græci ipsum damnent, quòd capitis dolorem, ac insaniam faciat, oculos hebetet, lactis, seminisq; copiam minuat, & flatibus repleat, ac uentriculo aduersetur, & concoqui difficilè, atq; improbi succi: & ideò fugiendum, nec intus assumendũ censent, propter excrementitiam humiditatem: nos tamen cõtrarium in gariophyllato adinuenimus, & modò si quid illorum uitiorum ocimo ineſt, communi, & lata folia habenti ineſſe putamus: aliàs enim gariophyllatum alacriter ab huiusmodi calumnijs defendimus, ob maximas, & præclaras uirtutes, in eo repertas: et ego quàm diu habere possum, quotidie utor. Pro opsonio interea potiùs, quàm pro alimento omnes concorditer habent, & iusculis salubriter addunt, quod & somnum conciliat. Menta autem & ipsa ubique familiarissima est, quam Romanam, seu hortulanam uocant, folio betonicæ, maiori tamẽ, sed tenuiori, & multùm odorato, & à nostris diligenter seritur, & ad multa condimẽtaria in re cibaria utilis est: & sicut odor ipsius animum excitat, ita & sapor auiditatem in cibis, & tenella peculiarem habet gratiam in acetarijs, & ad Veneris opera, non inter postrema commendatur. Est enim gustu acris, & tertio ordine calida, & exigui nutrimenti, sed uentriculi imbecillitatem adiuuat, humorum crassitiem incidit, ac nauseabundo ex pituita uentriculo mirum in modum subuenit, & fastidia demit, atque singultum inde ortum sedat, nec lac in uentriculo, nec in mammis coire permittit. Ideò qui lacte gaudent, lactis potionibus addant. Pimpinella etiam in pratis copiosissimè prouenit, calida & sicca est, & in acetarijs quotidie editur, sed perexigui est alimenti, & difficillimè cõcoquitur: iecoris tamen obstructiones aperit, stranguriam leuat, & urinam prouocat, quin & renum calculos terit, ac comminuit, & aliquandò tabidis utilissima.

Ocimi Gariophyllati uires.

Nota.

Menta.

Vires.

Pimpinellæ uires.

De fœniculo, aniso, & anetho. Cap. XXVII.

Fœniculi usus.

FEritur passim in Italiæ hortis fœniculum, & ad uarios usus nostra sæcula usurpant, recens enim coma, atque nuper nata acetarijs additur, nec non & ad commendandum oris halitum, sicuti & semen, nondum maturitatẽ adeptũ. Maxima equidem est fœniculi dulcis copia, & Bononiæ, & Florentijs, ac multis alijs Italiæ partibus, uiride toto anno habetur, modumq; aliàs edocuimus, à ciboq; utuntur, nullum tamen aut minimum alimenti per se præbet, sed pro condimẽti aut opsonij, aut intinctus alicuius usu asseruatur. Calidumq; est ordine tertio, siccum uerò primo: licet erraticum hortensi ualidius, quod calculos potenter comminuit, & utrumq; lactis abundãtiam facit: sed quia Venerem stimulat, ob id

Vires.

obid lactantibus interdici solet. Menses quoque & urinam prouocat, fœminasq; à partu, & renes expurgat, stranguriæ, ac renum doloribus medetur, & oculorum claritati tota plãta mirificè confert, & semen hyemis tempore malis, pyris, & cotoneis, in secunda mensa aspergitur, atque salutariter sumitur, coërcet enim flatus, & oris suauitatem facit, & sic oculorum uis eo conseruatur, & caligo discutitur. Anisum quoque satis notum tum herba, tum semen, calidumq; ordine tertio, atque siccum, acre enim atque subamarum existit, & in præclaris condimentis laudatur, siue crudum, siue coctum, imò in omnibus quæ condiuntur, quæq; intinguntur uiride, aridumue desideratur: in panificijs etiam ut plurimùm mulierculæ nostræ semẽ anisi adijciunt, quod gratiam non leuem affert, & multis medetur morbis à flatu originem ducentibus, & urinam prouocat, atque alba fœminarum profluuia sistit. Semen quoque saccharo incrustatum artifices uendunt, quo multi à cibo, & uini potu ad commendandum oris anhelitum utũtur: alij ut uapores caput petentes reprimat, & flatum discutiat, moderatus tamen eius usus. Anethum etiam herba satis nota est, quæ & calida, & sicca habetur, cuius tamen usum ad condimenta, non opsonia à Galeno commendari uideo, nusquàm quòd sciam à nostris in cibos admitti-tur, licet nonnulli eius radicem pastinacæ modo coctam in cibis laudârint, ut quæ lac augere, & abundare testentur: multus tamen eius usus noxam uentriculo infert, atque uisum debilitat.

Nota.

Anisi uires.

Anethi uires.

De origano, hyssopo, & pulegio. Cap. XXVIII.

MAria habentur origani genera, & syluestre præstantius est, quod passim in Hispania reperitur, quod uerò communi in usu Italia habetur, manducari pro opsonio author est Galenus, & incidendi, & extenuandi, ac calefaciendi, & siccandi in tertio excessu facultatem obtinet, & contra frigida uenena præclarè facit, & eius flores sicci super ferculis calidis positi, gratiam eis addunt, atque ut uirides fiunt, & nos experti sumus uentriculi flatũ discutere, coctionem adiuuare, & uentriculo frigido non parùm prodesse, atque atrum humorẽ expurgare: quod forsan eis solis, ac pulegio peculiare existit. Hyssopum autem uulgarem excalefacere, & desiccare ordine tertio, atque tenuium esse partium nemini dubium esse duco, quòd & Galenus octauo de simpl. Med. facultatibus affirmat. Illud uerò collectum in manuales fasciculos matresfamiliãs siccant, seruantq; ad hyberna opsonia, & condimenta, gratiam enim iusculis affert, si moderatè eis addatur, mirificè detergit, & pectus à crassis, & uiscidis expurgat, mundificatq;. Pulegium quoquè à Galeno inter condimenta asscribitur, & quia acre, & amarum, ideò ualdè extenuat, etiam calefacit, eo igitur parcè, ac moderatè utendum: flatum enim dissipat, & uentriculum abstergit, atque atrum humorem ducit, quin etiam crassa, & lenta ex thorace, & pulmone excreatu facilia facit, & menses mouet, atque calculos in renibus nobis ipsis comminuit.

Origani uarij genera.

Italici uires.

Hyssopi uulgaris uires.

Pulegij uires.

De sinapi, & cymino. Cap. XXIX.

ESt sinapis semen calidum & siccum ordine quarto, suaq; ui ignea sinapismus ad exulcerationem paratur, acerrima enim atque omnium exurens est eius natura, cui tamen inter condimenta præcipuam nobilitatem sæcula nostra tribuunt: dulcibus tamen semper iungi debet, pro contemperanda eius acrimonia, quamobrem mulierculæ nostræ per uindemias musto diluunt, ac temperant, & conditum parant, quod ex musto, & ardore nomen retinuit, mustarda uulgariter dicta, quæ & dulcior, & acrior ad libitum cõfici potest, nec scio an aliud tam frequẽs, per omnes fermè gentes condimentum tota hyeme, magnaq; reliqui anni parte habeatur, quibus temporibus commodissimè ad sanitatis rationes usurpatur, atq; utiliter omnibus frigidioris, humidioris q; naturæ, crassæ etiam atq; glutinosæ substantiæ epulis, esculentis q; apponitur, dum sua calefaciendi, siccandiq;

Sinapi uires.

Nota.

Mustardæ uires. candíq; facultate,illa attemperat,extenuat,atque detergit, frigidis namq; uentriculi,aliorumq; uiscerum affectibus succurrit,& cibi fastidia inde oborta auffert, & appetentiam excitat: frequens tamen & copiosus eius usus, capitis dolorem facit, ac oculorum claritati officit,cõcitatis eo turbulentis exhalationibus: sæpè enim uidemus eius odorem naribus raptum,sternutationem cõfestim excitare, & sensim uellicans lachrymas elidere,imò si quis citra aliud opsonium mãdere tentauerit, rosionem protinus,& molestiam palato,ac uentriculo sentiet: uerùm si moderatè utatur, ad capitis eliciendam pituitam admodum efficax erit, & ad emendandas ueteres lienis durities,ac tensiones. Atque idem de similibus natura sinapi herbulis, ac seminibus, quibus uis ignea ineſt, & ex eisdem condimenta, intinctusq; aliquando parari solent,intelligi uolumus.Cymini autem præcipuus est in semine usus & Germani in condimentorum laudibus habent,eoq; assiduè utuntur. Itali uerò raro, & satiuo tantum,calefacit ordine tertio, atque omnibus affectibus, à pituita, & inflationibus ortis præsentaneum est remedium,& urinam mouet.

Cymini usus ac uires.

De papauere, & coriandro. Cap. XXX.

Papaueris tria genera. Satiui papaueris uires. RIa habentur papaueris genera,sed hîc tantùm de satiuo albo,nigro præstantiore sermonem habebimus: quod & si ut reliqua frigidum, ac somniferum sit, moderatè tamen hodie in uictus usu habent, edulijsq; suis miscent:& Genuenses continuò à cibo utuntur loco conditorum,quæ communi in usu apud alias gentes sunt,absq; aliqua noxa,& tempore Galeni in panificijs ipsum,ceu condimẽtum inspergebant,ac etiam melle maceratum esitabãt. Tussim uitio pulmonum, & thoracis concitatam compescit, & acutas à capite fluxiones arcet,& nullum commemorabile corpori præbet alimentum.Coriandrum autem herba est optimi odoris,ac saporis,uentriculo grata, & capiti, atq; inter medicamenta cordialia digna est adnumerari: nec mirum si uniuersa Hispania ea tam sæpè in iusculis,ac conditis utitur,quicquid dicãt totalij, qui coriandri esum maximè ut-

Coriandrum.

Quorundam lapsus. tuperant,ac inter uenena reponunt,ut Dioscorides,& multi alij, quos potiùs intellexisse de herbula quadam cicutaria dicta,folia coriandro similia habente,quàm de nostro domestico,uerisimile est, ut aliàs demonstrauimus, & præterea ipsum frigidum prodiderunt,cùm constet calidum esse,& tenuium partium: plurimum enim amaræ substantiæ habet & Hippocrates secundo de diæta ipsum calidum esse affirmat,& Galenus etiam septimo de simpl.Med.facult. Ab immoderato tamen eius usu cauendum,quia nullum alimentum præbet,imò multi constãter affirmant, immodicè sumptum mentem perturbare. Ideò nostrates prius aceto præparant, inde saccharo inuoluunt, & condiunt, quo commodior est usus à cibo, ad reprimendos uapores caput petentes,ui illa stiptica,qua plurimum ualet.

Vires.

Nota.

De serpillo, satureia,& sampsuco. Cap. XXXI.

Serpilli hortensis usus. ORtense reperitur serpillũ, quod minùs agrestis acre sentitur, suauioris; est odoris,quod in condimentis maximam gratiam habet,adeoq; omnes delectat,ut hoc uno bono ubique sese commendat. Modicè quoque in acetarijs miscetur,orisq; fœtori adeò resistit,ut alliorum,cæparum,& porrorum tædium aboleat,atq; ita calefacit,ut urinam,& menses præclarè moueat. Ita & hortensis satureia uiridis pro opsonio suauiter editur, atque leguminibus additur,ad eorum inflationes compescendas. Siccata etiam, & in polinem redacta, ad eosdem usus asseruatur,alijs etiam non sine gratia ferculis admiscetur:in exigua tamen quantitate: calida enim & sicca in tertio ordine, & eius decoctum menses ciit, atque fœtum extrahit. Sampsucus autem herba,hodiè amaracus,seu maiorana odorifera dicta,calefacit & siccat ordine tertio, & odorem acutiorem uibrat,ac uehementem saporis acrimoniam repræsentat, quàm cibi ferre possint: ob id raro esculentis admiscetur, & fermè ut medicamentum solum habetur, quòd discutiendi,&

Vires. Satureiæ usus.

Vires. Sampsuci uires.

di, & attenuandi uim habet, & ex eo oleum conficitur, ad calefaciendos, & emolliendos neruos, quod manibus ad motum, uiscosos ac glutinosos humores à capite elicit, & eius dolores sedat, ac menses trahit. *Eius oleum.*

De mercuriali, & lupulo. Cap. XXXII.

Tramque mercurialem calidam & siccam esse primo gradu, atque oleribus mandi, testatur Dioscorides, ad aluum ciendam, quod etiam hodie pari certum est, & si plusculum detur, bilem purgat, sed uentriculum offendit. Et Hippocrates in libro de Morbis mulierum miris laudibus in usum mulierum commendauit, ad menses, & secundas prouocandas, si ori matricis admoueatur, & frequenti in usu clysteriorum uenit. Seritur & herba lupulus ab Italis dicta, (eò quia salices, & arbusta omnia scandit) in uniuersa Germania, Anglia, Flandria, Boëmia & alijs locis, in maximaq; apud illas gentes est authoritate: ex eo enim potus suos concinnant, & ceruisiam parant, ex hordeo, & tritico lupulorum adiectis floribus in aqua maceratis, potus quidem qui plurimos flatus gignit, & ingentes interdum obstructiones facere solet, nec praui succi suspicione caret, ut alibi luce clariùs demonstrauimus, & si nonnulli optimum potum, imò & febrientibus conuenientissimum proferant. Ad menses sæpè accessit lupulus, & frequentissimus est inter acetaria eius usus, calidusq; aliquantulum est. Coquuntur eius cauliculi tenelli asparagorum more, atque ex oleo, aceto q; comeduntur, quin & alijs modis parantur: pinguiore etiam iusculo, alimenti tamen per se nulla laus: sed bilem educit lupulus, sanguinemq; mundificat, ac clarificat. Et syrupus ex eo confici solet, qui bilijosis febribus mirum in modum confert. *Vtriusq; mercurialis uires. Lupulorum usus. Ceruisiæ potus. Vires.*

De saluia, roremarino, & betonica. Cap. XXXIII.

Deò frequens est ubiq; saluia, ut nullus extet hortulus, qui ea non ornetur, & multis in cõdimentis usum habet, calida & sicca est, & leuiter subastringit: sed demiror quomodo, nunc temporis adeò salutaris censeatur cùm apud antiquos paruam, aut nullam in sanitate tuenda authoritatem habuerit. Verùm in capitis affectionibus à frigida materia originem ducentibus admodum ualet, adeò ut non pauci uertigine, aut hemicrania, aut epilepsia, aut paralysi laborantes, ex continuo saluiæ usu præseruati, imò & curati fuerunt, ante cibum à quatuor ad sex folia recentia, ac tenera comedentes, & alij eius decocto uinum diluentes sanitatem recuperarunt. Omitto modò illa quæ apud Aetium de saluia prodidit Agrippa, qui eam sacram appellat, quasi quòd ad fœcunditatem mirè faciat. Plerique etiam ea intus, foris q; utuntur potionibus addentes, atque lauacris & hyemis præsertim tempore iura sua condiunt. Dentibus quoque illita, aut in uino decocta prodest, & urinas, ac menses mouet, & albos siccat. Cauendum tamen quod serpentes, ac bufones, præcipuè eius umbra mirum in modum gaudent, & cognationem quandam cum serpentibus, et uenenatis animalibus habere uidetur: sedat decoctum eius genitalium pruritum. De roremarino autem dicebat Galenus septimo de simplicium Medicamentorum facultatibus, libanotides tres existunt, una sterilis, & duæ fructum ferentes, eandem omnes facultatem habent molliendi, discutiendi, abstergendi, & incidendi, &c. Rem tamen cibariam parum adiuuare inuenimus: apud nos uerò eius ramuli triticea farina saccharo aspersi uestiuntur, qui parum in sartagine tosti, non insuauem habent gratiam, sicuti & cum carnibus in ueru assatis, ac multis alijs in condimentis. Calefaciunt & ob id hebetudines oculorum prouenientes à crassis humoribus emendant, & decoctum potum regio morbo auxiliatur. Cor atque caput corroborant roremarini flores, qui in acetarijs condiuntur, ad uoluptatem, & salubritatem: uentriculum enim calefaciunt, fluxiones tollunt, & asthmaticis prosunt, quin & ex eis, & saccharo conditum paratur dianthos appellatum ad eadem. Ignes quoque ex roremarini frondibus, iunipero, *Saluiæ uires. Nota. Roremarini species & uires. Nota. Roremarini ignes.*

& lauro, tempore peſtilentiæ accenſi præclarè auxiliantur. Betonica uerò adeò uulgaris, atque nota eſt, ut prouerbium uſurpetur, dum rem omnibus manifeſtam indicare uolumus dicendo: Betonica eſt notior. Innumerisq; prędita eſt uiribus, quas Antonius Muſa in ſuo libello, quem de Betonicæ uiribus inſcripſit, miro ordine recitauit, quæ cùm ad partem curatiuam ſpectent, recenſendi hîc non erit locus: uerùm inter cæteras, inquit quod hominum animas, atque corpora à maleficijs cuſtodit, ac periculis, & uiatoribus longo itinere defatigatis uires ex aceto mulſo myrificè reficit, & faſtidia abſtergit, ac uentriculò affectos recreat, aduerſaturq; uenenis: & ſerpẽtum, & uenenoſorum, rabidorumq; quorumcumq; animalium morſibus, non ſolùm intus ſumpta, ſed etiã extrà, emplaſtri modo impoſita. Et ex uino hauſta menſes prouocat, calida enim & ſicca eſt ſecundo gradu, uimq; incidendi habet, & calculos in renibus frãgit, & capiti ualdè amica eſt, imò ex ipſa ſyrupus paratur, qui in omnibus frigidis ægritudinibus, & præcipuè capitis primatũ obtinet, nõ minùs quàm unguentum, ac ceratum, quibus Chirurgici maximè utuntur.

Betonicæ uires.

De Ruta, abſynthio, & carduo hortenſi. Cap. XXXIIII.

Ruta duplex.

RVta & ipſa notiſsima eſt herba, & ſatiua non adeò guſtui ingrata eſt, ut ſyluestris, imò eam inter alias herbas acetarium componentes uniuerſa Italia miſcet: & ſi aliqui reperiantur, qui adeò ipſam odio habent ne uix attingere poſsint. Ego equidem oleo, & ſale ſolam libentiſsimè comedo, & mihi gratiſsima eſt guſtui, licet amara, & aſtringentis ſaporis, & ſubacris ſit, ſed facillimè uermes contrahit: ob id eam diligenter quiſque inſpicere debet. Calida & ſicca eſt hortenſis in tertio ordine, (ſyluestris uerò in quarto,) & uentriculum à cruditatibus, inflationibus, & antiquis doloribus liberat, craſſos & lentos incidit humores, & comeſta uiſum exacuit, adeò ut pictores ea in cibis utebantur, teſte Plinio propter uiſus claritatem. Potensq; eſt contra uenena, ac peſtilentiam, parariq; ſolet uulgaris ille bolus, nec inutiliter, ex ea, allio, nuce, & ſale tempore ſuſpicionis peſtilentiæ. Vrinas quoque mouet, & uermes enecat, atque omnibus atrabilarijs affectibus, ac malis cogitationibus confert: & quia flatum compeſcit, ideò Veneris appetentiam inhibet. Ab ea uerò prorſus abſtineant utero gerentes. Referebat etiam Caburatius ex Foro Cornelij, Philoſophus egregius, & Græcæ linguæ peritus, illam conſeruare cadauera, cùm nec ſalſa ſit, nec abundè amara. Abſynthij uerò multa ſunt genera, ſed quod ponticum ſiue Romanum uocitãt, cæteris multò præſtantius eſt, & primo gradu excalefacit, & tertio ſiccat, licet ſuccus herba longè calidior ſit. In cibarijs nullius eſt uſus: aliquibus tamen adeò eſt guſtui gratum, ut ſolum, & ſine pane ita comedant, alij in acetarijs eo utuntur. Et ego ſoleo tenellis eius comis oleo, & ſale, manè ueſci cum pane. Optimumq; ac uerè Romanũ odore mentę Romanæ redolens ſæpiſsimè collegi in horto Pontificio ſuper muros, quod aſtrictionis non uulgaris particeps eſt, nec non abſtergit, c[illegible]oborat, ac ualẽter exſiccat: quare bilioſos uentriculi humores deijcit, ac per urinas euocat, & præſertim eius decoctum, uel infuſum, quo multi in uino utuntur: uerum ubi pituitoſus humor uentri fuerit affixus, inimicum potiùs, cum ui ſua adſtrictoria humorem magis cogat, ac inhærere faciat, quàm abſtergat, quia leuis eſt eius abſterſoria facultas, qua ſolũmodò humorem bilioſum detergere ualet. Quaproter non ſemper æquè benè faciunt, qui uinum abſynthitem dictum, ſingulo manè bibunt pro corroborãdo uentriculo, ſed prius omnimodam uentriculi deterſionem (ſi opus fuerit) atque mundificationem quærere debent: dein tutiùs pro tollenda frigida eius intemperie uti poterunt, niſi hepatis caliditas obſtet, bilioſum tamen humorem, etiam quod intra uenas fuerit, à toto expurgat. Vnde in morbo regio, eius infuſum, uel decoctum ſalubriter bibitur: confert quoq; hydropi, ac lienoſis, & malo habitu affectis. Carduorum autem & ſi uaria ſint genera, de eo tamen qui hybernis menſibus terra obruitur, & albus, ac delicatiſsimus redditur, ſcolimonq; Græci uocant, & in uſum uictus uenit, ac poſt alios cibos aſſumitur, pro corroborando, ſigillandoq; uentriculo: mirum e-

Rutæ uires.

Bolus contra peſtem.

Nota.

Abſynthij genera.

Abſynthij Romani uires.

Nota.

Carduorum uſus.

rum enim candorem contrahit,& adeò tener euadit,ut solo sale à nonnullis crudus atque etiam pipere asparagi more coctus editur,& lautioribus mensis apponitur à cinaraq; differt. Calefacit & siccat ordine secundo, & carnium iusculis decoqui solet,ita ut crudus,& coctus gustui gratissimus sit,nec uentriculo aduersatur, imò illi robur potiùs,& appetentiam addit: pauci nihilominus est alimenti, & difficilis concoctionis, nec succi præsertim crudus prauitate caret: non etenim effugere potuit, & ille,communem oleribus fermè omnibus culpam,moderatè tamen sumptus, tuto pro uentriculo corroborando comedi potest. Venerem stimulat,& sæpè urinæ copiam educit. Et easdem' met facultates cinaria habet, sed prauum succum gignit, præsertim ubi indurierit: duram enim habet substantiam, & succum melancholicum parit: ideo nisi cocta mandi debet.

vires.

Nota.

Cinaræ uires.

De Capparibus & asparagis. Cap. XXXV.

NOtissima est capparis planta, cuius surculi, fructusq; aceto, atq; sale etiam adseruati aliunde ad nos importantur: in Arabia enim proueniunt,& tenuibus partibus constant, calidoq; sunt temperamento, atque sicco ad secundum usque gradum,& salis,uel aceti conditura à putredine uindicat, alioquin putrescerent, parum alimenti exhibent,& ut Galenus refert, huius plantæ fructu, ut medicamento magis, quàm alimento utimur: propterea quod ubi elotus salsuginem deposuerit, utilissimum est opsonium, & medicamentum, ad cibi appetentiam recreandam,& excitandam,& pituitam in uentre contentam detergendam, ac dejciendam, ad lienis item, ac iecoris obstructiones leuandas, etiam si oximellite conditi prima mensa sumantur, uentrem leniunt, uerum quia difficilis sunt coctionis, ideò bene mandere oportet,& sale dempto, quod facilè ex aquæ macerationе assequitur, plusculum alere possunt, magisq; etiam recentes, menses ciunt,& leui quadam amaritudine uermes interficiunt: pugnantibus enim inter se facultatibus constant, ut author est Galenus septimo de simpl. Med. facultatibus: dum inquit: [Extergit enim radix eius,& probè purgat, incidit, discutitq; tũ amaritudine, tum acrimonia: at acerbitate contrahit, stringit, & densat, quapropter &c.] Ob id quoties deobturandi, aperiendiq; uires quærimus, ut in iecinoris, lienisq; obstructionibus, aut mensium prouocatione, aceto uel oximellite conditis utimur, atque prima mensa. Et qui sale confecti sunt, si sal relinquatur, uentrem sine dubio meliùs irritabunt, pituitamq; in uentriculo incident, abstergent, ac tandem subducent, nec lienis doloribus, nec neruorum resolutione periclitabitur, qui capparibus quotidie in pauca tamen quantitate, utetur. Asparagos autem præter campestres sua sponte nascentes, quoq; hortenses habemus, cibo gratissimos, qui & apud antiquos summo in prætio erant,& Rauennates præsertim, nec calefacere, nec refrigerare manifesto asseuerant Galenus, Paulus,& Aetius, iusculis pinguibus incoquuntur, nec lõgam ferunt cocturam,& à plerisq; ex aceto, oleo, sale & piperis modico aqua cocti eduntur, parũ, leuiterq; nutriunt. Prima mensa salutariter apponuntur ad renũ calculos, urinamq; mouendã,& hepatis, aliorumq; uiscerum obstructiones apperiendas. Atq; ideo inter diuretica adnumerantur, ut inter ea primatum obtineãt, si quis enim asparagos comedat, mox illius urina maximè fœtet. Ventriculũ etiam non parum iuuant,& oculis claritatem afferunt, uentrem quoq; emolliunt, teste Plinio, ac Venerem stimulant,& multis in locis ad miram magnitudinem adolescunt.

Capparum uires.

Nota.

Eorundem diuersæ facultates.

Asparagorum uires.

Nota.

De Cauliculis, atq; germinibus. Cap. XXXVI.

TEmitor, imò ægrè fero Galenum omnia tractasse, nihil dixisse: nam quis usus frequentior, aut suauior huiusmodi oleribus, ac partibus plantarum, cauliculos tamen herbarum,& quorum sunt rotundi, & pulchri, asparagos uocant, germania arborum, aut arbustorum. Quid uerò in his scire deceat, nunc docebimus. Et quidem quod medicamenti potiùs, quàm cibi usum

Notatur Galenus.

Nota.

præbeant,admittatur:namq; ut docuimus,dulcia solùm,& pinguia nutriunt: attamen cum edi soleant, sintq; frequenter in usu, quæ austera, sapientia, imò scientiæ inopia adegit hunc uirum,ut omnia sicco pede prætereat. Quod si adamussim ista seruasset,forsan melius excusari poterat:at nũc cum modò legem seruet,modò uiolet,uenia prorsus indignus est. An hoc didicit ab Hippocrate, qui in secundo de Diæta de omnibus, & copiosè edulijs agit. Quis laudet Architectum, uel etiam admittat qui roganti sutori,ut ędiculam illi ædificet,respondeat se non nisi domum Neronis scire ædificare. Denique non contendo quibus debeam uti,sed cum plerique homines uarijs utantur cibis, ut illorum uires me doceat. Primum ut sciam quid in inopia præferre debeam,neque enim magis interesse putem ut sciam,an caro uituli melior sit hœdina, & an caulibus sint deteriores fungi, quando altero eorum uti cogar? cum uerò id non scire præstat,ut etiam nouerim cui incommodo occurrere debeam. Demum ut sciam quid miscendum, quomodo præparandus sit cibus, multaq; alia eiusmodi, ut de ætatibus,temporibus, singulorum propria natura,nam unicuiq; uitanda sunt,quæ nocent, imbecillioribus partibus podagrosis, uina potentia,calculosis,ex farina cibi confecti,dysentericis acria,debilem habentibus uentriculum horei fructus, atque talia. Vt si seruare noluit tam exactè regulam,sufficiebat de lacte triticeo, pane, carnibus, piscibus saxatilibus, ouis, lacte,& quæ ex his fiunt, tum uino agere,hæc erat summa rerum, nescio quorsum reliqua attigerit. Sed si de omnibus,ut rectè sentienti expediebat,tractandum fuit, cur multa omisit? atque ea quæ tractauit,tam frigidè prosecutus est? Sed illum mittamus, illud primum doceamus germina quæq;,& cauliculos uires habere foliorum plantarum suarum. Cæterùm tantò esse salubriores, quantò etiam gustu iucundiores. Ideò uerò iucundiores, quantò crassiores, atque teneriores hæc si simul iungi possint,euadet surculus ille melior, & sanè in arboribus surculi temperatiores sunt foljs, atque in omnibus herbis, quæ tenue & exiguum habent folium. Quæ uerò tenuia & sicca habent folia,caulículum autem nullum præter eum ex quo folia exeunt,in omnibus his cauliculus inutilis est, folia edi possunt, ut rutæ, & eius quam uocant draconem. Rursus quia folia sunt pinguia, ut lactucæ, his surculus est siccior,ac frigidior folio. Humidior autem in plantis siccioribus ueluti caulæ, & omnibus fermè acribus,& generaliter antequam semen edatur,& in pluribus quorum natura est temperatior etiam edito,sed non profecto semine,uelut fœniculo,qui sanè optimus: Carduo autem cõmuni qui instar fructus est, dum mollis est optimus & quibuscunq; herbis lignosis.Albo autem carduo in hyeme non parua gratia est, sed & maluæ cauliculi foljs sunt minùs lenti,& ideò suauiores, & melioris alimenti.Etenim si Philosopho credendum est in initio libri de sensu, sensilíq; gustus, & sapor dati sunt animali ad dignoscendum cibum utilem ab inutili. Omnũ ergo summa est ratio,ut sint molles,crassi,& ab omni plantæ excessu alieni,acrium, minùs acres,amarorum,minùs amari. Horum omnium triplex est usus,coctorũ, qui & antiquis crudorum,quem uidetur ignorasse Galenus, & præparatorum quem non ignorauit.Et sanè coctu omnia huiusmodi faciliùs concoquuntur,plus & meliùs alunt,nisi saporem amittant. Quod enim faciliùs concoquantur haud dubiũ, ex generali Hippocratis præcepto:quod autem meliùs alunt detracto succo crudo, seu assati,seu elixati dubium non est,nisi genuinum saporem amittant coctione, ueluti syphiliũ,& cauliculi fœniculi,& carduí tenerrimi. Quod uerò plùs alunt, ideò contingit,quia meliùs concoquũtur,ideò partes duriores, quæ in crudis coctionẽ subterfugiunt,etiam nutriunt coctæ. In omnibus his tum etiã crudis ac magnis detrahere oportet partem lignosam, quo facto suauissimi redduntur trũci fœniculi,ac etiam ob id salutares admodum,& uẽtriculo grati. Coqui aũt aut cum iure,aut cum oleo debent,crudi edi cum oleo,sale,pipere,uel aceto,prout natura germinis,aut asparagi,& hominis,& temporis tulerit.Ergo singula horum totius plantæ uim retinent,ueluti fœniculi,asparagi cum semine ipso nõdum absoluto (atq; omnia ut minùs alunt cruda,ita sunt efficaciora, ut uerò cocta plus alũt suis uiribus imbecillíora)alimentum calidum,tenue attamen ab atræ bilis natura nõ prorsus alienum exhibent,

Adnotanda in ciborum usu. Quæ quisq; euitare debet.

Germinorum & cauliculorum uires.

Cauliculi inutiles qui.

Cur animali gustus & sapor dati sint.

Triplex cocto rum usus.

Nota.

hibent,uentriculo amici sunt,& sanguinem proliciunt mensium,& hæmorrhoidarum,& urinas,atq; ob id etiam uenenis serpentum aduersantur, cibi appetitū excitant:conferunt etiã uentriculi ardoribus,lac generant, aperiunt iecoris obstructiones,regio morbo laborãtes iuuant,sed tamẽ somnũ minuit. Qui uerò conditi sunt, aperiunt,incidunt,prouocãt,siccant,& putredini aduersantur, atq; appetitũ cibi egregiè iuuant. Condiuntur aũt talia omnia prius in umbra siccata,inde in olla condita superfuso aceto potenti,in quo sal sit dissolutum,& in umbra contecta ponantur,post octo dies effuso aceto,uel etiam antè siccentur in umbra, atq; denuò aliud acetum purum cum sale excalefactum addatur,atq; id tam sæpẽ donec acetũ purũ, & cauliculi nitidi remaneant, demum addantur frusta limoniorũ recentiũ: addunt enim ad gratiam odoris,atq; saporis,& eorum caliditatem temperant.

De Cucurbitarum generibus. Cap. XXXVIII.

POst oleracea,de Cucurbita scribere decreuimus:nam & si Galenus,Paulusq; inter horeos fructus contribuant: nos tamen inter oleracea describimus,cùm non indiligẽter ipsa in hortis excolatur,sed qui mihi succensent,quod Galenũ accusare uidear,audiant,eum eodem in loco hæc uerba dicentem. [In fructibus huiusmodi sola est cucurbita,quæ culpa uacet, eiusdem tamen succus,si in uentre corrumpatur, ualdè malus est, quod in moris quoq; euenit.]Rogo sine uenia,aut respectu authoritatis illius,ut mihi dicant,quis sensus horum uerborum,quæ locutio? Nam ego uerè fateor,nunquã me potuisse intelligere quid sibi uelit? Nisi forsan ætate sua cucurbitas crudas edere solerent, aut alterius generis? Siquidem easdem,sed crudas edebat, fieri nõ potest quouis etiam experimento,quin cucurbita non longè deterior sit,ut quæ statim,& in omnibus grauiora afferat detrimenta,& nauseam,& dolores,ut sit cibus uix porcorum, nec gallinæ sustineãt,nisi furfure admisto? Quid laboro de hoc,quod ipse clariùs exposuit in secundo de Alimẽtis quàm uellem,quinimò negans prorsus cucurbitã crudam (atq; ita est) cibum esse humanũ,sed nondum sedata prima dubitatione, de qua mox dicturus sum, aliam difficiliorẽ ibi subijcit, licet non minoris momenti: inquit enim. [Hanc igitur,& alia fugaciũ pleraq;, postquam elixa fuerint,aut statim certè,aut in sartagine frixa,aut assa,omnes homines edere consueuerunt.] Quis non uidet horum uerborum tot penè esse sensus,quàm uerba, neq; ullum uerum? Primus enim sensus est,ut pleraq; fugacium elixentur,inde frigantur,aut assentur, quod ut in cucurbita fieri sæpiùs consueuit,ita præter mala insana nescio quod fructuũ genus sic parari soleat:non cerasa,non mora,non pepones,aut etiam poma, uel pyra, uel fraga,uix enim unã sustinent coctionẽ: sin aũt sic legatur ut elixentẽ, alia frigantur,alia assentur:tum etiã nullũ noui fructũ,quẽ primũ in patella frixũ edere soleamus. At si legamus sic ut elixẽtur,inde frigantẽ,alia assentur,hoc uerum erit de pyris,pomis,& cotoneis:sed quę nã postquã elixata frigunt̃ prẽter cucurbitas,nisi mala insana,quę nõ nouisse etiã uisus est,certè non ibi eorũ meminit: Sed mittamus hæc ænigmata, istis suis sectatoribus,ad principale reuertamur,an parui momenti rẽ tractare se existimauit,cũ oraculo hoc perplexo usus est in cucurbita, quã omnes tã sani quàm ægri auidè appetunt,cui tam frequẽs est usus apud homines,tam suauis gustus,mitis natura,tãta copia,tam multiplex genus,tam diuersum,ut nullius alterius rei. Quid ergo? An solam coctã cæteris omnibus crudis cõparat? quis abusus loquendi? Sed uidetur hoc ipse negare ex sermonis forma:an coctis alijs, ergo etiã cucumeribus, nam nullũ fructũ elixari noui prætẽr cucumerẽ,& pruna,qui edi sic soleat:quomodo ergo existimandũ est uel aliquid excidisse,dum codex transcriberetur,uel ipsum putasse aliud scripsisse,quã scripserit,nam erasse in tam manifestis,qui in longè magis difficilibus non errauit,minimè crediderim. Quin ergo cucumerẽ non deteriorem puto coctum cucurbita,quãdoquidẽ crudus cruda melior est, in eodem aũt genere ratio tenet. Ergo cucurbita satis boni succi est cocta, cucumere tamẽ inferior: nam cucumer facilius cõcoquit̃, & est frigidior, & humidior, & magis puocat urinam,prodestq; febricitantibus,& difficilius cortũpitur:sanis tamẽ cucurbita magis

Cur cucurbita inter oleracea ponatur.

Galenus notatur.

Cap. 3.

Cucurbitæ uires & cucumẽris.

Parandi modus diuersus. conuenit, cùm sit alimẽti temperatioris. Verùm optima est cum elixa, sed antea siccata, in sartagine frixa etiamsi fuerit antea ptisana ordeacea, aut pasta molli circundata, sed fermentata: non pura farina, sic difficilius ouis, uel etiam carne corrumpitur, frigidum humidum in secundo ordine, paucum facilis coctionis alimentũ prębet, elixa cum croco in iure melior, sed inferior frixa. Galenus probat garo, aut pontico salsamento mixtam, sed tamen salsum gignit succũ cum dulci dulcem, cum acri acrem, origano sed orientali maximè gaudet, idq; Galeni præceptum uerum admodum est: dolorem colli proprietate sua gignit, & tamen quod mirum est, dolori aurium confert. Seruantur in muria toto anno, atque in melle etiam, diu etiam siccatæ

Forma. in fumo, inde repositæ. De immensa earum magnitudine alibi satis dictum est. Et quomodo uasa è cortice fiant, sunt candidæ plerumque tenuiores, & adeò oblongæ, ut hominum duorum magnitudinem æquent, uirides aliæ, uel citrij colore, utræq; autem & rotundæ, leues, & striatæ, ambæq; tantò diutiùs ac faciliùs seruantur, quantò præ longis suauitate cedunt. Suscipiunt etiam formam uasis, cui dum crescunt, introducũtur, pessima est quæ fructibus horarijs miscetur, folia earum abigunt, muscas etiam ab equis, & propriè succus. Varia quoque est apparandi ratio, quoniam insipida sunt, & promptè in eam transit cõditio habentium aliquam notabilem qualitatem, ex quibus gratiam acquirit, ueluti omnia alia huiusmodi, quæ cum sapore omni careant, facilè aliorum qualitates induuntur, solent & quandoque adeò uarijs admisceri condimẽtis, ut praui succi edulium fiat, & nos quendam periclitantem uidisse meminimus, qui cum cucurbitæ edulium, quod torta uulgariter uocari solet, comedisset, in tantam uomendi uehementiam incidit, ut conuelli uideretur, multisq; ac uarijs præsidijs fuit curatus, nec sine labore.

De Peponibus, melopeponibus, & cucumeribus. Cap. XXXVIII.

2. de Alimen. cap. 4. 5. & 6. IVre merito accusandus uenit Galenus, qui tot uerba frustra effudiens: quid sit pepon, aut melopepon omninò incertum reliquit. Propterea nõ quod ille senserit, indignus enim est in tanta uecordia, & ambitione, ut illius mentio (etiam si sciremus) fiat: atque eo magis quod ea nomina per

Melo pepon quid. abusum irrepserunt: nam pepon nil aliud quàm maturum significat, & melos à melan, quod est nigrum. Dicamus ergo de nostris, qui in usum ueniũt, fructus est maior capite humano, cucurbitæ rotundæ simile, leue tamen, distinctum à uertice, qui rotundus est, & coloris cinerei in zonas, intus flauus, immodicè frigidus, dulcis, ex

Vires. quo solum succum suggerere consuetum est: nam caro durior est, & insuauis, bilem flauam extinguit, uentriculo triplici argumento inimicus, & ob temperamentum, quod frigidissimus & humidissimus sit, & quod horeus, & quia ualde detergit, nutrit quàm minimum. Alius qui melo uocatur, minor est, & plerunq; striatus in zonas, multò suauior priore, cuius caro editur, partes calidas habet, ideò urinã cit: corrumpitur facilè, parum alit, & serosum prębet alimentum, cortex non adeò niger, ut

Quid cucumis. prioris: Neuter horum coqui solet. Cucumis autem multò minor est hoc iam dicto, & longior quàm crassus, nec striatus, nec diuisus in zonas, crudos humores gi-

Vires. gnit, frigidior priore, & expers omninò calidarum partium, ob idq; minus ciet urinas, coctus tamen non inutilis bilijosis, & in æstate. Crudus autem & si subigatur in uentriculo, eum generat succum in uenis crudum, qui sæpè exitium pariat. Com-

Cap. 8. Nota. mune autem est omnibus his (ut Galenus dicebat in libro de cibis boni & mali succi) ut nisi aluum statim subeant, ibi corrumpuntur, humoremq; ex ea corruptela gignant, qui non longè à mortiferis uenenis absit. Oriuntur enim omnes hi non ex

Cucumerum, Melonum semimis uires. Nota. arbore, sed exiguo olere, modica radice, breui tempore, marcido solo. At cucumeribus & melonibus inest semen utile, melonibus etiam iucundum, quod cõtusum, & cum aqua destillata mixtum, febrientibus est commodissimum, leuis coctionis, cit urinas, parùm alit, putredini minimè obnoxium, suaue, & somnum prouocans. Thomas Philologus refert Paulum secundum eius nominis Pontificem Maximum, deuoratis duobus melonibus statim concidisse ex attonito morbo, & extinctum.

ctum. Id ut facilè credam, recordanti mihi quod Paulus Canobius cùm esitasset lactucas, & cucumeres (erat autem sexagenario maior) in morbum attonito similem incidit: sed ego causam cùm quæsissem, & illi retulissent calido in loco moderatè continens, absq; cibo per biduum sanaui: quem alius uel medicamento, uel sectione uenæ uolens aliquid uideri facere, argumentis speciosis innixus peremisset: nec deessent exempla si referre opus esset, qui in manifestum periculũ adducti sunt solo horum esu, orta statim in uentriculo corruptela, corruptisq; inde insimul eodem modo humoribus alijs. In summa melones propriè generant febres pernitiosas cùm ex anthematibus, & alios exitiales morbos, maximè si carnibus, aut ouis, aut uino generoso, aut piscibus, aut farciminibus, aut lacti, uel his, quæ lacte constant, socientur. At si cum panis modico quis eos sumat, sitq; panis leuis, potus aqua uino leui conspersa, maximè albo, uicem persæpè medicamenti subeunt, sicuti etiam si post eorum assumptionem aliquod melioris succi edulium ingeratur: ut puta iusculum, quo malitia peponum retũdatur, attemperaturq;, nam qui aluum lubricam habent, ijs deorsum promptiores feruntur, nec in bilem, alium ue prauum succum, tam facilè uertuntur, qui uerò duram, ac difficilem, eos prorsus dimittere debent: nam si citò non transmittantur, in uentre corrumpuntur, & præsertim nisi ratione assumantur. Nec consuetudo illa nobis arridet eorum, qui cùm pepones comederint, uinum meracum statim superbibunt, dum enim uomitum coërceri putant, aliud longè deterius periculum subeunt, dùm scilicet prauus illorum succus facilius, ac citius in uenas deferatur, ad corq; deuehetur, quicquid dicant contrarium sentientes, adducentesq; asperitatem leniri, & obtundi pernitiales succos, atq; concoqui à uino, quod nisi copia, & quantitate uini fieri potest. At quàm toto cœlo aberrant, suo loco ubi de uino sermonem habebimus, atque de incommodis ex nimia uini potentis assumptione prouenientibus, demonstrabimus.

Febres pernitiosæ ex melonibus.

Tutior melonum usus.

Mala consuetudo.

De Plantis in generali. Cap. XXXIX.

Plantæ cur parùm alant.

IE plantis quę in usum ciborum ueniunt, (nam de his solùm egimus) satis supra à nobis dictum est, quarum alimẽtum generaliter paucum esse demonstrauimus, ob maximam quam habent cum natura nostra differentiam. Et eadem ratione difficilè concoquuntur, omnis siquidem concoctio est assimilatio: cùm ergo plurimũ differant, & ualdè alienæ sint à natura humana pluſquam pisces, & animalia terrestria, uel aues, uel quæ ex his, necessarium est, ut in prima coctione difficulter subigantur. In secunda uerò, & tertia non ita: quoniam cùm paucum exhibuerint alimentum, facilè id à iecore, & faciliùs sanguis in membris transmutatur. Vnde quibus uentriculus ualidus est, iecur imbecille, uel membra ut in carnosa hydrope plantæ utiliores sunt, carnibus, ouis, caseo, piscibus: quibus uerò uentriculus est imbecillis, hi quantum licet, à plantarum esu abstinere debent. Quæ uerò pinguia sunt ex plãtis, & grauia, ac succosa, tantò difficilius subiguntur, quantò plus nutriũt, unde triticum multum nutrit, sed subactum mola, inde pinsitum, coctumq; diu: & si bis coquatur, ut diximus, adhuc faciliùs cõcoquetur, & magis nutriet quàm si semel. Omne enim edulium coctũ plùs nutrit, quàm crudum, & faciliùs concoquitur, nisi uel coquendo exaresçat, ut in assatione sicca, uel aliquid utilis amittat, ut in elixatione, cùm pars melior in ius transit, uel si assando colliquetur pars pinguior: subiguntur autem ex plantis quædam facilè, nõ propter earum propriam naturam, sed ob teneritudinem, tenuitatem, & quia friabilia sunt, & cum sapore nullo, aut exiguo prædita fuerint. Quapropter germina, & cauliculi, & maximè lactucarum, facilè inter reliqua concoquuntur: insunt enim hæc omnia. At fructus quidam facilè prodeunt ex uentriculo, ut cerasa, & mora, quia ob aqueam substantiam facilè corrumpuntur, ideo non facilè magis concocta dici possunt, quàm corrupta, in quibus uerò diu continentur, nec saporem prauum in fructibus referunt, in his spes est posse concoqui, sed serò tamẽ. Ficus autem & uuæ paululum in umbra siccatæ, ob mollitiem substantiæ, & quoniam grata sunt uentriculo,

Quibus plantarũ usus conuenit, & quibus non.

Cocta plus nutriunt quàm cruda.

Fructuum cõcoctio.

Concoctionis causæ. trículo, mediocriter nutriunt, & bene subiguntur: causæ enim facilè coctionis sunt símilitudo, teneritas, gratia, consuetudo, & paucitas alimenti, temperamentumq́, nec enim pigebit sæpiùs repetere necessaria maximè. Ideò ex plantis, arbores difficiliores coctionis sunt herbis, & maiores plerunque minoribus, & magis adultæ iuuenibus, & agrestes satiuis, & cultis, & natæ aridis in locis, natis in humentibus, & lignosæ teneris, & contumaces friabilibus, & calidæ, aut frigidæ, uel siccæ, uel humidæ temperatis, & crudæ coctis, & acres amaræ, his quæ sunt boni saporis, & insuetæ consuetis, & quæ praui sunt odoris, aut etiam uehementis, quamuis boni, à natura tamen eduliorum alieni, his quæ nullum, aut pinguem retinent odorem, & omninò quæ excedentem habent aliquem saporem, etiam dulcem, & pinguem, his quæ habent moderatum. Quæcunque autem difficulter nutriunt, in imbecilli uentriculo parùm nutriunt, non tamen quæ parùm nutriunt, difficulter subiguntur, ut saccharum, mel, & omnia non pinguia, uehementer tamen dulcia & aquea, ut uinum aquosum, sunt autem in edulijs, ut aliàs dixi, consideranda facilitas coctionis, aut difficultas, multitudo nutrimenti, aut paucitas, crassities, aut tenuitas, prauitas, aut bonitas, & quod facilè, aut difficulter corrumpatur: non posse autem hæc esse plura sic demonstratur, nam ad actionem comparatum alimentum facilè, uel difficulter subigitur, quod uerò excipitur, aut exactè assimilatum est, & dicitur bonum alimentum, aut non, & est malum, & si plurima pars euincitur, dicitur multùm nutrire, & si pauca, parùm. Quod uerò multùm nutrit, pauca necessariò habet excrementa: quod uerò parùm, multa, aut corpulenta, aut uaporosa. Quia tamen multùm nutrire simpliciter intelligi potest, non comparatione ad pondus: quæ crassa sunt, & grauia, & poterunt multùm nutrire, & multùm relinquere excrementi, alia parum nutrire, & parùm excrementi relinquere: igitur meliùs est, ut & ad molem, & pondus, multùm & parùm nutrire referantur: sic enim regula generalis erit etiam excrementorũ. Vt uerò ad substantiæ naturam, prout ex elementis constat, referuntur alimenta, crassum aut tenue efficiunt nutrimentum. Crassum quidem facilè obstruit, & difficulter resoluitur, tenue contrà: ut uerò ipsam compositionem partium respicimus, fit densum, & rarum. Densum non facilè euincitur, ideò nec corrumpitur rarum alimentum, & si bonum sit, facilè uitiatur. Fieri autem potest, ut densum sit, ac tenue, ut crassum ac rarum, quod pessimum est: uelut si ex tenuissimis partibus in unum, bene coactis fiat alimentum, uel si ex crassis, ac laxis contraria ratione. Sed dices forsan, si densum difficulter euincitur, quæ difficulter corrumpentur, difficulter concoquentur, nam contraria comparatio non tenet: quæ enim difficulter concoquuntur, palàm est non necesse esse ut difficulter corrumpantur, poterunt enim esse multa crassa, sicca, dura, abominanda. Ergo dicimus ea, quæ densa sunt, non necessariò exegisse difficilem coctionem, tùm quia pauca, tenuiaúe, tùm quia antea talia nõ erant, & natura proxima, ac temperamento humani corporis quod alitur, cuiusmodi multa sunt, & maximè caro alarum auium, & maximè perdicum: iuuat etiam siccitas leuis, ne facilè corrumpantur, quæ tamen concoctionis impedimentum non affert. Quo circa plantæ spinosæ, si concoquantur, minùs earum alimentum putredini obnoxium est.

Nota concoctionum comparationem.

Nota.

Considerãda in edulijs.

Nutrientia qualia.

Nota.

De Radicibus. Cap. XL.

In radicibus consideratio.

Radicum uires in generali.

DEmiror hac in parte, tam confusè à Galeno explicatam esse radicum naturam, dum magnum fructum fecisse se existimet, si solùm antiquos coarguat, propositi autem obliuiscatur. Dico autem primùm illud radicibus debere considerari comparationem ad reliquas partes: sunt autem graues, quoniam non prodeunt, & sicciores, quia minùs emittunt succi: & ideò terreæ ob id folijs plus alunt, & eadem ratione difficilius etiam conficiuntur. Sunt & calidiores cùm toti plantæ concoquant, & sapores habeant euidentiores, præterquam semine, & in paucis caule, aut folijs. Quocirca earum usus est medicinæ potiùs, quàm cibi loco. Deinde si ad rerum naturam uniuersam comparentur, omnes ob id

ob id mali succi,& contumaces ad concoquendũ:non tamen simpliciter, quoniam ut dixi tales sunt plantæ comparatione:ueluti radix lactucæ, humidum præbet alimentum,& facilius concoquitur carne,maximè in uentriculo calidiore,ac licciore. Post odorem,saporem,atq; colorem, tum substantiam spectabimus. Iuxta enim ea quæ aliàs diximus candidæ,& ad aquæ colorem uergentes,perspicuæ scilicet frigidissimæ:natura enim niuis,& aquæ constant:non perspicuæ, & candidæ calidissimæ,uelut calx,& arsenicum. Quæ luce carent,frigidæ sunt,& terreæ, saporum pingues(ut dixi)nutriunt,dulces minùs,sed magis iucundi sunt:parùm admodum nutriunt salsa,insipida,austera,astringentia,acida,acria,nihil amara. Quocirca cibi causa,eas uitare oportet. Quę etiam magno odore præditæ sunt,qualiscunq; sit,parum nutriunt:nam siccas esse admodum necesse est,& siccum non nutrit. At fragiles facilius concoquuntur: aqueo enim humore gelato constant: contumaces ligneæ sunt,neque nutriunt,& etiam parum gratæ sunt gustui. Porrò ut melius alant, & uberius, efficit in duris coctio, in insuauibus conditura: omnes autem radices licet simpliciter alant, & multorum sint excrementorum, non tamen omnes difficulter concoquũtur,neque malum exhibent alimentum. Securiùs autem edùntur quæcunq; sunt domesticarum plantarum,& in usu,& molles, & iuniorum plantarum, & nuper euulsæ: sunt prętereà in radicibus ipsis plerumque duæ partes,iuxta rationem corporis,scilicet cortex,& lignosa pars. Et in quibusdam cortex melior est,ut in cichorio, & alijs quod medium est,ut in radicula. Pars quidem exterior calidior, interior contrà:ob id exterior melior in frigidis radicibus,in calidis aũt interior,præsertim si non lignosa sit. Iuxta autem longitudinem media pars melior est in plerisq;, nisi in illis,quæ medullam iuxta germen habent prædulcem,& iucundi saporis,uelut in carduis uerè omnes usui sunt,quæ nec lignosæ sunt,nec saporem habent inucundum,ualdè maximè amarum,nec sunt maleficæ.

Nota.

Radicum duæ partes.

Nota.

De Radicula raparia,rapa,napo,radicula,raphano. Cap. XLI.

OMnium quas sciam præstantissima radicum est radicula raparia, quam uocant rauanellum. Prælonga est radix candida, cortice tenui,& pellucido,sapore insipido,mediocriter acri, & aliqualiter subdulci. Eligatur tenuissimo cortice,candidissimo,fragillima,& suauis, mediocris crassitiei. Præstat autem quatuor in rebus,primum quod cum Vere apparere incipiat, toto anno inuenitur esui utilis,quod fermè nulli alij radici conuenit: secundum quod etiam fermè sola prorsus est expers lignosæ partis,sed tota quasi medulla est. Tertiũ quod præstantissimi sit saporis,ex acri,& insipido subdulci. Quartum quod nulla sit aptior,maximè cruda ad usum humanum: sapores enim declarant eam esse proximam temperamento, facillimè concoquitur: ructus non mouet, neque ante cibos,neque post,sumpta uentriculo gratis,bene nutrit ob hæc,& multum, cùm sic dico in ordine radicum,cùm omnes ut dixi malè alant, & perexiguum præbeant alimentum. Cit urinam,purgat renes,& illos confirmat, mirum enim in modum sanguinem ex eis fluentem sistit:nam Galenus,& Bruyerinus ignorasse uidentur, miror cùm notissima sit ubique,nisi illam sub rapi syluestris nomine significauit. Nam Plinius dicit raparium genus tertium syluestre esse,oblongum, & acre,ut uideatur hanc depinxisse. Qualiscunque sit hæc talis est,ut insigni socordia taxari merentur, qui solùm tradita ab antiquis referre norunt. Nec cuiq; tamen suaserim assiduum, & copiosum huius radicis usum, sed moderatum,& parcum. Nam præter rationem adductam,uidi homines qui eo usu in tantam uentriculi imbecillitatem deuenèrę,ut solùm succum ciborum deuorarent. Editur communi ratione omnium scilicet condita oleo, & sale, frustrà additur acetum, nisi sit insipida, sed & si gingiber addatur per se,uel cũ aceto melius erit,rectè cichorio,uel endiuiæ additur: Rapiam aliqui dixèrę.

Vires.

Lib. 18. Cap. 13.

Nota.

Radicula uerò longè alia est acrior,durior,siccior,excrescit in immensam magnitudinem,adeò ut puerulum binum non nunquam æquet,lignosa est ualdè, & cor-

Radicula quæ.

ticem habet crassum, adulta amarescit, ructus mouet, spiritum malè olentem reddit, penè nihil nutrit, cocta tamen in napi saporem transit, sed non perfectè. Incidit, & detergit, sed parum fœliciter, ut quæ omnis odoris boni, tamen iucundi saporis sit expers. Quò crassiore cortice, est amarior. Quò fragilior, suauior. Quò frigidiore orta cœlo, eò plus excrescit in magnitudinem. Non est ex eius genere raparia, lignosa enim non est, & tenui est cortice. Cauliculis excellit rapariam, si coquantur namque oleo, garo, & aceto condîti, sunt suauissimi. Et tamen parum admodum nutriunt, semina eius aduersus uenena prosunt, & cum siliquis decocta cum pipere, sale, & oleo grata sunt, & coctioni idonea, solebant antiquo tempore edi caules, & folia, cum garo, dejciendi aluum causa. Radix dentibus inimica est, & eo amarior, quo cortex eius crassior. Nitro & sale aqua solutis si irrigentur, suauiores multò euadunt: Armoraciam Plinius uocat radiculam. Differunt propriè radiculæ rapariæ ab his, quæ longiores sunt, rectéq; sine cortice, sine ramo, & modo lenes, fragiles, dulces sine neruo.

Vires. Nota.

Raphanus quis. Vires.

Raphanus autem syluestris radicula, lutei coloris, longior, tenuior, ac multò acrior foliis ualdè magnis, acris saporis: Radix ipsa insignibus prædita uiribus, quippè primum succus eius lapidem uesicæ in balneo calidus epotus ex uncijs duabus frangere creditur. Certè eum qui in renibus est, educit: in uesica uerò fragilem tantùm atterit, sæpiùs si sumatur.

Lib. 4. cap. 20.

Plinius præterea adducere saniem è pectore eundem succum affirmat, opinor melle condîtus. Aduersatur præterea plerisque uenenis. Ipsa uerò radix comesta educit pulueres, & scobes, ac schidias, quæ erodunt intestina, estq; excellens præsidium. Rursus Raphanus uomitibus aptissimus est, & omnibus morbis frigidis, adeò ut etiam hydropicorum aquam educat, extenuatq; splenem: odit Raphanus uitem, ut idem testatur. Ex eius semine oleum conficitur admodum tenue, & acre quod in omnibus aduersatur uenenis: cæterùm herba ipsa, cùm cauliculi edendo sunt (dum teneri sunt) crudi, cocti non ita, quoniam substantia adeò tenui sunt, ut in oleris agrestis uicem transeant. Non est præsentis instituti cùm sint Raphanorum tria genera, ut singula distinguam, quandoquidem minùs hæc differant, quàm fructus multi, quos sub eodem genere reponũt, cauliculi, & folia solùm esui apta cum sale, & oleo, attenuant, dissecant, digerunt, cibi appetentiam excitant, flatus discutiunt, uermes occidunt, aluum in plerisq; mouent, lapillos atterunt, urinam prouocant, & sudorem, iniucundi admodum gustui sunt.

Lib. 5. cap. 19. Olei uires. Tria raphanorum genera.

Rapæ semen. Vires.

Rapæ semen habent, ex quo oleum plurimum excipitur, ipsa omni fermè in terra quantũuis arida proueniunt, & toto anno seruantur, nec scio cur earum esus in Autummum in Italia differatur, fideiussor est pro tritico, cũ castanea illa in campis, hæc in montibus mortalium generi aduersus tamem, crescit multum.

Plinius testatur se uidisse x l. pondo. Non estur cruda coquitur in aqua, & facilè concoquitur, nisi in frigido uentre, parum tamen alit, & sub cineribus melior: melior etiam quæ in iure pingui, optima quæ bis coquitur in aqua, & post in iure, alit multum, suauis est, & bonum exhibet alimentum. Aduersus quartanas maximè in iure castrati, & cæteros morbos melancholicos utilis ualdè, sed & Venerem auget, & uisum acuit non parùm, in quo usu fœniculum addere oportet. Princeps Tertia Tertij uocat segiem; Rapa non tam prouocat, & si id agat, quam gignit urinã multam, uelut & semina melonum.

Tra. 4. c. 3.

Modus coquendi radices.

Verùm quia dictum est coqui eas sub cineribus, scire decet hunc esse usum omnium radicum, quæ comedi possunt, lauantur aqua, inde circumponitur charta madida, post in pauimento calido collocantur, & superposito cinere multo calido admisto prunis coquuntur. Quæcunq; uerò radices aridiores sunt, mutatione chartæ indigent: quæ autem humidiores, ut rapæ sine charta, & inter prunas, ac diu excoqui debent, ita ut multò fiant minores, nam hîc modus coctionis uires seruat, & odorem, & saporem magna ex parte retinet: sic napi de quibus nunc dicemus, cocti sale, oleo, pipereq; condiuntur.

Naporum discrimen.

Naporum discrimen in forma primum est in longitudine, rotundiora enim sunt rapa,

rapa, sunt etiam lutei coloris maximè in lubrica, cum rapo sint candidi. Magis etiam terrei, & saporis præstantioris, minùs flatuosi, plùs nutriunt, plùs mouent urinam, sed non plùs augent, appetentiam cibi excitant, semen eorum aduersus uenena potens. Ad quartanas, & oculos inferior napo: rapum magnum ex locorum diuersitate uarietatem recipit. *Vires.*

De Bulbis, cæpis, porris, allio, scalongijs, seu ascalonijs, & cæpula. Cap. XLII.

BVlborum, uelut & fungorum fallax usus, cum pleraq; ex eo genere non solùm noxia sint, sed etiam lethalia, atque in hoc mira desidia distinguendi, uelut in cæteris necessarijs & in inutilibus, uerborum copia inanis. *Bulborum fallax usus.*

Ergo Bulborum exculentorum genus nostra tempestate ignotum est, inter tot, quæ bulbosam habent radicem, uelut scylla, lilium, aphodillus, crocus, narcissus, ephemerum, colchicum, satyriõ, & quæ plantę quasi testiculos habẽt omnes, hyacinthus, ampelopraſſum, dragontea, moli. Nullius tamen horum nec congeneris bulbus radix est, omnis bulbus osculentus durior est cæpa, quod rarò crudus esset in usu, coitum mirum in modum excitabat, uentriculo utilis, & uisum hebetabat. De Bulbo Pythagoras fertur integum scripsisse uolumen, quod adeò in gustu gratus esset à carnibus abstinẽtibus, ut Moschion de Raphano. Esculentã Amatus putat nostram esse ascaloniam, sed ea est è cæparum genere, non res alia quæpiam. Flos syluestris bulbi etiam anemon uocatur, rubræ sunt radices, tum candidæ, esculenti folia bulbini parùm re ut nomine à bulbo differentis, porracea sunt, radix rubra. Vomitorius etiam porracea habet, sed longiora, & nigra, flos bulbi uiolæ similis, estq; radix è scyllæ genere prorsus, sed mitior, folijs anguſtioribus, & leuioribus, Epimenidium uocata. Bulbi nomine intelligimus generaliter omnem radicem rotundam, tunicatam, mollem, leuem, cui alia adnascitur, aut etiã plures, crassi omnes sunt alimenti, & eò magis si bis coquantur, sed meliùs tunc, ac magis nutriunt. *Vires. Nota. Plin. lib. 19. cap. 5. & lib. 20. cap. 9. Flos. Bulbus quid.*

Cæpula uerò ab Apicis uocata, à Theophrasto sterilis cępa, de qua Tragius agit Gallicynas Plinius Gethion iucundior est cæpa, sed acrior minùs cæpis, somnum conciliat, magis dissecat crassos humores, & bilioſos excitat, offendit oculos, & sitim facit, appetentiam quoque cibi excitat. Differunt cæpæ, cæpulæq; à bulborum genere, quod amaritudine carent, cum bulbi non tam acres sint, quàm etiam amari, præparari debent contrarijs rationibus, malum odorem oris faciunt, & cocti parum attenuant, aromatibus ergo maximè uulgari: sed tamen optimè condiendi sunt bulbi, & cæparum genere, eademq; ratione longo pipere, & fœniculo, ne oculis noceant, parùm nutriunt: ideò carnibus iunguntur, aut ouis, sitim faciunt, acetum admiscere exasperant, exulcerantq; interiora, pinguia iunge oleum, ius adipem. Quærendum meritò esset inter tot aliorum nugas, cur bis cocta huiusmodi gratiam admittant rapæ ineant? Causam esse reor, quod rapis præter aqueum succum, nihil fermè est aliud certè, nisi quod saporem habeant, atque ideò imbuta pinguí, & bene olente iure, solùm nimiam illius pinguedinem diluant: at in illis remanet sapor ingratus, quem acris ille exuberans obscurabat, atque tegebat, excalefaciunt omnia hæc acria ualdè, immodicè dico cæpæ, cæpulæ ascaloniæ, allia, porri imò exurunt. Cæpæ tamen præcipuè, & cæpulæ, & ascaloniæ lachrymas tractatæ, ex oculis eliciunt. Cæparum plura genera, omnium natura est ut corticibus pluribus una alteri superinducto constent, & in immensum quædam crescunt, non tamen quantum rapæ, aut radiculæ ob nimiam calidítatem, aliæ rubræ, & calidiores, aliæ albæ Bononiæ, & Ferrariæ rubræ, & maiores quàm Mediolani, omnes eliciunt urinam multam, adeò ut ad eos in quibus urina retinetur succus earum pro medicamento egregio sit: elígi tamen debent acres, nam quædam sunt Bononiæ prorsus dulces, & insipidæ, ut mireris. Fiunt etiam acris saporis magis expertes in aqua frigida diu infusæ, atq; id maximè expressæ, & permutata aqua harum præcipuæ, sed etiam omnium, & magis bis elixatarum usus earum lethargum generare solet, propterea *Cæpæ. Cæparum plura genera. Vires. Vsus cæparum malus.*

pterea senibus inutilis, & si utantur, cardamomum maius adijciemus. Acetum quoque addi debet iuxta ea, quæ dicta sunt, calidæ sunt, uix in initio secundi ordinis, si ad gustum, aut effectum respicimus, siue noxam, nam libram cæparum deuorare licet, piperis uerò neq; semũciam, sine noxa. Quo circa ualdè demiror Galenũ in quarto ordine eas collocasse, credo ob hoc solùm quod lachrymas creât. Sed mirum est quod egregius hic naturæ iudex, nõ ausus est pronũciare, an siccí sit, an humidi temperamenti. Me autem non latet humidiorẽ esse, quàm calidã, quod insipida sit, & dulcis: & ob hoc etiã latet caliditatis noxa, quę à superfluo humido obtunditur. Est ergo calida in initio secundi ordinis, humida in fine: partes tamẽ habet tenuissimas, excalefactas, quib. oculos ferit, & lachrymas prouocat. Dissecãdo & stimulãdo, aluũ mouet cępa, hęmorrhoidas cit, nec segniter: similiter & mẽses curãt, & surditatẽ, & tinnitus, ac si liberaliùs edantur capitis dolores graues cæpæ crudæ.

Obiectio.

Ascalonia non à bulbi genere.

Ascalonias non immeritò quis, ut Lusitanus existimet, è bulbi genere, cùm plures nucleos habeat, uelut allium, non unam radicem ut cæpa. Differt & ab allio quod nucleos non habet prorsus coniunctos, habetq; molles, & leues, & cortex mollior, ac tenuior: amara etiam, est non ut allium, neq; cæpa, quæ solùm acria sunt.

Vires.

Verùm hoc solo persuadeor non esse bulbos, quod omnes bulbos coctos plerunque edi affirment rarò crudos: ascaloniæ uerò adeò crudæ præferuntur, ut coctæ gratiam omnem amittant: utiliores sunt uentriculo ascaloniæ, & iecori cæpis, & allio, & appetitum magis excitant, nec odorem tam fœdum oris faciunt, quoniam ob nuclei paruitatem melius concoquuntur à natura. Proprium earum est, ut semine potius, quàm radice satæ proueniant, inde transplantatæ augeantur celeriter, antea seriùs auulsis folijs meliùs à radice crescunt, cùm à seminis incremento non distrahantur, facilis ad putredinem transitus, & dum satæ sunt, & dum auulsæ, albæ sunt, ac rubræ, & misto colore utraque, pleræq; ciunt urinas plus cæpis, magis incidunt, & attenuant. Estq; quadantenus media illarum natura inter allium, & cæpas, cùm tamẽ opere ipsæ cæpæ mediæ potiùs sint inter allium, & ascalonias. Quocirca, ut uera fatear crassioris substantiæ est ascalonia, quàm cæpa, magis terrea, & siccior, minusq; calida.

Nota.

Allij uires.

Allium enim calidiùs longè, crassius, siccius, ideò flatus discutit, et terreum maximè fœtet, exacuit sanguinem, multos præseruatur à coli dolore, pestem arcet, & aquarum corruptarum damna emendat: sed non adeò ut cæpa: nocet oculis, capiti, dentibus, ut etiam cæpa, sed magis, faciem efficit rubram admodum, ac quasi assatam, cum sale multo editur, & ob id sitim excitat: sine sale uerò patientes efficit, uini, non tamen bibaces: Notissimus est iocus Horatij.

Parentis olim si quis impia manu.
Senile guttur fregerit,
Edat cicutis allium nocentius
O' dura messorum ilia?

Alliata.

Horruit hoc serio, ut scriptum inueni, Iacobus Foroliuiensis, qui ad eius odorem exanimabatur, allio, nucibus, sale, pane fit intinctus, quẽ uocãt alliatam, satis suauis. In uniuersum caput est allium acrium, & bulbosarum radicum, quod olim copulari solebat bene olentibus herbis iuxta Virgilianum illud:

Allia serpillum, atq; herbas contondit olentes.

Nota.

Inde etiam Moreti experientia non ingrata eiusdem authoris: sed ut ad rem redeam, multùm prodest his, qui solent expurgari pruritibus, & qui fontes habent, nam prauum humorem natura facilius expellit, ut noxa non appareat, utilitate aũt fungitur, ueluti discutere flatus, incidere, mouere urinas, calefacere, nec siccare, uenena omnia propellere, uermes occidere, attenuare, concoquere, tum bonos, tum etiam noxios humores, somnum prouocare. At in bene habito corpore quod nusquam, nisi solitis omnibus hominibus uijs expurgari, malus profecto est alij usus, ut quod epar incendat, nedum accendat. Demonstratum est autem alibi, epar esse principale fundamentum sanitatis in animalibus, tum etiam morborum. Coctum melius est, quàm crudum: non tamen adeò utile est, sed magis innoxium. Quod ru-

Epar fundamentum principale sanitatis.

brum

brum est, & exigruum, dico de cortice, nam rarò allij substantia rubra est, acriùs est, magno, & albo. Cum germinat, acriùs fit, & deteriùs olet. Est enim germinatio corruptio quædam, transit odor uiolæ, commesto allio ad urinam, id fit probè concocto illius humido. His qui uentriculo non sunt admodum robusto, odor eius magis infestat, perendie nõnunquam, quàm ipsa die. Allium & cæpa frixa in oleo durissima euadunt ad cõcoctionem, uelut etiam & alia sui generis. Sunt allia quędam adeò acria, ut uix ferri possint. Ea enim est illius natura, ut quò plures habuerit nucleos, eo sit acrius, atque feruidius, & bulbosa omnia mouent mala somnia, sed cæpæ magis, quàm allia.

Quid germinatio.

Nota.

Somnia mala, quæ generent. Plin. lib. 19. cap. 6. in fine.

Porrum etiam multiplicis est generis, ut allia, nam alliorum præter magnitudinis differentiam, alia etiam sunt genere uaria, alum scilicet, & ursinum seu syluestre, scorodon Græci uocant, capite paruo, foliis grandioribus. Alum autem acerrimũ est. Porrorum igitur genera quatuor, capitatum, sectile, ampelloprasson, atque hæc omnia antiquis nota, et primarium quod tenue est, exileq; uocat uulgus: purisellum, id est, intactum hoc certè magis incitat, cibi appetitum, minusq; nocet dentibus, & uterum purgat, adeò ut credatur, quoniã id quandoque contingit, molam expellere, fœtum tamen non lædit. Bruxerinus hos non agnouit: cõmune omni generi porrorum est uentriculum purgare à pituita, si cum sale edantur, adeò ut etiã Thadeus Florentinus his uteretur: omnia etiam genera porrorũ mala somnia ualdè mouent, omnia rursus genera cõmendant uocem, adeò ut sectiles ex oleo condit, quibus certis diebus Nero singulo mense utebat, nullo alio cibo adiecto, ne pane quidem mirum in modum iuuent canentes: minimè tamẽ primarij, post ampelloprassum quod porrum est rusticorũ. Idem est porrum syluestre, quod sponte & iuxta uites nascitur, ab his nomẽ ducens, uires eius acriores quàm reliquorum omniũ: præterea porrorũ succus ex uncijs duabus ebibitus ducit hæmorrhoidas, cùm Plinius referat trium argentorum pondere interficere hominem absque dolere, quod puto casu accidisse, ut multa alia in hominum uita miracula, huiusmodi porrũ incidit plurimum, capitatum est quod caput habet, & est simile allio: ob id propterea regulam supponebat, ne in longitudinem crescceret: sed rotundum euaderet. At scisile quod eius folia sæpiùs pręciderentur, ut tota radice crassius, ac longius euaderet, hoc melius existimabant ut capitatum pulchrius: omnia genera præterea, quæ hoc capite connumerantur, & cibi, & condimenti uicem subeunt, non ita quæ ex raparum genere sunt, nam illa solum inter cibos numerantur. Singula etiam horum & cruda, & cocta eduntur, at illorum alia cruda, ut raparia, radicula, & raphanus, alia cocta, ut napi, & rapæ: omnia etiam huiusmodi si bis coquantur gratiora redduntur: sed porrum adeò ad incidendum humores commendabat Galenus, ut ptisanę incoqui iuberet. In uniuersum omnia hæc bulbosa proximiora sunt naturæ humanæ, quàm radicularum genera, & ob id nocentiora.

Porrorum genera quatuor.

Vires eorum.

Nota.

De Tuberibus, & fungis. Cap. XLIII.

PRoxima laus est tuberibus, & quòd ad gulam attinet etiam fungis, quanquam fungi inter radices nullo modo sint, imò radicibus careãt, & à multis ganeonibus præferantur. Res est tuber sine fibris, seu capillamentis, caulæ, folio, flore, semine sub terra condita, cũ cortice tamen, nec terræ annexa, nec ubi subest terra, finditur: nix tamen liquatur, si non admodum alta sit, colore nigro, aut rubro, fusco exteriùs, intùs albo, si admodum bonum sit: plerunq; albo, fusco cineris, imò potius buxi colorem referẽte, id est, ligni eius forma ad rotunditatem declinante, sed uaria ut magnitudine, nonnunquam enim ad magnitudinem cotonei accedit, ita ut pondere libram excedat, nec leue, nec omninò graue, sępè excessum intus carie, qua ex albo in ferrugineũ transit colorem: ex buxeo uerò in nigrum, sapore simplici, ac fermè insipido, cum gratia tamen quadam, & elegan-

Tuber quis.

ti. Vnde & crudum ego, & pleriq; alij comedere solent, multi coctum etiam iure pingui, aut in aqua, butyro, uel oleo, additis semper sale, & pipere: sed si crudum

Vires.

sit, etiam oleo, ut ego facio. Inuenitur terra sabulosa, sicca, fruticosa, quam aliquando abluat flumen, annoq; toto durare creditur. Inuenitur sue quæ consueuerit eo pasci (est enim illarum præcipuus cibus) alligato rostro ænea cauea, ut eruere possit, inuenta non edere aliter, & si in superficie terræ sit, fortuito tamen inueniri solet, nisi niuis tempore, ut diximus, quod à terra integatur. Meritò etiam inde quæsitum est, an totum simul oriatur, indeq; paulatim absoluatur, ut gratia exempli, ex subluteo fiat album, aut ut plerūq; plantę ab initio exiguū sit, & paulatim crescat. Namq; color ille buxeus accidere potest, aut natura terrę, uel quia antiquius, uel quia nondum maturauerit, uel quia computrescat, quod ad idem cum in toto fuerit, cum senio reincidit. Vitia enim tria patitur, cariem quæ proculdubio ex putredine contingit, sabulum ut sub dentibus strideat, quod natus omninò est, & buxeum colorem maximè pressum, de quo ambigitur an sit natura, uel senio, uel acerbitate: existimandum est autem sensim augeri, quod corticem habeant, sintq; semper à terra separata, nam si incremētum esset iuxta qualitatem, ut in metallis acerba essent terræ coniuncta, & sine cortice, maturatio enim esset disiunctio & absolutio partium. Præterea non orirentur eo modo quò omnes aliæ radices, nulla enim illarū non quantitate crescit perfecta secundùm qualitatem. Neque essent ergo ex plantarum genere, sed potiùs metallorum aliquod, aut metallicorum: essent etiam sine semine, & uidetur naturâ nihil sine semine à planta deciso, aut ex terra genito generare. Essent etiam partes fermè æqualiter absolutæ: aut non ita est, sed candidiora sunt intima, cortex nunquam candidus. Et cùm senescit cariem priùs in intimis partibus contrahit. Quare signum iuuenescentis est ut sit mollius, candidius, densius in interioribus partibus, quàm exterioribus: contra uerò quod consenuit intus carriosum est, & flauum magis, quàm exterius. Quod si cōtingat exteriùs carriosa esse, hoc uitium est soli, non ullius ætatis. Nam iuuenile tuber nullibi carriosum esse debet: senile aūt potiùs intùs, quàm extrà. In aliquibus etiam regionibus ueluti Mytilenis seritur, & irrigatur, ut non dubium sit illa augeri. Terra etiam extuberat, & scinditur, non ut quidam dicunt: obijcies quod cortice, neruo, & uena careat ex Theophrasto: quomodo ergo nutrietur? dico quis uenas conspicuas in radice cichorij inueniat, aut in fungis, quos tamen sensim crescere cōspicuum sit? similiter corticem quem habent coniunctum corpori reliquo esse haud dubium est, corticem tamen terreum magis gustus ipse docet, atque à medulla distinguit. Quod si quis rursus dicat, quod maximè obijci potest, tubera si crescerent omnia ubi loco ab hominibus frequentato colligerentur, maximè ferè omnia debere inueniri, ut etiam in arboribus nemorum magnorum, & quæ securis hominum non uiolat. Respondemus non arboribus, sed herbis comparanda esse, quarum uita ut dixi non ultra annum est. Dicet alius, si tubera sensim orirentur, diuersi essent saporis, ac duritiei, at non sunt, non ergo augentur, sed teneriora apparent esse quæ parua sunt, & non adeò exacti saporis. Ab hoc nomine deriuantur plura, uelut extuberari, & tubercula à similitudine uenenatæ qualitatis expertis sunt, cum à serpentib. incubari non possent. Cæterùm grauis sunt alimenti, atque obstruūt, melancholicaq; sunt, & atrum humorem, & crudum augent. Nihil tamen habent peculiare malum. Excitant Venerē, uelut & bulbi, non solùm quia in tertia cōcoctione superari nequeant, sed quia flatuosa sunt, & lenta, bis cocta meliora sunt, condita aromatibus, & pingui iure. Partem habent calidam, atq; suauem, per quam non solùm culinæ commendantur, sed etiā Venerem augent, cordis ui, ac spiritu intento.

Dubitatio.

Vitia.

Nota signa boni tuberis.

Lib. 1. de Hist. plan. cap. 2.

An tubera crescant.

Vires.

Fungi uerò deteriore sunt conditione, quorum ortus celer ex putrefacto humore breui cogitur, adeò ut una nocte crescat, ac quasi ephemerū, est radice nulla prorsus aut perquam exigua: neque enim carere potest. Serpentibus, & bufonibus tensa, & cibus ob id persæpè adeò uenenati, ut statim perimunt. Quin etiam solo olfactu aliquando ipso momento occidunt, aliàs comitialem morbum mouēt. Genus est fungus ut metallum, metallicum, lapis planta, non species ut lactuca, aut beta: sed quia pauciores habent partes, ideo & pauciores habent species, & minùs uariate cōspicuas, indicio est differentia inter illos, ortus facultas. Sunt enim lutei ut

Fungorum incommoda.

Differentiæ.

boleti,

boleti,candidi,feruginei, crispati, clauí, rotundi, lati, tenues: omnes tamen latiores sunt in uertice, quàm trunco,ut tota defenderetur planta, si plantam fungũ licet appellare. Voluit docere nos summus opifex, eandem esse curam tam caducæ rei, ut etiam ephemeri,quod ad æternitatis comparationem mille anni non plus sunt diecula,neque ob longitudinem uitæ dignior elephas ephemero. Nascuntur ubique pratis,quos innocentissimos putant:terra arida,cœno,fimo,hudo,& umbra,& sub terra in cauernis, ac speluncis, nemoribus, ac syluis, maximè Plinius putat omnes fungos ex arborum nasci putredine,tum etiam boletas,ita ut uel in arbore ipsa, uel radicibus adnascantur. Vnde difficillima illa tota narratio de fungorum diuersitate:sed quia in limo,fimoq;,& pratis nascuntur, præcipuè cum ex arboribus potiùs, quàm herbis nasci illos indicet. Iuuat autem ex illo prius boletos describere. [Inter ea quæ temerè manduntur, boletos meritò posuerim, optimi quidem hos cibi, sed immenso exemplo in crimẽ adductos ueneno, Tiberio Claudio Principi per hanc occasionem à cõiuge Agrippina dato,quo facto illa terris uenenum alterum,sibiq; ante omnes Neronem suum dedit. Quorundam ex his facilè noscuntur uenena,di luto rubore,rancido,aspectu liuido intus colore, rimosa, stria, pallido per ambitum labro. Non sunt hæc in quibusdam,siccisq; & nitri similes,ueluti guttas in uertice al bas,ex tunica suâ gerunt. Voluam enim terra ob hoc prius gignit ipsum, postea in uolua,ceu in ouo est luteum.Nec tunicæ minor gratia in cibo infantis boleti.Rumpitur hæc primo nascente, mox in pediculo corpus absumitur, raroq; unquam geminis ex uno pede,origo prima,causaq; elimo, & accrescẽte succo madentis terræ, aut radicis ferri glandiferæ, initioq; spuma lentior, dein corpus membranæ simile, mox partus:ut diximus illa pernicialis prorsus improbãda. Si enim caligaris clauus, ferriue aliqua rubigo,aut pani marcor adfuerit nascenti, omnem illico succum alienum,saporemq; in uenenum decoquit: deprehendisseq; nisi agrestes possunt, atq; qui colligunt. Ducunt ipsi alia uitia, nunc quidem si serpentis cauerna iuxta fuerit, si patescẽtes primô adhalauerit capaci uenenorum cognatione, ad uirus accipiendum.] Itaq; caueri conueniet prius quàm se condant serpentes:signa erunt tot herbæ,tot arbores, frutices q; ab emersu earum, ad latebram usq; uernantes,& uel fraxini tantum folia, nec postea nascentia, nec ante decidentia, & boletis quidem ortus,occasusq; omnis intra dies septem est: sed ut ad rem reuertar, postquam de boletis adeò clarè actum est,ut nõ liceat ambigere,quí nam sint,liceat dubitare, quod omninò fertur an uerum sit prorsus, à ueneno tutos esse: uidetur Plinius uelle fungos omnes ab arboribus proficisci, postquam iuxta illarũ genera periculosos à securis distinguit,maximè tutos uult esse sub quercu, & castanea etiam magis natos. At constat eodem teste etiam nasci in pratis,ubi non sunt arbores: sed & in fimo equino docet experientia,ubi nulla herba,ne dum arbor est.Quin etiam natos in arboríb.crediderim ueneno prorsus uacare,quod nec gustari,nec afflari possint à serpentibus.Difficile enim est credere serpentes pedum expertes posse eo ascendere: quanquam ut aliàs dixi,uiderim uiperam, nec modum imaginari possum prunum ascendisse in horto Stachinorum Gallarate,ut ue sit res rara,est & mira hæc,uulgus etiam pro securis habet fungos in arboribus natos. Hanc quæstionem enatam puto ex uerbis Theophrasti,qui fungum ex radice arboris nasci,aut iuxta affirmat, ut non in arbore,sed ex arbore oriri dicatur. Itaq; de his Plinius uerba habet. Pratensium aliud iudicium affert,scilicet quod sint securiores arboreis. Arboreorũ, id est, in arbore natorum, mentionem non fecit: existimauit enim è terra nasci oportere: qui uerò secùs nascantur,ad escam ignis conficiendam tantùm fore utiles. Sunt in fungorum genere Pezicæ à Græcis dicti,& laserpitium,de quo infrà dicemus,post quæ boleti,post pratenses,inde rubri,minus diluto rubore boletis:post candidi,demũ suilli sunt,& qui ex lapide oriũtur, lyncurnicũ aliqui dixêre, de quo alibi plura: est enim fertilis hic,ortusq; securus ferunt,& de pratensibus iuxta Horatij dictũ:

Pratensibus optima fungis
Conditio est,reliquis malè creditur.

Sed Antistes Bouromeus ex eorum esu cum duobus alijs è familia mortuus est annis

Ortus. Lib. 22.c. 22.& 23.

Boleti.

Veneni nota.

Nota.

3. de Histor. plant.c.9.

Fungorum diuersitates.

Historia.

annis ab hinc propemodũ uigintiquinq; sunt, & subfusci, amplicq;, & horridi, quos quidam uocãt lupi crepitum. Pessimi & à ueneno non alieni luridi, liuidi, nigri, uirides, quicq; cùm diuiduntur, colorem mutant, ceruleicq;, & amethysti colore, & qui dum coquuntur, durescunt. Princeps paucis docuit exitiales dignoscere, dicens: Si hument in superficie humido tenaci, ac putrescente, negat autem boletos ueneno affici, frigidi & humidi temperamenti in tertio esse ait. Mesue negat frigidum posse humidius quàm in secundo ordine, sed qualitate uera affirmat, crassitie tamen materiæ in tertio ordine refrigerabit. Materia enim densior, & magis, & diutiùs agere potest, non minùs intensa qualitate ut uidemus in ferro calido, longè minus quàm ignis, sulphur tamẽ accedente, & quanquam adeò mali sint, nemo tamen inuentus est ad hanc diem, qui ex salitorum esu læsus sit: ob id magna copia Mediolani tum alibi sale conditur, quod euadant innoxij. Nil mirum quod etiam salitæ serpentum carnes non noceant: soli boleti uentriculo prodesse creduntur. Omnes fungi, præter ueneni periculum, mali sunt alimenti, & difficulter coquũtur: adeò ut plerique ex his, ut deuorantur, ita non mutati ulla ex parte prodeãt, ex aluo cæterùm solent difficultatem spirandi efficere. Alij morbum choleram uocatum excitare solent. Dignoscuntur autem uenenosi colore, & ut dixi coctione: præterea ortu si super aut iuxta ferrum rubiginosum, aut lintea putrida, aut corruptum serpentem, aut illius lacebram, tum etiam si humido quodam, atq; uligine contegantur, & si collecti breui molles fiant, atq; putrescãt. Sed nil tutiùs, quàm coctos in iure pingui, aut pinguedine aspersos, canibus & gallinis obijcere, si edant, aut non, nam si non, abstinendũ est. Inde si edant canes statim si reuomant, aut gallinis crista impalescat, & demittat alas, & pennæ hirtæ fiunt, uenenati sunt: at si alacres perseuerant in edendo, tùm illa, tùm alia tutò edi possunt, corriguntur suspecti decoquendo illos cum ferro, corticibus pyrorum, & alleo, ac sale, inde abijciendo decoctum, aliamq; aquam, salem, pyrorum cortices, allium, ferrũ si idem addas, haud refert adijciendo. Frigidi & humidi sunt in tertio ordine, & proximi naturæ cucumerum, & nil sanguinis generãt. Sunt & fungi arborei in montibus Anatricæ, uallis, ut refert Matthiolus, ponderis nonnunquam librarum uigintiquinque, admodum suaues gustu, & ualdè rubri, in quibus nullum est periculum, ne ferro æruginoso innascãtur, ne pãno corrupto, ne serpenti putrefacto, ne serpens eo uescatur, ne sub eo morentur, ne cauernæ illius immineat, ideoq; tutissimi sunt qui rubis innascantur exigui, & expertes ueneni, ac ualdè iucundi saporis, quibus Clemens VII. Pontifex Maximus assiduè uescebatur, sed non absque iactura tandem uitæ graui. Est enim hoc ferculi genus ex humido pingui putrido, ideoq; per antipathiam inimicum homini. Imò omni animali in se uincuntur, uelut & borago homini. Hi igitur alimentum exhibent crudum admodum, & etiam citra uenenum, uenenosum. Nocent autem omnes magis inconditi, & habentibus uentriculum frigidum, & pulmonem calidum, & debilem, & præassumpta theriaca multò minùs frigidi sunt, & parum nutriunt: sed tamen plus cæteris, quia sicciores sunt, & calidiores.

Praui qui.

Temperamentum.

Salititutiores.

Documentũ.

Fũgi arborei.

Alimentum prauum.

De Aculeatorum radice. Cap. XLIIII.

HActenus de acribus, quas in duo genera opposita distinximus bulbosum, & asperum: tùm uerò de uenenatis quanquam fungi radices non sint: Nunc de salutaribus, quæ uenenis aduersantur, quod cùm animalibus uenenosis in qualitate cõueniant sicca, dissideant autem in substantia, ut sensile ab insensili, uel ut uulgus uocat animatum ab inanimato. Huiusmodi est medulla carduorũ agrestium, saporis elegantissimi, candida, & tenera, quę iuxta germẽ inuenit optima Vere, & earũ plantarũ, quæ in cultis natæ sunt, crescit ad oui parui magnitudinẽ. Estur cruda cũ oleo, sale, pipere: cocta uerò cũ ipso germine, & cauliculis cõdita eodẽ modo. Ventriculo & aduersus uenena utilis. Multæ sunt in eodẽ genere plantæ, atq; omnes educunt urinã multã, ac turbidã etiam, renesq; purgant, arenam, & lapillos ducentes. Reliqua ut in generalibus dictum est.

Cardui agrestis uires.

De Raf-

De Radice ari, & utriusq; dracunculi. Cap. XLV.

Racunculorum radices acres ualdè sunt minùs tamen minoris, & ea quæ est ari, adeò ut cruda mandatur, non solùm cocta, maioris autem dracunculi non nisi siccata prius. Omnia enim quæ siccantur, saporem minuunt, nisi eum quem siccitas peperit. Pinguia, dulcia, acria. Minuunt & coctu, & condimenta & si tenerior sit planta, & Vere collecta, ut in aculeatis diximus: expectorant omnes hæc crudos humores in pectore, & uehementer dissecant: sed cur non in iecore potiùs, renibus, ac magis uentriculo, & intestinis, si in pectore possunt? Galenus dicit in uisceribus nõ specialiter, sed si in pectore tanquam difficillimo loco, etiã reliquis in locis, leuiter etiam astringunt, ut ille refert. Dignoscitur arum à dracunculo, quod ferat pistillum densum, semine croceo, atq; rubicundo, antea uerò cuculum quo semẽ uelatur, seu inuolucrum. Comperitur etiam hodie in uniuersa Italia herba quædam, quam Draconem appellãt, nasciturq; ex semine lini, in cæpa incluso, folio oblongo hyssopi modo, sed ampliori, sapore feruido, acetum, & salem referente, acetarijs expetita.

Radicis dracunculorum uires.

Nota.

De Dracone.

De Radice cichorij. Cap. XLVI.

Ichorij radix estur, crescitq; in cultis locis, maximè Mediolani, adeò ut carotas æquet. Verùm pars exterior manditur, scilicet cortex, quod est intus, durum est, ac lignosum, & abijcitur. Quo circa dubitationi dignum est, cur in aculeatis, ut diximus, quod in medio est, molle est, & estur, cortex exterior non est, sed admodum durus, in his autem contra, in radicula autem parum differunt? An quia in aculeatis, cùm radices sint adeò siccæ per se, oportuit esse aliquid molle, ex quo surculi, germinaq; funderentur, idq; in medio, at in cæteris pars media durior est, quia per corticem nutriuntur. Amara ergo est radix cichorij, & tenera, uix edi cruda potest, ne dum adulta. Cocta autem sub cineribus cum garo, oleo, & aceto, tum gingibere utilis uentriculo, iecoriq;: ideoq; salutaris, & cordi toti commoda, aperit obstructiones, calida, sed temperatè, & moderatè humida, excitat appetitum cibi. Parum tamen nutrit, & non facilè concoquitur. In prima scilicet coctione. Cæterùm ne dignatus quidem est Galenus cichorium inter alimenta numerare. Quinimò secundo de Alimentis etiam germina ipsa numerat inter ea solùm, quæ fame adducti homines edunt. Et in libro de cibis boni ac mali succi mirabile dictu hæc habet: [Succi summè omninò mali sunt, olera omnia agrestia, quæ uocãt, lactucę id genus chondrilla, scandix, gingidiũ, seris, cichorium, stirpium radices, quæ, sunt oleraceæ, si quæ acres sunt, ut cæparum, porri, allij, radicule, dauci, malæ omnes: boni maliq; in confinio sunt radices ari, raporum, quæ βουνιάδας uocant, eiusq; quod caron.] Idem existimat hanc plantam frigidam esse siccam in secundo. quòd infrà explicabitur. Verùm octauo de compositione Medicamentorum secundùm locos, ubi diffusè agit de cichorij natura, hæc habet: [Cichoria itaque, & seris cibarij generis existunt. Apud nos namque rurales, ambo hæc edunt, & cruda, & cocta. Inde paulò pòst facultas horum olerum, subfrigida est, & subamara, ac moderatè astringens. Et propter has qualitates optima pharmaca calidis intemperaturis ipsius iecoris existunt. Vltra hoc enim quod moderatè refrigerant, ampliùs & robur uisceri addunt, per astrictoriam facultatem, insuperq; commissuras osculorum uenarum in ima uisceri parte ad eas, quæ in gibba sunt, extergent.] Et superiùs stomachicis contemnit cichoria cruda. Præparatur autem ab Erasistrato, ut Galenus narrat libro de sectione uenæ aduersus Erasistratios, infuso fasciculo, primùm in aceto non ualdè acri, inde biscocta, non diu in aqua feruente scilicet ut dulcescat, ac molliatur, sed uires non admittat, inde cum oleo, & sale exhibita aduersus aluí fluxiones. Quis ergo ferat æquo animo, aut patiatur eximi eam ex alimentorum genere? At dicet quis, est medicamẽtum, non cibus Respondeo, quid magis medicamentosum est dracunculi radice, quam tamen inter alimenta connumerat?

Dubium.

Vires.

Cap. 39.

Cap. 8

8. De simpl.

Cap. 8.

Cap. 4.

Nota.

merat? Vna fuga est, ut dicat nihil nutrire, ideò non connumerandam inter alimenta, ignotum fuisse usum radicis, cùm olus ipsum non nutriat, sed piper, neque ipsum nutrit: ob multa tamen commoda adnumeratur inter cibos, deinde cùm usus eius sit adeò utilis, ut cibus etiamsi non nutriat: connumeranda fuit in ea tractatione, nam ut medicamentum ob imbecillitatem parum utilis est. Deinde uidemus homines pinguescere Vere, ex usu geminum eius. Quod si dicat contingere id ob sanationem uiceris, dico quod experimentum docet, quod nutrit, & nō parum. Primum quia comesta cum eadem quantitate panis plus homo nutritur, quàm cum pane solo: Deinde quia cocta si edatur, in multa quantitate alit hominem. De temperamento etiam actum est in quinto Contradicentium. Propterea dico in Galeni partibus cichorium esse magis durum, & siccum, quam apud nos, certè apud nos utiles sunt illius radices, & herba cocta, cruda uerò etiã germina, alereq;, sed nō multum maximè radicem. Idem erit iudicium reliquarum radicum amararũ, leuiter maximè modicè astringentium, aut parum acrium.

34.

De Glycyrrhiza. Cap. XLVII.

Nutrimentum unde.

VArerem libenter à Galeno cur cum dulci affirmet homines nutriri, glycyrrhiza autem quod ipso nomine docet dulcissima sit radicum, quas nouimus: nullibi tamen eam inter alimenta connumeret, cùm etiam sit maximè salutaris, & ad multos usus commoda? In eundem laqueum incidit de melle cùm sit dulcissimum, ipsum tamen exiguum præbere alimentum dicat: nos autem non dulci, sed pingui nos nutriri ostendimus, imò nullum ualde dulce, uel mediocriter nutrit præter lac, quod pingue est. Sed redeamus ad dulcem radicem. Dicet quispiam glycyrrhicam esse ligneam, & ob id inter medicamenta, non alimenta connumerari, & ob id etiam non nutrire, sed siccata cùm non nutriat, quia lignosa est, tamen dulcis: igitur dulcis proprium non est nutrire, sed quod lignosum nō sit, nam pingue humidum in nullo lignoso est, sed fac ut aliquod lignũ pingue sit, ut de ligno sancto dicunt, saltē eius decoctum nutriret: at dulcis radicis decoctum non nutrit, quamuis abundè dulce sit. Demiror autē quod de potibus Galenus non sit locutus in libris de Alimentis: cũ enim non minus potus, quàm cibus sit homini necessarius, & nec minùs ab eo, quàm à cibo homo immutetur, cur non ibi de potu egit: Nimis superstitiosa est hęc obseruatio, & dura, tractat de potibus in libris de tuenda sanitate satis intempestiuè, tùm in libro de cibis boni & mali succi. Ergo glycyrrhiza confert uentriculo iecori, omnibus, purgatq; eos, lenit pulmonis asperitatem, purgat per os pectus, & arenas educit per urinã, sedat sitim, famemq;. Venditur decoctum illius æstate in foro. Bononię ad leuandam sitim, corporaq; refrigeranda. Aliarum plantarum radicem dulcem huc usq; non noui, præterq; polipodij, sed hæc est prorsus medicamentum.

Glycyrrhicæ uires.

De Laser, siser, dauco, smirnio, petrosilio, fœniculo, seselli, pastinaca, carota, caro, & barbula hirci. Cap. XLVIII.

Laser incognitus. Nota.

LAser inter plantas odoratas prima sanè, sed nostra ætate incognita oriebatur fortuitò ut fungi. Neronis ætate fermè iam desierat, quò magis demiror Platinam uirum nostræ ætatis lasere omnia sua cibaria condire: sed existimo ut nos illius authoritate, tum Vertemani seductos existimasse, credidisse dulcem assam, seu Belzoi esse laser, uului tamen illius meminisse, ut intelligerent homines cur hanc tractationem adeò distulerimus, cùm non sit perpetua. In immortalibus enim simplicia, & coniugationes perpetuæ sunt, in his inferioribus autem solum coniugationes. Propterea cùm ego æterna diligerem, illa malui præponere, hanc enim tractationem aliquando parum utilem futuram scio, cùm nec panis extritico, nec uinum ex uua fiet, cuius indicio est desijsse: laser paulò post Neronem, ætate autem nostra balsamum odoratissima radicũ, post laser est garyophilata,

philata, sed ad cibos, uel potus nullo usui. Quapropter neque de huius, nec illius uiribus dicendum esset. Deprehenduntur autem generalibus rationibus superiùs declaratis, ubi de condimentis actum est per genera saporum, atque odorum. Erat enim laser, ut Dioscorides narrat, iucundi saporis, iucundissimi uerò odoris, cyrenaicum hoc priuilegio fuisse constat, ut gustatum statim sudorem excitaret. Durauit usque ad Galeni tempora paulò seriùs, quàm Neronis: sed incertum est an ne succus iam collectus, an esset etiam plantarum copia. Hoc argumento præcipuo defecisse creditur, quod dicat Plinius: Multis iam annis non inuenitur: quoniam publicandi qui pascua conducunt, maius ita lucrum sentientes depopulantur pecorum pabulo. Vnus omninò caulis nostra repertus memoria Neroni principi missus est. Dixit præterea etiam uenisse argenti pondere succum, quando uilissimus fuit ætate Cæsaris dictatoris. Sed tamen Belzoi si credamus esse laser, atq; idem assam dulcem, non tamen ut dixi cyrenaicum erit, uis eius in cibis est ut uocem claram efficiat, & colorem bonum: tussi, regio morbo, hydropiq; confert. Vnde necessario ex regula Dialectica salutaris iecori. ideo toti uitæ, ac sanitati utilis. Comitialibus, atq; diltentis auxiliatur, menses & hæmorrhoidas cit, & uentriculi fluxum contra cohibet, ramicem sanat, uenenis omnibus aduersatur. Ea tamen calidissima est nõ adeò sicca, imò humida potiùs: aëris, atq; ignis fermè ex æquo particeps. Quo fit ut sudorem prouocet. Nostrum haud est cyrenaicum, quod sudorem non statim moueat. Quidam etiã existimant assam fœtidam speciẽ esse laserpitij ex Media, aut Assyria, sagapeno atq; alijs fœtidioribus rebus permistam. Petrosilij radices in acetarijs Principum ægrorum in usu sunt, comestæ sub cineribus cum oleo, aceto, & sale manduntur. Est petrosilium apium hortense, calidũ in fine secundi gradus, tùm siccum atq; urinam, tùm menses, ac sudorem prouocat, flatum discutit, obstructiones aperit, gratum uentriculo, & iecori: aduersatur uenenis, tussi, et doloribus medetur. Quod uerò circa aquas nascitur, & humidius est, & frigidius. Porrò de Alexandrino apio inter herbas dictum est. Illius folia copiosè sumpta, mala, & tristia somnia mouere solent, atrumq; humorem gignunt.

Laseris notæ.

Cyrenaici proprietas.

Lib. 19. c. 3.

Vires.

Petrosilij radicis usus ac uires.

Quando frigidius & humidius.

Fœniculi quoque radices eodem modo parari solent in febribus, in principum mensis, quo petrosilij facilè concoquuntur, ut priores, obstructiones aperiunt, sudorem, urinam prouocant, flatus discutiunt, sed & febribus maximè, quæ cum typo sunt, auxiliantur, menses educunt, uenenis aduersantur, purgant uesicam, & renes, uomitum sedant, & uentriculo gratę sunt, lac generant, morbo regio conferunt, uisum acuunt.

Radicum fœniculi usus ac uires.

Hirci barbula, seu τραγοπόγων, radicem habet longam, atq; suauem admodum, ut nulla melior nomen ducit à calice, in quo semen continetur, qui cùm clausus est, in acutum finitur, pilis quibusdam prominentibus, excalescit moderatè boni alimenti, & uentriculo non solùm, sed etiam pectori salutaris.

Radix hirci barbulæ.

Vires.

Pastinacæ radices excalefaciunt in fine primi ordinis, magis tamen agrestis apertiunt, prouocant urinam, menses, Venerem excitat, pectori auxiliatur, uesicam, renesq; purgat, hydropicis auxiliatur, & præsumpta uenenis aduersatur serpentium. Agrestis ualidiorem, sed longè uincitur suauitate à domestica, quę tamen difficiliùs concoquitur petrosilio, & fœniculo. Vtuntur pauperes Quadragenariæ tempore, piscium loco, non tamen alit ut pisces, coqui multum debet.

Rad pastinacæ. uires.

Carota similis est fermè pastinacæ, sed radix rubra est, & adeò ut uehementer tingat, sub cineribus cocta mirum inmodum mollescit, adeò ut fiat uelut puls: tuncq; est optima, editur in acetarijs temperamento ualdè proxima, sed pingui humido destituta, parùm admodum nutrit, iucundi saporis est, sed quasi incerti. Est enim ex dulci insipido, salsoq; quasi mistus: quo fit ut uentriculo parum conferat, renes tamen, sed non adeò ut pastinaca purgat. Videtur ob condimentũ utilis uentriculo.

Carotæ uires.

Siser seu sisarum à carota plurimùm differt, non est carota, neque forma, neq; gustu, nec facultate ei similis, quin potiùs napo, est enim radix crassa, longa palmo, lutei coloris, neruum habens in medio subamara, iucundi saporis, quæ omnia adeò napo conueniunt nostro, ut nisi Plinius utriusq; seorsum fecisset mentionem, exi-

Siser quid.

ſtimari poſſet eãdem eſſe radicem, uerum affirmat ſiſarum ex Germania deferri, Tiberiumq; adeò illius uſu delectatum, ut iuſſerit aſportari. Et nunc etiam ibi inuenitur iuxta Rhenum, uentriculo grata, facilè inter radices concoquitur, appetitum excitat. Eſt enim ſubamara, & ſubaſtringens.

Vires.

Dauci uires. Dauci radix, & planta undequaq; ſimilis eſt paſtinacæ: ſed tamen acutior, & calidior: magisq; odorata, magis & Venerem excitat. Eaſdem quas paſtinaca uires habet, peculiariter confert tuſsi antiquę, partum, menſes, urinas educit, reliqua ut diximus, in Italia in montibus inuenitur.

Smyrnij uires. Smirnij radix & ipſa eſtur calefacit, pectori utilis, ac tuſsi, & ſpirãdi difficultati, urinam prouocat, & ſerpẽtiũ morſui medetur: Dauci proxima naturæ, ſed efficatior, omnes concoctu difficiles: hæc tamen minùs.

Seſelis uires. Seſellis autẽ radix & ipſa odorata, calefacit, deſuriæ utilis, hyſtericis, aſthmaticis, comitialibus, interiorum morbis generaliter: nã noxios humores ſegregat, & educit, quemadmodum & menſes, & fœtum exorientem, aut mortuum, tuſsi, hepatis febribus confert. Caput cõfirmat, doloribus uiſcerum opitulatur, concoctionem iuuat, flatus diſcutiendo, frigus depellit, præſtat omninò Maſsilienſe.

Cari uires. Cari uerò radix etiam in uſu eſt, cocta tamen calefacit, urinam prouocat, uentriculo, & concoctioni undequaq; utilis, commendat etiam odore anhelitum, & os, calida eſt & ſicca in ſecundo ordine, & ob id difficilis concoctu.

De geniculo, & ornithogalo. Cap. XLIX.

Geniculi radicis uires. RAdix eſt candida admodum & parua, nodis plena, fragilis, odoris nullius, guſtu ſubdulcis, & inſipida, cruda manditur in acetarijs, herba quoque exigua eſt, refrigerat & humectat, parum nutrit. Porrò radicum inſipidarum nullus eſt uſus in tanta copia acrium, & odoratarum, tum miſti ſaporis, atq; iucundi. Hæc autem Vere prouenit, urinam auget, ut omnia talia, & ob id etiam urinarum meatus pondere purgat. Ornithogalon autem utiliſsima ſi quæ eſt alia radix, cuius utinam uſus copia eſſet, ſed placet Ruelij, & ſunt ornithogalon, quòd à ruſticis in Sueſsionum agro eruitur, radice eſt bulbaceam ſpeciem præ ſe ferente, cuius medio cauliculus exit, tribus aut quatuor adnatis in cacumine folijs, in capillamenta quædam extenuatis, floribus exiguis foris herbaceis, intus lacteo candore candicantibus, qui ſimul coaceruati, uelut paniculo quodã compacti callo ſquammanti coẽuntes, in pilulam extuberant, nucamentum pineæ nucis repræſentantem, radix in orbem ferè collecta eſt, cortice pullo candidiſsima, intus carne pulpa'ue, perquàm odorata, Vere uel æſtate cum fronde uiret, hyeme uel antumno cum exarantur, agri radicitùs uelluntur, diu ſeruari poteſt, & ubi annonæ premit inopia plebis ruſticæ famem, & ieiunia caſtanearum more ſatiant, nec aliud humo genitum promptiùs in cibos cedit, cum frugum penuria gliſcit. Mirè ſuibus expetitur, rura ex agris ſponte natum grauiorem cibum non norunt, lautiores, etiã menſas ditiorũ non reformidat. Pueris non incognitæ radices, qui propter aſtates cum aratro terra proſcinditur, aut in latiores porcas ſulcatur, erutos uomere, colligunt multos caſtaneis ſuauiores, quibus & crudis in cineribus incoctis ueſcũtur, Sueſsionenſis ager chriſtos uocare conſueuit, ubiq; inuenitur in campis, etiã in Italia, ſed non adeò odoratum, nec tam frequens: induſtria poſſet in melius traduci, ſed uis prorſus ſimile.

Ornithogalon quid. Lib. 2. cap. 15.

Vſus.

De Fructibus arborum. Cap. L.

Horarij fructus cur incommodi. Obiectio. HOrarij fructus, & qui celerimè putreſcunt uelut ceraſa, & chryſomela omnia febribus excitandis ſunt paratiſsima, quoniam humidum illud aqueum, dum in uenis excipitur, feruet, et humores calore corrumpit, prohibendoq; motum eorum, dum uenæ nimis implentur. Obijciat forſan his, alijſq;, quę in capite de præparatione dicta ſunt, quoniã ſi tam exiguus aqueus qualis in carne eſt, ac fructibus, adeò putredini obnoxius eſt, adeoq; nocet, q̃d ipſa aqua

aqua efficiet? Et tamen aquę potus, ususcp adeò salubris est, ut uisum est, nec nocet, sed iuuat plurimum, febrescp arcet. Dicimus ergo aqueum succū, ab aqua plurimū differre: nam aqueus succus, qui in carne, & fructibus continetur, non aqua est, sed humidum corruptum, & putrescens: nam omnis generatio fit per quandam putredinis uiam, ob id cùm nondum aslecuta est formā pinguis humidi, corruptionem in se continet. In fructibus uerò horarijs, cum humidum pingue nunquā perficiatur, absolutionem eorum excipiente putredine: quantò enim maturiores, tantò putredini magis obnoxij. Ideò talium fructuum maximè acerborum esus insalubris est: in carne uerò processus est ad humidum pingue, quod salubre est, ideò quò recentior, eò melior. Summa igitur prouidentia cauendum est, ne corpus humido illo aqueo, semiputridocp repleamus: nam cùm in se contineat, quod nutriat, trahitur à uenis, retinetурcp: at aqua aut nō trahitur, sed reijcitur per urinam, quod uisum est sentire Galenus, aut si trahitur, cōfestim eijcitur per sudores. Quod si necp hoc contingat, non tamen putrefacit sanguinem, cùm nec ferueat, nec corruptionis sit particeps. At succus ille cum pingui humido, corruptocp natura sit immixtus, trahitur primum à uenis, nec potest se explicare, feruetcp, obstruit, ac denique sanguinem, & qui intus sunt humores putrefacit. Non contingit hoc adeò cum fructus aluū mouent, ut cerasa dulcia, & pruna, in pleriscp & pepones, urinam copiosam, aliter uerò plus nocent alijs: Ideo fugacia hæc paulò ante alias escas mādi debent, ut citiùs dilabi possint, deijcianturcp, ut author fuit Galenus, alioquin uitiantur in uentriculo, si sequantur alios cibos. Cerasa ergo, mora, pruna, persica, præcocia, & id genus reliqua, quæ promptè putrescunt, & humida, ac frigida sunt, primo cibo apponi debent, sic enim calidorum uiscerum temperaturas tollunt, uicemcp medicamenti habent, & aluo molliendæ idonea sunt, ea præcipuè si post eorum esum non impleatur, uenter cibis crassis, ac difficilis concoctionis. In uniuersum autem acida cerasa ob id deteriora sunt dulcibus, longecp magis. Parum etiam nocent in corporibus, quæ uehementi exercitatione multum sudoris eijciunt quotidie: nam simul cum illo maxima pars aquei humidi excernitur. Hi tamen longo post tempore in grauissimos morbos incidere solent, retenta parte propinquiore, semiputridacp, aquei humoris: senes ideò & otio torpescentes, citiùs noxam sentiunt. Qui uerò minùs nocent, sunt, qui maturi sunt, atcp eo dum in umbra, & sub aura boreali siccati, nam in his maior pars humidi imperfectioris absumpta est. Optimi omnium qui sub prunis assantur, nam igneus ille calor, ut dictum est, siccat, primum inde etiam omnem prohibet putredinem. Qui uerò hoc genus pręparationis non admittunt, in melle, aut saccharo coquantur. Ergo ut ad primam dubitationem reuertar. Quorum finis est perfectus, generatio omnis putredinis est particeps, uelut fructus, caro, fœtus. Fœtus enim infans, seu catulus finis est, fructus & carnis humidū pingue: at uituli caro nō ob id putredinis particeps, aut uitulus dici debet, quia ex uitulo iuuencus, ac bos fiat, nam bos & seniū perfectiores non sunt fines, quàm uitulus. In oliua igitur, & uua, eadem ratio erit: fines enim absoluti sunt.

Solutio.

Fugacia prius mandenda.

Vires.

Meliores.

Fructus autem qui nō faciliter putrescunt, sunt bellarij, qui cùm uires astringentes obtineant, non ita prompti corrumpūtur, atcp tardè permeant, præsertim si consistentia duri fuerint, qui soli uentris fluxui, aut uentriculo imbecilli conferunt, ut là tiùs infrà uidebimus, quorum multi sunt, qui in hyemē asseruari possunt. Qui enim astringentes & acidi sunt, succum quidem frigidum ac terreum habent, & ob id astringunt, dulces uerò mediæ sunt temperaturæ, imò ad calidius uergūt: at qui planè qualitatis sunt expertes, & insipidi, ad frigidius inclinant. Et sicuti perspicuum est, quod astringentes aluum cohibent, sic acidi quem crassum succum in uentriculo inuenerūt, incidunt, ac deorsum subducunt, & propterea deiectiones humectāt: cùm uerò purum uentrem inueniunt, eum magis sistunt. Huiusmodi statim à cibo dandi sunt, & quandoque uentriculi roborandi gratia ijs, quibus prostratus appetitus, quicp tardè concoquunt, & uomitu, fluore alui, ac torminibus uexantur, ad quem usum acerba sunt accommodata, ut patet de cydonijs, pyris, pomis, & huiusmodi alijs.

Bellarij qui, & eorum uires.

De Ceraſis. Cap. LI.

Diuerſa ceraſarum genera.

Vm inter fructus horeos noſtris in regionibus ceraſa prius matureſcant, ab eis ideò initium ſumpſimus. Et quia diuerſorum ſunt generum, diuerſa etiam ſortiuntur nomina, quæ nedum ſaporibus, ſed figura etiam, atq; colore non parum differunt, & tot ſunt eorum genera, ut uix enumerari

Vires.

queant, etſi Plinius octo tantùm prodiderit. Alia etenim dulcia, alia acria, alia auſtera, alia uinoſa, & illa quandoque nigra, ut plurimùm uerò rubra. Dulcia equidem leniendæ aluí facultatem habent, ſi recentia comedantur ob humiditatẽ redundantem, quam adhuc obtinent: ſiccata uerò è contrario eadem ratione aſtringunt, & ſi dulcia non facilè Sole, aut furno ſiccitatem accipiant, uentriculo nõ ſunt amica, teſte Galeno, quod tamen uniuerſaliter uerum eſſe non affirmamus, nos enim ſæpè in mane prima menſa, imò ut plurimum eis ſolis cum pane, abſq; alio edulio contenti fuimus, nec ullam unquam percipimus noxam, ſed illa quæ Hetruſcis uulgò marchiana, ſiue duracina appellantur, & bene matura, ac dulcia quærebamus, nec aliud quod difficilis eſſet cõcoctionis, ſuper aſſumebamus, alioquin facillimè (cùm aluum ſtatim non ſubeant) corruptionem ſentiunt, & putres humores, ac lumbricos in uentre gignunt, & ſæpenumerò febres putridas pariunt. Auſtera uerò atque acida, hodiè principatum in menſis obtinent, nec ita celeriter maturitatem adipiſcuntur, quorum & uaria extant genera, omnia tamen aptiſsima ſunt, ut inſolentur, & ſaccharo condiantur, & ubiq; pro ſedanda ſiti, extinguendaq; bile, ſanis, ægriſq; cõceduntur, addanturq; ad intinctus, & multipliciter dapibus ex eis paratur ſapor, haud dubiè gulæ in primis irritandæ, & exacuendo palato, ſed interdum etiam ſalubriter pro reprimendo bilis feruore. Ventriculis etiam pituitoſis, atq; excrementoſis conuenire teſtatur Galenus, cùm diſecent, ac incidant, eorum tamẽ copioſus uſus euitandus eſt, cum ſucci in uniuerſum, maxima ex parte uitioſi, corruptioniq; proximi ſint, & præcipuè cum mora in uentriculo ducant, aluumq; aſtringant. Aeſtatis tamen tempore pro contemperando uentriculi æſtu, atque ſqualore, appetituq; excitando, eis bene maturis uti poſſumus: Ex aqua uerò & ſaccharo decoqui ſolent, quo innocentiora ſunt, tutiusq; ægris conceduntur.

Auſterarum genera.

Vires.

De Moris, ſycomoris, & rubis. Cap. LII.

Mororum uſus.

Bique ſcatet tum alba, tum nigra mora, & præſertim in Italia ad alendos bombices ſericeos, nec germinare ſolet niſi exacto frigore, ideoq; prudentiſsima appellatur, eſtq; illi cum ſerpentibus familiaritas non parua, nam & in umbra eius degũt, & ſi uetuſtate, uel alia cauſa admittat, cauernum in illa glomerantur cuius fructus mora, & ſycamina dicuntur, quæ alba menſis non inferũtur, cùm ſint tantùm puerorum eſca animi cauſa, nigra uerò frequenter, quæ cùm nondum maturitatem fuerint adepta, refrigerandi magis ui pollent,

Vires.

matura uerò ad temperiem accedunt, quo tempore uentrem quoque magis emolliunt, ac putrefactioni magis ſunt obnoxia. Alimentum tamen ex eis exiguum eſt, & ualdè uitioſum, non ſolùm ut prauitatem ſucci faciat, nec uulgatã, ſed qualis corruptorum cucumerum, aut cucurbitarum, aut peponum eſt, quam peſsimã habendam eſſe pronunciamus. Idq; moris accidit, propterea quod qualitas quædam paulò magis acris ineſſe ſentitur, quæ ad excretionem irritare poſsit, uerum ſi corrumpantur, malitiam addunt. Quare procurandum eſt, ut citò deſcendant antequam corrumpantur, & inſimul, ut corrupta tubeant: humido enim ſuo naturali quem paucum planè non obtinent, atque lentore quodam id faciunt. Ideò mandi debent ut ceraſa, paulò ante alias eſcas, oportetq; uentriculum ueſcentis excrementis liberum eſſe, ut ocyſimè per inteſtina tranſmitti poſsint, alioquí promptiſsimè uitiantur immundo uẽtriculo, aliquoque noxo ſucco obſeſſo, dum diutiùs in eo morantur: corrupta enim reliqua corrumpunt, atque omnia facilè in eorum uitij conſortium trahunt. Vſus tamen ex his in ſanitate erit pro refrigerando, humectandoq;

Nota.

(ut de

(ut de cerasis diximus) uentriculo, uicinisq; partibus, cum opus fuerit in maximis æstatis caloribus, ut fuit sententia Galeni, qui etiam secundo de Alimentorum facultatibus, de sycaminibus loquens ut alimentum, breuibus perstrinxit his uerbis. Cap. 11.

[Quod quidem celeriter subducantur dictum nobis prius fuit: quod eis accidit forte propter solam substantiæ humiditatem, ac lubricitatem: forte etiam propter admistam qualitatem quandam acriorem, quæ deiectioni excitandæ satis esse possit. Quandoquidem qualitas adstringens non modò ad subductionem nihil confert, uerum etiam suapte natura uentrem constipat. Didicisti autem ex commentarijs de simplicium medicamentorum facultate, pleraque esse corpora, quæ facultates habent contrarias. Coniector igitur, mora exiguam in se ipsis habere facultatem eiusmodi, qualis magna medicamentis purgantibus inest, cuius beneficio non modò facilè secedunt, sed corrumpuntur etiam, si diu in uentre manserint. Quod si corrupta (ut dixi) non fuerint, omninò quidem humectant, non tamen omninò refrigerant, nisi sumpta fuerint frigida. Alimentum autem corpori præbent minimum, quo pepones, non tamen ut ij uomitum excitant, neque stomachum lædunt.] hæc Galenus. Vrinam etiam ciunt potiùs serositatis causa, quàm quòd multam de suo succo iam paratam exhibeant, atque sanguinem impurum expurgare multi contendunt. Sycomorus autem arbor est Aegyptia, atque in India etiam multum crescere ferunt, qui ex Alexandria, & India ad nos sunt reuersi, & moro admodum similis est, fructumq; parit magnitudine ficus, & uisu proximum, illum quidem dulcem, & semine interiori carentem, & ut esui aptus fiat, atque ab arbore colligatur, ferreo uncino opus est, sic enim intra tres uel quatuor dies maturescit, si uento aliquo superueniente perflatur, & Zephyro præcipuè, & in eo loco à quo collectus fuit fructus alius repullulat, ita ut in anno, ter & quater arbor hæc fructum pariat, cuius meminit Galenus secundo de Alimentorum facultatibus, quam in Alexandriam se uidisse fatetur: Eiusq; fructum nullam acrimoniam habet, exiguæ tamen dulcedinis particeps est, & facultate est, ut mora, humidior quodammodo, & frigidior: gratum habet odorem, & cibis idoneus est, sed nullum præbet alimentum. Rubus quoque in omnibus ferè sepibus uidetur, fructus non mora, sed moris similes ferens, ex quibus immaturis Diamoron parari solet apharmacopolis, maioris semper sunt qualitatis adstrictoriæ, quàm mora celsi, siue immatura, siue matura illis conferantur: nunquam etenim hæc aluum emollierint, uiribus siquidem tantùm suis, cùm eam humiditatem non obtineant, qua id præstare ualeant, neque lubricitatem ex lentitia, neque quicquam purgantis facultatis. Atque abluenda hæc quoque sunt si edi debent, ne astringendi facultate tam diu in uentriculo morentur, uel succi uitio, capitis dolorem faciant, aliquibus etiam uentriculum lædent, rarò tamen manduntur, nisi à uoracibus pueris, atque rusticis: fragrantissimus uerò est eorum odor, ut sæpissimè moschum redoleant. Ex germinibus quoque rubi, ac eius immaturis fructibus stillatitia aqua paratur pro conseruanda oculorum acie, qua nunc temporis singulo manè non sine maximo iuuamento multi utuntur. Est & aliud rubi genus à prædicto differens, quia spinis careat, dicturq; rubus Idæus, quòd in Ida monte multus nascatur, cuius mora plerunque rubra sunt, quandoque uerò alba, & odorata, nonnunquam autem nigra, quæ paucioribus granis constant, gustui perquam grata, quorum ius subacida, & refrigeratrix est, & si nimia sumantur humescere inde uentriculus solet, quare sitim aliquando arcere possunt, feruidamq; bilem restinguere. Reperitur quoque & rubus canis, cuius fructus non segniter astringit, folia uerò mediocriter, nec particularis eius usus ignotus est, sed alimenti facultas aut nulla, aut pauciſsima, & illa quidem agrestibus tantùm quibusdam, aut puerili ætati uoraciori, aut corruptæ appetentiæ quæsita.

Sycomorus quis.

Cap. 35.

Vires.

Rubi uires.

Nota.

Aqua rubi.

Rubus Idæus.

Vires.

Rubi canis uires.

De Fragis. Cap. LIII.

Fraga. EXtant fraga in Italia benignitate naturæ, sed potissimùm in Gallia, passim in syluis, & semitis, æstate inchoante, quæ rusticulæ puellæ legunt, in urbesq; corticibus arborum inclusa comportant. Hæc maximè in fœminarũ delitijs sunt, atque diuersimodè comedunt. Frigida sunt primo gradu, & sicca secundo, ideo calidiori uentriculo, atque bilioſiori sunt amica, sitimq; simul leniunt, ac appetentiam delectam incitant, atque saccharo insperſa gustui admodum grata sunt, & primo cibo sumi debent ut cerasa, mora, & reliqua fugacia, & non secundo, ut multi perperàm faciunt: tenuiter enim alunt, ac facillimè in uentriculo corrumpuntur, licet nullum uirus à serpentibus, bufonibus, & id genus uenenatis animalibus accipiant, à quibus sæpè, cùm tamen parum à terra distent, calcantur. Mulierbres fluxus, ac dysenterias cohibent, atque urinã prouocant, & lieni conferunt, quin herbæ, ac radicum decoctum potum iecinoris inflammationibus auxiliatur, ac renes, & uesicam mundat: stillatitia etiam aqua elicitur, quæ felici cum successu sanguinem undequaque manantem supprimit, ut nos sæpè experimento comprobauimus.

Vires.

Nota.

Stillatitia aqua.

De Prunis, mixis, ac ziziphis. Cap. LIIII.

Prunorum genera. NOta est ubique prunus arbor, sed uarios adeò fructus parit, ut innumera propè sint eorum genera, distinguuntur etenim colore, magnitudine, figura, & sapore, nam alia sunt alba, alia uiridia, alia lutea, alia rubra, nõnulla herbacea, & alia nigra, & horũ quædam magna, alia parua, alia mediocria, & quibusdam sapor prædulcis est, quibusdã dulcacidus, alijs austerus, & acerbus: præterea quædam rotundiora, quædam oblongiora, uariaq; forma insignita sunt. Et inter hæc Damascena, sic ab urbe Damasco denominata, in primis celebrãtur, quæ ab Hispanis Syracusana appellantur, quorum aliqua nigra sunt, alia rubra, & alia uiolacea: sed quæ modicè astringentia, & maiora, laxioraq; sunt, illa probantur. Parua uerò dura, & acerba non sunt edenda, cùm aluum etiam non subducant. Pruna autem omnia frigida & humida sunt, dulcia uerò minùs frigidæ naturę possident, contrà uerò acida, & acerba, & omnibus aquosus succus ineſt: ob id exiguũ corpori præbent alimentum, tùm etiam frigidum, crudumq; succum gignunt, ut cæteri fructus horei. Quapropter primis mensis deuorari debent, & non nisi optimè matura. Sic enim saporis gratia commendatissima sunt, & aluum emolliunt, peculiari quodam humore, lentoreq;, atque uentriculum æstu, ac squalore liberant. Sed quæ ad exactam maturitatem nondum peruenêre, & acerba, acidaq; sunt, nec gustui grata sunt, nec aluum leniunt, nisi iusculo, saccharoq;, aut mellicrato incoquantur. Sed dulcia ac recentia bilem etiam leniunt, eiusq; acrimoniam mitigant, & obtundunt, ac uentriculo sunt utiliora, ijs præsertim, quibus propositum est uentrem mediocriter humectare, ac refrigerare. Siccata etiam uentrem leniunt humiditate, ac glutinositate quadam, quæ esse etiam in siccatis potest, & si Dioscorides Damascenas siccas aluum cohibere affirmauerit, quod comparatione tantùm ad Hispaniæ pruna dixisse patet, ut & clarè ex uerbis Galeni secundo de Alimentorũ facultatibus elici potest, quæ tamen saccharo cocta, uel mellicrato sumpta, aut iusculo stypticitatem amittunt, & aluum optimè deijciunt. Et nos nõ sine optimo successu aliquando recentia, atque bene matura febricitantibus concedimus, nam sitim arcent, & bili aduersantur, ac corpus refrigerant, & humectant, imò, & Bononiæ nonnullæ matresfamiliâs succum prunorum decoquunt, seruantq; ad sitim febricitantium leuandam, & appetitum conciliandum. Ex his etiam parantur decocta, serapia, nec nõ & electuaria quotidiè in officinis, & cum scamonio, & sine. Mixa uerò, seu sebesten arbor est, pruno non admodum dissimilis, ei tamen magnitudine cedens, cuius fructus minor quidem prunis est, facultate uerò consimilis: ideò aluum laxat, ac bilem depellit, & sitim extinguit, ac linguæ ariditatem, & asperitatẽ remo-

Siccata.

Cap. 31.

Nota.

Mixa quæ.

Vires.

remouet, atque urinæ ardorem à bile ortum, ac pituita salsa refringit, renesq; expurgat, & maturitatẽ adeptus, prędulcis est, & pectori, ac tussi opitulatur, quin & in iure maceratus, decoctusq;, & prima mensa deuoratus aluum commodissimè citat, atq; Sebestena ea pręstantissima, quę pinguia, & carnosa, & ex quibus electuarium Diasebesten dictum paratur. Zizipha etiam quam officinis iuiubam appellant, nota est arbor, fructus fert primum uirides, deinde subalbicantes, posthac aureo colore, & cum ad ultimam uenerint maturitatem rufescentes, qui tunc sapore dulces euadunt, & gustui non ingrati. Ideò in humiditate, ac caliditate zizipha temperata habentur, & ut Galenus inquit exiguum præbent alimentum, difficilè concoquũtur, nec uentriculo sint utilia, imò tantum ab insolentibus, ac effrænatis pueris, & mulieribus cibo duntaxat expetuntur, nec quid ad tuendam sanitatem, morbosue profligandos ualeant, attulit. Princeps uerò ea ad pectoris atque pulmonis uitia conferre, renumq;, ac uesicæ affectibus prodesse addidit: feruntq; multi sanguinis acrimoniam retundere, ac bilis, bilioſiq; sanguinis feruorem lenire: uerùm cùm concoctu sint difficilia, corticesq; habeant, quæ dum manduntur, palato ita adhæreant, ut uix euelli possint: sic & dum deuorata fuerint, idem uentriculi tunicis euenire credendum est, ideò à ciborum censu abdicanda sunt. Ex ipsis autem syrupus conficitur, maximè laudatus in pectoris affectibus, atque in pectorali decocto ingrediuntur.

Ziziphæ.

Vires.

De Persicis, præcocibus atq; armeniacis. Cap. LV.

VAmuis uaria sint persicorum genera, duo tamen præcipua habentur, duracinum, & præmolle, nec illa sunt, quæ in Perside uenenosa habentur, quorum aut natura, aut arte, siue insito ingenio immensæ exortæ sunt species, quę non modò magnitudine distinguuntur, sed colore atque sapore, cum quædam nubeo, quædam aureo colore fulgeant, alia uirescant, alia candida sint, nonnulla sanguinem referant, & alia duracina, alia cotonea uocantur. Idẽ quędam dulcia, alia acida, alia uinosa, & alia austera sunt. Duracina autem dicũtur, quia eorum nuclei carni adeò tenaciter adhærent, ut uix auelli possint. Alia uerò discecta liberum statim emittunt nucleum. Frigida sunt & humida omnia, sed plus duracina, eò quia succi magis plena noxij, & corrumpi facilis, nec sanè alimentosi ualdè, & si uulgò omnes fermè in hanc deuenerint sententiam, ut mala persica cibis salutaria atq; innoxia existimentur, ob dictum credo Plinij, qui persicum pomum innocuum esse scripsit, nescio qua ratione ductus. Succi enim prauí sunt persica, atq; facilè acescunt, quo nihil deterius in cibis esse potest, liquore enim immodico luxuriant, qui pariter cum carne promptissimè putrescere solet: ob id alias præcedere debent escas, nam aluum protinùs subeunt, & breuissimam in uentriculo moram faciunt, & sic minùs officiunt, imò quandoque calidiorem uentriculum adiuuant. Sed copiosè comesta ipsum relaxãt ualdè sua nimia humiditate. Verùm si post alios cibos comedantur, nimia sua humiditate innatant, & corrumpantur unà cum alijs cibis, & quadam proprietate ascitem generant. Vnde aliqui credentes, noxam ab eis demere, decorticata in uino madefaciunt, sed longè deteriorem committunt errorem: quandoquidem in uenas succus ille noxius celeriùs diducitur, & maius nocumentum infert, cocta uerò sub cineribus delicatissimus cibus est, & ægris perquàm gratus: ideo cardiacis subueniunt, atque odore suo oris fœtorem uitio uentriculi factum corrigunt, animumq; exhilarant: siccata etiam ubique asseruantur, conditaq; ex ipsis parantur, & nusquam clariora, ac gustui gratiora animaduerti, quàm Genuæ, uentriculi quidem subuersionibus utilia, ac cibum fastidienti: aluũ etiam cohibent, ac fluxiones sistunt: quare post alios cibos siccata offerenda sunt, quæ licet nihil nutriant, oris tamen uentriculi sigilla habentur. Sunt & alia, quæ nuci persica uocantur, eò quia esse intus quale persicorum, carnis sapore medio inter nucem & persicum, figura uerò fructum iuglandis referunt, minusq; nocua hæc censentur, cùm pauciorem humiditatem contineant, subamari enim saporis quid

Persicorum genera.

Vires.

Nota.

Cocta meliores.

Siccatarum uires.

Nuci persica.

habeat,qui & ſicciorem naturã declarat,& proindè minùs noxia ſunt, quin & mul-

Nucleorum uires. tis ſæpè guſtus iucunditate magis placent. Perſicorum uerò nuclei deuorati, uentris tormina curant, & manſi uermes interficiunt, flatum diſcutiunt, uentriculum mundificant,ac hepatis obſtructiones aperiunt, ipſumq; iuuant, renum calculos comminuunt: eoſdem ac ueſicam à pituitoſis excrementis liberant,& ut ſummatim dicam pro tuenda ualetudine admodum ſunt præſtantes, ſi octo, uel decẽ ſingulo mane,mandendo deuorentur:ſed quibus hepar calidius eſt,ſufficient duo uel tres. Præcocia uerò & ſi non deſint qui cum armeniacis confundunt, nec ſine ma-

Præcocia. ximo errore,cùm cõſtet maximè inter ſe differre, ut & optimè adnotauit Galenus ſecundo de Alimentorum facultatibus:colore enim carne,& nucleo diſtant. In ar-

Cap. 20. meniacis namq; color ex luteo rufeſcens, eſt caroq; mollior, ac humidior, & nucleis dulcis,ac oſsiculum glabrum. In præcocibus autem ſcabrum, colorq; uireſcens,ac pallidus caro ſolidior,& nucleus ſubamarus.Præcocia ergo lõgè ſunt per-

Vires. ſicis minora,& ſi arte inſita,tum ampliora, tum ſuauiora naſcantur, tempeſtiuiusq; matureſcunt,ac eiſdem minùs noxia ſunt,guſtuiq; admodum grata, ita ut quandoque ægris concedantur pro appetitu conciliando, ac ſedando uentriculi faſtidio, nec tam facilè aceſcunt ut perſica, nec adeò prompte corrumpuntur, ſed ante alios cibos edi debent,præferunturq; armeniacis,ſicut armeniaca perſicis: omnia tamen exigui ſunt nutrimenti,& illaudati,ut in fructibus propè omnibus,& refrigerandi, humectandiq; ui pollent,minùs tamen præcocia,ut diximus, quàm armeniaca,& armeniaca minùs quàm perſica, quæ ſi poſt alios cibos edantur priores uenas humore pituitoſo replent, qui ſi malitiam acquirat, malignæ ut plurimum ſuboriuntur febres,& ne plurimum morbum choleram, quo homines aſsiduè ſimul & uomunt,& deijciunt aluũ. Et oleum quod nucleis perſicorum, ac chryſomelorum fit, faciei maculas omnes delet.

De Malis. Cap. LVI.

Malorum uires. MAla quidem à malo dicta,quod obſint,penè nihil nutriunt, debilitant omnia membra naturalia:flatum gignunt in omnibus coctionibus. Præcipuè obſunt pulmoni, adeò ut Auerroes dicat, illa phthiſim inducere: exurunt enim ſanguinem illius,noceant etiam neruis, & faciunt paralyſim,nocent uentriculo & inteſtinis,& coli dolores excitant, nocent præterea capi-

2. de Alim. facul. c. 21. ti & inducunt febres mali moris.Galenus ut ſolet in eiuſmodi multa ſcribit, pauca docet,idq; quoniam alimenti uice non habeat, quod in eis laudaret. Sunt autem craſſæ,& raræ,& frigidæ ſubſtantiæ,& ideo pyris,& cotoneis inferiora,quoniam illa dentioris ſunt ſubſtantiæ,inferiora punicis:illa enim tenuis ſunt ſubſtantiæ, infe-

Differentiæ. riora etiam ob id oleribus omnibus:nullum enim olus adeò craſſam,et crudam habet ſubſtantiam. Diſtinguit autem illa iuxta ſapores,quædam enim dulcia, at hæc uix inuenias exquiſitè,alia acida quæ magis uentriculo, & inteſtinis,& neruis ſunt inimica,& acerba,atque auſtera:quædam enim uinoſa ſunt:at illa deteriora ſunt, &

Nota. caput lædunt,& neruos. Vinum autem eorum in Italia uix remanent toto menſe, niſi in maximis frigoribus incorruptum forſan diutiùs apud Neuſtrios cõueniunt ſolum ubi ex calida,& ſicca temperie abominantur omnes alios cibos, aut exhibere prohibemus,& tamen optant,nam ſi malus humor in uentriculo ſit, non tutum eſt dare etiamſi bilioſus fuerit, niſi ſpes ſit uomitus, at tum uel uenena dare poſſemus,itaq; tum arantijs tutiùs utemur. Meliùs differentia ab odoribus ſumitur,ue-

Appianiorum uires. lut in Appianis, hæc enim cordi proſunt, & cerebro odorata, & ſuffitus corticum eorum.Et inter omnia minus prauí ſucci ſunt ſi ſint præmatura. Et coqui debent in furno,& cum cinamomo edi, iuuant etiam ad prouocandum ſomnum. Conſeruantur in tritici palea, ut non ſe tangant, & in horreis à uentis borealibus perflatis: omnia enim ſeruantur aut nullo admiſſo aëre,aut plenè,& frigido, & ſicco tuta à ſole & hudo.Cùm uerò inutilia adeò ſint ſanis,& non ſine periculo,in uſum ciborum non admittenda cenſeo,cocta enim aliqua cum ſaccharo, uel condito aniſo comedi poſ-

dí posſunt,ſed à continuo, & copioſo eorum uſu cauendum, quia cùm pituitoſa, flatuoſaq; ſint,maximaq; aſtringentia,præcipuè ſi acida fuerint, obſtructiones pariunt:uerum pro roborando uentriculo, unum ſub cineribus aſſatum concedí poteſt,deiectam enim appetẽtiam incitat,& coctionem adiuuat,imò & qui diarrhœa, aut dyſenteria,uomitúue infeſtati ſunt, eo maximè iuuantur, præſertim ſi acerbum fuerit. Pro medicamentis etiam non reijcio, & præcipuè cum ex eis conficiatur ſyrupus de pomis nuncupatus,quo contra cordis palpitationem,& ſyncopem,ueluti contra cardiacam,& luctuoſa ſuſpiria,aliasq; atrabilarias ægritudines utimur.

De Pyris. Cap. LVII.

Vanquam uulgatiſsima ſint ubiq; pyra, innumera tamen habentur eorum genera,quæ diuerſa ſortita ſunt nomina:aliter enim in alijs, atq; alijs locis, ueluti & mala appellantur,ex quibus alia auſtera, ſeu acerba,alia acida,alia deniq; dulcia ſunt, & quædam ex horum miſtione compoſita, tum uerò etiam aquei nonnulla, ſapidæq; qualitatis alicuius expertia, quæ ignaua prorſus,atque abiectiſsima habentur. De pyrorum uerò natura eadem fermè tradidit Galenus,quæ de malorum uiribus,uentriculo tamen grata ſunt, ſitimq; arcent. At eorum uſus longè acceptior eſt, quàm malorum, magisq; mentis expetitus, ob ſucci ſuauitatem, licet inæquale habeant temperamentum nam & ſi omnibus ius adſtringendi quædã inſit,in illis uerò quæ perfectè maturuére, nihil aut quid minimum huius reſtare deprehendimus. Ideò dulcia, & ſi ad temperamentum accedant,auſtera uerò,& acerba quid terreſtrij ſatis,cuius ratione adſtringunt, & corroborant,poſſideant. In uniuerſum tamen omnia frigidæ & humidæ temperiei ſunt adſcribenda,& aliquantulum nutriunt: uerùm ſi poſt alios cibos aſſumantur, aliquibus aluum ſubducunt,præaſſumpta uerò ſemper aſtringunt, ob id à cibo aſſumi debent,ut uentriculi os claudant,ſigillentq;:ſed nec illa ſucci malignitate effuge re potuerunt, cruda præcipuè cum crebro uſu cholicos dolores adferant, & ſi in uentriculo paulò magis corrumpantur, choleram morbum faciunt. Acida etiam neruoſis uentriculi partibus noxam inferunt, inteſtinisq; omnibus, ſed omnia coctione corriguntur,atque ita aliquando ægrotantibus concedantur. Aſſantur, elixanturq;,ac diuerſis modis ex melle,ſaccharoq;,at ſapa præparantur, furno quoq; ſiccantur,atque omnem humorem abijciunt,& ſiccitatem retinent,augentq;. Iccirco adſtringendi,tum roborandi ui pollent. Notandum tamen quod quædam ſunt pyra Muſchatula dicta, quæ à multis ſaporis ſuauitate commendantur, quæ cùm dulcia ſint, atq; multa humiditate prædita, calida atque humida cenſentur, & corruptioni ualdè obnoxia: iccirco, ante alias eſcas comedi debent, alioqui in uentriculo corrupta febres acutas gignunt:imò non ſemel obſeruauimus, ex nimio illorum,atq; importuno eſu,non ſolùm febres, ſed & choleram, morbum, diarrhœam, atq; dyſenteriam contigiſſe,dum nocuum illum humorem calor naturalis euincere non potuerit. Potum etiam ex pyris nonnulli concinnant,uelut & ex malis,atque mirabili remedio contra fungorum incommoda experiuntur,dum ſucco,ponderęq; pellunt. De quodam etiam optimo pyrorum genere, mentionem facit. Princeps ubi inquit. In patria noſtra eſt genus pyrorũ appellatum Senabrum ualdè magnum,& rotundum,bene coloratum,et tenuis corticis,adeò ut propter hoc,et ſubſtantiam quę eſt ſimilis ferè aquæ ſacchari congelatæ,ut ſit fermè perſpicuum,& eſt optimi odoris,quæ cùm cadũt ab arbore,ſcinduntur. Hæc ſola ſunt humida,& temperata,atq; innoxia,utinam eſſent apud nos.

Pyrorum genera.

Vires.

Nota.

Muſchatulorum uires.

Potus ex pyris.

Nota.

2. Can. cap. 558.

De Cotoneis malis. Cap. LVIII.

Otonea mala à Græcis Cydonia dicta ſatis ſunt nota,eorumq; plura antiqui fecerunt genera,nos tantùm mala,pyraq; nouimus. Mala quidem nuces pineas grandes magnitudine æquant,rotũditate inſigne, odoreq; ſuaui,& colore uireſcenti,corioq; lanuginoſo. Altera etiam ſatis magna,

Cydoniorum genera.

ſed oblongiora,& ad aurum colorem inclinãtia,atq; odoratiùs uibrantia, quæ Hetruſci pyra cotonea uocant, Strutheaq; eſſe Dioſcoridis, & Galeni aliquibus placuit,ſtrutheo pro maioribus accipiunt,cydonia pro minoribus, habẽtur & alia parua,ſylueſtria,odoratiſsima,in ſepibus naſcentia. Omnia tùm frigida, tùm ſicca ſunt, licet plus quę magis auſtera,& acida ſunt:pyra enim plus dulcedinis prę ſe ferre ſolent,ideò minorem aſtringendi,refrigerandiq; uim habent, utrunq; uindemijs colligitur,& rarò cruda in cibis ueniunt: inflant enim ac tumidiorem uentriculum efficiunt, decocta uerò hyeme ſummam in ſecundis menſis authoritatem meritò obtinent,magnamq; uentriculum roborandi uim habent, & ſi à cibo ſumantur illius os ſigillant, coctionem adiuuant, uaporesq; caput petere prohibent, atque aluum deijciunt,ſi auidiùs ſumantur: quod tamen non laudatur, cùm eorum maxima copia potiretur uentriculus,& ſæpè nondum perfectè concocta cibaria, tanquam ambabus manibus ſupernè uẽtriculi oris adſtrictione,impulſuq; reiecta, protrudũtur: unde cholici interdum cruciatus ſunt in cauſa:ſi uerò ante cibum aſſumantur, conſtringunt aluum,impediuntq; ne inferiùs ante tempus labatur cibus:ob id cęliacis, lientericis,dyſentericis, cholera morbo laborantibus conferunt, bilem etiam coẽrcent,atq; cor exhilarant,eiusq; imbecillitati ſubueniũt,ac uenena omnia retundũt. Totq; hodie ſunt eorum condituræ,ut numerare non facilè ſit,nec ſolùm ſuccũ mel le ac ſaccharo conſeruant matresfamiliâs, ſed carnem ipſam atque integra plerunque. Variè etiam officinæ condiunt cinamomo, & coriophyllis confixa,imò & piſtores dulciarij,atque medicamentum ex his multipliciter fit, quod nunc temporis ad gulæ,uentriſq; delitias iam tranſijt,ut myua cytoniorum,Diacitonites cum ſpeciebus,& ſine,& alia huiuſmodi plura.

Vires.

Nota.

Cydoniorum condita.

De Meſpilis,ſorbis,arbuto,atq; corno. Cap. LIX.

Meſpilorum genera. Azarolæ uires.

DVo meſpili genera Dioſcorides fecit,Theophraſtus uerò, & Plinius tria: ſed prima Dioſcoridis meſpilus(ut multis placuit) poma fert, quæ in Italia Azarola nuncupantur,fructus quidem rubri,& tria habentia oſsicula, ſapore ſubacidi,& uentricula grati,matureſcũt Autumno,menſe Septembri: quorum arbor apud Neapolitanos feliciſsimè creſcit. Matura autem Azarola, admodum guſtui grata ſunt, quò fit ut pro delitijs non ſolùm in cibis cruda expetantur,ſed uarijs modis ſaccharo, & melle condita aſſeruentur,uentriculum æſtantem adiuuant, & appetentiam conciliant, ſolentq; prægnantibus gratiſsima eſſe. Eaſdem uerò habent qualitates,ſed imbecilliores,quas noſtra Meſpila uulgata,quę intra ſe quinq; continent grana,quod ſecundùm meſpili genus apimelis à Dioſcoride dicitur,quod ſiue ſit fructus à Galeno unedo dictus, ſexto de Simplicium medicamentorum facultatibus,ſiue non,ad propoſitum noſtrum minimè facit: albi enim declarauimus in libris quinque Contradicentium medicorum. Meſpila autem frigida,& ſicca ſunt,acerba uix deguſtari poſſunt,& uentrem ſtrenuè coẽrcent,atq; excrementa exhibent,imò ante cibum aſſumpta, diſſolutum ualdè uentriculum aſtringunt,& matura ſiue potiùs mitia tantùm eduntur, quæ talia ex arbore non decerpuntur,ſed decerpta paleis conduntur,& tempore mitem illam maturitatem acquirunt:exiguum tamen corpori præbent alimentum,& potius eis ut medicamentis,quàm cibis indigemus,omnes enim fluxiones ſiſtunt, & ad compeſcendas uomitiones cataplaſma conficitur,ori uentriculi admouendum, eorum quoq; oſsicula in puluerem contrita,calculos è renibus pellunt. Sorbum uerò communiſsimus eſt fructus,qui ante maturitatem, malorum colorem repræſentat, atque ut meſpila decerpuntur immatura ſorba,& ut matureſcant paleis reponuntur, uel in manipulos colligata ſuſpenduntur,& immatura ualentiſsimè aſtringunt,matura uerò lõgè minùs,& tandẽ quæ de meſpilis diximus, eadem de ſorbis dicta intelligi uolumus, niſi quod cuncta in ſorbis minora tamen qualitate,ac natura ſunt. In cibo etiam meſpilis ſunt ſuauiora,licet rara in menſis apportentur,mala autem ſunt, quoniam frigidiſsima,& mucoſum humorem,& uitreum generant,nec ſunt dulcia à natura facta,ſed

Meſpilorum uires.

Sorbum quid.

Vires.

cta, sed putredine ipsa, quàm uentriculo inimicissimum esse superiùs dixi, sed adstendas alui fluxiones, ut lienterias, dysenterias, diarrhœas, atq; etiam mensium fluxiones, eis ut plurimum & siccis rustici utuntur, felicíq; cum successu, ut sæpè uidi dum ruri essem. Arbutus autem in Italia frequentissima nascitur, fructus fert rotundos, sorborum ferè magnitudine, & primũ uirides apparent, dein flaueſcũt, & cum exactam adepti sunt maturitatẽ, rubri fiunt, aspero tactu, nullo intus osiculo, quorum sapor insipidus, simul atq; austerus, turdis, sturnis, merulisue admodum gratus, uentriculum tamen lædunt, atq; capitis dolorem commouent, & adeò noxius est eius usus, ut unum ediſſe sufficiat. Multi præterea in arte Medica periti affirmãt, se experimento comprobasse ex huius fructicis foliis, atq; floribus, stillatitiam aquã cõtra pestem, ac uenena, sacratissimum esse antidotum, & præcipuè si os cornu cerui præparati, uel forsan quod melius erit subtilissimè rasi, ei admisceatur. Nota quoque est cornus arbor, ex qua fructus siue baccæ oriuntur, oliuarum magnitudine, atque figura, duro intus osiculo: qui cùm ad maturitatem peruenerint, rubri fiunt, suntq; sapore acetosi, atque austeri, mirumq; in modum constringunt, nullo autem in ciborũ honore nisi apud uulgus, & rusticos esse nouimus, & si ob acidulum eorum saporẽ, aliis edulijs succus adijci possit, qua de causa Plinius adeò ea commendauit. Parum alunt corna, & difficillimè concoquũtur, sed fluxionibus alui, & dysenterijs mirè auxiliantur, pro quibus meritò seplasiarij ex eis, & saccharo conditum parant, quod etiam mulieribus profluuio mensium laborantibus utiliter datur, folia quoque, & germina ualenter desiccant.

Arbutus qui.

Virtus.

Cornus.

Vires.

De Malo punico. Cap. LX.

Omnibus notum est malum punicum, pomum granatum dictum in Italia, cuius multa extant genera. Dioscorides autem ad dulce, acidum, & uinosum, siue medium reduxit, quæ omnia astringendi facultatem habere, atque ob id refrigerare, & exsiccare multi contendunt. Et quãuis dulcia caliditatem contineant, quod & Dioscorides affirmat, dum suadet, ne in febribus exhibeantur, quia calidum gignunt. Item & Hippocrates secundo de Diæta, inquit, [succum mali punici dulcis aluum mouere, quia habet quid æstuosi,] cui sententiæ omnes fermè Arabes astipulari uidentur: præterea omnia dulcia calida censentur, ideò etiam dulcia poma granata. At Paulus oppositum sentit, inquit enim: [Malum punicum omne, astringendi uires eximias possidet, quibus refrigerat, siccatq;, uerum dulce alijs minùs.] Idem etiam Princeps secũdo canone affirmat, quã contradictionem in nostris Medicorum Contradicentibus explicauimus, & in rei ueritate credendum est Paulum punica dulcia non nouisse, ob rationem in Cõtradicentibus adductam, sed uinosa, id est, media pro dulcibus assumpsisse: constat enim dulcia nullam austeritatem, nec aciditatẽ habere, sed media aciditate, unà cum dulcedine prædita sunt, qua de re omnia frigida esse existimauit. Omnia ergo frigida, & sicca esse constat, præter dulcia, imò ea quantò magis ad dulcedinem tenderint, tantò minùs frigida erunt, pauciſsimum aut nullum potiùs alimentum præstant, nec admodum mensis inferuntur, nec cruda, nec cocta, nec ullo modo præparata, ideò potiùs ut medicamentis, quàm alimentis indigemus, auxiliantur enim acida, atque austera æstuanti uentriculo, & quia astringendi uim habent, ipsum corroborant, sed paulò liberaliorem eorum esum euitare debent, uentriculum præsertim habentes imbecillem, innata enim frigiditate, atque aqueo humore exundare solet uentriculus, atque languidus efficitur. Quapropter eorum succus solus assumi non debet, sed alteri cibo aspersus pro conditura: bilem quoque reprimunt, cohibentq;, qua de causa febricitantibus exhiberi solent, quoniam etiam putredini resistunt, eamq; inhibent, imò tempore pestilentiæ, ualdè opportunus est eorum usus, moderatus tamen, ne uentriculum atque inteſtina, partesq; omnes neruosas lædant. Dulcia etiam pectus leniunt, atque cordi palpitanti sunt amica, uentriculo etiam, ob astringentem uim, quam habent ratione acinorum: sed quia

Granati genera.

Vires.

Nota.

Nota.

facillimè inflammantur, ob id febrientibus non conueniunt. A cibo autem tutius acida assumi possunt, si saccharo, uel sale attemperentur: sic enim reprimunt uapores caput petentes. Asseruatur succus extractus, quem uinum granatorum appellant, ex eoq; & saccharo paratur oxyzaccara, atque syrupus, & eo astringentiores, atque exsiccatiores sunt acini. Cortices quoque, atque flores siccati seruantur in officinis ad multos usus.

De Glandibus, & castaneis. Cap. LXI.

Glandis significata.

GLans, βάλανος à Græcis propriè dicta. Ilignea aũt seu Phellodryos, ἄκολος apud Theophrastum. Sunt autem propriè quercus roboris, æsculi, fagi, cerri, ilicis, & tuberis: sed & castanea hoc nomine comprehenditur. Sunt enim apud Latinos quatuor glandi significata, uelut apud Græcos ἀκρόδρυα, hoc enim omnem significat arborem, propriè tamen quæ in ambitu lignosum putamen habent, ita glans propriè fructum cortice ligneo notat, sed calice hispido comprehensum, quod generi quercino adnascitur, de quo pulchrè scripsit Ioannes Choul Gallus nobilis, huiusq; præstantissima est fagina. Et quædam ut audio in Hispania suauis, ac dulcis, pleræq; etiã cùm maturæ fuerint (acerbæ enim sunt amarissimæ) sub cineribus coctę eduntur, secundo sub significato tres continet species, *Cap. 38.* ut Galenus refert, secundo de Alimentis μεμήκυλον quem fert comarus arbos, hęcq; omnium glandium pessima, ut ille ait, & castaneam quæ optima, mediam propriè glandem uocatam. Tertio significat etiam nuces, & quicquid præduro seu ligneo cortice comprehenditur, ita nuces omnis generis, pistacia etiã, & pineæ, & eiusmodi. Vnde etiam nux pontica iuglans dicta est, qua Iouis glans quod optima sit, non eo modo quo castanea, quæ in secũdo significato comprehensa est: sed quarta in significatione uenit nomine glandis quilibet fructus, ut Caius Iurisconsultus refert. In secundo igitur significato glandis naturam, hîc explicare cum sit propositum, eiusq; sint tres, ut dixi, species, imò potiùs genera. Castanea & propriè uocata glans, tam fructus, quàm arbores notissima sunt omnibus. Comarus idem est quod arbutus apud Plinium, seu Vnedo, dicitq; appellari duobus nominibus apud Græ- *Lib. 15. cap. 24.* cos, scilicet dictis comaro, et memecyllo, sed de Vnedone alibi dictum est: quem fructum si agnouit Galenus, nescio quomodo glandibus potuerit adnumerare, sunt enim arboreorum fructuum quatuor præcipuè genera: Poma quæ intùs, & extra mollia sunt: nuces quæ intus molles sunt, duræ exteriùs: baccæ quæ exteriùs molles, intùs duræ, ut oliuæ, persica, & similia. At Plinius, cæteriq; Latini cùm maiorem curam in armis, atque ambitione posuissent, quàm in proprietate linguæ, sex fecêre genera fructuum, poma quæcunque haberent, quod edendo esset molle exteris, ut ut etiam persica: & nuces quæ ligneo cortice integerentur, & si adesset calix, glandes appellauêre: si uerò quod extra esset, duriùs esset, esui tamen aptum, ita ut medium esset inter nucem, & pomum, uocarunt baccam, ut oliuę, lauri, myrti, iuniperi. *Acinum triuariàm dici.* Acinum autem cùm ualdè paruus esset fructus, ut berberis, hederæ, sambuci. Atte non lateat triuariàm dici acinum, aliàs ut in uuis quod intus est, aliàs ut in berberis fructus ipse, aliàs ut in punico, quod cùm pomum sit ex acinis, atque his esui aptis cõponitur, uelut in myrto, & lentisco, & hedera biuariàm dicitur, & de fructu ipso, & de nucleo exiguo qui in eo cõtinetur, & ob paruitatem glutitur, licet esui alioquin ineptus. Ita uersa uice pomum de omnibus dicitur fructibus, saltem qui molliores sint exteriùs, ut etiam de oliuis, & cæteris baccis, sed baccæ ipsæ cùm teneriores sunt intùs, atque extra, mora dicũtur, ut rubi etiam: & ideò fraga etiam, uelut & musæ, & ficus sub pomis, quamuis undique molles collocãtur ob magnitudinem. Conueniunt fraga cum musis, dissidentq; à moris, quod herbacei, non arborei, nec arbusti sint fructus: quamuis musa planta biennio uiuat, & multò procerior sit fragi planta. *Nota.* Hæc tot uolui adiecisse (ut nõ solùm ostenderem Vnedonem potiùs cuiuis generi fructuum adnumerari posse, quàm glandis: nam & si castanea ligneo cortice, & calice careat, quibus glandium genus præditum, substantiam tamen habet simi-

similem glandi, id est, duram, scilicet magnam, non diuisam, & neq; suppositã parti meliori: nam nisi hoc addas, & persicorum nucleos glandes appellare licebit. Sunt ligneo si quid aliud cortice, substantia intùs contenta non diuisa, atq; dura, & magna, sed habet exteriùs pomum, quod neq; castaneis, neq; glandibus est) sed ut uniuersas differentias pomorum, seu fructuum, quasi sub una imagine positas, quòd ad formam, & magnitudinem suis generibus redderem: genera nominibus ut conspicua, & clara doctrina fieret.

Genus ergo glandium maximè nutrit, quod etiam ab Vnedone, quæ penè nullũ exhibet alimẽtum, plurimum abest, eiusq; succus admodum crassus est, ac terreus, minùs tamen castanearum: & sunt ex his magnæ, & suauiores, quas putãt è masculo arbore nasci, quæ secundis Principum, ac magnatũ mensis gratissimæ apponuntur igni retostæ, quin & Romæ magno sunt solatio, plebeculæ etiam, ubi passim in uijs torrentur insigne alimentum præstant, quod & si improbi, ac uitiosi non sit succi, ut Galenus refert, est tamen admodũ crassi, quare flatus generant castaneæ multos, atq; caput tentãt, & somnia uana faciunt, nocentq; sensibus ac menti: & ex longo earum usu, in melancholiam adducunt. Inde etiam affines generantur morbi gulæ, hemiæ, insaniæ, quartanæ, carcinomata, lapilli, atque huiusmodi. Nihil tamen proximius pani, adeò ut illis fungerentur pro pane antiqui ut aliàs docuimus. Siccare enim inde mola subactæ, tum fermento aqua & sale subactæ, & coctæ, in panem transeunt, abundè tamen grauem, sed qui nutriat non parum, & cuius alimentum solidum sit. Iuuat ergo molere primum tenuiter, atque subactam farinam aqua, ac salis modico (sit autem cineris aqua) siccare, ac denuò tenuissimè molere, ac subigere, sed absque fermento, semper donec excoquere uolueris: cum enim fermentum addendum, ita bonam farinam, sed nigriorem, & si non optimam transibit. Demum pasta fiat mollis, diuq; subigatur, multo fermento addito, & benè coquatur: siccantur etiã in furno, inde coquuntur in aqua diu, & sic panis uicem etiam subeunt: recentes uerò, & crudæ, & cum cortice elixæ, & assatæ. Modus alius filo insertæ exponuntur fumo. De his Virgilius:

Glandium usus.

Castaneæq; molles. Tametsi Seruius maturas exponat, sensum Poëtæ profundum haud intellexit: incredibile enim est quantum interfit inter molles castaneas, & duras, quouis modo durę euaserint, seu arte, ut in fumo, seu mora ut cùm sponte siccantur: seu cùm præmaturæ fuerint, & illas primitiuas, quæ Bononiæ apparent sub initio Octobris: nam hæ etiam in aqua coctæ superaddito sale minùs flatuosæ sunt, & ad concoquendum contumaces, neque caput grauant, sed uentriculo conferunt, somnumq; ac Venerem cieunt, suntq; suauissimæ: indicio est tales esse, quod quàm breui tempore coquuntur, ut solet dici momento, & uix admotæ igni. Debent autem edi cum modico salis. Ego cœpi à cœna edere duas, admonitus à Francisco Dainesio amico nostro, admiratusq; sum discrimen, causam esse reor, abundantiam humidi tenuis, quo temperatur fructus ille: qui postmodum quauis causa resolutus, longè deteriorem reddit. Vnde ex his coniector in uarietate loci ac regionis plurimum esse repositum discriminis, uelut etiam in uua, atq; ex hoc in cultura & arte: hic ergo fructus magnam habet naturæ latitudinem, cum ab egregio malo, ad euidenter utilitatem transeat, ut multum interfit quomodo colatur: neque enim expers est plurimæ aĕreæ substantiæ, unde etiam sic dulcescit manifestè. Vtilior autem à cœna ob somnum, & quoniam exactiùs cõcoquitur. Incredibilis est etiam differentia siccarum in fumo: nam aliæ omninò molles, & saluberrimæ, aliæ duriores, à quibus abstinere oportet. Notandum tamen, quod copiosus eius usus prandio & cœna pessimus, quia tunc capiti nocent: regula ea generali, quæ dicta est, quia diu morantur in uentriculo, & caput tentant. Glandibus in tanta copia ciborum nullus relictus est locus, nisi in Hispania, ubi magis dulcescunt, & molliores euadunt: in cineribus torrẽtur castanearum instar. Hæ etiam ab Aetio glandes appellantur, Sardianæ quod primum ibi innotuerint. Vt uerò flatũ deponant castaneæ sub cineribus decoqui debent, longeq; meliores fiunt his, quæ in sartagine torrentur: quoniam à caliginoso fumo nescio quid mali cõtrahunt, nec ad sa-

Seruij error.

Nota.

Coctio.

ad ſacietatem ſunt edendæ, ut diximus: & præſertim qui renum calculis, aut uiſcerũ infractibus ſunt ſubiecti, cholicoq; dolori obnoxij, crudæ etiam deterrimæ ſunt.

De Nucibus iuglandibus, atq; auellanis. Cap. LXII.

Nuces iuglandes.

Vires.

Omnibus notiſsimæ ſunt nuces, iuglãdes à Latinis dictæ, quaſi Iouis glandes, ob ſaporis excellentiam, Græci uerò κάρυα appellarunt, quòd maximè capiti infenſæ eſſe creduntur, imò & Grammatici quoque in uniuerſum, nuces à nocendo dictas autumant: quod uerum eſt, cùm non ſolùm capiti, ſed ſpiritualibus etiam partibus maximam afferant noxam, imò & uentriculo bilioſioris præſertim temperamenti, cùm calidæ, ſiccæq; omninò ſint: quare iuuenibus, & præſertim æſtatis tempore, in primis damnantur: in bilem enim conuertuntur, ſenibus etiam & ſi ratione temperamenti conuenire uideantur: quia tamen ut plurimùm grauedini, ac raucedini, ſpirandiq; difficultatibus obnoxij ſunt, ideò nec eis commendabiles. Alimentum minùs quam auellanæ præbent, ſed ipſis concoctu ſunt faciliores ob laxiorem ſubſtantiam: multiuariàm tamẽ in hominum cibos ueniunt, nam & immaturæ, & nato nuper nucleo guſtui gratiſsimę ſunt, humidæ etiam, nec aſtringentis qualitatis, nec oleoſæ conſpicuè ſunt participes, ſed potiùs ſunt qualitatis expertes, quod genus ſaporis, ut Galenus inquit, aqueum eſt, atque uentriculo ſunt innocentiores. Vetuſtiores uerò oleoſæ ſunt, dum enim pars illa aquea, & humida reſoluitur, ſucco quodam oleaginoſo replentur, ſæpeq; rancidiore, qui uehementer linguam uellicat, & puſtulas excitat, quæ dolorem inferunt: ideò huiuſmodi menſis non inferuntur, niſi medicamenti loco poſt eſum piſcium, non modò pro contemperando eorum ſucco aquoſo, atq; pituitoſo, uerùm etiam quia uim, ac ſympathiam quandam habere uidentur, contra piſcium malignitatem, ſi quæ inſit, imò inoleuit uſus, pro cõtemperando calore, introducendaq; aliquali humiditate, quod priùs in aquam calidam madeſcere ſinunt aliquot horas, mox membrana exuunt, inde uino, atque ſale macerant, ſic enim recentibus ferè æquari uidentur. Paratur autem ex nucibus bolus ille contra peſtilentiam, atque uenena, ut in capite de Ruta docuimus. Fit etiam ex allio & nucibus condimentum quoddam, alliatum dictum, quod pro condimento piſcium, ut plurimum Itali parare ſolent. Ieiuno etiam uentriculo comeſtæ nuces lumbricos latos pellunt, recẽtes quoque ac nuper natæ, garyophyllis, uel cinamomo infixæ, ſaccharo, aut melle cõdiuntur, atque in multos annos ſeruantur, quæ frigido uentriculo, imbecilliq;, & uiſceribus alijs frigidioribus utiliſsimæ ſunt, ueluti ſenibus, ac pituitoſis, Venerem etiam ſtimulant. Communes quoque ſunt ponticæ nuces, id eſt, auellanæ, & genere numeroſæ: quædam enim domeſticæ, & quædam ſylueſtres, atq; horum aliæ oblongæ, aliæ rotundæ, quibus horti ornantur, & guſtui ſunt iucundiſsimæ, & præcipuè recentes, nondumq; exactam maturitatem adeptæ. Plus alunt auellanæ, quàm iuglandes, quia ſolidior eſt earum ſubſtantia, nec adeò oleaginoſa, ſed difficiliùs conficiuntur, imò largiùs in cibis eſitatæ in uentriculo ſuperinnatant, ac caput ferunt, doloremq; excitant, ob id uirides innocentiores aridis cenſentur. Et quia nõ ſemel uidimus, bilem eruginoſam uomitus reieciſſe, qui paulò pòſt auellanas largiore eſu aſſumpſerant, ideò calidioris potiùs naturæ, quàm frigidæ, atq; ſiccioris meritò habendas eas eſſe iudicamus, & ſylueſtres præcipuè, & ſi aliqua parte terreſtri non careant, qua iuglandibus minùs calidæ ſunt: ſeplaſiarij ſaccharo incruſtant, & præſertim ampliores, & rotundæ, quæ guſtui ſatis gratiores ſunt.

Bolus contra peſtem.

Recentes conditæ.

Auellanæ. Vires.

De Amygdalis, piſtatijs, & pineis. Cap. LXIII.

Amygdalarũ uires.

Amygdalarum (quæ tùm dulces, tùm amaræ ſatis notæ ſunt) ſubſtantia attenuandi uim habet, ac detergendi, prorſus autem caret ui aſtringente: quæ autem amaræ ſunt, mirum in modum incidunt craſſos, ac lentos humores: attamen iudicio meo tenuitate ſubſtantię inferiores ſunt perſicorum nucleis: hi tenuitatis, & incidẽdi, extremum poſsident, & minùs quoq; amygdalis

dalis nutriunt. Nutrimentum autem amygdalarum non amararum, recentium, & maximè cum saccharo, uentriculo, iecori, renibus, lieni, pulmoni, cerebro, utile est, & minimè putredini obnoxium. Dolores pectoris sedat, & materias in eo contentas educit, sed hoc etiam somnum conciliat. Est tamen, ut dixi, paucum, & ad calidum declinat, paululum ad siccum. Aestuosa est amygdala, quoniam multum olei continet, minùs tamen quàm nux eius oleum suauissimum est, & maximè lenit pectus ex quauis causa, anhelosis subuenit, atque emaciatis, nõ solùm ob alimentum quod exhibent non contemnendum, sed quod alieno etiam uiam præstruant, defe rendo in partes: sed perinde ac lac mulctum statim corrumpitur, ideò ante sex horas usus eius esse debet, & tectum conseruari oportet. Idem si articuli inungantur tabescentium, & loca exsiccata humefacit eos, & alijs frigidis passionibus confert, uirides etiam amygdalæ in fœminarum delitijs, gulæq; hodie esse constat, saccharo etiam condiuntur. Pistatia uerò minùs nutriunt, & magis roborant iecur, quoniam astringunt non leuiter: incidunt præterea & ipsa humores crassos, ac lentos, sed non adeò ut amygdalæ, uentriculo neq; obsunt, neq; nocent, in quo demiror de Galeno, qui illa commendauit ut aromatica, cum nil eiusmodi uideantur habere, forsan quod in Syria talia sunt, uelut & pruna quædam, qua recentia, & statim ab arbore decerpta, planè talia sunt, cum tamen per unam diem collecta manserint, eam gratiam amittunt: sed ut dixi, si aromatica sunt, cur uentriculo non conferunt, quinimò illi grauia sunt, non tamen adeò ut amygdalæ. Corrumpitur eorum substantia longè celeriùs, quàm amygdalarum, nec nutrimentum est adeò humanæ naturę accõmodatum: habet enim nescio quid potiùs medicamentosi, neque conciliant somnum: sed tamẽ uiridia præstantiora sunt amygdalis, & gustui apprimè grata. Quæcunque enim lapsu modici temporis longè deteriora fiunt, si ualdè recentia edantur, egregiam aliquam utilitatem afferre solent, non ita quæ serò inueterãt. Optima igitur sunt recentia, benè mundata, benè tusa, & cum saccharo cõfecta in mazapani formam: renes enim ac uesicam repurgant, pulmones, ac omnes partes spirituales adiuuant, ob aliqualem uim calefaciendi, & siccandi quam obtinent, nec non & Venerem incitant. Verum pineæ crassi, & multi, & boni alimenti sunt, sed difficulter in uentriculo subigũtur, cerebro, iecori, renibus, neruis, uisui, auditui utilissimæ: creduntur enim, ut Auenzoar dixit, conseruare pingue humidum, quò uita cõstat, aqueum absumere, recentes esse debent, neque ullus fructus substantia durior celerius corrumpitur pinea: adeò ut postquam ex calice detracta medulla fuerit, uix duobus diebus intacta maneat, propterea ablui, & fricari diligentiùs debet, antequam edatur, incredibile dictu quantum sordities excidat, & si in aqua maneat, diutiùs melior redditur, & præsertim rosacea, ut nostri delicatiores: melior redditur, gustu suauior, primùm usu candidior, concoctu facilior, amittit etiam quicquid resinosum est, quod & plurimum est, & iniucundum, & uentriculum uellicat: corrumpuntur in medio pineæ, & cariem quasi perforatæ sentiunt, amygdalæ ebrietati cõstare creduntur, tostæ facilius concoquuntur. Ex his fit cibus satis iucundus, qui taliter parari debet. Amygdalarum mundatarum insignis cãdoris, eo enim meliores sunt, libram mediam Orizæ unc. iij. carnis alarũ cappi unc. iiij. succi limonis unc. ij. sacchari unc. iij. Assentur amygdalæ seu torreantur, oriza autem coquatur in iure cappi, inde omnia tundantur, & misceãtur. Fit enim albus intinctus, & si robustior fit uẽtriculus, humores uerò crassiores, aut tenaciores, aut calidiores: augeat limonij succus. Hic cibus bene nutrit, & satis salubris est, fitq; facilior cõcoctu iure pulli adaucto. Porrò si purgare arenam uelis, & calculos, pineas multas recentes, & illotas sume cum pane, & uino odorato, inde aut superdormias, aut post quintam horam deambulato. Proprium est huic arbori inter cæteras, ut lætissima fructificet salso solo, & mari propinquo, ut etiam eadem aura aspergatur, saccharo etiam condiuntur pineæ, quæ Venerem excitant.

Oleum amygdalarum.

Lac.

Virides.

Pistatiorum uires.

Viridia.

Pinearum uires.

Nota.

Iucundus cibus.

De Medico malo, arantio, malo adami, limunio, limuniata, & eorum floribus. Cap. LXIIII.

Mala medica unius ſpeciei.

Lim hæc arbos in Melia ſolùm habebatur, nunc in Italia copioſa eſt, Paſ-ladium induſtria, id obtinuiſſe ferunt, cùm antea non proueniret. Vt autẽ demonſtratũ eſt in libris de ſubtilitate, unius ſunt ſpeciei quæcunq; eaſdem habent uires, & figura parum differũt. Sunt autem hæc citrium, ſeu malum medicum, ſeu cedrium. Citrangulum rectius, arantium latius, malum adami, limunium, & limuniata. Communia omnibus ſunt quæcunq; ibi ſunt expoſita,

Vires.

ſed quod ad Medicinam pertinet, omnibus cortex amarus, & ſemina, medulla acida, inſipida, corticis interioris candidi ſubſtãtia, odor iucundus, uenenis aduerſari, occidere uermes, cor, & cerebrũ confirmare, & grata guſtui eſſe, ac omnẽ prohibere

●

Nota.

corruptionem: ſed medica malus præſtãtior eſt, reliquis omnibus ſpeciebus in arcendo uenena, quæ ex morſu ſerpentum inferũtur, adeò ut referat Athenęus, damnatum à Ptolomęo ad mortem antequã ab aſpide morderetur, citrio comeſto euaſiſſe, magna cum Regis admiratione. Et Theopompus xxxviii. hiſtoriarũ libro, ſcripſit Clearchum Pontę tyrannũ dũ ſæuiret in ſubditos, ſæpiùs ex mali medici auxilio fruſtratum. Igitur ſemine, & cortice, et medulla ad uenena, ad occidendos uermes, ad prohibendam putredinem, ad corroboranda membra principalia ex æquo

Corticis uires.

fermè utilis eſt, ſed cortex reliquas citri partes odore præcellit, & conditus peſtis cõtagia arcere eſt aptus. Porrò cùm ſub hoc nomine citriorũ, omnia mala comprehendi poſſe uideantur, quæ cortice quodã aureo ueſtiuntur: ideò ei breuiter eorundem

Succi uires.

natura ſic deſcribi poterit. Succus namq; acidus propemodnm omnibs ineſt, frigidus ac ſiccus ineſt ordini tertio: cortex uerò cùm inſigniter redoleat, guſtuq; aroma

Corticis.

referat, calidus ac ſiccus eſt circa ordinem ſecundum. Caro & ipſa pituitoſa, & frigida eſt, craſsiq; ſucci, quæ & cholicos dolores parere, mirasq; inflationes ſolet. Acida

Carnis.

Seminis.

tandem medulla, frigida, ſiccaq; in tertio gradu eſt, inter quam nucleus, ſiue ſemen habetur calefaciendi, ſiccandiq; in ſecũdo ordine uim poſsidet, de quo dubium ad-

Dubitatur.

hûc extant an ſolùm ueneno reſiſtat, ut Dioſcorides fateri uidetur, an totum pomũ, quod in libris Contradicentium diluimus, nec ad propoſitum noſtrum facit: ſufficit enim ſcire, totum pomum uenenis aduerſari, ut ibi luce clarius demõſtrauimus.

Aurantiarum uariæ uires.

Aurantia autem, uiribus inter ſe diſtinguuntur medio ſaporum, alia enim qualitas eſt acidi, alia auſteri, alia dulcioris: & continuo in menſis media deſciſſa ſuccum manu comprimant conuiuæ, affunduntq; ſuper aſſatis carnibus, piſcibus ue, ac alijs

●

Limunij uires.

opſonijs, quæ longè ſuauiora, guſtuiq; iucundiora fiunt. In limunijs uerò multa eſt ſucci copia, caro uerò eſt pauca, atq; ſuccus acidiſsimus, tenuiſsimusq; eſt, & nullũ corporibus præbet alimentum, ſicuti & reliqua uitiorum citriorum genera, imò & omnia concoctu ſunt difficilia, craſsumq; præbẽt ſuccum, nec uentriculo amicum: ob hoc ueſci ijs melle aut ſaccharo conditis, ſatiùs eſt quod uentriculum commodè calefaciant, ac roborent. Ideò libentiùs ad medicatos uſus utimur potiùs aduerſus putredinoſas, malignasq;, & acutas maximè febres, aëriſq; infectiones, nec non & laborantis cordis affectus, ſæpè etiam pro condimentis parantur intinctus cum aromate aliquo uel ſaccharo, qui ad maximam æſtatis partem perdurant, ad appetẽtiam excitandã, & faſtidia abigenda, caloresq; temperandos, & cunctis gratiſsima: ſicci quoq; cortices ſaccharo condiuntur ad cõmendandum ſæpè oris halitum: &

Condimentorum uires.

diuerſa in officinis parantur condita, ut & ſyrupus de corticibus citri ad cordis frigidas affectiones. Et ex acetoſitate citri ad omnes morbos à bile ortos, ac putredines prauas, & omnes æſtuantes ægritudines, ut ex limunij ſucco ad eadem paratur ſyrupus longè ualidior, qui & calculos in renibus comminuit, nec adeò uentriculum lædit. Ex eiuſdem etiam ſucco ſtillacidium paratur, quod ueſicæ calculum frangit,

Stillacidij uires.

quantumuis duriſsimum, quod & utendi modum inſimul in quarto de ſecretis edocuimus. Et nos quandoq; in cæna loco ſalatitij limunium melle, aceto, & aqua parare ſolemus, guſtui gratiſsimum. & è renibus calculos eijciens, ſed moderatè tamen, cùm difficulter concoquatur. Omnium autem harũ ſpecierum arbores albos

emittunt

emittunt flores summæ fragrãtiæ, ex quibus aqua peculiariter destillatur, tantę suauitatis, & redolentiæ, ut cæteras odoriferas aquas superare certum sit: appellaturq; aqua narrantij, alij Nanphæ aquam uocitant: & hanc contra aëris uitiosam qualitatem, ac pestilentiam, contraq; pestilentes febres, quę cum exanthematibus sunt, plurimum ualere experimento comprobatum est: cordi enim admodum amica est, & sudorem ualenter prouocat, ac leuiter uomitum prorítat. Ad eadem quoq; destillatur aqua ex toto citrio, quæ ui ignis elicitur, gustui suauis admodũ, & cordi, ac cerebro plurimũ succurrit, & nos in febrib. putridis, ac mali moris cum conserua acredinis citri, uel in eadẽ aqua dissoluta, uel immediatè assumpta, ad libitũ ægrotantib. exhibemus, nec sine magno iuuamẽto, ac eorundẽ applausu: sitim enim cohibet, ac febrẽ coërcet, resistit putredini mirũ in modum, ac humorum coctionẽ adiuuat.

Stillatitia ex floribus.

Vires.

Stillatitia citri uires.

De Dactylis. Cap. LXV.

DVnt dactyli fructus palmulæ cuiusdam arboris, cuius in Africa, Iudæa, & Aegypto uaria extant genera, multisq; (ut audio) orientis populis hi fructus cibos, potusq; suppeditant: ex illis enim uina conficiunt, qui pingui ac uberrimo succo sunt repleti, alios uerò sicciores, ac magis astringentes pro cibo assumunt. Ad nos solùm sicci importãtur, calidi sunt dulciores, austeri uerò frigidi, sed omnes concoctu ualdè contumaces: difficillimè enim in uentriculo conficiuntur, quin & si liberaliùs edantur, capita grauiter feriunt, ut Galenus affirmat, ac dolorem cum grauedine inferunt, quoniam diutiùs in uentriculo morãtur, & præcipuè recentes, quia inflationes pariunt, & nocentiores habentur, & ut plurimum erosiones in uentriculo excitant. Præterea eorum succus, qui in corpus deducitur, crassus est, ac lẽtus, & præcipuè cùm pinguiores fuerint fructus, quibus si dulcedo aliqua coniungatur, multarum, magnarumq; obstructionum in iecore, liene, ac reliquis uisceribus erunt in causa, præ dulcedine enim auidiùs à iecore, ac liene attrahentur, atq; promptiùs infarcient uiscera, præ crassitie ac lentore, totq; possunt humoribus crudis replere corpus, ut etiam prauas generent febres. Et eò magis cùm dulciores in bilẽ uertantur, austeri uerò in pituitam: dentibus, gingiuisq; obesse creduntur. Alimentum corpori non exiguum præbent, minimè autem laudatum: idcirco rarò mandi debent, quamuis prædulci blandiuntur sapore. Conditum tamen in officinis paratur Diaphœnicon dictum, quo frequentissimè medici utuntur. Quod uerò dentes corrumpant dactyli, experimento comprobatur, quia omnibus in regionib. Africę ubi abundant, dentes citò, ac facillimè decidunt ante senectutem. Morbo uerò Gallico plurimum conferunt, ita ut si qui eo morbo tententur, in regiones ubi abundant, se contulerint, breui sponte sanantur. Forsan uel quia calidior regio ac siccior, uel quia aër odore palmarũ conspersus hoc potest, faciunt etiam ad uitæ longitudinem, quia & si difficilis sint coctionis, indigenæ tamen, & qui eis assueti sunt, ac uescuntur, longissima uita fruuntur.

Dactylorum uaria genera.

Vires.

Diaphœnicõ.

Nota.

De Iuniperi, ac lauri fructibus. Cap. LXVI.

ERt uulgata iuniperi arbor baccas myrti magnitudine, primò uirides, postea nigricantes, quæ cùm acres, & aromaticæ sint, ideò calidæ in tertio gradu, siccæ uerò in primo, hæq; medicamenti potiùs quàm nutrimenti rationẽ habent: & præsertim maturæ cum acerbæ uix degustari possint: renes enim expurgant, uentriculum, etiam & iecur à pituitosis materijs liberant, urinam prouocant, ac robur uirtuti concoctrici addunt, maximusq; est eorum usus aduersus morbos contagiosos: si itaq; ore mandentur, tempore pestilentiæ, à contagio mandentem securum reddunt, quod & Pater meus experimẽto comprobauit, ut in nostro Memoriali declarauimus, atque ibi rationẽ adduximus, cur quàm plurimos, hoc solo præsidio à peste intactos fuisse. Sunt quoque earum fumi in cubiculis grati, qui ueris nocui iniurias emendãt, dummodò moderati fuerint. Immoderati

Iuniperi baccarum uires.

Patris experimentum.

derati enim ut plurimum grauitatem capitis, atq; dolorem faciunt, eodem modo etiam si largiùs deuorentur, statim morsum in uentriculo excitant. Possunt & uaria ex baccis parari decocta, contra omnium serpentum ictus, atq; uenena: dentium etiam dolores, ac podagricos cruciatus demulcent. Et nos continuò, prę terquã temporibus æstiuis, duos uel tres in mane mandere solemus, flatum enim discutiũt, uiscera omnia & caput corroborant, atq; corpus à putredine uendicant, dummodò matura in umbra cq;, & non uiolenter siccata fuerint. Ex iunipero etiam extrahitur gummi, quod cùm recens est, album, lucidum, atq; trãsparens conspicitur: cùm uerò ueterascit, ad rubedinem declinat, cuius frequens est in medicamentis usus.

Laurus. Laurus autem omnibus est nota, qua triumphantes in coronis utebantur, parum uerò differunt inter se domesticum, ac syluestre, baccas q; ferunt, quæ potiùs ut medicamenta, quàm alimenta in usum ueniunt, nec unquam mensis apportantur: calefaciendi ac siccandi uires habent, atque in officinis adseruantur, quibus & oleum, &

Vires. electuarium concinnãtur, quæ ab eis denominationem trahunt, & omnibus morbosis affectibus frigidis conueniunt: iecori prosunt, ac calculos confringunt, imò & parituris opem prę stant, referunt etiam laurum occulta, ac innata quadam facul-

Nota. tate, à fulminis impetu tueri, & habetur historia Tiberij Cæsaris, qui fulmine perterritus tonante cœlo, lauro se coronauit.

De Oliuis. Cap. LXVII.

Oliuarum genera. *Vires.* Aria sunt oliuarum genera, in usu q; frequẽtissimo, ubi q; habentur conditæ, quas colymbades appellant, assumunt q; diuites prima mensa, ut appetentiam excitant. Virides & absque conditura, crassum & pessimum præbent nutrimentũ, cùm uerò muria condiuntur, & si nec multum corpori præbeant alimentum, efficaces tamen sunt. Maturæ sunt temperatè calidæ, immaturæ autem & acerbæ frigidæ, & astringentes. Verùm conditæ ex condimentorum uarietate, diuersas acquirunt qualitates. Sale enim ut plurimum condiuntur, diu q; uirides muria conseruãtur sua, alij prius ad nucleum us q; incidunt, ut meliùs muriam accipiãt, citius q; austeritatem amittãt, alij integras, uirentes q; per biduum aut triduum calce ex aqua maceratas apponunt, alij ex aceto non minùs commodè præparant, & alij alijs modis. Quæ autem ex sale condiuntur, acrimoniã acquirunt, & siccitatem, sed parùm astringũt, ex aceto tenuitatem, & quæ ex calce, & si aliquid uideãtur habere, quod prorsùs naturæ nostræ aduersatur, eluitur tamen uis illa praua aquæ affusione, licet non nihil intùs recipi necesse sit: meliores ita q; sunt quæ aceto condiuntur: gustui enim sunt gratę, & facilius concoquũtur, sed tamen omnes crassi sunt succi, & difficillimè concoquũtur: uerùm si astringẽte succo fuerint præditæ, uentriculum roborant, atq; deiectam appetentiam conciliant, & prima mensa assumptæ aluum deijciant ob pinguem, ac oleaginosam partem, nec non atque eo-

Nota. rum ponderositatem, quamuis non desint, qui secundis mensis astringentiores adhiberi uelint: roborato enim uentriculi ore, reliqua cibaria deorsum pelluntur: sed nunc ferè omnes primo & medio, atq; postremo etiam cibo carnibus, piscibus, atq; ouis intermittentes mandũt eas, nec sine magno errore, cùm in ciborũ assumptione seruandus sit ordo, ut suprà declarauimus. Oliuæ aũt optimæ in Italia habentur, & præcipuè Bononiæ, sed ex Hispanijs etiam importari curamus, quæ & si Italicas bonitate, ac sapore non superent, illas tamen magnitudine, atq; crassitie uincunt.

De Ficubus recentibus, & passis. Cap. LXVIII.

Ficuum uires. Icus inter horeos fructus meliùs ac plùs nutriunt, & facilè è uẽtriculo descendunt, & etiã permeant intestina: quo fit, ut etsi flatus gignant, nõ tamen dolores excitant: quin etiam adeò detergunt, ut arenas educant: ideò ante alios cibos comedi debent, licet ob maximam quam habent penetrandi facultatem, statim ad imum uentriculi descendant, ita ut si quis post esum

aliorum

aliorum ciborum ficus comedat,& post horã euomat,prius totus cibus præassumptus exibit,quàm ficus euomat,& sic facillimè percipiet, ipsos ad infimam partem uentriculi iam descendisse. Caro uerò quam generant,similis est leucophlegmatiæ, mollis nimis,ac sublaxa. Cùmq; maturitas omnibus utilis sit fructibus, ficus innoxios etiam penè reddit, non etenim & ipsi aliqua succi improbitate omninò carere potuerunt. Aqua melior est uino,tùm quia efficit ut celeriùs uentriculum subeat, tùm quia calorem illorũ mitigat. Inquit enim Hippocrates ficus uiridis humectat, & aluũ mouet,ac calefacit: humectat,quia succo plena est,calefacit propter succum itidem,aluum mouet propter succi dulcedinem. Primæ ficus optimę sunt,quia succulentissimæ,optimæ autem sunt,postremæ. Ficus aridæ(quas caricas uocant) æstuosę sunt,sed aluo secedunt. Probat hoc Galenus dicens,quod etiam incidunt, & ipsæ quoque urinas educũt: iecori tamen,& lieni inflammationem obsessis obsunt generali ratione,quod dulcia cùm sint,obstruunt: sed & creditum est, non bonum illas progignere sanguinem,quod multos pediculos procreent. In eo tamen nobiscum conuenit,quod medicamentis attenuantibus,detergentibus,& incidentibus mistæ conferunt non parùm ijsdem membris, sicut quod crassis alimentis non parùm noceant: hæc igitur in cõfesso sunt. Probat autem alibi summoperè, ut cum nucibus edatur. Quid ergo agendum,an ne hic inde omnia prosequemur, uelut toto mari pisces, aut relinquemus aliqua necessaria, hoc quidem imperfectum, illud stultum: quamobrem sic instituere oportet huius libri constructionem, ut ad lectionem accomodetur. Porrò ita legendus liber, ut propria sub communibus contineantur,nec omittantur,nec repetere sit necessarium: à me autem quæ methodo constant,& propria sunt,docenda erunt. Quæ uerò solo experimento inuẽta sunt,ea ad methodum reducenda erunt, si fuerint alicuius egregiæ utilitatis, aut iacturæ: leuia præteribimus,cùm etiam falsa esse possint: quæ autem magni momẽti sunt,sed dubia,cuiusmodi an ficus siccæ boni sint,aut mali alimenti per se: an scyrrhis iecoris conueniant(hæc quantum intersint quisq; uidet) determinare oportet. Quę enim recepta sunt,absq; controuersia sunt,quod uentrem molliant, quod humores extra pellant,quod in attonito morbo,& resolutione sint optimum alimentum,& ferme unicum, sed & scyrrhos iecoris, & membrorum naturalium tollunt, aut nihil aliud confert. Vnde etiam cibus senũ dici potest. De his omnibus dubium non est,sicut neq; quod rutę optimè associentur,ipsa enim attenuat,incidit, ac detergit,sed & de sale dubium non est,approbante Galeno, ut neq; an boni,an mali succi sit,cum constet non eas esse ualdè mali,boni etiam esse nõ posse: inter fructus debere,inter bonos comparari,ad carnes, aut panem collatas mali. Quid ergo an noceant iecori,an prosint: an cum pineis utiles sint: postquã inuentũ est certo experimento quantũ senib. prosint pineæ: etiã uidere oportet, an rectè illis possint copulari: Perutiles enim erunt si iungi possint,nam duritiẽ omnem egregiè cùm molliant, atq; detergant,quid utilius scyrrhis esse poterit,aut iã genitis,aut iam solùm inchoantibus? Dices quid obstat quod pineæ sunt multi,crassi succi, & difficilè coquuntur: ergo impedient auxilium caricarum. Considerare igitur oportet hominis robur,& ut cum solo pane,& pineis quantum facilè subigantur,sumat, & bene manſis,& quæ in aqua diu manserint,panis quoq; leuis sit,potus aquæ modicũ,aut nullus: nam ut diutiùs mãserint,ita meliùs emollient: per se prosunt mirum in modum pectori,& raucedini,& dentium doloribus,& uenenis,sudorem adiuuant: tot sunt generum,quot colores,neque enim illum refugiunt: sunt serotinæ, quæ Decembri matureſcunt,& quæ nunquam. Et magnæ quæ meliores si sint pingues: etenim optima quæ suaues, dulces, pingues, magnæ. Meridianas ficus damnat Athenæus, intellige ea hora collectas, non si edantur: quapropter præstat uel eas uesperi, uel matutino collegisse, conclusæ uasis,non sine fastidio edi possunt, quod uermes generent,impositæ duris tumoribus emolliant,& concoquunt. Et lac Plantę eius purgat,& urit. Et ideò folia eius aperiunt hæmorrhoides. Multis quoq; modis cõfert punctũris animalium uenenosorũ. Et albæ plærunq; facilius subiguntur: nigræ aũt sunt dulciores. Oportet tamen obseruare regiones. Vinum ex eis elicitur,quẽad-

Cur potus aquæ melior. *2. de Diæta pag. 9.*

Caricarum uires.

2. de Al. cap. 8.

Nota.

Lib. de cibis boni & mali succi. c. 8.

Nota.

2. de Al. cap. 17.

Lib. 3. cap. 3.

Albæ & nigræ.

modum & ex uuis, sed haud uinosum. Plantarum quoq; discrimen maximũ: quædam patulæ magnæ, altæ, aliæ humiles, ac pumilæ. Commune est illi, quod pleriscq; plantis, sed adeò euidẽter ut proprium dici possit, in umbra satum citiùs exurgere, melius pullulare, nec uermibus (supple fructum) affici. Debilitãt igitur ficus iecur, quia præhumidæ, nisi siccis & astringentibus copulentur, uelut si postridie uinum absynthiacum bibat, aut mastichem deuoret, aut rosei aliquid.

Nota.

Vires.

De Vuis recentibus, & passis. Cap. LXIX.

Vuarum uires.

VVæ & ficus optimi fructus omnium cõfessione habentur, sed uuæ subducunt aluum magis quàm ficus, recentes tamen ad uoluptatem potiùs, quàm utiles bonæ ualetudini: inflant enim, & fungosam carnẽ generant. Et si non coquantur probè, in uentriculo, & iecore crudos generant humores, & semper pro ratione minùs ficubus nutriunt: & innumeræ earum habentur differẽtiæ, quæ à colore, sapore, figura, amplitudine acini, mollitie, ac duritia desumuntur. Cùm uerò uterq; fructus quatuor ex substantijs componatur, semen in utroq; prorsus immutatum permeat, quod in uua minimè mirum est ob duritiem, mirum in ficu sanè. Sed & cortex in utroq; parum admodum mutatur. Quæcunq; igitur ex uuis sine cortice, & seminibus glutiũtur, magis subducũt aluũ, & si succus, ut in musto, solus adhuc magis, caro autem nutrit plus, & minùs subducit. Seruari autem nullo auxilio externo adhibito trifariam solet, appensa, quam pensilem uocant aẽre non admisso, sed cum candela præcisis arinis, qui putrescere incipiunt. In hac triplex periculum, uel ut acerba sit, nam sic colligunt, ut facilius eam seruent, ut putridi aliquid contraxerit, ut siccata sit: quapropter ad delitias, & ambitionem cõmodior est, quàm ad ualetudinem. Quæ uerò in musto seruatur, caput ferit, & aluũ subducit, si mustum dulce sit, nam id non parum, ut etiam aluum lac mouet. Oportet autem in his sapores inspicere. Dulces caput tentant, aluum mouent, bene nutriunt & uentriculo gratæ: austeræ astringunt, parum nutriunt: acidæ neq; urinas, neq; aluum mouent, sed nec sistunt: incidunt tamen humores lentos, & tamen ipsę crassos generant. Quæ uerò in uasis nouis è terrea odorata & perfectè assata condiuntur, operculo pice olla coniũcto, inde uase in uinaceis sepulto: hę optimę sunt, resoluta enim cruda parte, noxa carent, si tamen largiùs sumantur, & ipsæ caput læ-

Nota.

Differentiæ.

Obseruatio.

dunt, nec tamẽ ulla harum passa uua dicitur. Sed quod mirum uidetur, & quod sæpiùs adnotaui uini potores eximij, uuarum tum recentium, ac siccharum abhorre-

Moschatulæ uires.

re esum, absthemios uerò ipsarum auidissimos esse. Adest & uua quædam Moschatula dicta ab odore moschi, sapore dulcis, quæ cum calida, ac multo humore, eoq; haud aquoso prædita sit, facillimè putrescit, nimiùm uescentibus ut plurimum febres accendit putridas, eadem ratione qua de pyris moschatulis, moderatè igitur & ante alios cibos hanc, & omne uuarum genus assumere oportet, cùm per aluum citò descendant, nec diu moram in uentriculo trahant, quoniam si post alias escas edantur, flatum pariunt, nec probè concoquũtur, & crudum succum progignunt, qui nec facilè in sanguinem conuertetur, ueluti contingit illis, qui eas acidas, & austeras comedunt. Dulcibus ergo, & pensilibus, minus nocuæ uti licet ex parte capitis, cui infensæ non sunt. Passæ autem uuæ sunt, quæ in Sole siccantur, donec à pu-

Passularum genera duo.

tredine sint immunes redditæ, nec tamen contrahuntur. Eius duo sunt genera, nigra aut fusca, parua, tenui cortice, absq; semine, seu uinaceis: sed nunc per uinacea durum semen, non corticem intelligi uolo. Alterum prægrandis aut mediocris, fuluæ seu flauæ, cum uinaceis cortice crassiore. Atque ex his est Hispanica, sed Cretica omnibus melior, nam Illyrica deterior multò Hispanica, quàm Hispanica Cretica. Galenus ex solo sapore dijudicat harum facultatem, sed est aliquid maiore con-

Nigræ uires.

sideratione dignũ: nam parua nigra licet dulcissima, mala est, flatum gignens, concoctu difficilis, ructus acidos, & acres mouet, atram bilem gignit: omnis enim cibus niger atram bilem auget, ut etiam liuidi ac fusci, plerunq; mali succi sunt, sed & integra, aut qualis deuorata est, exire solet, nunquam tamen potest esse bona: nam

cùm

cùm adeò parua sit, si diutiùs maneat, in Sole siccatur, & cortex solus manet, nec quicquam nutrit, si parum putrescit. Vnde etiam rarò uermibus caret, nisi compressa ualdè, & cùm immũda est, nam si uel granum corrumpatur, tota massa subputret, colligunt & simul terram, & lapides, & alias sordes. Quod si etiã in exiccando adamussim modus seruetur, facilè per mare delata putrescit, quoniam non habet uinacea, à quibus refrigeretur, & exsiccetur. Ob hæc etiam dolores uentriculi mouet, & tardè concoquitur. At maior seu Cretica, seu Hispanica, aliud habet utilius, quàm à sapore contraxerit: aliter cur carnes edimus, quæ neque dulces sunt, neque austeræ, neque acidæ, uel uinosæ: in cibis enim magis substantia, quàm sapor desideratur. Ergo mirum in modum iecori natura conferunt, & ideò in illius affectibus & Galenus ipse, & Princeps, dum de illius scyrrho loquitur, tantum eas cõmendat, quantum carnes damnat. Inde nata & illa compositio exuuis passis Cyphoides appellata, de qua octauo de compositione Med. secundùm locos Galenus agit. Vuæ ergo passæ etiam utilitatem uidemus in lue Indica, in elephantiasi: omnia membra naturalia confirmat, alimẽtum minimè putredini obnoxium exhibet, pectus demulcet, utilis pulmoni, sensibus: uentriculo autem maximè amica, uitam producit, aperit obstructiones, & tamen astringit. Eligi debet crassa admodum plena, perspicua, aurei coloris, integra, cuius uinacea non admodum magna sunt, recens quę eousq; compressa cum alia manserit, plurimam dulcedinis habens, parum acidi uel astringentis. Si autem austera sit, & uinosa, commodior erit iecori, tenuis corticis, & omninò tam uisu, quàm gustu admodum grata, & cum solo pane edi, nullo uel pauco potu, uel si sitiat, cum aquæ modico: nam uinum plerunque illi parum commodè miscetur, prohibens eam in uentriculo cõcoqui: quam regulam nos multis ab hinc annis seruamus, dum in prandio ut plurimum solis his uuis Creticis cum pane contenti simus. Sunt qui cum aluũ astrictam habeant passas Corinthij, hoc modo præparant, eas enim apprimè uino abluunt, atq; à sorditie expurgant, inde optimo uino per XXIIII. horas macerant, atque infusioni foliculorum sennæ cum cinamomo factæ, eas à uino extractas addunt, permittuntq; leui ebullitione feruescere, atque colatis utuntur ante cibum immediatè ad quantitatem cochlearis, & aluum lubricam reddunt, sed uentriculo obsunt, ac capiti ob uinum ac sennam: Ideo nos alio modo eas præparamus. In aqua enim aliqua calente magis subiecto conuenienti, ut de betonica, &c. & quandoque iure optimè lotas maceramus ut suprà, inde uel melle rosaceo solutiuo, uel rosarum infusione, secundùm quod nobis magis expediens uidetur, leuiter ebulimus, ac ut suprà exhibemus, aluum enim leniunt sine molestia ulla, carentq; omni noxa: eodem' met modo possunt præparari infusione longa rhabarbari, & præstantissimæ fiunt: alijs quoque diuersis modis ex eis condimenta parari possunt, pro ut opus fuerit.

Creticæ uires.

Cap. 7.

Electio.

Nota.

HIERO-

HIERONYMI CAR
DANI MEDIOLANENSIS,
CIVISQVE BONONIENSIS

OPVS DE SANITATE TVENDA.

LIBER TERTIVS.

PRAEFATIO.

Propoſitum.

Nutrimentum quid.

ABITO ſam de plantis, frugibus, atq; fructibus, quæ in hominum cibos noſtro in orbe admittuntur ſermone, explicataq; eorum natura: Reliquum eſt ut de alimentis ex animalibus petitis tradamus, tã terreſtribus, quàm aquatilibus, ac uolatilibus, ut naturæ ordinem ſequamur, quæ humano generi in omnibus fermè plurimum, atq; diuturnum alimentum præbent, ſi cum ſuperioribus conferantur. Diximus enim nutrimẽtum ex totius propriæ ſubſtantiæ, ac familiaris ratione conſtare: hæc autem familiaritas nullibi, quàm in animalium genere reperitur propinquitate materiæ. Qua de cauſa longè maius nutrimentum in eis eſt, quàm in ſtirpibus, aut quicquid ex ſtirpibus exit, nec tanta ad alendũ nos tranſmutatione indiget, cum ſanguinis naturam habeat: quantò enim alimentum corpori alendo magis eſt ſimile, tantò minùs natura in aſsimilãdo laborat, licet ex parte repugnet. Verum quid dicemus de animalibus ex putredine ortis, quæ cùm ex plantis alantur, & propior longè ſint naturę humanæ: nihilominus minùs apta eſui uidentur, quinimò etiam & abominanda prorſùs, & ueneno propiora, quàm cibis, non de his dico quæ in aqua maximè marina naſcuntur: rana enim in paludibus pro cibo nobis ſunt, & quæcunque etiam ex limo natæ, & oſtrea, & conchæ, & chamæ, & multa eiuſmodi, ſed muſcas, ſcarabeos, uermes, quis ſine horrore imaginetur, nec dum edere ſubſtineat? Vnde ergo cauſa? forſan id dicemus ex putredine, quàm magna oriri: plantæ enim & ipſæ ex putredine oriuntur, & quæ dixi animalia in aquis, ſed aquea ac tenui: ideò neque fœtida, neque prauí ſaporis, & ſine faſtidio eduntur, & nutriunt, at illa non, ut diffuſiùs in medicorum Contradicentibus declarauimus. At uerò animalia ſanguinea, quæ omnia propagatione generantur, & ut alimentum optimum ſunt hominibus, ita ipſa ex animalibus uiuunt ſanguinis expertibus. Hirundines enim præpurgant aẽrem à culicibus, papilionibusq; tùm crabronibus, ueſpis, locuſtis, muſcis. Gallinæ uerò uermibus terrenis libenter aluntur: quis ergo non uidet ordinem hunc ſeruari, ut uel ex proximo, aut uno ſolo interpoſito nutriantur? Verùm dices quid de canibus, leonibus, tigribus, accipitribus, aquilisq;, quæ ſanguineis aluntur animalibus, ideoq; proximiora hæc deberent eſſe homini: tamen inſuauia, & neglecta, ſolis catulis antiquo tempore ueſcebantur, credo potiùs medicamenti uice, quàm alimenti, ut ſuo loco dicemus. Vulpes quoque & lupi omninò prauí ſunt ſucci, & tamẽ mediĳ, hac ratione inter humanam naturam, & uitulos, & capreolos, ceruos, atque ſues: ut ratio in his concludere non uideatur. Verùm dicemus huiuſmodi animalia non ſubſtantia, ſed qualitate facta homini inutilia. Cùm enim immodicè exerceantur, & aſsiduè, breuiſq; ſint uitæ, ſicceſcunt nimis, & ob id eſui non ſunt, ſicut neque caro aſinorum, ceruorumq; ſenum: indicio eſt quod omniũ horum animaliũ pulli, ut ita dicam, ſeu catuli prępingues maximè edi poſſunt, & ſuaues ſunt, ſed & feles, præſertim caſtrati: at præpingues à pluribus comeduntur. Omnia igitur animalia, quæ ordine ſuo propinquiora

Nota.

Dubium.

Solutio.

quiora sunt, naturæ humanæ, plurimum afferunt nutrimenti humano generi, modò non immodicè sicca: uerùm propter cognationem dum uidemus tam fœdè lupos, & canes uesci uisceribus animalium, carnibusq; putridis, ac rebus fœtidis, illorum consuetudinem abominamur, & meritò. Soli enim ex his sues, atque hi humido temperamento maximè cũ sint, & magis plantis, & è terra natis uescantur, quàm animalibus usui hominum cessere: etenim apri parum admodum animalibus cęteris infesti sunt, edunt glandes, uuas, fruges, segetes depascũtur, radices edunt plantarum, parum molesti animalibus cæteris, præterquam limacibus, atque similibus: sed neque sues usu, omnibus sunt ut Iudæis, & Mahumetanis, quanquam id potiùs lege prohibeantur, quàm natura. Ergo nutrimentum maximè ex propinquis desumitur, & in uniuersum similia similibus, & ex propinquo ordine plurimum conferre uidentur, exemplo desumpto à iecore lupino: quod quidem manifestissimè humano iecori utilissimum est, ut aliàs demonstrauimus, robustissimum enim est uiscus illud, ut quod animal cogatur uesci crudis, putridis immoderata quantitate, peruigil, in frigore multis agitatum modis: simile igitur à simili, & potentia tale, & ordine proximo, & robustum imbecilli: cur ergo pronuntiare de causa dubitamus, cur iuuet etiam si nullo edocti experimento, illud potiùs mirum esset, si non iuuaret, non ergo refugiendum est semper ad proprietatem illam occultam, cùm in quàm pluribus huiusmodi ratio pateat, sicuti est uidere in nostris Contradicentibus. Item & seris si iecur iuuat (quanquam id referant in id quod amara sit, ideoq; aperiat obstructiones, & astringens, ob idq; confirmat iecur: mihi sanè uidetur non hæc solùm esse in causa, cùm eiusmodi euidentiùs sint in alijs: multò minùs qui dicunt causam esse frigidam temperiem, cùm etiam frigido iecori conueniat: alij quia alimentum neque ob id solùm, sed omnibus una coniunctis utrunque sit) ueriùs similius est illam fore substantia quidem iecori similem. Sed dices, quomodo herba iecoris carni similis esse potest? seu parenchymati? deinde quónam pacto cum herba frigida sit, & iecur calidum, natura scilicet, carneum sanguine abundans, & sanguinis origo? Ergo triplicem intelligere oportet similitudinem, unam quidẽ à qua longè abest substantiæ, seu ordinis cum seris herba sit, illa caro. Alteram temperamenti cui neq; specie, neq; ratione, neq; casu conuenire potest: casu enim fortuitum est ratione minùs: quoniam uariatur, specie nullo modo, ut nec raritate, uel densitate: sed nec quia similiter elaboratum nusquam, nec hoc enim pertinet ad ordinem. Ergo relinquitur ut modo mistionis elementorum, scilicet ut tantundem salis, olei, terræ, & aquæ sint in proportione in seri, ut in humano iecore. At dices id fieri non potest, cùm sint alterius temperamenti: dicimus temperamentũ in uiuẽte planta eiusmodi esse: cùm uerò subigitur in corpore fit frigidius, & humidius, nõ resolutis partibus calidioribus, & minus humidis: sic enim ordo perturbaretur, sed ut ita dicam extinctis, ac hebetatis. Sed ex his ad alia transeamus, & priusquam de singulis animalibus particulatim agamus, expedire uidetur, in genere de animalium carnibus primùm differere, deq; eorum partibus & uisceribus: quo breuiter absoluto sigillatim singulorum in alendo uires exactiùs paulò discutiemus.

Lupinum iecur cur utilissimum.

Nota.

Similitudo triplex.

Nota.

De Carnibus, earumq; differentijs, Cap. I.

CArnium nomine substantiam omnem, quæ cauitates ossium replet intelligi uolumus: sic enim Aristoteles carnem esse inquit, quæ omnibus inter cutem, & ossa, diuisibilisq; undiq; est, nec uenarum, aut neruorum more in longum secari tantum idonea: præterea aboletur, & in fibras trãsit, quoties animal extenuatur, & gracilescit, uertitur item in pingue, quoties pabuli copia suppetit, quæ calidam moderatè humiditatem in se cõtinet à sanguine, ueluti etiam dicendum est de piscium carne: nam & pisces primùm nonnulli respirant, & sanguinem habent, & pulmones, & in aëre uiuunt. Et piscibus omnibus sua caro est, & sanguis: ex sanguine enim concreto caro fit. Sic ergo diuiduntur multifariàm carnes genere, ut piscium, quadrupedum, auium. Specie, ut gallinæ, attagenis, gal-

Caro quæ & quomodo fiat.

Caro ex quo fiat.

Carnis differentiæ.

li,pauí:ſexu,galli,cappi,gallinæ,ætate,gallinę,aut pulli.Educatione, nutritę id plau dibus,in cauea,in corte,in monte,in pratis,in nemoribus,granis, uermibus, & ſor dibus,partibus,iecur,alæ,uentriculus.Præparatione,elixæ,aſſatę in ueru,ſuper pru nas,in ſartagine.Mortis genere,iugulatæ ſuffocatæ, paulò antè,multò antè,& quæ

Nota. ſuſpenſa diu fuerint. Ergo primùm incipiamus ab interitu, carnes ſenũ animalium diu ſuſpenſæ manere debent: iuuenum autem pinguium eadem die, imò poſt ſex

Carnes ſenio- horas edi debent: propterea neque ſi diu ſuſpenſæ fuerint, quoniam corrumpun-
rum anima- tur,neque ſi parum temporis interceſſerit, bonæ ſunt ob duritiem: ideò malæ ſunt
lium malæ. omnes carnes ſeniorum animalium, præſertim ſiccæ naturæ, uelut agreſtium, & quantò maiora ſunt. Duræ ſunt quæcunque in fila diuiduntur, tam animalium differentia,quàm partium,ob id glandoſæ carnes omnes bonæ, & iecora auium,& uentriculi abiecta interiore tunica. Nihil autem deterius, quàm eiuſmodi carnes e- dere, in quibus manifeſta ſunt fila,& fibræ. Sed ut ad ſenectutem animalium reuer- tar,malæ etiam ſunt carnes eorum, quoniam parum nutriunt, & malum exhibent alimentum. Vnum auxilium eſt ergo, ut caro mactati animalis ſtatim coquatur, ſed in fruſtula diuiſa, multoq; igne, & aqua ſubigatur, ac diu ut ſoluatur: ſic enim minus mala eſt, quàm ſi diu ſuſpenſa fuerit: & ius quod exinde colligitur, ſuaue eſt. Credendum autem eſt Zoari magis quàm alij,quem refert Auerroes c x x x v. annis uixiſſe. Quod ſi antequam coquantur ſub ſimo equino, linteo craſſo cir- cumuolutæ ſepeliantur,facillimè coquuntur. De mortis genere ſatis ſit celeriter

Piſces qui accidiſſe,uelut abſciſſo capite,ne crudelitate aliena,ſalutem nobis quæramus. Ge-
meliores. nere faciliùs piſces concoquuntur auibus, aues quadrupedibus. Ex piſcibus, lati, ſquamoſi,tenues, leues pondere, in aquis claris degentes, quiq; herbis ueſcuntur, poſt qui piſciculis, carne candida admodum : caudæ pars propior ob motum, iecur,& uenter ſaluberrima:in paruis,& tenerioribus dorſum, omnium lactes bo- ni alimenti eſt, ſed tenacior quàm in auibus, uel quadrupedibus. Caput deterri- mum, & dorſum grandiorum piſcium, & uenter tenuiorum. Oua præterea quæ parua ſunt, ut eſſe ſolent parum utilia. Laudantur ſaxatiles percæ, quæ etiam flu- uiales,iuliæ, ſcari, merulæ,turdi,fucæ, nec gobij inferiores illis ſunt,quanquam nec ſquamoſi,nec lati,nec tenues.Optimi etiam ſunt aſelli. Ex auibus optimus eſt gal-

Aues quæ me- li pauus,inde gallina,& phaſianus,poſt ſunt perdices, coturnices, qualeæ, turdi o-
liores. lim in pretio habiti: ſed d[illegible]is ſuis locis, optima pulpa alarum, teſticuli,iecur,adeò ut etiam probetur anſerum,& uentriculi(ut dixi)caro interior. Quadrupedum au- tem glandoſę partes,& ſuilla,apri ſcilicet,quia minimè fibroſa:atque in his caro pu-

Quadrupe- ra poſt glandoſam,& armos.Sexus non idem:nam in humidis maſculi meliores,ut
dum partes. in piſcibus,& agni maſculi fœminis,& cùm pingues fuerint, ut in ſuibus etiam, cu- niculi maſculi præferuntur, in macilentis fœminæ,ſed pingues præferri macilentis (etiam ſi ſexu inferiores ſint)debent.Educatione fiunt meliores, adeò ut anſerum

Nota. iecora in pretio ſint,lacte,& farina,uel ficubus nutritarum.Et quæ in montibus hu- mida natura ſunt,in agris media, in paludibus ſicca, contraria contrarijs temperã- do.In uniuerſum optima ſunt quæ his nutriuntur, quibus etiam homo ueſci ſolet, fructibus, & herbis,contra quæ ſerpentibus,cœno, lignis omnia mala ſunt, ſed & quæ carne ueſcũtur,quoniam ad extremum cùm peruenerint, neceſſe eſt ut huma- nam ſuperent.Porrò de condimentis peculiaris tractatio à nobis inſtituta eſt. O- mnes ergo cibi ab utroq; extremo recedere debent: uerùm magis à ſenio, ita olera, & fructus,& animalia,ſtatim enim nata muccoſa ſunt, ſed prouecta ætate praua,& concoctu difficilia. Quæcunque alienum ſaporem , aut odorem contraxerunt, quæ ue cariem omninò fugere oportet, ſalita omnia, nam ſi bona corrupta ſunt,ſi mala adhuc mala erunt. Præterea in oleoſis uetuſtas maximè obeſt, & quantò ma- gis oleo abundauerint,ut oliuæ,nuces auellanæ,piſtachia,amygdalæ,pineæ,& hu- iuſmodi.Præterea nuper nata animalia carnem madidam, muccoſamq; habent ex- crementis redundantem,& præſertim ſi humentiora natura fuerint,ut ſues,ouesq; quæ minimè ſalubres exiſtunt,ut etiam carnes animalium non ſe exercentium, hu- mida, ac excrementitia ſunt animalibuus multo exercitio utentibus: & ideo dici-

mus

mus quadrupedum carnem uolucrium humidiorem esse, ut etiam ex eorum genere alia aliis calidiora, frigidiora, humidiora, & sicciora sunt: ut inferiùs demonstrabimus. Castratarum quoque uictimarum caro (ut inquit Galenus) non solùm suauior est non castratarum, uerùm etiam qualitas ipsa carnium, nec paruam in eis facit differentiam coquendi, parandiq; modus, ut diximus. Nam quæ elixantur, uiscentibus humidius præbent alimentum, siccius uerò quæ assantur. Iccircò quę natura humores sunt, ac præpingues, assæ meliores, ac utiliores eduntur, sed tam uariis modis parari solent, ut uix enumerare possibile esset, & præsertim cùm in horas, ne dùm in dies portentosa coquorum ingenia noua suppeditent condimenta, quibus hodie ampliora stipendia eis soluuntur, quàm medicis. Desinant ergo homines illius ingenium admirari, qui totum orbem reuolutum finxit, postquam qui nobis sanitatem conseruare, aut restituere student, uix ullam eis agimus gratiam. At qui pernitiem, manifestumq; exitium procurant, eos amplectimur, stipendijsq; magnis prosequimur: atque hanc esse causam reor, quod longè peritiores in arte coquinaria reperiantur homines, quàm in medica facultate: ad quid frustrà nitiſ? Quis etenim nostrûm exercitationem ullam corporis, nedum animi suscepit laboriosam, nisi ut aliquid ex ea commodi consequatur. Sed hæc missa faciamus, atque ad propositum nostrum reuertamur, cum tribus de causis ciborum compositio nobis quoq; necessaria uideatur, ut infrà edocebimus. Quæ autem in sartagine friguntur carnes, & plerunq; prunis apponuntur, siccius quoq; nutrimentum suggerunt, accipitrum commoditate inuentum, qui dum aues captas prunis imponentes torrẽt, uix pene semicoctas uorant. Furnis etiam decoquuntur carnes, nec non & à pistoribus incrustantur, quas homini salubritatem corporis desideranti inutilissimas esse censemus. Et cùm in uniuersum iuniorum animalium caro præstantior sit, quàm uetustorum, ac declinantium, & ualdè nouellorum etiam admodum praua sit: ideò media inter utranq; ætatem quæratur, quæ florida dicitur.

Castratorum caro melior.

Nota.

De Differentia partium in quadrupedibus. Cap. II.

ANimalium partes quadrupedum maximè uitulorum, præcipuè septem sunt, tùm gustui, tùm ad ualetudinem accomodatæ: Cerebrum, lingua, lactes, pedes, mammillæ, pulmo, lumbiq; cum renibus. Porrò lumbi sunt in eo genere, in quo cæteræ musculorum partes: sed non nisi optimi sint, non adeò suaues sunt. Debet enim esse uitulus pinguis, & lactens, & nuper occisus, ueru assatus, magna flamma, & calidus, cum rene, & pinguedine edi, plurimùm nutriunt, & suauissimi sunt, & minimè excrementosi, facillimæ concoctionis, & optimè alunt. Ego duntaxat semel edi apud cauponem oppidi B. Petri, in uia, quæ ducit ex Bononia ad Forum Cornelij. Neq; probari possunt singulæ partes ab omnibus, neque etiam eodem modo. Primum pedes lentum minùs afferunt alimentum cæteris neruosis partibus, quod magis exerceantur, parum uerò nutriunt, cùm sint exangues: facilius ergò concoquũtur, quatenus etiam minùs lenti sunt, ideoq; etiam plus alunt. Sed & alimentum frigidius est temperato, & minus quàm carniũ sanguinearum. At sic mediocriter alunt, cùm bene cocti fuerint, incredibile est quantum suauitatis, & facilitatis ad coctionem in uentriculo ex coctione longa adipiscantur. Vnde etiam ius illud concrescit in gela, et addito aceto cibum efficiunt febricitantibus utilem, atque iucundum. Pulmo autem suauis & ipse in patella coctus cum iure, & aromatibus, odoratisq; herbis paulò plus nutrit pedibus, facilè concoquitur: eiusq; enim caro laxissima, & leuissima, & paulò minùs alba, alimentum leue, paucum, humidumq; præstat, & uitam producit: humectat enim pulmonem, à quo primum mors naturalis oboritur, quantò ergo iecinore, spleneq; rarior est, tantò facilius utroq; perficitur, ut in nutriẽdo iecinore inferior est. At pecudum pulmones, sicuti & lienes, ac hepata cùm ut plurimum ultijs macerata sint: ob id ab usu hominum abdicanda sunt, cùm non sine periculo edi possint. Lactium præstantissimi, in auibus sunt testiculi, quia intus reconduntur: in quadrupedibus

Quadrupedum partes.

Lumbi.

Pedes.

Pulmo.

Nota.

Lactes.

non ita, sed sunt difficilis coctionis, & mali succi: sed carnes, aliæ glandosæ minùs alunt, musculosa & optimum, ac concoctu facile præbent alimẽtum. Indicio est suauitas, & quod leues pondere sunt, atque friabiles, alimentum tamen frigidius est, quàm musculosæ carnis. Friguntur in sartagine pro sanis, ægris elixantur, neque enim ius reddunt, in iure autem cum aromatibus sunt meliores. Mammæ autem suillæ, & lactantium dulces sunt, & à gulosis maximè expetuntur, suntq; optimi alimenti: omnes autem mammillæ etiam uitulorum ob id bonæ sunt: Et ut minùs nutriunt, ita facilioris coctionis. Ob id etiam lingua & gustu, & alimenti bonitate prę-stat, quare tota ea pars, & suauis, & optimi est alimenti. Vt etiam quæ adiacet linguę pars non sit contemnenda, non sic pars quæ exeritur, durior enim longè, ac deterioris est alimenti: Bubulæ quoque, bubalinæq; sale condiuntur, deinde pensiles seruantur in annuos usus, his uini potores ad excitandam sitim utũtur, nihilq; prę-stantius reperîre, ut uinum iucundioris saporis gustent. Cerebrum autem pituitosum, & crassum gignit succum, tardeq; ac difficulter permeat. Tardè quoque concoqui existimat Galenus, tum etiam nocere uẽtriculo, ego quomodo præparatum esitauerit non intelligo: nam elixum indeq; in sartagine frixum, non parum iucundum experior, & mei quidem domestici probant, elixum non ita, uel etiam suillum, aut bouillum. Quomodo uerò subuertat uentriculum, & excitare appetitum, quod in ægris quotidiè percipimus, possit non uideo, imò quorundam animalium cerebrum inter præcipuas epulas hodie boni uideo, ut hœdorum, uitulorum, quin & auium multarum, atq; piscium. Hæ igitur sunt partes animalium iucundiores atq; utiliores ualetudini, quæ cùm hoc etiam facilè manduntur, & permeãt, nec ullã molestiam afferunt. Cętera uerò quæ supersunt ut iecora, lienes, cor, uentres, atque sanguis longè sunt concoctu difficiliora, crassumq; exhibent succum. Iecur etenim & si suillam accipiamus, quod inter cætera (de quadrupedibus intellígendo) præclarius est: facilius enim concoquitur & minùs crassum nutrimentum prębet, si sus iuuenis bonæ habitudinis, bonæq; temperaturæ fuerit: interea tamen crassi id alimenti erit, concoctuq; difficile, quoniam hoc commune est omnibus iecinoribus, & si alteri magis. Gallinaceorum autem, gallinarumq;, & anserum, atque aliorum uolatilium iecora sapore, & salubritate commendantur, ut infrà dicemus, uarijsq; modis parantur. Vt uerò hepar ex rubro, crassoq; sanguine alitur, ita lien ex subtili simul, atque melancholico, ipsius enim corpus rarum admodum est, atque laxum ad instar spongiæ, ut succos crassiores facilè attrahat, atque excipiat: ad hoc namq; natura in corpore constituit, ut corpus à fœculenti, atque melancholico succo expurgaret, eodemq; se nutriret: non ergo immeritò improbi succi esse pronuncia-mus, species enim carnis ad portionem alentis succi se habet: quapropter à cibo abdicandus est lien, & si aliquibus suauitatem gustui præstare uideatur. Cor autem rarò homines in cibos admittunt, eius quidem caro dura, fibrosaq; est, ad concoquendum etiam difficilior, & ægrè permeat, nec admodum gustui grata est: uerùm si rectè conficiatur non exiguum, nec prauum, nec fluxum corpori præbet alimentum. Ventres quoque animalium (quæ in cibos hominum ueniunt) nec magnitudine, nec specie inter se sunt similes, ut in Arte medica declarauimus, atq; hi ut uentres etiam, & intestina, membranosaq; omnia, durioris sunt substantiæ, frigidioris q;, ac siccioris naturę, imò licet probè concoquantur, frigidum tamen succum gignunt, nec non & crudum. Sanguinem etiam tantummodò suillum, hœdorum, atque agnorum in hominum cibis usurpari nouimus, cæterorum uerò animalium rarò, & si contingat etiam sæpè uitulinum, atque leporinum apud aliquos in pretio esse. Sanguinis tamen omnis difficulter concoquitur, & eò magis si crassus, atq; melancholicus fuerit, & quocumq; modo paratur, aut coquitur, semper excrementosus, atq; concoctioni contumax experitur.

Mammæ. *Lingua.* *Cerebrum.* *Iecur.* *Lien.* *Cor.* *Venter.* *Sanguis.*

De Suc-

De Sue, & apro. Cap. III.

INter cæteras carnes humidiorem esse suillam, omnes conueniunt antiqui, calida quoq; est, & si nonnulli, de antiqua loquentes, ipsam frigidam esse dixerint, hancq; unam nostro simillimam esse temperamento statuere licet. Ex historijs etenim habemus, nonnullos scelere cauponum deceptos fuisse, qui dum hospitio suscepti, ignari primo appositis uescerentur humanis carnibus: detecta deinde fraude, saporem retulerunt qualis suillæ. Hos natura fœcundos genuit, imò pauci reperiuntur, qui fundos, aut uillas habeant, qui sues non alant, & hodie matresfamiliâs quot annis alũt, quibus in primis familia sustentetur, & ut cætera cibaria eorum carne suauiter condiantur, multos namq; in re cibaria, atque præclaros usus præbet. Cæterùm non exiguam differentiam in eis desumere cernimus ab ætate, sexu, locis, alimonia, habitudine, partibus, atq; alijs id genus. Caro enim iuuenis porci, id est, lactantis ac recenter nati, non est comedenda, quia nimis humida, mucosa, atque excrementitia existit, facillimeq; putrefit, & in prauum humorem conuertitur, & eò magis si uentriculum malis humoribus refertum adinuenerit: pituitam etiam generat, & cholicos, iliacosq; dolores, & in renibus lapides, ac in iecore obstructiones parit. Probatissima uerò est adulti, ac mediæ ætatis, & boni habitus, ualdeq; se exercentis: masculus etiam melior est, quàm fœmina, & præcipuè si scropha fuerit: senes uerò ac decrepiti fugiendi sunt, quoniam eorum carnes duræ, ac lignosæ, & humore melancholico præditæ sunt. Verùm quia ad quoduis pabulum sues facillimè assuescunt: ideo hordeo, milio, ficu, glande, pyro, cucumere, uua, & huiusmodi atque otio pinguescunt, tubera etiam ijs, atque apris gratissima sunt. Et qui in montibus degunt, cæteris præferunt, qui si in media, ac florenti ætate consistant, eorũ caro boni est succi, & omnium escarum potentissimè nutrit, si benè concoquatur. Indico sunt fossores, aut messores, atque alij huiusmodi, qui solidiori indigent cibo, ea utuntur, ne imbecilliores præ labore reddantur. Crassum quin etiam, atque insimul lentum succum parit: unde qui hanc frequenter comedunt, celerrimè excrementorum copia abundant, nisi laboribus haud leuibus, dissipet, atque discutiant excrementa illa inutilia, imò qui diutiùs ea uictitant, iecoris, & renum obstructionibus corripiuntur: ideò sufficit illa ex interuallis uti. Quapropter bene animaduertere debent literarum studiosi, & qui domi sedent, otioq; torpescunt, ut senatores, causidici, & sacerdotes, ne eam comedant: & si comedere uelint, aliquo exercitio uel frictionibus à cibo, ordine prescripto utantur, per frigora tantùm iugulantur, saleq; inuoluuntur, quo tempore sal commodiùs liquescit, carnemq; subit, quæ maximam suauitatis gratiam acquirit, primaq; mensa ad auiditatem, sitimq; inuitandam exhibetur. Caro suilla recens in ueru cocta, siue assa, & sub crate longè gustui iucundior est, quàm elixa, nec tantam superfluam humiditatem habet. Eius uerò pinguedo nimis obest, uillos enim uentriculi laxat, appetendiq; facultatem aufert, atque nauseam inducit, quin & facilè in bilem uertitur, utilissima tamen est ad aliarum escarum præparationem. Apri autem adeò apud nos in pretio sunt, ut nobiles fermè omnes, non sine uitæ periculo studiosissimè eos uenantur, tanta est gulæ insania, & nobilissimus hodie cibus habetur. Eorum caro assa ut plurimum manditur. Distinguitur præterea eius alimentum ratione pabuli, loci, cœli, atque huiusmodi ut supra, gratam & ipsi, ac iucundam carnem habent, magisq; salubrem, qui liberè uagantur quàm domestici: leuior enim est, & facilioris concoctionis, ac plurimi alimenti, nec parum interest an in montibus, aut in planis, aut in palustribus, aut in siccis pascantur. Asseruantur & hi sale, ut domestici sues.

Suillæ uires.

Differentiæ.

Caro lactantis mala.

Nota.

Apri caro.

Vires.

De vitulo, tauro, & boue. Cap. IIII.

Boum differentiæ.

Vituli uires.

PRæcipua boum differentia quantum ad alimenti usum attinet ex ætate desumitur. Quatuor enim ætatis gradus reperiuntur. Prima est uitulorũ, secunda iuuencorum, tertia boum nouellorum, quarta uetulorum. Cęterùm non parum interest, lactens ne uitulus sit, an non: lactens enim succi bonitate copia, atque carnosæ substantiæ teneritudine, alios qui iam herbas, uel alios pabulos degustarunt, longè præcellũt, suauiores etiam pretiosiores, & salubriores habentur, atque facilè inter grandiorum animalium carnes, siue elixetur, siue assetur, primatum tenet, celebraturq; ubique eius saporis suauitas, atque odoris fragantia, probi, temperatiq; est alimenti, ad aliqualem tamen declinat caliditatem, atque humiditatem: facilè concoquitur, & bonum generat sanguinem, ac bene nutrit. Elixa etiam optimum ius facit suaue, atque humanæ naturæ ualdè accommodum: nutrit enim, aluum lenit, humores æquat, obstructiones aperit: immoderatũ tamen eius usum cauere oportet, quia aliquando uentriculum làxat: nec etiam recenter nata comedenda est uitulina, quoniam plurimum lentoris, ac acidi humoris obtinet: ideò duorum uel trium sit mensium ad minus, & pinguis, uarijs modis paratur: uerùm si diligenter assetur, iucunda est, ut superiùs diximus, & plurimum nutrit. Iuuencorum autem caro durior, ac siccior est uitulina, eademq; bonitate inferior, laudabiliores sunt montani. Itali etiam Romanos extollunt, multi sunt nutrimenti, sed non admodum boni succi: facilioris tamen sunt concoctionis quàm boues. Adulti autem tauri sunt nouelli boues, nondum castrati, quorum caro concoctu difficilior est: uerum si concoquatur, plurimum alimentum præstat, idq; ad melancholicum tendens, & ideo ab omnibus ferè gentibus damnatum eorum usum esse uideo, hancq; esse causam reor, cur tam rarò mactentur. Sunt tamen fœminæ quædam quas uulgari nomine *manzinas* Bononienses appellant, quę meliores, ac salubriores sunt, si nondum marem admisere: fœturæ uerò deterrimæ sunt. Boues autem quantò uetustiores, eò quoque par est ut in comparatione deteriores habeantur, frigidiores enim ac siccìores fiunt, & fœminæ multò magis ratione sexus. Difficillimè ergo concoquitur bubula caro, & crassum, turbidum, ac melancholicum succum generat, quod & affirmauit Galenus tertio de facultatibus Alimentorum, dum dixit: [Carnes quidem bouinæ, & ipsæ nõ paucum dant corpori alimentum, neque facilè euaporabile, sanguinem tamen generãt crassiorem quàm conueniat. Et si quis naturâ fuerit melancholicus, ex usu earum, facilè aliqua capietur melancholica passione.] Quamobrem uesẽtes ea largiùs, crebriusq;, si alicui melancholico affectu obnoxij fuerint, eò facilè tentabuntur, in quartanamq; febrem, aut lepram, aut scabiem, aut cancrum, aut elephantiasim, uel melancholiam, aut splenis duritiem, uel cachesiam, siue malum corporis habitum, uel aquam inter cutem, & huiusmodi incident, maximè si otiosi fuerint: qui enim multo ac uehementi utuntur exercitio, non tam facilè læduntur. Mediolanenses integros sale condiunt boues, quod & multis alijs in locis à magnis familijs in usu habetur, ad annua famulorum cibaria: sed ij admodum non pinguescunt, quoniam dura est coctu caro illa, & nullam ferè gustui suauitatem refert, moram longam in uentriculo ducit, & difficilè cõcoquitur, & confecta pessimum succum præbet, longeq; deteriorem, si morbosi fuerint boues, uitiata namq; caro, uitiatos humores & spiritus generat, & aliquando pestilentiæ causam præbet. Vaccæ & ipsæ deterrimæ sunt, ut ex uerbis Rasis uigesimo tertio continentis colligitur: caro namq; omninò insalubris est, nec minùs atræ bilis fœcũda, & crassi sanguinis quàm uetulorum boum. Et si quis bouinam carnem aliquando comedere uoluerit, minùs mala est hyemis, aut autumni tempore, quo calor innatus robustior existit. Notandum etiam, quod illa, quæ de carne bouina diximus, eadem de bubalina, siue buffalina intelligi uolumus: imò & illa met longè deteriora in ea pronunciamus, cùm tenacissimæ sit carnis, atq; etiam deterioris succi, nec fermè nisi apud Hebræos in usu habetur.

Cap. 1.

Nota.

Vaccæ caro mala.

Bubalina prana.

De Agnina

De Agnina, ueruecina, arietina, & ouilla. Cap. V.

Ouilli pecudis usus quot.

VLtos in re cibaria habet usus ouillum pecus, nec solùm lanificio corporis tutela debetur, sed carni, lacti, & caseo. Agni autem carnem, & præcipuè lactantis, humidissimam esse, atq; pituitosam ab omnibus censetur: imò quanto agni natiuitati propinquiores fuerint, tanto humidiorem, & magis lentam, ac mucosam habebunt, quod quotidiè experimur. Quapropter meliorem partem paulò prouectiores tempore assequentur in regionibus frigidis & humidis, nimirum anniculi, dummodò fœminas nõdum inierint. At in regionibus calidioribus, siccioribusq;, multò ante id tempus commodè, ac salubriter uesci possunt. Pabula quoque herbarum odoratissimarum sapidiores, & solida, compactaq; magis substantia reddunt. Ideo huiusmodi laudabiles sunt, & concoctu faciles, bonumq; chimum generantes: minoris enim sunt humiditatis, ac superfluitatis, quod idem met affirmat Princeps secunda primi Doc. secunda. Sic inquit: [Caro annuis agni multi est nutrimenti, & spissi, & boni chimi: qui si etiam binis ouibus diutiùs alatur, nec herbarum pabula nouerit, suauior quidem, ac salubrior haud dubiè erit, & maximam habebit nobilitatem.] Veruecina autem caro est arietum, quibus exempti sunt testes, ab Italis q; castrones appellantur, caro ad temperamentum tendens, & si aliquo modo frigida dici posset: frigescunt enim animalia omnia cùm primùm testes amiserint, ex sententia Galeni, eò quia priuata sunt innati caloris origine, totumq; corporis robur his collabitur, perinde ac si senes fuerint, coarctãtur uenæ, nec sanguis floridus existit, arteriæ quoque parum, ac imbecilliter, sicut senibus pulsant. Testes enim robur animalibus exhibent, atque totum corpus caliditate multa perfundunt: quapropter quæ eis priuantur, nulla Venereorum libidine afficiuntur. Obesi autem, ac pingues ueruеces euadunt, carnisq; suauitatem nõ exiguam acquirunt, quæ satis tenuis, & boni est succi, & concoctu teneritudine substantiæ minimè contumax, nisi ueteres, & antiqui fuerint, quorum carnes pessimæ sunt, tùm ad cõcoquendum, tùm ad succum bonum generandum, tùm ad nutriendum: crassum enim generant sanguinem. Iuuenes ergo & unius anni, boni sunt, & ad sanitatem conuenientes, ad moderatam caliditatem, atque humiditatem declinantes, frequentissimè in usu hominum ueniunt, mensasq; onerant. Etiam Turcarum natio his libentissimè uescitur, tùm assis, tùm elixis. Ius etiam eorum optimum est, quod unà cum carne contra humorem melancholicum admodùm præstat, proceriores atq; nostris uulgaribus ampliores, ac obesiores in Gallia, Belgica, multisq; aliis in locis nascuntur. Arietum autem carnes tam iuuenum, quàm senũ, mali succi, concoctu difficiles, ac insuaues: fœdum enim odorem, ac uirosum saporem referunt. Ideo ex usu ciborum homines sustulerunt, & si nonnulli reperiantur, qui non sine delectatione eorum carnes, atque hircorum etiam comedant, comestasq; præter molestiam concoquant. Verum quam plurimi sunt, qui nec earum odorem ferre possunt, idcirco ab eis abstinere debent: quæ enim gustui ingrata sunt, fugere, atque abhorrere oportet, tanquam ea, quæ concoqui nequeunt. Ouilla quoq; deterrima est, tum temperamenti uitio, & sexus, tum & partuum frequẽtia: mali enim sunt succi, & concoctu difficilis, muccoso etiam, lentoq; ac uiscido humore abundat, quo nihil deterius: sępè tamen pauperes comedunt, eisq; non infimam ob consuetudinem, gratiam habent. Iuuenes ergo si fuerint minùs malæ, nec adeò excrementosæ experiuntur: senes uerò adeò durioris sunt carnis, & illaudati in totum succi, ut ex malitia nutrimenti febribus uescentes præparãt. Interdum etiam ex corruptela concitatur aluus ad inteſtinorum usque difficultatem. Quamobrem illud in commune de uniuersis animãtium partibus meminisse conuenit, duras, siccasq; euadere, ac concoctioni rebelles, ætate confectorum, humidas contra, ac molles, eoq; cõcoctibiles magis iuniorum, nisi ab edito statim partu edantur: at quæ muccosæ omnes sint, præsertim animalium, quę carne humidiore natura prædita sunt, cuiusmodi caro agnorum est, ac porcellorum.

Cap. 15.

Veruecinæ uires.

Frigescunt animalia per testium extractionem.

Nota.

Iuris uires.

Arietum caro mala.

Ouillæ caro.

Documentũ.

De Hæ-

De Hœdina, caprilla, & hircina. Cap. VI.

Antiquorum error.

ET si Arabes de hœdina carne malè scribentes, senserint eam naturæ frigidioris esse: nos tamen in libris Contradicentium, eorum opinionem confutauimus, atque euidenter demonstrauimus, eam in actiuis qualitatibus temperatam esse, imò potiùs ad aliqualem caliditatem declinare: in

Hœdinæ uires.

passiuis uerò etsi siccitate naturali prædita sit, ætatis tamen humiditate contemperari, cùm lactantes à primo mense ad secundum usque comedi soleant, quo tempore tenelli sunt, atque humiditate referti. Ideo inter cæteras quadrupedum carnes hœdina semper, salubritate primatum obtinuit. Galenus etiam dixit quod sola hœdina innoxiè uti licet, quicquid dicant graues illi uiri, innuentes capras nunquam sine febre adinueniri, & per consequens fœtus à morbida parente uitiatum temperamentum contrahere, nec ullam adducunt rationem: constant sanè capras pinguiores fieri, ineunte ac etiam media æstate, quo tempore arborum surculos comedũt. Otio ergo deditis, nec ullo modo laborantib. cõuenientissima est caro hœdina, non tam uerò illis qui grauiter se exercent, moderatum enim alimentum præbent, quod facilè in illis dissipatur, atque euanescit. Sed studiosi nec se exercentes optimum atque conueniens nutrimentum accipiunt, ex ea, quæ tum elixa pariter, atque assata mandi potest, toto uerè ex succo malorum arantiorum: facillimè enim concoquitur, & bonum ac mediocrem inter crassum, & tenuem generat sanguinem. Sunt autem qui diutiùs lactantes à quarto mense usque ad septimum lactando protrahunt, nullo prorsus herbarum pastu, quorum caro duritie nõ caret, & nescio quid saporis uirosi, atque graueolentis acquirit. Romæ etiam passim recenter nati duorum uel trium dierum uenundantur, quos pro habendis pelliculis occidunt, qui tamen mali sunt succi, quia muccosi, ac nimis humidi. Caprina autem caro calida & sicca est, & præter prauum, quem generat succum, etiam acrimoniam habet, atque adeò concoctu difficilis est, ut uix confici possit: flatus, & eructationes excitat si non concoquatur, & choleram morbum parit. Estq; ut Hippocrates testatur quarto de uictu in Acutis, longè bouina deterior. Princeps quoque & ipse affirmat secundo canone, caprinam carnem siccam, atque concoctu ualdè difficilem esse. Nihilominus, si castrati animalis, atque iuuenis fuerit, laudabilior fiet. Castrati enim caro, acumen deponit, & uirosum ac graueolentem illum saporem remittit, pinguescit animal, & caro, humidior, ac gustui gratior euadit, quæ cùm non adeò sit concoctu difficilis, laudabiliorem generat sanguinem, licet in uniuersum succi prauitate haud carere possit: imò qui comitiali morbo proni sunt, illam prorsus effugere debent, inter enim cætera animalia, sæpè eo affectu corripiuntur, ut earum custodes affirmant, qui & eandem met affectionem facillimè subeunt, atque quamplurimi illa concomitante pereunt. Hircina quoque, tùm ad concoquẽdum, tùm ad bonum generandum sanguinem deterrima est: fœdissima enim inter omnia animalia est, atque in cibis damnata, licet non desint nationes castratos hircos comedẽtes, nec gustui ingratos esse asserẽtes. Calida nimis & sicca est, nec nõ & flatuosa, quæ si antiquioris fuerit hirci, longè etiam erit deterrima, cùm sanguinem melancholicum pariat. Est & aliud caprearum ferarum genus, nec à nostris absimile: hæ quidem tantummodò montium incolæ sunt, nec unquam in plana descendunt, imò præaltis sæpè rupibus insident, quarum caro durior, magisq; siccesens est, quæ & atrum (ut cætera syluestria) succum generat, & concoctu difficilem, atq; saporis, odoris graueolentiam quandan refert. Damę autem non eiusdem sunt speciei, ac naturę, quia earum caro pinguis est, saporemq; ueruecis gratum habet, ut referunt qui eam comederunt, sed & ipsa, nec effugere potuit, quin crassiorem, ac melancholicum generaret sanguinem, cum syluestris sit.

Nota.

Caprinæ uires.

Sec. 100.

Castrati caro laudabilior.

Nota.

Hircinæ uires.

Caprearum ferarum uis.

Damæ.

De Capreolo, ceruo, lepore, ac cuniculo. Cap. VII.

INter cæteras ſylueſtrium carnes, maximè capreoli approbata eſt: ex uetloci enim & aſsiduo motu à ſuperfluis humiditatibus exoneratur, tenerioréq;, & concoctu facilior efficitur, nec illam ſaporis, odoriſq; graueolentiam habet, quoniam ex motu attenuatur ſanguis, rarefit corpus, apertiuntur meatus, & humores, qui ſunt cauſa prauitatis odoris, reſoluuntur. Optimè nutrit, & in actiuis qualitatibus temperata cenſetur: in paſsiuis uerò ad ſuccum declinat. Eligatur iuuenis, quia uno propè ſcribentium conſenſu ſylueſtribus omnibus ut diximus prælata eſt, saporis, alimentiq; bonitate, conſtitutionis tenuitate, concoctionis facilitate, excrementorum paucitate, licet nec prorſùs nulla generandi atrabiliarij humoris culpa carere potuerit, cùm ad ſiccitatem inclinet: ob id antiqua mala eſt, qui tota in melancholicũ ſanguinẽ cõuertitur. Tẽperatur uerò ſiccitas, ſi ſolo oleo incoquatur, aut alij id genus humentioribus. Caro tùm elixa, tũ aſſa etiam ſalubrior exiſtit, & Romæ præcipuè nobiliorum menſas ornat, perſæpè uarijs modis parata, ac condita, ſed inaſſata potiùs, quàm elixa, et panificio incruſtata. Ceruus autem diutiſsimè uiuit, cuius caro cùm dura, ac ſicca ſit, ob id aſininæ proxima, eoq; ab hominum uſu abdicanda cenſetur, concoctu enim difficilis eſt, atque melancholica, & ueſcentium corpora ad acutas febres, alias q; prauas affectiones præparat. Raro ergo deguſtate oportet, fitq; iuuenis cerui, qui nondum iuſtam ſui temperamenti ſiccitatem acceperit, quia tunc adminiculo tenerioris, humidioriſq; ætatis, minùs mali ſucci, palatoq; acceptior erit: conſiſtente uerò ætate, creſcente ſemper ſiccitate, & duritie carnis, deterior euadit, & quartanas, nec non & alias atrabiliarias paſsiones procreat. Tempore quoque libidinis caro fœtet, perinde atq; hircorum, & peſsima eſt. Nec boni ſunt ſucci nondum nati, ſed de uentre matris euulſi, quos potentes Principes maximis in delitijs habere ſolent, mucoris enim pleni ſunt, & ſucci crudioris: ſæpè eoſdem etiam deguſtaſſe uidi cornua mollia nuper exorta, lanugine quadam obducta, & nondum ſiccata, atque tanta eſt noſtri temporis gulæ libido, quod in uſum menſarum uerterunt, in quibus tamen nullus eſt ſapor, nullaque ſalubritas, imò glutinoſa, craſſa, & terreſtria ſunt. In ceruorum etiam cordè oſsicula quædam reperiri ſolent, quæ multis morbis opem ſalutarem adferunt, & maximè uenenis aduerſantur, ut & cornua, & præcipuè ſi à menſe Auguſti per totum uſque Septembrem fuerint detruncata, quo tempore maximè uigent, ſuasq; uires in ſummo tenent. Adhuc quoque magna eſt de leporis temperamento controuerſia, cùm alij carnem leporinam calidam eſſe affirment, ut Arabes ferè omnes, alij uerò frigidam & ſiccam. Nos tamen ut diſputationes effugiamus, illam frigidam & ſiccam eſſe cenſemus, quod idem ſenſiſſe uidetur Galenus, qui in libro de Attenuante uictus ratione dixit, eam ſanguinem uehementer craſſum gignere, bubulla tamen, & ouilla meliorem. Præterea cùm ſit caro dura, ad gignendam atram bilem idonea atque animalis timidiſsimi, quæ omnia ſunt ſigna frigidi atque ſicci temperamenti, minus tamen iuuenculorum, quos lepuſculos uocamus, & illos non tam nocuos eſſe experimur, guſtui etiam iucundiores ſunt, imò bimeſtres & trimeſtres longè octimeſtribus, & anniculis precioſiores, & ſuauiores exiſtunt, léporibus tota Italia ſcatet, ipſorumq; uenatio nobiliſsimis ferè omnibus iuuenibus peculiaris eſt, & capiuntur omni fermè tempore, unde niſi fœcundi admodum eſſent, genus equidem iam deſijſſet. Varijs modis conditur léporum caro, & ut plurimum ex aqua, & uino elixatur, poſtea in aſſatu, uel panificio incruſtatur, & ſic multos perdurat dies, & præcipuè hyberno tempore. Inter autem cætera animalia ſylueſtria, craſsiorem quidem generat ſanguinem, & difficilè cõcoquitur, ac aluum ſtringit, uigilias inducit, nec non & ſomnia uaria, ac tumultuoſa, eius quoq; ſanguis uarios habet in re medica uſus. Ferunt alpium incolæ lépores hyberno frigore exalbeſcere, ac totos candidos fieri, atq; hoc niuis pabulo fieri aiunt, neſcio qua ratione ducti, cùm nix nullum aut exiguum præbeat alimentum. Adde, quod in prælatis

Capreoli uires.

Mala.

Nota.

Cerui uires.

Nota.

Os cordis.

Léporis uires.

Cap. 8.

Nota.

Nota.

etiam niuibus, nunquam deest aliquid, quod degustare, aut delibrare possint, quod immenso potiùs frigore, quo calor innatus retrahitur fieri existimandum, nam parum nutrimenti extimæ partes sentiunt, idq; pituitosius, ex quo pilorum candor oriri solet, quo tempore caro minùs suauis est, quia frigore indurata, atque humore expressa. Cuniculus quoque lepori ualdè simillimum est animal. facie atq; forma, magnitudine uerò inferiùs, ac colore diuerso: uersicolores enim sæpè spectantur cuniculi, & aliquando toti candidi, aut nigri, aut cęsij, atq; huiusmodi, suntq; carne albidiores, nec tam sicca, quàm leporina: & ideò melius nutrit, & facilius concoquit, sed & ipsa humorem melancholicum parit. In cæteris, quæ de leporum bonitate, ac uitio diximus, eadem de cuniculis pronunciamus, cùm parùm à natura eorum absint. Iuuenes enim & tenelli meliores sunt, reliqui uerò uetustiores abdicandi, cùm nulla nec saporis iucunditas, nec salubritas eis insit, & carne prædura sint præditi. Inassantur omnes, & rarò apud nos elixantur.

Cuniculi uires.

De Erinaceis, histrice, sciuris, atq; gliribus. Cap. VIII.

VIta erinaceorum, siue ericiorum habentur genera, teste Aristotele: sed hîc de terrestribus tantùm agimus, qui & si aliàs solummodò in arte medica locum habuerint: nunc uerò adeò gulę intenti sumus, etiam in ciborum usum traduxerimus, quamuis exiguum admodum carnis in se contineant, quam ad sanitatem nõ laudamus, sed quia maximam habet digerendi atq; exsiccandi facultatem. Iccirco Galenus dixit eam siccatam, & in polinem redactã, potuiq; exhibitam, elephanto obnoxijs, & ijs qui mali sunt habitus, tum conuulsionem sæpè patientibus, & nephriticis, atq; ijs, qui aqua inter cutem laborant, quã anasarcam appellant, conferre. Histrix quoq; animal est ericio ualdè simile, quod nostrates porcum spinosum uocant, in India, Africa, atq; Italia etiam oritur, et aliqui in cibatu assumunt, alimentum tamen improbum parit, uixq; concoquitur, nec saporem gratum habet. Sciuri autem frequentes sunt Sabi syluæ, ac nemora abundant, & montanæ gentes eos uenantur, nec sine uoluptate, quoniam cursu, recursuq; ex una arbore in aliam transiliunt, & colore albo, & nigro distinguuntur, à nõnullis comeduntur cùm præpingues fuerint, alimentum tamen exiguum, aridum, & atrabiliarium exhibent, & cùm mansuescunt in delitijs maximis habentur. Glires uerò animalia sunt muribus ualdè similia, quæ ferunt maiori anni tempore dormire, atq; somno mirum in modũ pinguescere hyemis tempore. Aestate uerò glandes, nuces iuglandes, atq; castaneas comedunt, & præpingues meliores sunt. Atq; in epulis Romanorum non exiguam habuerunt gratiam, quia gustui satis iucundi sunt. Assati quidem, aut in sartagine frixi siccius corpori dant alimentum, in patinis uerò conditi humidius, & paralyticis utilissimi censentur.

Ericiorum uires.

Histricis uires.

Sciurorum uires.

Glirium uires.

De Reliquis id genus animalibus ab usu ciborum damnatis. Cap. IX.

AM hûcusque de animalium carnibus, quæ continuo apud omnes in usu esse solent, egimus: nunc reliquum esset de cæteris sermonem habere, quæ nullo apud nos in ciborum usu existunt, & si quandoque ab aliquibus assuetis, aut meliorum inopia degustentur, quæ tamen cùm potissimum naturæ nostræ sint obnoxia, atq; tanquam de directo oppositа. Iccirco ea prę termittere decreuimus, ueluti & ab alijs incremento prætermissa, atque reprobata fuerint. Quid enim de ursi, ac uulpecularum carnibus pro usu humano dicere possumus? quibus etsi Alpini quidam populi uescantur, iniquum tamen, atque atrabiliarium succum creant, nec desunt etiam qui asinorum domesticorum, & syluestrium carnes mandunt, quæ pessimi sunt succi, concoctu difficillimæ, atque uentriculum lædunt. Præterea edendo omninò sunt insuaues, quemadmodum equorum, camelorum, leonum, pardalium siue pantherarum, earum præpinguium maximè, atque aliorum huiusmodi carnes, quæ ualdè uentriculi substantiæ aduersantur,

Nota.

santur,ac concoctu contumacissimæ sunt, quia in natura suasunt duræ,siccæ, uiscidæ,lentæ,multarumq; superfluitatum,& abominabilis saporis,imò humanæ naturali temperiei contrariæ, quæ nec sanguinem purum, mundum, aut clarum generant, sed aliæ in phlegma, aliæ in bilem, aliæ in atrum humorem addunt. Quapropter non nisi bonum est huiusmodi dimittere, non talia cibaria,quæ prauum generant alimentum, aut humorem crudum in uentriculo, aut bilem, aut serosum humorem,aut humorem nigrum,aut humorem putridum, aut in flatum conuertuntur,& permeant ad iecur, & implent uenas, & uasa similibus, & quandoque generant bonum chylum, & postmodum per iecoris uitium, in unum, aut plura ex his transeunt,& hoc est deterius,præsertim quia non facilè dignoscitur,& difficiliùs occurritur. Læditur autem uentriculi coctio, si non uacuus sit, & maximè si redundet alio, quàm simplici mediocri pituita, à uigilia,à motu post cibum, à qualitate, uel quantitate assumptorum,à fæcum retentione,& à uitijs aliorum membrorum,præsertim iecoris,& cordis. Hæc igitur de his neglectis sufficiunt, nec ulteriùs sermonem protrahamus,quoniam non nisi legentium fastidio, aut temporis iactura procedere posset.Sat itaq; erit unius exemplo diligenter,& adamussim assumpto, cuncta prosequi,quæ de eo non solùm dici possunt, sed etiã excogitari,& sic eadem norma,omnia alia illius generis assequemur,& nõ ut nobis placeamus, atq; fingamus, quæ placere uolumus, (ut plurimum enim contingit sordida quotidie damnare & detestari,illis tamen magis oblectari)sed ut recta ratione uiuamus.

Iecoris uitium deterrimum.

De Cochleis,atq; testudinibus. Cap. X.

MOre solito de cochleis seu limacibus, quæ diuersis inter hæc generibus (quamuis plures testaceas esse affirment)collocantur, sermonem instituti hoc animal quatuor habet cornuum mollia, duo maiora satis, reliqua exigua:omnia quæ exerit, ac contrahit suo arbitrio, Bruerius adeò ociter historiam eorum tractat,ut solùm duo cornua dicat habere (quod & Plinius) quasi nunquam uiderit animal omnibus regionibus familiare.Vnde fit ut testimonio illius non ausim fidere.Et maximè quod plures quasi earum historiam attingerint quàm uelim.Cutem habet præduram,cristatam,orbiculatam, & in acutum desinentem,ideo etiam turbinatæ appellantur quoniam in anfractum intorquentur à dextra in sinistrã partem,inflectitur si caput in sublimi colloces, & ex dorso ad caudam lustres,caput exiguum ualdè,sed collum amplissimum iuxta os, quod uix uidetur cornicula exigua,supra in capite tamen maiora.Et in tam paruo ore denticuli,quos cernere uix licet. Ex plantis maximè asphodelum insectatur, qui & contra uenena ualet. Abdunt se hærentes lapidibus, & arboribus, atque etiam herbis, & sub terra apparent ut uidi,& Plinius etiam testatur:à magnis imbribus,& corrupto aëre prodeunt:si genitæ statim,quomodo tam grandes? si exerunt se ubi latuerunt? Capita & effigiem equorum, alij boum referre putant. Sũt genera præcipua quatuor,contestæ,quæ sub terra latent:sine testa, quæ lapidem in capite candidum ferunt,& uerè limaces sine terrorio,marinæq;.Est in illis intestinum, quod ab ore per utranq; partem tẽdit ad uentrem,antea papauere genito:post quasi nudum, & exile ad annum fertur, (ut inquit Aristoteles) ubi etiã docet idem inesse fermè testaceis omnibus,uelut purpuris,& ostreis,sed non eodem modo,et dentes cochlearum esse tenues,ac duros.In parte autem media est lucidum,ac quasi perspicuum, quod uice iecoris fungitur.Quæ paruę,& quasi albæ,& contectę sunt,sæpè uomitum pro uocare solent.Sunt Africanæ,solitanæ uocatæ(cum aliæ eiusdem regionis mediocres sint)quarum testæ capiunt aliquando libras x x.humoris. Sũt ergo hæ(ut Scribonius refert)præcipuè uentriculi doloribus sedandis amicitiæ munere utiles ualde:quamuis omne illarum genus ei morbo conferant,ut expertus sum,ac magis salubres,quàm hieræ Galeni species.Velut & iecori caro earum saluberrima:substantiæ similitudine,seu proprietate,ut Galenus testatur.Aqua uerò quæ ex eis destillatur duplici uase pulmoni. Nil illis utilius lauri foliis,& paucis,&ut uase mundo,&

Cochlearum descriptio.

Asphodelus contra uenenum.

Cochlearum quatuor genera.

4.de Partibus animal. cap. 5.pag. 2.

Nota.

Cochleæ uentriculi doloribus utiles & iecori.

8. de Med. secundum locos. in dies aqua luſtrato emolliantur, purgentur, atq; pingueſcant etiã magis. Ius tamẽ illarum melius eſt quàm caro, quæ prædura eſt: nec illa trina coctio admodũ conducere uidentur, cùm ſint inſipidæ, & nihilominùs duræ, & minùs nutriãt: cum ignea enim parte etiam ocrea obducitur, coquuntur cum lauri foliis, deſpumatur, additur ſalis parum, oleo ſatis ad diuturnam coctionẽ. Ius earum ſic pręparatũ ſi non ingratum ſit, aperit obſtructiones iecoris, & pulmonis, ac ipſum lenit: impinguat iecur, & uentriculũ roborat, & dolorem eius aufert: tollit lienem etiam, non tamen in hoc multum præſtat, niſi quantũ ex lauro habetur: arenas & lapillos utraq; cauſa cõminuit, & educit, tabidis utile eſt. Et partes quæ teneræ ſunt, ſcilicet papauer, & quod in uiſceribus ab inedia, & dicta purgatione continetur. Similiter & corneæ partes, maximè inferior, quę mollior eſt, & minor conducũt illis, & boni cenſentur alimenti. Tunicæ cutis tota, & quicquid ſub dentibus crepat eſui ineptæ ſunt. Quæ pane & ſapa impinguatæ ſunt, meliores habentur: ſunt aũt cochleæ Africanæ etiam minores aliæ, nam ſunt fœcundæ, ut inquit Plinius: ſicut Reatino agro albæ. Illyricas magnitudine præfert, ſicut ſolitanas nobilitate. Sunt aũt ſolitanæ etiam ex Africa, dicente Varrone, à quo accepit Plinius (quanquã ex Africa quæ uocantur ſolitanę) eas uult eſſe adeò capaces. Sed iam propiùs eò accedamus, & quæ ad propoſitum maximè ſunt neceſſaria, doceamus. Cochleæ igitur paucum, & craſſum exhibent alimentum, ideò generãt ſanguinem etiam atrum: & ut breuiter dicam melancholicum, ideoq; etiam obſtructiones pariũt. Omnia craſſa, & lenta, & quæ multum nutriunt, obſtructiones parere conſueuerunt, quo circa ſenibus incommoda. Manifeſtum eſt etiam quod omnia, quæ dura ſunt, aut craſſa, ægrè conficiuntur, ideoq; ſerò etiam: multiplici ergo ratione ſenibus obſunt. Octauò tamen de compoſitione Pharmacorum connumerat eas inter illa, quæ uires reficere ſolent, cum ouis ſorbilibus & bulbis. Rurſùs eaſdem connumerat ibidem ut ſtomacho ſalubres, cum bulbis dicit, quia excrementum humidum uentriculi ſiccant. Paulò inferiùs, ut ualdè utiles iecori, & proprias illi laudat. Siccant igitur ualdè humidum ſuperfluum, & aſtringunt, ſolidumq; exhibent alimentum: ob hæc omnia uentriculo ſunt utiliſſimæ. Prohibent enim quicquam inutile illi influi. Et ſi timeatur ex eis obſtructio modicè ſiccata, & minimè ſalita, iubet Galenus edere ſenes. Declarauimus enim ſæpè ſalem nil aliud eſſe, quàm quod igneum eſt in mixtis omnibus, oleum autem aërem: ſed omne ius cochleæ præcipuè Africanæ aluum mouet, & marinæ etiam magis. Quid mirum cùm eas exhibeat Galenus etiam, cùm ita nono de Compoſitione ſecundùm locos. At dices grauis eſt ad concoquendum, nil minùs ſi omnes tunicas exceperis. Abſtine ergo ab illis ab externa parte, in qua caput, & collum à nigro illo fœculento, à cornea parte, quæ dura eſt, nõ quæ mollior, ſeu ex iuuenta animalis, ſeu ex cibo, quo depaſta eſt, ſeu quia in imo uentris ea optima eſt, & papauer cum fuerit expurgatione factum flaui coloris, hæc omnia cùm mollia ſint, celeriter, & facilè concoquuntur: conuertuntur enim haud dubiè facilè, & celeriter concoqui, ſed & contenta in uiſceribus omnia cùm flaueſcunt. Idem enim eſt flauum in cochlea, quod in hœdis, uitulis, & piſcibus album, & exquiſitè candidum in iuuenculis, papauer, & corneum, & illud quod à lęua eſt inſtar farciminis etiam candidiſſima ſunt. Videtur autem inteſtinum regredi ab imo ad partem ſuperiorem, quòd natura nullum in cauda habeat exitum. At omnis pinguedo in puro animali, & circa collum extra, & ubique intus candida eſt, & ſuauis. Cùm ergo quicquid in cochleis continetur præter membranas molle ſit, & coctum in uentre animalis, ueriſimile eſt quod ſint cõcoctu facillima. Quod enim in uiſceribus concretũ eſt, formã, & naturã ſanguinis habet. Cęterùm accipiemus limaces (dicuntur aũt à limo, quod ex eo generentur, & alantur) ex cultis locis, contectas, aut pingues, & iuuenculas, quod dignoſcitur, quoniam non poſſunt facilè à ſua concha eximi: repurgabimus cum lauro per tres dies adiecto ſalis modico, & lacte, aut ſapa, inde diligenter abluemus cum alijs lauri ramis coquemus deſpumando, donec molles uideãtur, exutis à domibus præcidemus, quod ſolet ex arca prominere, & eis per mediũ diuiſis abijciemus inteſtinum totum reuolutũ à capite ad locum caudæ ſupremum, & totum diligẽ

Stillatitiæ facultas.

Iuris uires.

Lib. 9. cap. 56.

Lib. 3. cap. 14.

Cochlearum uires.

Lib. de atra bile, c. 4. in princ.

5. de Tuenda ſanitate cap. 6.

Cap. 4.

Cap. 8.

Cap. 4.

Limaces unde dictæ.

Meliores.

Præparandi modus.

diligenter lauabimus: post ex residuo faciemus partes quatuor, membranaceam, candidam, corneam, & flauam, cutem totã abijciemus. Flaua à cornea differt, quod splendida non est, corneam edemus diligenter attritam dentibus, aut pistillo, concreto sanguini similem, frixam in sartagine. Membraneam subigemus pistillo, inde addemus passum crocum, adipem, at oleum, petroselinum, aut cæpas, & cum alba parte benè contrita efficiemus offas, quas coctas edemus, nec mireris diligentiam, aut refugias laborem. Est enim illius conditio uelut tritici: Galenus ter illas coqui iubet, ut teneriores euadant, licet pleræq; ex his sint, quæ quantò diutiùs coquuntur, eò duriores fiant. In uniuersum autem pamphaga hæc uelut Gallinæ, astaci, cochleæq; cautè comedenda sunt. Nec periculo uacant, quæ unum habent uentriculum, uelut pisces omnes, quorum uentrem qui edat non solùm suilli moris est, & immũdus: sed graue periculum subit: periêre quidam piscium intestinis deuoratis, audio etiam comesta limace: ea enim hæret fœdis, & corruptis rebus, tum etiam ueneno præditis plantis, ut non mirũ sit si diecula extinctus sit. Quàm stultum est tanto periculo se exponere, hærent fungis, serpentibus, tabescentibus, napello. Pericli-taremur etiam à gallinis, sed illas defendit ingluuies, ubi uenenum retunditur, & mors animalis ipsius: propterea sponte mortua edere prohibuit Moses. Vbi ergo limacem edere cogimur, alatur in olla quindecim saltem diebus, & sæpiùs locus mutetur, ac mundetur, aut foliis lauri uirentibus purgetur, aut ex his sint, quæ adhuc in cortice latent: in omnibus autem quæ non ex certo genere alimenti uiuunt, uenter, uentriculusq; abijciantur, uelut etiã testudinibus lutosis, ac astasis, & piscibus: nam quadrupedum uiscera antequam edãtur, expurgari solent. Testudinum autem tria sunt genera, palustres, marinæ, & terres. Palustres deteriores sunt terrestribus, quòd in cœno latitent, eoq; & limosa uligine alantur: terrestres Africanæ maximæ, & adeò uersus lepras, elephantiasim, sanguinisq; corruptionem, commodissimus usus: omnibus commune est difficulter concoqui crassum, & non multum præbere alimentum, & multum ouorum, multumq; iecoris habere, cætera parùm ad conceptum naturæ similitudine aduersus abortum: his quibus infantes, ubi statim nati fuerint pereunt, utiles sunt. Crura etiam & partes interiores marenarum, quæ maxima sunt, suauem habent carnem, & bonum præbent alimentum, hecticis quoque conferunt, sed terrestres cæteris sunt utiliores, caro earum candida est, & pulli carni simillima parùm inter carnes nutriunt, plus tamẽ piscibus diu uiuere creduntur. Ius earum optimum est, & bene nutrit, & sanguinem contra uenena præclarè auxiliari omnes uno ore prædicant.

Pamphaga cautè comedenda.

Nota.

Vt tutò limacem edas.

Testudinum tria genera.

Vires.

De Lacte. Cap. XI.

POstquam de Quadrupedum carnibus quæ mortalium cibos adiuuant, pertractauimus: consequens est, ut de his disseramus, quæ præter carnes, alimenta quoq; adaugent, & primùm de lacte, cuius memoria cùm mecum reuoluo, nihil non posse hac in arte mihi uideo: nam quid lacte antiquius? sine quo nullus ad iuuentam peruenire potest, neque ab infantia ali: nam & si barbarorum filij polenta ex aqua & farina, ut superiùs diximus, nutriantur, non tamen ante quadragesimũ diem, paucis ante trimestre spacium. Quid dulcius, quid iucundius, quid notius, quid utilius, cùm unũ hoc sit quod stat loco cibi, ac potus? Vnde laudatur pietas filiæ, quæ senem patrem in carceribus ad mortem ex inædia damnatum, lactauit. Et tamen in hoc antiqui adeò negligentes fuerunt, ut ex sex partibus, duas tantum agnouerint, caseum & serum. Nam quod Hippocrates in quarto de Morbis butyri meminerit, & extrahere docuerit: non est ideò existimandum butyrum Hippocrati notum fuisse, quod neque Aristoteli notum fuerit? sed ex hoc deprehenditur authorem quarti de Morbis non solum Hippocratem magnum non fuisse, sed neque filij, uel generi, aut nepotis alterius: quandoquidem hi omnes ante Aristotelis ętatem mortui essent. Aristoteles autem nihil ignorauit eorum, quæ sua ætate nota fuerunt. Demiror postmodum Galenum, cuius cum æta-

Lactis laudes.

Quartum de morbis non esse Hippocratis.

Notatur Galenus.

te butyrum notum esset, tamen neque eius naturam in alendo docuit, & Dioscoridi refragatur, dicenti ex ouibus, & capris haberi quod & experimento cognitum est, ut etiam Bruyerinus affirmat, cuius est hoc inuentum, dicens, tantùm ex bouino lacte butyrum excipi. In quo non potest excusari quod paucum intelligat: nam nec hoc Dioscorides prætermisit, quin & usum eius in cibis qualemcunque à Dioscoride traditum uolens, ac sciens prætermittit. Sed neque quenquam inueni, qui omnes illius partes perfectè intellexerit, multò minùs, ut quale præberet alimẽtum,

Lactis partes. eadem edocuerit. Idem tamen Bruyerinus propiùs accesit. Ergo in lacte partes simplicis sunt sex, compositæ autem seu à natura alienæ quatuor, ut in uniuersum sint decem: lactis quidem uires aliæ sunt, aliæ pro diuersorum animalium natura: at de ascititijs sermo non erit, utpote, quod obscurum non sit, optimum esse recens à partu inueteratum pessimum sanè animalis aciuuenis, quod neque fame laborauerit, neque cibis prauis nutritum sit, nec labore fatigatum, nec timore oppressum,

Lac ex quo animali. non macilentum, sed lac omne animalis herbas comedentis in regionibus nostris utile est, dico uaccæ, capræ, ouis, asinæ, equæ, capreoli autem ac cerui, & cuniculi, & léporis paucum: sed omne utile non ita carnis, aut lupi, quanquam fabulentur Romulum & Remum à lupa educatos: deteriùs est leoninum. Camelinum suprema medicina Ascitis, & in usu frequenti Afris: de Elephantino nil comperti habeo, forsan crassius est, quàm ut homini conueniat: sex igitur generum est, humanoq; addito septem. Conueniunt omnia genera lactis, quod bene nutriunt, aluum leniũt, sitim sedant, uenenis aduersantur nullum, aliud genus cibi misceri sibi utiliter patiuntur, minore iactura panis coctus, & etiam qualis edi solet, & aqua ei sociantur: cætera omnia non sine periculo, sed omnium maximè uinum, & quando potentius, & pisces, & horei fructus, & legumina.

De Lactis partibus simplicibus. Cap. XII.

Cap. 13. Lactis spuma. Vires. PRima uocatur spuma lactis, in frequenti usu Mediolani, Galeno Romæ cognita libro de cibis boni & mali succi, Aphrogalam Græco more uocat, fit agitatione lactis perpetua, & ut etiam butyrum, sed spuma paulatim, & perpetuò demitur, quæ cùm pinguem, ac lentam secum materiam habeat, butyri nempe, durat per totam diem. Hæc pars leuis admodum coctionis est, suauissima, boni alimenti, sed pauci, ac minimè solidi, perperàm editur post cibũ: sed ante tamen quod pinguis sit, deijcit appetentiam, non obstruit, neque lapides gignit quod tenuissima. Qui saccharum addunt, melius non solùm suauius efficiunt. Alimentum hoc cum pane solo innoxium est, nec uino mistum adeò perturbat hominem, ut lac ipsum, secunda pars est aqua, neque enim dubium est, quin sit simplex, cùm post omnia relinquatur, uel ab initio ab omnibus separetur, sicut & de ea parte quę recocta dicitur: quam constat remanere post caseum, ut dubium nõ sit, quin hæ tres partes simplices singulæ non sint. Sed iam de aqua lactis dicamus,

Aqua lactis. quæ alimentum non dici potest, sed aut cum alimento mista, aut potus, aut medicamentum: igitur ut cum alimento mista, id est, lacti proprio, efficit ut extinguat sitim, cùm nulla alia pars huiusmodi sit in lacte, imò reliquæ potiùs aut augent, aut excitant. Lac ergo cùm sitim sedet, maximè, ut inquit Auenzoar, & melius quàm aqua, longè autem magis quàm uinum, & id ob aquam quæ in eo est, dubium non est quin aqua plurimum sitim non extinguat. Sed & ipsum lac penetrare facit, minuitq; pinguedinis fastidium, & temperat illius caliditatem, cùm sit frigida, & humida: & quia serosum aliquid habet, aluum deijcit, quo fit ut totum ipsum lac inter

Lac aluum deijcit. ea numeretur, quæ aluum deijciunt, cùm singulæ illius partes aliæ potiùs astringãt, quàm leniant, aut moueant aluum: seorsum igitur aqua lactis hæc omnia abundè potest, scilicet sitim extinguere, penetrare in uenas, quod Arabes appellant aperire, refrigerare, humectare, detergere, atq; aluum mouere. Antiqui ad hoc uncias circiter quadraginta, id est, quinq; heminas teste Dioscoride exhibebant. Verum pluri-

Modus extrahendi aquam lactis. mum refert quibus modis detrahatur: Et licet in omnes partes modus ipse separãdi aquam emanet, manifestiùs tamen afficitur ipsa aqua. Et separatur quidem lac calefa-

calefactum, si uas ipsum in aquam frigidam immittatur: nam ob frigiditatem coguntur partes crassiores, ut necessarium sit tenuiores separari, hæc aqua omnium quæ à lacte detrahuntur, purissima est, minus aëris, sed frigida, humida, insipida, ac subdulcis, sedans sitim, aluum minus mouet. Proxima huic est, cum lacti eo modo calefacto dum refrigeratur oxymel injicitur: hæc frigidior est, & magis permeat uenas, magisq; sedat sitim, at aluum pariter mouet, & in reliquis similis priori: sed si lo co oxymelis addas mulsum exuino, scilicet ac melle, minùs erit frigida, minusq; humida, magis deterget, aperiet uenas, aluum mouebit, & iucundior. Sed si coagulo separata fuerit, erit acris, mordax, magis aperiet uenas, magis aluum subducet, medicamentiq; instar erit, non sedabit sitim, deterget, calidæ & siccæ facultatis uidebitur uentriculo minus amica, nisi fuerit frigidior & humidior. Quæ gallio cogitur, media natura est inter eam, quæ solo frigore, & coagulo subducta est: cõfertq; mẽbris munitionis, quoniam gallium ipsum iucundi est odoris. Quæ uerò pressura uocatur, & ipsa lac coagulat, minùs efficaci aqua, quæ cogitur flore cardui, & ipsa parum distat à temperamento, at omnium efficacissima & acris, quæ lacte ficus, aut caprifici, ualenter enim purgat. In uniuersum multa sunt quæ aquam ex lacte eliciunt, uel quoniam cogunt, ut frigida, uel quia separant, ut acria, & oxymel, quibus omnibus calor auxiliatur. Itaque & gingibere quidam lac coagularunt: alij etiam superstitiosiùs piscium intestinis quibusdam ut lucij, sed si in aqua illa quæ aliter separata sit igniti lapides, aut candens chalybs immersus sæpiùs fuerit, post purgationem astringentis ac membris robur addet, siccabitq; magis, ac magis refrigerabit: ob id dysentericis fluxionibus non parum confert, maximè qui cum febre fuerint: sed & minus acris reddit absumpta ignea tenuiore, & calidiore parte. Succedit huic recocta, quam constat esse terream partem, ac minimè pinguem, postquam subducto caseo diligenter, & exquisitè relinquitur. Alimentum eius frigidum, & tenax, ad lapides procreandos paratum, obstructiones parit, & flatuosam melancholiam: nihilominus à cœna sumpta somnũ facit, & putredini minimè obnoxia est, omnes sistit fluxiones, aluũ, urinas, sudoresq; cohibet, extinguit sitim, cum oxymelite innoxia est, modo uentriculus frigidus non sit: at frigido uentriculo noxia est, cerebro, & neruis, atque oculis, sed magis etiam dentibus, dysenterijs utilis duplici usu. Caseus quarta pars est simplex lactis, nam & post butyrum, & ante recoctã extrahitur, & in lacte asinino. Et in asinino plus casei, quàm butyri, quod penè nullum est, in ouillo autem etsi butyri, atque caprillo sit non parum, ut Dioscorides, & Bruyerus rectè affirmant, plus tamen satis in eis, ut experimentum etiam docet casei, quàm butyri: & minus butyri, quàm in uaccino. Temperamenti est humidi qui recens est, ac frigidi in secundi initio si salitus non sit, aluum sistit, uentriculo utilis nõ parum, & corpus impinguat, & difficulter concoquitur. Est enim edulium robustum, ut ait Hippocrates: crassum humorem ob id gignit, meliorq; est calidam habentibus naturam, & siccam, quàm frigidam aut humidam. Ideo si tenerrimus sit, & eadem die factus, etiam lenire uentrem potest, nondum exutus aquea prorsùs parte secum congenita. Verùm ratio alimenti, & medicamenti diuersa est, optimus enim est quisquis recens est admodum, & sale caret: at habentibus uentriculum frigidum, aut imbecillem, forsan non adeò utilis, præsertim si non temperatè quis eo utatur. Eligatur mollis, ac pinguis, leuisq;, suauis gustu, odore iucundus, quiq; facilè frangitur. Ouillus etiam facilioris est coctionis, atq; minùs terreus. Et in uniuersum quantò minus uaccino ouillus nutrit, tantò melius præstat alimentum, caprillus autem ambobus deterior est: cauendum est autem ne uel innoxius multitudine, detrimentum afferat, aut mistione eorum, quæ penetrant plurimum, & petroselinum, fœniculus, aromata pleraque, uel quæ citò transeunt, uelut uinum, ac dulcia. Vitia casei sunt sal, sapor acidus, uetustas, & quæ ad illam consequuntur salitus multum, materia est lapidis, & sitim generat, difficilisq; est concoctionis: acidus uentriculum, & iecur debilitat, ut omnia acida, sed ipsum eo magis, quo grauius est, & hæret, & est naturæ amicum: uetustus cariosus est, corruptus omnium malorũ author est. Salitus præterea sanguinẽ exurit, & atram generat bilem, antiquus ut dixi deterior est

Nota.

Vt aqua lactis astringat.

Recocta, quæ & eius uires.

Nota.

Caseus quis.

Lac asinimum plus casei quàm butyri habet.

Videto contrad. 79.

Casei uires.

Ouillus melior.

Casei uitia.

rior est salso, & capitis dolorem facit, & ualdè sistit uentrem, & urinas cohibet, & crassiores reddit. Et uetustus tantò magis atram bilem generat, quantò salitus flauam, aut ut plerunq; flaua deteriorem. Videtur autem tempus non determinare uetustatem, sed natura: nam saliti celeriùs senescunt, & sicci, & crassi, & minimè pingues: post annum tamen nisi oleo assiduè humectentur, uetusti sunt appellandi. Propterea qui leues sunt spongiosi, pingues, atque friabiles, quæ res quasi inuicem pugnant, caseum (& nouus dici possit) efficiunt, optimus est omnium, qui oleo immersus seruatur, ut odorem, saporemq; seruet recentis, mollemq; substantiam. Caseus præterea etiam cariosus omnis lentum generat succum, qui grauiter olet, pro ueneno habendus est: at qui unctuosum quiddam præfert, fastidiũ generat. Equinus quoque deterioris tanto alimenti est, quantò equi caro carne bouina glutinosior est, atq; insuauior, optimus tandem est, qui in ructibus breui odorem omnem exuit casei, in omni genere illius. Butyrum uerò postquã & ante caseum est, & longè leuius, ac pinguius lactis spuma, posterius quintum obtinebit locum simpliciũ partium: atque ita spuma illa aëri assimilatur, butyrum igni, caseus pituitæ, recocta terræ, aqua autem urinæ & serosæ parti sanguinis respondebit. Est enim butyrum calidissima pars lactis totius. Sed & pinguissima, quod ob humidi copiam, quod in lacte redundat, nihil patitur simile esse igni: sed aëreum uidetur, quod tamen facillimè bilescit, & amarescit celeriùs, quàm spuma, uel caseus. Ergo butyrum calidum est in medio secũdi ordinis, cùm in initio eius esse uideatur ob humidi copiam: neque enim est definire humidi ordinem, ubi siccitatis nullum apparet indicium. Butyri duplex est usus, ut cibi borealibus gentibus, ut condimenti calidioribus in regionibus omnes, ut cibum damnant: ego uerò ut condimentum deterius esse existimo, attamen suauius est. Namq; ut condimentum & coctum in bilem facilè uertitur, quoniam medicamenti uim habet: crudum & ut cibus optimum præbet alimentum: multum, leue temperatũ, bonum putredini minimè obnoxium, & quod omnibus membris alendis utile sit: suaue gustu, & uentriculum etiam bene nutrit, sed tam multis est obnoxium, ut plerisq; casum pro ratione seu natura ponant, nam si humor corruptus, aut bilios us in uẽtriculo sit, statim in sylueſtrem naturam transit, nauseabundum, malè olens, horribile, & uermium, ac bilis gignendæ materia, similiter si circa ipsum quantitate peccetur, plurimum obest, supinumq; reddit uentriculum, & nauseam mouet, & appetitum cibi deijcit: sed & si in imbecillem uentriculum incidat, aut iusto humidiorem, memineris autem semper horum duorum, quorum primum superiùs docuimus, id quod est optimi alimenti, proprium esse, ut æqualiter totum corpus bene nutriat: tale autem palam est, substantia forè mediocre, & qualitate temperamento proximum. Quod enim extremis maximè propinquum est, id in medio est, uel prope medium. Deinde ut sit multi alimenti, quod enim proportione sua multum præstat alimentum, idem paucorum est etiam excrementorum. Tertium est ut facilè concoquatur: lutea enim ouorũ, & caro apri, cum plurimum nutriant, multò facilius concoquuntur rapis, & carocidibus, atque allio, quæ paucum præstant alimentum. Accedit ut nullam noxam præstent, non obstruent, non grauent caput, aut somnos impediant, nec semel sumpta, nec ex longo usu. Eadem quoque non facilè corrumpantur: nam pisces quidam & mollia edulia tametsi bonum præstent alimentum: facilè tamen peruertuntur, uel naturis, uel casibus, uel societate aliorum. Sed & alimẽtum, ut sit solidum opportet: hoc enim necessarium est uitæ longitudini, & à densitate cibi prouenit. Quod & si suauis sit cibus is, iam omnia habet quæ optas, hæc autem superiùs edocuimus. Quod autem nunc docere uolumus, nouum est, quod cibus alius est bonus simpliciter, alius bonus, qui non facilè peruertitur, alius qui etiam si peruertatur, nõ magnam affert noxam: contra malus simpliciter, & malus qui facilè peruertitur, aut si qui peruertatur, plurimum lædit, horum primum tertium manifestè differunt à priori distinctione, secundùm non ita, sed uidetur cum quinta conditione boni alimenti, seu optimi, si simul reliquę accedant conuenire, cùm minimè ita sit: nam in prima diuisione diximus alimentum id oportere esse tale, ut postquam alimentũ factum est, scilicet sanguis,

Seruandi modus.

Equini uis.

Butyrum.

Vires.

Butyri usus duplex.

Nota.

Nota.

Alimentum solidum esse oportet.

Cibus quot modis bonus.

guis, ut non facile peruertatur: diuisio enim illa alimenti est propriè non cibi, hæc autem contra, cibi, non alimenti. Igitur cùm antequam alat, facilè seducitur, cibus non est bonus, nisi simpliciter, non secundo modo distinctionis ultimæ in tria mẽbra. Porrò hæc necessarium fuerat in memoriam reuocare: nunc facilè butyri, & aliorum naturam explicabimus. Dico ergo butyri alimentum esse optimum butyrum ipsum tamen nõ esse bonum cibum. Nam quod butyrum facilè concoquatur quod plurimum nutriat, quod alimentum eius non facilè corrumpatur: sed necq; ullam noxam affert, cùm concoctum fuerit, solidum quoq; & ad diuturnitatem uir, & ad ferendos labores utilissimum: suaue etiam est his qui optima diligunt, & quibus incorruptus est gustus, cũ sit sapor illius, si recens sit, mistus ex dulci, & pinguí: quos solos sapores docuimus esse alimenti, ut alimentum est: nam cæteri sunt potiùs medicamenti, quàm cibi: at quod simpliciter sit optimum, & omnia primum membra æqualiter nutrire possit, edocet illius natura. Nam id solùm ferme est, quo totum corpus alitur ab infantia, & omnium confessione lactis pars præcipua. Temperamentum etiam est: nam quod humidissimum est pueris quidem optimè ob similitudinem conuenit, senibus ut quandiu senectus pertrahatur. At immodicum humidum dici non potes, uelut frigidum, aut calidum, aut siccum cùm parcè sumitur, nam qualitate humidum est in primo ordine, substantia in extremo, sed hanc metiri oportet ut dixi multitudine: certũ est enim quod ob id siquis butyro repleatur, grauabitur tanquam ab immodico alimento, non humidiore quàm conueniat, calor etiam eius paululum humanum excedit, atque ad uentriculum comparatum calidum est, sanguis tamen ex eo genitus temperatus est. Attamen non omninò secundo, aut tertio modo cibus bonus appellandus est: primum quia neque omnibus, neque omni modo conuenit: humidam enim aut imbecillem habentibus uentriculi naturam non conuenit, si magna quantitas edatur. Haud utile est, corrumpitur à uino plurimo, præcipuè potenti, à piscibus, ab ouorum alba parte, à carnibus, & ut simpliciter dicam pueris cum solo pane, uirisq; : senibus autem etiam cum mel le dari debet, subsequatur uinum paucum multa aqua dilutum: ita optimum erit, ut nil præstantius sit alimentum, omni labe carens: quod si uentriculus non ferat, cum menta edere oportet. At coctum semper malum est, quodcunque enim natura sua optimum est, ut lac, butyrum, uuæ passæ, si coquantur, deteriora redduntur, ut etiam mel. E' butyri genere est quod oxygala uocatur, dicente Plinio: dum Butyrum conficitur paulum aquę additur, ut acescat, quod est maximè coactum in summo, fluitat id exemptum addito sale oxygala appellant, reliqua decoquunt in ollis, ibi quod supernatat butyrum est, oxygala fit & alio modo acido lacte in recens addito quod uelis acescere, utilissimum stomacho: sed prioris ratio habenda est, nam Galenus nõ ex butyrosa substantia, sed casei speciem esse uult, si rectè obseruemur, quæ in tertio de Alimentis scripsit, eam de qua superiùs egimus, recoctamq; appellauimus: inquit enim oxygala etiam si in bilioſissimo uentriculo, ac calidissimo sit, nunquam in nidorem transibit, est autem frigida, & crassi succi, difficilis coctionis, & ex qua humor crudus generari soleat, calidissimis uentriculis utilissima, aduersissima frigidioribus, lapidicq; generãdo in calidis renibus apta, eadem stupefacere dentes frigidiore natura solet. Quod uerò sit caseus, meminit paulò pòst, & in primo ut aliud fuerit apud Græcos, & Galenum, aliud apud Plinium, & Romanos. Butyrum præterea uenenis omnibus, & præsumptum si quid aliud obstat, nam plurima commoda affert etiam meliora lacte: nam primùm suo humido abundante omnem uim ueneni sopit, tum maximè quod ut aliàs declaraui omnia uenena sicca sunt potestate: tollit uim erodendi, putrefaciẽdiq; immoderatum calorem, frigusq; medicamenti hebetat: substantiæ inimicam naturam retundit. Post etiam tenaci illa, ac uiscida crassitie prohibet ne in membra agat, præsertim uentriculum, atq; iecur: & uomitum facilè commouet, ut expellatur, & ne penetret, remoratur, & ubi læserit, exulcerata lenit, exusta mitigat. Ideò etiam cum aqua sumptum iactis utilitates præbet, præterquam quod non adeò iucundum sit his tot modis commodum est. Pectoris duritiei si quid aliud & deuoratum, & in ore retentum, & foris il-

Butyri alimentum optimum esse, sed non bonum cibum.

1. Aphor. 16.

Cur non bonus cibus sit butyrum.

Nota.

Lib. 28. cap. 9. Oxygala.

Cap. 17. Oxygalæ uires.

Cap. 17.

Cap. 13. Butyrum contra uenenum.

Omnia uenena sicca potestate sunt.

litum conducit cum saccharo præsertim intus sumptum: lenit etiam omnes dolores, & in clysteribus adjici ob hoc, & quia fæces emollit, plerumq; solet. Sed caput lactis uere quidem ex spuma, & butyro compositum, & si eximatur, alterum nõ potest confici, sicut neq; si hoc detrahatur, nec spuma, nec butyrum dulcius multo est, & candidius butyro, ita in utroq; à spuma uincitur, connumeratum est inter partes simplices, quia ex ualdè similibus componitur. Meliùs longè alit, quàm butyrum, suauiusq; gustu est, sed & optimum alimẽtum præbet, uelut de butyro dictum est, neq; peccare oportet aliud aliquid sumendo, neq; ex ipso multũ: plus tamen quàm ex butyro bonum maximè sanguinem generat, utile iecori, atq; uentriculo mundis & bene ualentibus, ut hac in parte Antonio Gazio Paduano credendum non sit, qui ex erroribus indicationem cibi fecit. Neq; ergo ante cibum, neque post cibum conuenit: quæ ratio in omnibus cibis bonis liquidioribus seruanda est, dico lacte, uitellis ouorum, atque alijs huiusmodi. Inferius tamen in butyro medicamenti ratione. Et ex lactis summa superficie calefacta detrahitur.

Caput lactis.

Vires.

In corona florida cap. 124.

De Lactis partibus compositis, Cap. XIII.

Lac sisile.

COmpositæ lactis partes nomen non habent, præter lac sisile. Est enim quæ uocatur Ginocada, in qua omnia præter aquã continentur. Caseus pinguis, & lac concretum, & in puluerem redactum. De sisili ergo primum agendum est. Meminit huius Alexander Trallianus, & Galenus etiam schistum sit infusis candentibus lapillis, seu frustis ex chalybe, scilicet admodum ignitis, uno post alium, dum lac desinit stridere: conuenit enim hoc maximè dysentericis, ulcera mundat, astringit, bilem cohibet: sed in his qui febrerent. Coquitur autem lac antequam chalybis frusta injiciantur. Videtur autem uelle ut non semel, sed quater, aut quinquies injiciantur. In febrientibus autem lac huiusmodi reformidat, exhibet autem lac cui admistum sit aquæ fontanæ quarta pars, & ut ad dimidium decoctum sit super prunas, aut cineres perpetuò agitando. Illud mirum quod lac, post lac duabus horis det, post lac tribus horis pulticulam, uel etiam panem, tum pulmulas, quod qua ratione faciat, non satis intelligo, concoqui enim in tam paruo tempore omninò impossibile est. Hoc ipsum pro certo habetur sisile quod ita dictum est, quia perpetuò diuidatur cum aqua à caseo, butyro separatur, tum alijs partibus, educere bilem, purgare ulcera, astringere, ac mitigare dolores. Sed Gioncada constat (ut dixi) ex quatuor partibus, caseo, butyro, aphrogala, & oxygala. In quo illud mirum admodum uidetur, quod adempta parte aquea frigida, lacte frigidior euadat: an quod coagulum ui suam partem calidiorem secùm educat: aut quod coactum lac, atq; condensatum ampliùs refrigeretur, bene nutriti, non tamen butyro, aut cephalogalacti par. Grauis est uentriculo, quoniam lac cùm concreuerit, uel in nidorem uertitur, aut acidum humorem, ut nunquam bene concoquatur. At caseus pinguis butyro, & lacte constat, optimeq; nutrit, medius inter butyrum & caseum, qui si seruari posset. Sed quam parum potest, res perutilis esset, quod in eo non excellat sapor pinguis, quò butyrum plerisq; odiosum est. Lac autem concretum militibus solum utile, in quo etiam omnes lactis partes seruantur: siccatur enim quod concreuit ex lacte in furno diu, palam autem est butyri multo minus seruari quàm casei, exustumq; quid habere, redactum tamen in puluerem, & aquę incoctum plurium ciborum panes subit, panis potus ferculi, & obsonij. Est etiam genus lactis concreti ex omnibus partibus aquea duntaxat excepta, cuius Galenus meminit Pyriastes seu piriephthon uocatum, cum ouis parit: primum lac calefaciunt, nulloq; addito concrescit, ac si coagulo coactum esset, eiusmodi est alimenti crassioris, quod enim à calido facilè concrescit, terreum est, ut docuit Aristoteles: propterea non ob hoc tantùm, sed quia tandiu in mammis asseruatum est, perfimi alimenti est, si ad alia simpliciter comparetur, per se tamen boni, ac iucundi saporis qualis cephalogalacti.

Lib. 8 c. 8. 10. de sim. pl. Medic.

Vires.

Quod facile à calido concrescit terreum est.

De Auium differentijs. Cap. XIIII.

Auium differentiæ à quibus.

Sicuti in Quadrupedibus complures reperiuntur differentiæ, ut declarauimus, æquè etiam atq; in auium genere conſpiciuntur, quæ à tempore, ætate, uictu, loco, cœloq;, atq; etiam in quibuſdam à caſtratione deſumũtur, quibus ſalubriores, aut inſalubriores, aut in cibis magis, uel minùs idoneæ redduntur. Tempore enim (exempli gratia) quo libidine agitantur, tum ſyluestres, tum domeſticæ, pro cibis ineptæ ſunt, extenuantur enim quia labore, & ſollicitudine non comedunt, ut manifeſtè apparet in domeſticis: quis eſt enim qui libenter edat gallinas incubantes? Pariunt autem omnibus fermè anni temporibus, exceptis brumalibus diebus, quibus maximè pingueſcunt, ac teneræ fiunt. Porrò aliæ etiam æſtate meliores ſunt, utpote quo frugibus ueſcuntur, aliæ autumno, quę uuis, ficubus, pomis, baccis, atq; alijs huiuſmodi, aliæ tempore hyemis gratiam acquirunt, ut merulæ, turdi, anſeres ſyluestres, grues, atq; aquaticæ omnes. Sunt & quæ dum frigora fugiunt, uel hyeme latent, uel loca tepidiora petunt, ſenſum enim illis natura indidit, ut cognoſcerent, quô mutationes à frigore, uel à calore facere deberent, locaq; permutare. Reperiuntur necnon & aues, quę cum natura ſint imbecilles, nec longum iter peragere poſsint, hyberno tempore in campos diſcedunt, ut tepore patiantur, æſtiuo uerò, ut æſtu ſemper careant, montes repetunt, & hę autumno pinguiores ſunt, quàm æſtate, ut de coturnicis patet, atq; alijs huiuſmodi.

A tempore.

Cur ſenſus auibus inditus.

A uictu.

A uictu autem nec paucæ adnotantur differentiæ: quæ enim ungues aduncos habent, omnes carniuoræ ſunt ut aquilæ, accipitres, uultures, & aliæ quæ libẽter in cibatum ab hominibus non ſolent admitti, aliæ uermiculos deuorant, ſed complures frugibus uiuunt, ut palumbes, columbi, turtures et huiuſmodi, ſed ut ſummatim dicam aliæ uictum à terra petunt, aliæ à flumine, aliæ à lacu, atq; aliæ à mari: nec paucæ etiam ſunt, quæ herbis ueſcuntur. Notandum quoq; carnes auium ſylueſtrium ſemper pabuli ſaporem guſtui referunt, nam quæ formicis ueſcuntur, formicarum ſaporem reddunt, uermiculorum uerò quæ uermiculis, & ſic de ſingulis. Veluti de his patet, quę piſcibus aluntur, piſces etiam olent, & quę circa aquas uiuunt, lutum, ac cœnum repræſentant. Virus autem illud marinum redolent, quæ circa mare, quod nobis Dioſcorides ſignificauit dum dixit, quod auiculæ illæ, quæ baccas deuorant denigrantur, & homines qui eas comedunt, alui profluuio ſæpè corripiuntur. Præferuntur quoq; montanæ campeſtribus, ut infrà, ueluti & quæ præabundanti pluuia largiùs bibunt, nec ſine detrimento. Non enim mediocris earum eſt differentia, quæ in ſtagnis aut paludibus, aut lacuſtribus locis degunt, cum ijs, quæ in montibus, aut locis ſiccis uiuunt. Nam pro locorum natura, aut animalium proportione carnes (ut Galenus refert) ſiccæ & excrementis uacuæ fiunt, & ad concoquendum faciliores: aut humidæ excrementitiæ, & concoctu difficilioris. Suauius etiam, nec non & utilius caſtratione efficitur animal, ueluti de gallinaceo genere patet. Aliæ quoq; in infantia placent, quæ cùm adoleuerint, homines abhorrent, ſenectus enim ſemper improbatur, ſicuti & eorum caro, quæ nuperrimè edita ſunt, quoniam muccoſa, atque humida, eoq; excrementis plena, ut ſuperiùs diximus, ſenum uerò dura, ſicca, fibroſa, ad concoquendum contumax, atq; exigui admodum alimenti. Auium autem uolucrium omnium genus, ut Galenus inquit pauciſsimũ alimentum exhibet, ſi ad greſsilium genus conferatur, & potiſsimùm ſi ad ſuillam, quæ copioſiſsimi eſt nutrimenti: uerùm facilius concoctu eſt uolucrium. Auium tandẽ alimentum in uniuerſum tenue eſt, neq; multum, neque diu permanens, aut robuſtum, ſed non malum, niſi quarundam caro quæ dura eſt, ut cichoniarum, anſerum, anatum, pauonum, atq; aliorum huiuſmodi. Porrò in omnibus uolucribus animalibus, ut & in quadrupedibus ſcire oportet, quod augentium caro multò eſt præſtantior, quàm ætate declinantium, & media in utranq; florentium, ſed iam particulatim de omnibus, quæ in uſu ciborum apud nos locum habent, exequamur.

Pabulum ſaporis cauſa.

Aues montanæ campeſtribus meliores.

Caſtratio. Ab ætate.

Auium alimentum in genere.

De Gallo, capo, gallina, & pullo. Cap. XV.

Cap. 9. Gallinarum genera quæ.

TRia à Varrone enumerantur gallinarum genera, libro tertio de Re rustica: Villaticæ, Agrestes, & Africanæ. Villaticæ dicuntur uulgatissimæ illæ, quas in uillis atque in urbe etiam ali uidemus: Agrestes uerò mediæ sunt inter uillaticas, & Africanas, quæ raræ tempore Varronis in urbe erant, hodie uero rarissimæ, oua enim in uillis faciunt, & hyemalibus temporibus aliquando conspiciuntur. Africanæ autem sunt, quæ ex Africa in Italiam transferuntur, quas gallinas Indicas uulgus uocat. Galli ergo tenelli caro connumeranda est inter uolucrum carnes, quæ quandam mediam naturam extenuandi, & crassefaciendi præstant, à Galeno adeò laudatas. Facilè enim concoquitur, laudabilem generat sanguinem, & appetitum conciliat, atq; omnibus temperamentis cõueniens est, & præcipuè si moderatè præpingues fuerint galli, & nondum coierint, & iam canere incœperint: Ius etiam eorum humores æquat, & uentrem aliquando mouet. Verum si antiqui, ac decrepiti fuerint, dura est eorum caro, nitrosa, salsa, ac concoctu difficilis, & cibo inepta: iusculum uerò ad multa in actu pratico commendatur, lauat enim, abstergit, aperit, flatus dissipat, prouocat, aluum soluit, atq; melancholiam purgat. Gallinam autem soleo ego dicere à natura pronominum commoditate, solummodò fuisse creatam: cùm infinitos mortalibus in re cibaria usus subministret: ideò fœcundissimam natura genuit, quasi quod sciret hominum uitæ utilissimam, atq; commodissimam: ob id primas gallinaceo generi in re alimentaria partes tribuimus, non solùm quia alimentum optimi succi, & paucorum excrementorum, insimulq; temperati præbeat, uerùm etiam quia obuia est semper ubiq; locorum copia, ut in amicorum, aut hospitum aduentu in expectato, nullus cibus gallinaceo sit paratior. Calida & humida (moderatè tamen) est iuuenum gallinarum caro, eamq; Galenus temperatam censet, & quia eius succus, nec in bilem, nec in pituitam conuertitur, nutrimẽtum multum dat, temperatum, atq; optimum, harum etiam ius tam sanis, quàm ægris ualdè commodum est, & ideò elixæ potiùs, quàm assatæ comeduntur. Castratio quoq; in his bonitati suffragatur: compertum enim est castratas gallinas palato melius respondere: est etiam earum caro candidior, friabilis, & magis tenera. Agrestes uerò gallinulæ dictæ, & ipsæ non mali sunt succi, quia caro earum alba est, sed durior, atq; natura siccior, & concoctu difficilior, nec gustui adeò grata, & minus alimenti præbet. Africanæ autem magnæ sunt aues, miramq; habent formam: rostrum enim carnoso quodam additamento uestiunt, atque inde supernè pendulo eodem sæpe reductili, quoties libuerit, aut pro escæ capiendæ commoditate, alia etiam per collum consperguntur eiusdem coloris rubri, sed cum iracundia tentantur, liuescunt, multosq; alios suscipiunt colores: caudam expandunt mares nostratium pauonum more, sed longè breuioribus pennis. Hæ si iuuenes fuerint, nec sapore, nec succi bonitate, nec nutritione uillaticis sunt postponẽdæ, imò earũ caro optima est, quia candidissima, & friabilis, & gustui grata, ut dicere audiam alias omnes sapore, ac salubritate superare. Facilius enim est concoctu, boni nutrimenti, paucorum excrementorum, & optimum generans sanguinem, si tamen bene macerata aliqua ratione prius fuerit, quod omnibus fermè paulò maioribus auibus commune est, alioquin earum caro concoctu contumax esset: bene etiam decoqui debent, ut tenerescant, ut plurimum assari solent, uel in furno decoqui. Capi autem castratione ex gallis gallinaceis fiunt, ob quam ex calore, & siccitate, in contrarium, uel medium potius immutatum, eorum temperamentum. quapropter egregiè commendatur: est enim undique æquabile, igitur inter primas epulas capos hodie reponi uidemus, & non solùm lautiorum, sed & rusticorum, plebisq; mensas ornare. Castratione enim pinguiores fiunt, quia cucurrire, & canere desinunt, neq; Venerem repetunt, atq; omnis animi uigor cadit, optimeq; ac ualenter inter aues alunt, sanguinis multum, indeq; & lautissimorum succorum copiam, nec tenuium, nec crassorum nimis præbent, & facilè concoquuntur, &

Gallinæ utilitas.

Ius antiqui galli & eius uires.

Vires.

Castratio bonitati suffragatur.

Agrestis gallina & eius uires.

Africanæ quæ.

Vires.

Capi qui.

Vires.

tur,& si quis dicat tenue,potius quàm crassum esse eorum alimentum, fateor:sed tamen nutrimentum ex æquo durabile est.Et senes non adeó facilè succescunt ut galli,quorum tamen caro ut omnium antiquorum improbanda uenit.Pulli & ipsi bene nutriti,sed non admodum saginati,qui nondum coire, aut oua peperere incœperint,optimi sunt alimẽti,& eorum caro succi boni plena est,tenerrima, atq; saporis iucundissima,nec alius est cibus qui innoxiè tum sanis, tum ægris exhiberi possit,elixãtur enim pro ægris cum lactucis,oxalide,endiuia,& cæteris huiusmodi pro refrigerando,alterando,concoquendo,ac somnum conciliando,prout opus fuerit, & bimestres,at trimestres laudantur,& his ut gallinis potiùs elixis utimur: Assatione enim succescunt nimis, eorumq; ius ad humores contemperandos mirum in modum ualet. *Pulli uires.*

De Columbis. Cap. XVI.

Columborũ plura sunt genera,sed quatuor præcipua turriti,domestici palumbes,& Alfachę:qui & Alfuachę:maximi,& pinguiores, ac suauiores domesticis, quorum quidam singulis mensibus pariunt, laudãtur ex his etiam plumarios habentes pedes, Galenus commẽdat omnium carnes, sed parum distinguit ab attagenis, aut gallinis, ne dum inter se, nisi communibus rationibus.At quantum differt attagena auis Asiatica,de qua epigrammaticus: *Columborum plura genera.* *Lib.13.*

Inter sapores fertur alitum primus,
Ionicarum gustus Attagenarum.

Suum autem nomen resonare ait Aelianus, idemq; refert inimicam esse gallinæ, at quidam uocari apud nos francolinum, sed quis in columbis Attagenarum suauitatem,aut candorem alarum Phagiani,aut capi uidit,multum autem (ut dixi) interse,ne dum ab alijs differunt optimi censentur Alfachees, ut qui hecticis,& morbo regio,& cacochymia laborantibus magno prędidio sint adeò ut & cacoẽthicos, usu soli persanare possint:omnes prosunt tremulis, & resolutis,& cerebro, uisui,& auditui,sed non ita intelligendum est,ut singulis diebus eis utaris,quemadmodum Curtius agendo uitam breuiorem reddidit. Sunt enim longè duriores ad concoquendum pullis gallinaceis,& melancholicum generant succum, suntq; excremẽtitij,licet hoc etiam proprium habeant, ut utentes eis tutos reddant à pestilenti febre.At ipse iam propè LXX. annum erat multis grauibus curis afflictus, inter reliquas filij maximè spei cæde,multis studijs maceratus,& quod omnibus maius fuit, uix quinq; somni horas explebat. Sed & sanguis qui ab ala uiuentis columbæ detrahitur,ubi fieri incipit suffusio ex sanguine,ea uiuente instillatus oculis,quibus omnia rubra apparent,& miningibus fracto craneo sanat,aut iuuat. Discissus colũbus et ossib. fractis,impositusq; dum adhuc uiuit, capiti curat phreneticos, in quibus siccitas nondum exactè dominatur. Turriti meliores sunt domesticis, minùs medicamentosi Alfuacheis.At palumbes longè uiuaciores columbis sunt, ferũtq; purgare se lauro,earum caro melancholicum succum magis gignit,& difficilior est, quam cæterorum columborum,quod & Galenus fatetur ibi, tum in libro de Attenuante uictus ratione, ubi etiam excrementitiam esse illam affirmat. Exoluto tamen & nauseabundo uentriculo conferunt palumbes, ut in Sexto de compositione medicamentorum secundùm locos:sicci enim sunt & calidi, ideo eorum frequens usus iuuat,ut & cæterarum auium,quæ granis uescuntur. Ob id etiam stercus illorum præ cæteris cataplasmate adhibitus capiti, aduocat defluxionem potenter,calefacitq; ipsum,ac siccat,tum enim paratum habebatur.Iecur,& alę,& sanguis,qui circa renes est cruditati,sunt oportuniora,tùm quia molliora, tùm quia toto genere aluum ciunt: uitiosa enim sunt: palumbos referunt Venerem hebetare, unde illud Martialis. *De animalibus.4.lib.c.42.* *Alfachium uires.* *Contra pestem.* *Sanguis eorum.* *10.de Simplic.medic. cap.prop.* *Turritorum uires. Cap.8.* *Stercoris eorum uires.5. Meth.cap.13.*

Inguina torquati tardant,hebetantq; palumbi,
Non edat hunc uolucrem,qui cupit esse salax.

Incredibile est quantum referat ut è nido tollantur, faciles coctu, & suaues, una dies imò duodecim horæ & uires,& gratiam adimunt: ob id nobiles fermè omnes

familiæ apud nos sua habent columbaria, in quibus nidulantur, atque educantur, & inter elegantiores epulas hybernis mensibus collocantur palumbes: parari etiam solent æstate elixi ex omphatio, ne sua caliditate bilioſos lædant, estq; pituitosis conuenientissimus cibus, sunt enim calidi & sicci, & sylvestres plurimum, licet recenter nati, & præpingues humidiores sint: ob id calidioribus natura sine additione alicuius refrigerantis non debent exhiberi, referuntq; eorum copiosus usus Anginam excitare, credo ob calidiorem succum quem generant, & febres quoque, & alios calidos affectus præter naturam.

Sylvestrium uires.

De Pauone, grue, ciconia, & struthyocamelo. Cap. XVII.

Pauones domestici.

MVltos Romani proceres domesticos pauones in domibus alebant, ut ex Varrone, atque Athenæo intelligi potest: miraq; & memorabilia pretia apud illos fuisse testantur: & primus Romæ pauonem occîdit cibi gratia Hortensius, orator augurali cœna, nec inde defuêre imitatores, imò & nostris etiam temporibus tanta est gulæ luxuria, ut & si eorum caro dura, fibrosa, & concoqui contumax, atque improbi succi sit, nihilominùs sæpissimè comeduntur, atque lautioribus cœnis apponi solent. Caro eorum calida, atque humida est, concoctu tamen difficillima, non temperamenti uitio: sed quia dura atque fibrosa, ut testatur Galenus tertio de Alimentorum facultatibus, modici est alimenti, & crassum, ac melancholicum generat sanguinem, ut cæteræ graviores aues: ideò ab eorum esu abstinere debent qui otium, & quietem amant, minùs mala est eorum carro multum se exercentibus, & præcipuè si iuuenis fuerit pauonis, quia tenerior est: quapropter ut præstantior etiam fiat, & meliorem succum creet, iugulari oportet per triduum, aut ad minimum biduum, antequam decoquatur, atque hyeme per quatriduum & ultra, simulq; pendentibus pedibus onus lapidum appendatur, ut eo pondere carnis duritiem emolliatur, atque distractione fibræ laxentur, ut melius in uentriculo confici possit: & libentiùs garyophillis, alijsq; huiusmodi inaffantur, quàm elixentur pauones: notandum etiam quod plus damni, quàm utilitatis affert educatio harum auium, cùm constet maximam hortis esse pestem, & tegulas, culmosue tectorum euertere. Eadem non minùs in grauibus seruanda sunt, cùm longè quidem magis prædura, fibrosaq; sit earum caro, temperamentumq; frigidius, ac siccius: & si quis calidum malè existimauerit, ob id quouis modo parata, & cocta, tardè, ac difficillimè concoquitur, & atram bilem gignit, plusq; improbi succi, atque excrementitij, quàm alimenti præbet: nec olim defuêre qui has garyophillis inaffatas hyemis tempore in cibis commendarunt, ueluti & ciconiæ, cùm tamen nullum honorem nostris in mensis hodie habeant: serpentibus enim, alijsq; uenenatis animalibus (quæ in paluſtribus locis quærunt) uescuntur, & cum hoc earum caro prædura, & fibrosa, & concoctu difficillima, quæ prauum succum, deterrimumq; omnium alimentum adfert, quare pessima in cibis censetur, & si aliquando ex adolescente adhuc pullo optimè, herbulis, & aromatibus condito, atq; diu prius macerato aliqui comedant: suntq; populi qui eas maximo in honore habent, quia serpentes absumunt, enecantq;, nec alio cibi genere aluntur. Struthyocamelus autem nunquid inter aues sit reponendus, nec Galenus explicauit: uastissima tamen omnium est auis si modò pro aui habenda est, cuius caro ut Galenus testatur tertio de Alimentorum facultatibus excrementitia est, multoq; ad concoquendum difficilior: dura enim & fibrosa, ac tenax cuiusmodi est caro omnium animalium uastæ molis, imò & alæ malæ, ac concoctu difficilis sunt, quia Galenus ipse inter aliarum auium alas connumerat, quarum substantia fibrosa, ac dura est.

Vires.

Cap. 19.

Vt tenerior fiat pauonis caro.

Gruum uires.

Ciconiarum uires.

Struthyocameli uires.

Cap. 2.

De Anſere, & anate. Cap. XVIII.

ANſeres maximo in honore apud Romanos fuiſſe teſtatur Plutarchus, quorum duplex eſt genus domeſticum, & ſylueſtre, atque hæ multis modis hominibus utiles exiſtũt, pluma nimirùm, carne, adipe, & etiam ſtercore ipſo. Earum caro inter alias auium carnes calidior atque humidior eſt terra, atque aqua uictum ſibi quæritant: cohortales tamen, ac domeſticæ maiori ex parte uictum in terra quærunt: ſylueſtres uerò ex aqua dum gregatim circumuolant ſtagna, lacuſq; quarum caro domeſticis ſalubrior eſt, prę nimia enim exercitatione minùs excrementitia eſt, atque concoctu facilior, uerùm omniũ caro damnata eſt, quoniam dura, & concoctu difficilis, & ualdè excrementitia, atque improbum generat ſuccum, ualdeq; putredini obnoxia: imò experimẽto comprobatum eſt, copioſum eius uſum febres excitaſſe: ob etenim partium craſsitiem, atque duritiem, maximeq; niſi ualido, robuſtoq; uentriculo concoquatur, obſtructiones generantur, quæ & febrium, & aliorum præter naturam affectuum ſunt in cauſa. At ſi rectè conficiatur, multum alit, licet uitioſum corpori alimentum adferat. Earum iecur in miram, ac memorabilem amplitudinem creſcit, quod ut Galenus refert temperatum eſt (ſed reliquum corpus multarum eſſe ſuperfluitatum affirmat) ſuauiſsimum etiam, & facilis coctionis, boni ſucci, ac multi nutrimenti. Alas præterea inter cæteras partes commendat, dum in libro de cibis boni, & mali ſucci inquit: [Reliquæ anſeris partes duræ ſunt, & concoctioni aduerſantur, & excrementis redundant præter alas.] In Italia pullo anſerum bimeſtres, uel trimeſtres præpingues autumnali, hyemaliq; tempore aſſatos, uel in furno decoctos frequentiſsimè comedunt: adultiores uerò, & ſenes fugiunt. In æſtate autem morbis ualdè conflictantur. Adeps earum apud nos pro intinctu, ac condiendis ferculis celebratur. Anates quoque & ipſæ inter animalia uictum tùm & terra, tùm ab aqua percunctantia connumerantur, calidiores ſunt omnibus domeſticis uolucribus, ſed earum caro dura eſt, & prauí ſucci, ac concoctu difficilis, & ualdè excrementoſa, ueluti eſt caro aliarum paluſtrium auium, ſed longè deteriores ſunt quæ in urbibus degunt, quia fœdiſsimos cibos, ac cœnum deuorant: quæ uerò libero cœlo, aquisq; fluentibus fruuntur, palato iucundiores ſunt, & minùs uentriculum aggrauãt, & ſi exquiſitè conficiantur, multum alimenti, prauí tamen, atque excrementoſi tribuunt, quod colorem ac uocem clarificat, ut inquit Princeps: impinguat etiam, & ſperma adauget, ac coëundi libidinem accendit: uerùm ſiquis eas comedere cupiat, eligat iuuenes, quarum iecora, & alæ tutiùs comedi poſſunt, ut de anſeribus diximus, quoniam eadem fermè eſt omnium ratio, & per biduum antequam decoquantur, iugulentur: ab eſu autem ueterum, ac ſalitarum omnes abſtinere debent, ſed ludæis relinquere, quibus continuo ueſcuntur: nec mirum ſi maiori ex parte melancholici euadant, ac mali ſint coloris, & nigri, & plumbei.

Anſerum duplex genus.
Vires.
Iecoris anſerũ uires.
Alæ.
Cap. 6.
Adeps.
Anatũ uires.

De Perdice, ac coturnice. Cap. XIX.

IN omnium bonarum rerum Italia noſtra, ita & perdicum, fertiliſsima eſt, quæ coturnicibus maiores ſunt, carnoſiores, atque alimẽti bonitate præſtantiores, roſtrumq; habent rubrum, & inter primas opulentorum eſcas connumerantur, ſed non omnibus terreis, ac regionibus conceſſæ ſunt, tum in quàm plurimis uiuere, & propagare nequeant, ut in Anglia, aut Britannia, & has Itali maiori ex parte *ſtarnes* appellant, quæ non parùm inter ſe pro locorum natura magnitudine, colore, & carnis ſubſtantia differunt: referunt enim in Syria earũ carnem adeò duram eſſe, ut uix comedi poſsit: Theophraſtus etiam credidit in Paphlagonia ipſas duo habere corda. Diu uitam ducunt, & ut Ariſtoteles teſtatur, ad annos uſque uigintiquinq; & adeò ſunt calidæ, & aſtutæ, ut opus ſit uenatores admodum ſolertes eſſe, ſi eas decipere debeant: libidinoſæ quoq; inter alias aues ſunt, ita ut ſemen emittant, non ſolùm ſi fœminas uiderint, uerùm ſi earundem tantùm

Perdices quæ.

uocem

uocem audiuerint,& numerosiores semper fœtus alunt. Eligantur ergo pro ciborũ
Vires. usu iuuenes,ac pingues,quas uulgari nomine pernigones appellant,quæ maximo
in honore apud nobiles habentur,atq; earum caro temperata est, & aliquantulum
ad caliditatẽ declinans,præstantissima quidem tum succi bonitate,tum concoctio-
nis facilitate,parumq; excrementi,& multum nutrimenti in se habet,& si potiùs te-
nuioris,citoq; resolubilis,ac difflabilis:quapropter quãto corpore maiores fuerint,
& solidiore,ac densiore carne pleniores, ita & uberioris, ac diuturnioris alimẽti co-
pia eis inerit,nec ob hoc caro cõcoctu difficilis,sed senes,& uetulę rarò & si aliquã-
do hyeme menses subeant, si prius tamen per biduum aut triduum (ut aëri exponi
possint,macerariq;) iugulatæ fuerint: semper apud nos assantur lardo transfixæ,at-
que aliis etiam utuntur intinctibus,liquoribusq; ut palatum magis irritent, ac uen-
trem lacescant, tanta est nostri temporis ingluuies: candidior uerò fit earum caro si
• ritè decoctæ fuerint, quæ optimum & omni ex parte laudatissimum succum præ-
stat,& quod magis refert uentriculum scatentem excremẽtis expurgat, & humidi-
Morbi Gallici tates exugit. Estq; optimus morbo Indico laborantium uictus,ut dicere audeam,si
curatio. nullum aliud toto anno integro ferculum comederent,sed singulo die perdicẽ tan-
tum,uel duas pro ratione consuetudinis, absque alio præsidio à tam pernitiosa lue
Coturnix liberari posse:ut in nostro memoriali diximus. Coturnix autem auis est nec magna,
quæ. nec multarum uirium,sed ponderoso corpore, ideoq; terrestris potius quàm sublimis,
& nostri qualeam uocant,quæ(ut Aristoteles inquit) locũ mutat,ut frigora au-
fugiat,& pedes scissos habet,nec nidum facit,sed arenã eligit, quàm fructicibus ob
accipitres operit,in eaq; postea oua incubat: sunt & ipsæ, ut perdices admodum li-
bidinosæ,ita ut desiderio fœminarum, ac coëundi appetitu inter se dimicant,atque
Historia. dulcia adhuc Romanis afferunt dimicando solatia, extatq; etiam Augusti Cæsaris
exemplum,qui Erotem ex Aegypto redeũtem submergi iussit, quia audiuit cotur-
nicem omnes alias pugnando superantem,atque inuictam,eamq; tandem assatam
comedisse. Tanta est etiam maris intemperantia,ut statim,quod fœmina canit, ipse
recanit, & tunc ad eam accedit, quare aucupes mutatione cantus fœminarum eos
decipiunt,uel multotiens fœminas per totam hyemem nutriunt,aluntq;, & ineun-
te Vere eas probant,ut unam inter tot uenatu optimã,ac omnibus maribus canen-
tibus(quod rarò tamen contingit) respondentem comperiant, quam si adinuene-
rint, innumerabiles profectò rete capiunt, quod sæpè nobis contigit, quo uenatu
Vires. nihil iucundius uideri potest. Calida est coturnix atque multa humiditate prædita,
• & mali nutrimenti censetur,difficilis cõcoctionis,& facillimę corruptionis, & tan-
dem omnibus tam sanis,quàm ægris inconueniens cibus: præparat enim corpora
Nota. ad febres,uel eas adauget, ferunt etiam multos ex frequentiore carnis coturnicum
Com. 5. esu in tetanu,ac conuulsione, & musculorum extensiones incidisse,ut Galenus af-
firmat sexto Epidimiorum:quod tamen neminem unquam nobis uidisse contigit,
quamuis rationi consonum sit,cum huiusmodi affectibus corripiantur, ut Plinius
testatur,quia helleboro uescantur,cuius uis cum in edentium corpora transferatur,
ut multis placuit, cõuulsiones producit: aliis uerò ui quadã,ac proprietate occulta
id efficiãt,quod tamẽ si uerum esset, nõ tam pauci profectò hoc morbi genus senti-
rent,nec tam frequẽs apud gentes esset earũ usus: ergò potiùs dicendũ hoc alimẽti
uitio prout alimentũ est nasci,ex plurimo enim earũ usu pituitosi,crassi,ac uiscidi hu
mores generantˉ,qui comitiales morbi materia sunt, & ideò ob hoc potiùs creden-
dum est suboriri,quàm ob occultã illam proprietatẽ,ad quam ut plurimum imperi-
Damnatur cre ti refugiunt. Damnatur ergo crebrior earũ usus, tum ob malã ac putredinosam in-
brior earum temperiem,qua multiplicantur excrementa,tum ob uitiosum humorẽ,adiposamq;
usus. pinguedinẽ,qua laxantur uentriculi uili,& inappetentia excitatur. Eligantur itaq;
si quis aliquando comedere cupit iuuenes,& bene carnosæ,sed nõ admodum præ-
pingues,ut autumno potiùs,quàm alio anni tempore existũt, inassenturq; diligen-
ter,nec lardo, sed pinguedine alia, utpote uituli muniantur,æstiuis uerò calorib. o-
mninò euitentur,qui tũc extenuatæ admodum sunt,& fœtus alunt, ideò febres fa-
cillimè accendunt,& conualescentibus recidiuas ut plurimum efficiunt.

De Aſſe

De Attagene, phasiano, & turture. Cap. XX.

ATtagen auis est Asiatica, quam Hispani francolinum uocant, perdice paulò maior, atque referunt ipsam dorsum habere colore aliquantulum rubicundo pictum, fœcunda est, multa enim parit oua, delectaturq; pulUere ut perdix ob corporis pondus, & alarum breuitatem, & canibus à uenatoribus capitur: uocalis est ualde, uerùm capta statim obmutescit, ponitur q; inter aues nobilissimas, atq; maximè quæ in Ionia nascitur, nec nõ & inter esculentiores præcipuo sapore, & bonitatis commendatione. Phagianis proxima habetur ut Galenus testatur, laudabilemq; succum, ac optimum sanguinem generat, & facillimè concoquitur, multumq; alimenti, & parum excrementi præbet; eius etenim caro candida est, tenera, minimè fibrosa, quæ bonitatis alimenti sunt signa. Phasianus autem quò ad nutrimentum, et concoctionem gallinæ est similis, uoluptate tamen in edendo tam superat, ut Galenus inquit tertio de Alimentorum facultatibus. Ideò quæ de gallinaceo genere diximus, eadeḿ met de phasiano affirmamus, supposita proportione circa ætatem, sexum, pabulum, ac pinguedinem, quamuis raritas pręciosiores reddat phasianos, ac etiam saporis iucunditas, qua uentriculus libentiùs amplexatur, & meliùs conficit, exercitatio quoque, ac cæli libertas plus gratiæ, ac bonitatis in eis conciliat, quàm in gallinaceo genere, quod inter parietes incluſum degit. Ob id Auerroës phasianum cæteris auibus, quantum ad obsonia præponendum censet, nec immeritò quidem cum regum mensas, atq; principum tantum subeat, opulentetq;, conualescentibus etiam mirificè conuenit, atque extenuatus. Verùm quia temperatum, uel paulò tenuiorem generat sanguinem, ut Galenus uelle uidetur, & nutrimentum non admodum solidum præbet, ob id minimè opportunum uidetur illis, qui plurimum se exercent, somnumq; prout libet producunt, atque uitam à negocijs ciuilibus procul delegerunt: ñ enim crassis, glutinosis q; cibis potiùs indigent, ut superius demonstrauimus. Turtures equidem & si humiditate quadam superflua atq; excrementitia non careant, & præcipuè si prępingues fuerint, strangulantur enim ut plurimum nimio pinguedinis infarctu: sunt tamen calidæ & siccæ, & ut refert Galenus in libro de Attenuanti uictus ratione: [Sicca est potissimum quę in montibus degit: itaq; illa uesci quis potuerit innoxia, recens tamen non turtur modò non est mandenda, sed nec perdix, nec alia omnia, quæ carnem habent moderatè siccam, sed ubi unam diem ad minùs suspenderis, ita demum mandas licet. Porrò palumbes præterquam quod carnem habent columbis, & perdicibus, turturibus duriorem, difficilem etiam ad concoquendum, & excrementitiam habent. Perdices uerò, ac turtures neque durissimas habẽt carnes, neque concoctu difficiles, neque prauo succo, uitiosas, sed & ipsarum durities si mortuæ uno die asseruentur, facilè uincitur, fiuntq; friabiles omninò, atque inculpatæ. Alimentum enim corpori dant laudabile, sanguinemq; minimùm uiscosum generant, & crassi, ac tenuis medium. Proinde quibus salubris cibus curæ est, eos ut arbitror uti his conueniet]. Hæc eadem affirmat Princeps, imò subiũgit quòd earum caro mirabili quadam proprietate ingenium acuit, & usum Venerem irritat, à prępinguibus tamen cauere oportet: noxiũ enim humorem, ac damnosum dubio procul uescentibus afferunt: ideo mediocriter pingues eligi debent.

Attagen quæ.

Vires.

Phasiani uires. Cap. 29.

Turturum uires. Cap. 8.

De Turdis, merulis, & sturnis. Cap. XXI.

RIa esse turdorum genera, scribit Aristoteles nono de historia animaliũ, quorum primum & maximum par est picæ, quod etiam Fiscedulam appellant, quia Fiscum edit, & nunc Itali *Gardenam* uocant, secundum genus pilare siue Trichas dicitur, quod acutè sonat etiam magnitudine merulæ æquat, turdiq; nomen retinuit. Tertium his omnibus minus *Illada* nuncupant, quodq; minus maculis distinctum. Calidi & sicci sunt turdi quorum caro durior est, sed sapore gustu admodum grata, & pręcipuè si iuniperi baccas uorauerint, ma-

Tria turdorum genera. Cap. 28.

Vires.

xime enim pingueſcunt, et ſi ita pingues ſtatim cp capti fuerint, inaſſentur, inteſtinis minime exemptis adeò ſunt ſuaues, ut inter laudatiſsimos cibos connumerari poſſint, ut nos ſæpe experti ſumus, nec de eis immeritò cecinit Martialis, dum dixit:

Inter Aues turdus ſi quis me iudice certet.

Non multum copioſum, ſed probum corpori alimentum præſtant, & minime excrementitium, nec difficilis ſunt coctionis ob carnis leuitatem, quæ multum aëris continet, & ſi quid inſit brodĳs, facile tolli poteſt, & qui in montibus naſcuntur, ac degunt, præſtantiores habentur, non modò aëris, ſed & alimẽti, quod nobis præſtant tenuitate, antecedunt omnibus alĳs in locis aquoſis, ac campeſtribus degentibus, ut Galenus nobis tradidit in libro de Attenuante uictus ratione. Quod de omnibus animalibus eadem ratione cenſendum eſt. Quæ enim in ſtagnis, ac locis aquoſis, & campeſtribus degunt, humidiora ſunt, atque excrementoſa, quæ uerò in montibus uiuunt, omnia temperatura ſicciora ſunt, ac calidiora, atque eorum caro minime pituitoſa & lenta: ob id imbecillioribus uentriculis natura, aut morbo ita redditis, ſicuti conualeſcentibus commedantur, ſed euitandi ſunt antiqui, & macilenti, quiq; ſimul nigricantem carnem habent: non enim atrabiliario humore carent omninò. Merula autem auis eſt, quæ ex nigra rufeſcit, æſtate canit, hyeme balbutit, circa Solſtitium obmuteſcit, turdis ualdè amica eſt: altera uerò (ut Ariſtoteles inquit) merula eſt candida, & magnitudine, ac uoce uulgari ſimilis, quæ circa Cyllenem Arcadiæ nec uſquam ullibi naſcitur: calida & ſicca eſt noſtræ uulgaris merulæ caro, & licet ab aliquibus turdorum carne melior cenſeatur, eos tamen manifeſtè decipi conſtat, cùm longè ſuauior ſit turdorum caro, imò non deſunt, qui merulam odio habent, quoniam uermes, & locuſtas comedat, dura quoq; eſt eius caro, ſed nutrimentum à Galeno non improbatur: inter enim illa edulia connumeratur, quæ tenuantium, craſſumq; facientium in confinio ſunt: eligatur iuuenis, & præpinguis, quoniam in omnibus fermè turdo eſt ſimilis, ut & Galenus ſentire uidetur. Sturnus quoq; merulæ uulgari ferè ſimilis eſt: niger enim, ſed albis maculis diſtinctus eſt. Cateruatim ac gregatim uolant ſturni, calidi & ſicci ſunt, & ab uſu ferè hominum abdicantur, non ſolùm quia eorum caro durior ſit, & uiroſum quendam ſaporem referat: uerùm quia cicutam quæ nobis uenenum eſt pernitioſum ipſi innoxiè comedunt, quæ nec modò eos refrigerat, & enecat ut in nos, ſed alit, ac etiam calefacit, proinde manifeſtè patet amicitias quaſdam, pugnantiasq; qualitatum omnibus rebus ineſſe, & quod familiare eſt, expeditè aſſimilari, quod uerò contrarium ad internitionem ducere, quas familiaritates à totius ſubſtantiæ proprietate oriri demonſtrauimus in decimo Cõtradicentium medicorum: ubi etiam diſputatur an quicquid calidam ſubſtantiam alat, eius calorem adaugeat, ac tueatur. Mirè uuas ſturni appetunt, qua ualdè pingueſcunt, quapropter eius tempore meliores ac ſuauiores euadunt pabuli optimi copia, ſed ſtatim quod capti fuerint, caput abſcindere oportet, nec tamen ob id prorſus inſuauiter edi poſſunt.

Montani præſtantiores.

Cap. 8.

Merula quæ.

Vires.

Sturnus qui.

Vires.

De Alauda, hortulanis, paſſeribus, atq; alĳs minutis auiculis. Cap. XXII.

Alaudarum genera duo. Cap. 25.

PVſilla auis eſt Alauda nulli non nota, cuius duo ſunt genera, ut Ariſtoteles in libro de Hiſtoria animalium adnotauit. Alterum terrenum, criſtatum, galerita à criſta appellatum: quia apicem habet, hoc eſt, plumam claram in capite, ad ſimilitudinem galeri, ſiue galeæ: alterum gregale, nec ſingulare, more alterius, uerùm colore ſimile, quãquam magnitudine minus, & galero carens, cibo uerò idoneum, & hoc ubique hyberno tempore ob æſum admodum capitur, niſi penurię neceſsitate, quę plerunque uel ob frigoris uehementiam, uel ob niuium abundantiam, atq; diuturnitatem contingere poteſt, et tunc ne dum hæ, ſed & alię huiuſmodi aues perire ſolent: utrunque genus calidum, & ſiccum eſt, ſaluia, lardoq; interpoſitis inaſſari ſolet, diuerſis etiam condimentis elixatur, facileq; concoquuntur alaudæ, ſi iuuenes pingues, & benè coctæ fuerint, optimumq; generant ſuccum, & ut refert Galenus experimento compertum eſt galeritam in-

Vires.

iure eli-

iure elixam, colicis crucitatibus mirè subuenire, nec solùm maximam in præseruando utilitatem, uerùm etiam in curando præstare, ad eosdem quoque usus eius cineres ualere alij prædicant. Hortulani autem quædam auiculæ in Italia admodum pinguis alaudarum magnitudine sunt, quarum captura Bononiæ, & Florentiæ largissima fit, & apud nobiles magno in pretio habentur, suauissimi quidem sunt saporis, boni succi, facillimæ concoctionis, & ualdè salubres, atque hyeme altiles fiunt, solentq; Romæ, & multis alijs in partibus depilatæ, atq; farinæ asseruatæ in scatulis recentes, & intactæ transmitti. Passeres & ipsi auiculæ sunt paruæ omnibus notæ, atque apud nos copiosissimæ, quæ omnibus auibus calidiores sunt, malè alunt, difficilis sunt concoctionis, & libidinem mouere creduntur, teste Principe, qui salacissimæ sunt, quarum caro gustui ingrata est nimia siccitate, atque calore, & difficile è uentriculo descendit, æstuosum, atque illaudatum generat succum, bilioſum nempe, ac etiam atrabiliarium, & quamuis Galenus passerum carnem maximè laudabile esse affirmet quarto de ratione uictus in morbis acutis, atque alijs in locis, quæ uerba Conciliator per passeres omnes minutas aues Galenum intelligere interpretatus est, cuius tamen opinionem haud nobis arridet, cùm eo loci de passere, ac ficedula mentionem faciat. Quare dicendum potiùs Galenum passerum carnem in turribus habitantium, aut in montibus degentium laudasse tempore Autumni, ut eius uerba sonant, qui uuis, & granis maximè aluntur, & pinguiores fiunt, & iuuenes sunt, nec adeò salaces & succi bonitatem acquirunt, rarò autem nobiles in suis mensis admittunt: feruntq; mares ob coitus immoderantiam, ac salacissimam libidinem, annum integrum non uidere, ob id Mauritani cibis in totum abdicarunt. Reperitur & ex hoc genere passer solitarius aliquantò maior, ac subnigrior, qui suauitate cantus à multis in eum usum educatur. Adest & passer ab Aëtio troglodytes appellatus, quem refert miram habere à natura contra renum, ac uesicæ calculos facultatem, & multi in furno exsiccant, & totum cum plumis in polinem reducunt, & cum uino, uel iure, uel stillatitijs appropriatis exhibent, quod nos quoque aliquando experti sumus, sed pauca cum utilitate. Verùm quia magnum est auicularum agmen, atque pœnè infinitum: adsunt enim cardueles, ligurini, ficedulæ, atque huiusmodi aliæ, quas persequi immensi esset laboris, ac difficultatis. Ideo sat erit in uniuersali de omnibus sermonem habere, & eò magis cum uoluptatis cantus potius gratia capiantur, alanturq;, quàm loco cibi utantur. Montanæ tamen multò sunt præstantiores ijs, quæ in locis planis oriuntur, atque degunt quoniam quæ in stagnis, paludibus, locisq; aquosis, atque campestribus degunt, humidiores, & excrementosæ ualdè sunt, quæ uerò in montibus calidiores, & ficciores existunt & minimè excrementosæ. Omnes quidem tenuiorem generant sanguinem, nec multum alunt, & facillimę sunt concoctionis, quandoquidem ipsarum corporis substantia nõ parum aëris habet, & parum excrementi adferunt, & si pingues fuerint, laudabilem succum præstant, & conualescentibus ac etiam aliquibus ægrotantibus mirificè conueniunt, & ut Galenus refert passeres, turdos, merulas, perdices, & reliquas id genus aues monticulas mandere licet. Qui uerò tenuanti uictu uti uult, abstinere debet ab auibus quæ in locis aquosis uiuunt, ut anseribus, anatę & alijs id genus magnis, quæ difficile concoquuntur, & crassum præbent alimentum, carnemq; excrementitiam habent, & hęc de auibus dicta sufficiant, ad quarum oua transeamus.

Hortulani qui.

Passerum uires.

Com. 101. Conciliator notatur.

Nota.

Passer solitarius.

Troglodytis uires.

Montanæ aues præstantiores.

Nota.

De Ouis. Cap. XXIII.

VOrum uerò historia tam multiplex, tamq; uaria est, at longa indigeret enarratione, siquidem uariantur & specie, & partibus, & tempore & præparatione, & comparatione ad corpora, uerùm omissis speciebus de quibus in singulis locis dicemus, utpote perdicum, & columborum, & auicularum, & piscium, secundùm genus, & unamquamq; speciem, siquid in eis notu, uel ratione ipse, uel experimento deprehenderim, uelut & testudinum, quorum

Ouorum historia uaria.

tantùm inter quadrupedia oua edendo sunt, hîc solum de ouis gallinarum, atque phasianorum, sermo erit, hæc enim illis simillima, illa præstantissima, & optima, & numerosissima, dicemus de reliquis differentijs, quanquam & ipsa primum in hypenemia, seu subuentanea, & fœcunda distinguantur, nec sensile discrimen in his uel ratione, uel experimento deprehendere potui, quæcunque tamen gallinæ gallis assiduè congrediuntur, oua faciliora ad concoctionem, & aliquantulum calidiora edunt. Accipere autem oportet à sensu ipso quod oua longè tardiùs putrescunt carnibus, etenim exposita soli in æstate uix triduo fœtent, carnes spatio quatuor horarum, si teneræ sint, & comminutæ putrescunt, neque tamen credas eas putrescere, aut putruisse cùm apparent uermiculi, nam perspè ante putredinem à maioribus muscis, quæ illos pariunt dum carnibus incumbunt, natos esse intelligas, & tamen uel sic, ut dixi, longè celeriùs putrent carnes, quàm oua, & ex ouorum partibus celerius candidum quàm luteum, hoc enim expertus sum, quod una uel altera die ex candido oui uermiculi generantur, & quammulti, non ita ex luteo, sed & si putruerit ouum, adeò corrumpitur, ut omnes carnes excedat putridas, neque ferri possit, præclarum ob id auxilium ad prolapsus uteri, si supponatur, magis uerò ad illius descensum cum spontaneus fuerit, & robustus, sed & ouum utraque sui parte maximè uiscidum est: albo enim diu agitato, & flore calcis gluten efficitur, quo utri partes adeò adhærent, ut alibi potiùs quæ in futura si occasio detur rumpi soleat, sed & luteum si trahatur, sequitur, et lentorem magnum ostendit, quin etiam totum ouum è numero eorum quinque est, quæ ex animalibus quo magis coquuntur, eò magis concrescunt, & duriora fiunt: sunt autem reliqua sanguis, & lac, & iecur, & cerebrum, siue elixentur, siue assentur, sed assata tamen longè plus, & celerius coguntur, ambæ etiam partes ouorum coctæ, & in camino positæ, transeunt in lapides durissimos: partes uerò eius ut coctum fuerit, medio inter quatuor sunt manifestæ, luteum quod secundo loco concrescit, & pars media candidi, quæ prima omnium & æstima, quę concrescit, & adhæret cortici, & suprema quæ ualdè pauca est, quam lac uocant, quæ seriùs cogitur, & suauis est, & aqueæ substantiæ: Discrimen uerò à tẽpore est, quod quantò diuturnus fuerit, eo inanius, et deteriùs tum ab aëre, qui intrò continetur (omnia enim ab aëre corrũpuntur) tùm quia resolutæ sunt partes tenuiores, tùm quia putredini paratum natura, omne enim pingue ubi mortuũ fuerit, putrescit, & ob id etiam hypenemia aliquantò celerius putrescunt. In uniuersum autem refugere oportet iam diu nata, & si fœteant, prorsus, ut ueneficio abstinere, non idem tamen est tempus, & terminus omnium, nam æstate & detenta loco calido, post quatriduum inutilia sunt, optima ea die nata, bona etiam pridie, hyeme uerò etiam pridie, & perendie optima, & bona etiam usq; ad octo dies, si cõseruentur frigido loco, non tamen immodicè, ne congelentur, an gelari possint incertum mihi est, id certum aërem intro corticem penetrare dignoscuntur, exposita soli non fallente experimento, quoniam quæ inania sunt, obscura uidentur ea parte, & tamẽ translucent, cõtra recentia: nõ enim translucent, & rubicundiora uideãtur, sunt etiã grauiora quæ sunt recẽtia, & leuiora, & humidiora, ac leuiora, adeò ut quidã dispensato nobilis, singula distingueret, ac seligeret. In coctione etiã multiplex discrimen, elixata in aqua, in lacte quæ suauissima sunt, cocta in cineribus, frixa in sartagine, tùm uerò leuissimè cocta, dura, & apala. Omnium cõmune est, ut nulli alij cibo recte misceantur, uel quia obstruunt, uel quia celerius concocta relinquunt reliquos cibos crudos, uel quoniam cum teneræ substantiæ sint, facilè corrumpuntur, pessima quoq; sunt his qui uentriculum, aut iecur corruptis humoribus refertum habẽt ob eam causam, tum etiam quia plurimum nutriunt, hoc enim commune omnibus ouis est, & quouis modo præparatis, durescũt etiam in febrientibus, & ob id etiam dura concoctu laboriosissima, atque uitanda: sed magis alba pars, nam lutea fria-bilior redditur. Mala sunt generantibus lapides in renibus, aut in uesica lapidem habentibus, & his quorum maiores morbo attonito, aut resolutione correpti sunt, feruntur enim ad cerebrum, & plurimum nutriunt, & uiscidum, ac insuperabile præbent alimentum, quod in cerebro nunquam dissoluitur, plurimum etiam nocẽt podagricis

Oua longè tardiùs carne putrescunt.

Putredo oui deterrima.

Discrimen à tempore.

Dubitatio.

Experimentũ.

Discrimen à coctione.

Quibus pessima.

Vires.

dagricis, atq; his qui abscessuum generationi sunt subiecti, his quatuor generibus morborum maximè obnoxia sunt oua præter cæteros, sed & quibus in uentriculo peculiari natura in nidorem transeunt. In reliquis si parcè sumantur tenue, & multum admodum adhibent alimentũ, propriè quæ apala dicuntur, frixa inutilia sunt, non tam peculiari ratione, quàm quod ut diximus, pingue aduritur quo condiuntur, seu oleũ sit, seu adeps. Conueniunt maximè infantibus propter substantiæ cum lacte similitudinem, & senibus propter coctionis facilitatem: si enim rectè cedat, quarta hora traducuntur ad iecur, idq; ex fame, & inanitate uentriculi, & leuitate, & alacritate, quę nutritionem subsequi solet, & ex uomitibus deprehenditur. Conueniunt & releuatis à febre, & cõsumptis à quauis causa, & ideò hecticis, nisi tamẽ concrescant. Et quibus multa est effluxio maximè sanguinis facta fuerit. Et ideo etiam nutricibus ob duplicẽ causam, & imbecillem uentriculum habentibus, augẽt semen, & rem ueneream, quibusdam etiã, qui cerebro sicco sunt, utilia sunt, & conciliant somnum, sed & his, qui parum exercentur, quemadmodum & studiosis, duplici ratione iungi debent soli pani leui, pessimè caseo: gluten enim efficiunt durissimum, inde piscibus, & leguminibus, demum carnibus ob multitudinem alimenti, & concoctionis diuersitate, cocta cum oleribus uelut boragine, & blito, ac beta, bona sunt temperata natura pauci excrementi, quod cortici adhæret, omitti debet. Hippocrates in secundo de Diæta inquit: [Oua uolucrũ robustum quid habent, & alũt, & inflant.] Robustum quid habent, quia generatio est animalis, alunt quia hoc est pulli lac, inflant, quia ex parua molle in multam diffunduntur. Itaque ualidis, & plenis inutilia, exterius aluum astringit, luteum acopum est, & dolores mitigat, ob id ex eis frixis in sartagine oleum exprimitur, doloribus acutissimis utilissimum. Teneriora, & cruda etiam magis aluum mollíunt, terminus autem coctionis in cineribus est sudor, quæ nõ sudant, iam diu nata sunt, & uacua, uix autem ouum æqualiter coqui potest, sed partes molles modò habent, aliâs duras, ob id quod exterius coquitur: neque enim aquam admittit, ut caro dum elixatur, neque calorem ignis, ut dum assatur: ob id etiam ouorum usus damnandus est.

Cur infantibus a senibus conueniant.

Conualescentibus.

Pag. 7.

De Piscibus, ac eorum differentijs. Cap. XXIIII.

Piscium tractatio qualis.

Piscium genera, uariasq; eorum differentias, multiformemq; naturam tractare uolenti, non illud mihi proposui ut de singulis dicerem, cùm hoc infinitum sit negotium, & à præsenti instituto alienum, tum etiam ab aliis tractatum, sed ut cuncta generaliter, ac ueluti per capita comprehenderem, sigillatimq; ac quasi per exemplum causas illorum describerem, nec non & quorundam qui apud nos cõtinuo sunt in usu naturam, ac facultates apponerem: illud primum proponens quod piscis nomen intelligitur: id autem est animal omne, quod in aquæ alimento commodius uiuit, quàm alibi, unde fibros, & aues, quæ in aquis uiuunt, à piscium genere secludi manifestum est, testudines uerò, & cancri, ac talia, piscium nomine intelliguntur. Pisces autẽ qui sub terra uiuunt, cum tamen eo uiuant, quia in cœno propter aquam uiuunt, nomine piscium eorum intelligemus, qui uelut in terra degunt. Pisces tamen propriè dicuntur, quibus branchiæ sunt, ac pinnæ, & in uentre concauitas uento plena, atq; hi omnes fermè sine pedibus, agiliterq; in aquis mouentur, neq; tamen omnia in omnibus, nam quosdam pisces licet paucos constat branchijs carere. Sunt autem branchiæ ossa curua carne minuta contecta cum exiguis foraminibus, plerunque autem caro ea rubra est, & per has aqua ex ore pelli potest, & ingredi, nam pars oris sunt: teguntur in pleriſque piscibus maximè squamosis ossibus alij. Necesse autem fuit eas inesse piscibus, quod cùm pisces in aqua uiuant maiori ex parte, parum habent sanguinis, & respiratione aëris carent: quamobrem dum comedunt, oportet & cibum deuorari, & aquam excludi, quæ duo in hominibus per asperam arteriam, adiacentesq; partes, & faucium musculos fiunt, at in piscibus neutrum adesse poterat. Branchias igitur natura excogitauit, quę etiam integros cibos in gulam cõprimerent, & aquam prohiberent, uno enim & eodem motu dum constringũtur, cibũ in gulam

Quid piscis.

Branchiæ quæ.

Branchiarum usus.

immittunt,& aquam quæ in ore est,expellunt. Tertius usus earum est, ut cor aqua sensim attracta non confertim refrigeretur: si igitur non essent branchiæ, nec cibus posset deuorari,quia pisces non mandunt, pleriq; enim latis dentibus carent, operosum enim esset in substantia tam crassa qualis est piscium tot musculos, & tam tenues fabricare, cùm uideamus in terrestribus carnem eam rubram esse maximè.

Nota. Branchię igitur musculorum oris uice sunt,ideò eis maximè necessariæ, ut diffusiùs declarauimus in libris de Rerum uarietate, in quibus etiam demõstrauimus an pisces respirent,aërem,an aquam,an utrunq;,an neutrum: atque etiam quomodo aërem in se,& cur contineant: item quomodo audiant, sintq; omnibus sensibus præditi,atque ijsdem hebeti. Oua gignit piscis, quia animal ũ generaretur in utero, ex sanguine generaretur,essetq; piscis sanguineus & calidus, quare pulmone indigeret, & aëre, non igitur esset piscis: ob hoc uitulus marinus cum animal non ouum generet,etiam respirat,& cutem pilosam habet propter caliditatem. In elemento etiam iam frigido,difficilè esset tantã caliditatem seruari, ex qua posset animal generari perfectum. Causa uerò multitudinis piscium est elementi facilitas, aqua enim generationis principium. Et quia esca sunt parui pisces maiorum, non enim ibi tot sunt plantæ,grana,fructus,quibus uesci pisces possent,sicut in terra,sed idem fermè cibus,& animal. Pisces enim sunt parui sensus & animalia cognitione carentia,unde fœtus negligi à parentibus necesse erat,ob idq; maiorem illorum partem perire, quamobrem multa generatione opus fuit. Animalia enim pro sensus magnitudine,& prudentiæ fœtum suum diligunt,atque custodiunt: siquidem custodia fit per delectationem,delectatio à cognitione oritur. Quamobrem quæ imperfecta sunt, ualdè curam fœtus solùm gerunt, donec in utero eos continent, quæ perfectiore, donec in lucem ex ouo prodierint: oua enim custodiunt,natum animal negligunt, quæ uerò perfecta donec robusta sint,ut aquilæ,canes,& corui,sed perfectissima ut homo,& elephas perpetuò fermè natos suos diligunt. Verùm animalia, quæ imperfecta sunt,animalia unquam ex se generant,nedum ut genita diligere possint,& licet parte anteriori pisces omnes animalibus pedestribus similes uideantur,posteriore tamen in piscem desinunt, uel nullis fermè exceptis: causa est quod uelut in nauis puppi temo illum dirigit,ita cauda piscis iter suum,propterea piscibus omnibus fermè cauda bifida est. Atque scriptum reliquit Aristoteles pisces Græcis magis fuisse cognitos, cum ipsi ferè ad mare omnes positi sint, atque eorum marinorum naturam magis compertam habere mediterraneis. Sed mirum est cur rem piscariam à Romanis fuisse adeò prætermissam, cùm constet statim ab urbe condita pisces marinos Romæ in usu fuisse, nec non etiam & tot instituisse piscinas, in quibus pretiosissimos pisces alerent,atque ex eis magnos reddit⁹ capiebant, si historijs fides adhibenda est,atque alijs antiquis scriptoribus, tanta erat uentris, gulæq; luxuria,& magnatum,ac Principum in cibis libido, quibus maximis in delitijs fuerunt. Feruntq; Alexandrum Regem potẽtissimum piscículos ad amicos pro summo munere misisse, sed fluuiatilium, & locustrium, ut sunt ciprini,tincæ,anguillæ, & alij huiusmodi pisces apud eos in nullo fuêre usu. Sed ad rem deueniamus, atque eorum qui apud nos in usu sunt,quo ad sanorum commoditatem facere existimantur,sermonem in genere habeamus, quorum differentiam partim à magnitudine,constitutione,figura,colore,loco,atque accidentibus,partim ab ipsorum cum signis cœlestibus,uolatilibus, quadrupedibus, insectis, stirpibus,& diuersarum artium instrumentis,similitudine reductas esse comperimus,ut in libris de rerum uarietate declarauimus, est etiam & ultimum discrimen amoribus in piscibus: sunt enim solitarij,gregales,simplices,astuti,feri,mites,uagi,quieti, atque aliæ huiusmodi differentiæ plures. Sed potissimùm à quatuordecim eorum differentiæ desumuntur:A' genere ut marini,& aquæ dulcis,atque inter hos discrimina alia:Ab alimento,unde pelagij,qui in alto mari degunt,& urbitij qui ex sordibus uescuntur:A' specie auratæ,gobij,tincæ:Ab ætate paruuli,senes,mediocres:A' sexu masculi,& fœminæ: A' tempore ut cum ouis referti sunt,aut exiles,pinguescunt alio tempore, alio macilenti euadunt,recẽtes uel iam diu capti,aut mortui: A' forma crassi,tenues, longi,

Cur oua gignat piscis.

Multitudo piscium unde.

Nota.

Piscium differentia à quibus.

longi, breues, lati, anguſti: A' colore candidi, rubri, nigricãtes ſub branchijs: A' cute molli, aut ſquamoſa: A' ſubſtantia dura, aut denſa, aut friabili: A' capturæ modo: A' proprietatibus, & à partibus. Principaliores autem differentiæ ſunt à genere, à tempore anni, à forma. Pelagij ergo melioris, & maioris ſunt, atque ſolidioris alimenti his, qui ſunt ex aquis dulcibus, ac littoralibus, tum multò etiam magis urbicis. Ab anni autem tempore cum ouis repleti ſunt meliores plerique, & præcipuè cancri, & aſtaci, & ciprini: Bulbi autem ſeu barbati dum florent populi, penè exitiales, uomitum mouent, & cholerã morbum. Forma autem in eiſdem ſpeciebus plurimum refert, nam ſquamoſi plurimum ſunt meliores, quàm qui cute teguntur, & ſquama candida atq; ſplendida: ſunt enim ex melioribus aquis, & magis recentes, & ſi tenues ſint, ac lati, & uentre duriore ſunt alimenti melioris, & facilioris coctionis, friabiles magis, & magis recentes, quoniam à uentre primùm laxantur, & uiui præferuntur mortuis, ſed ex mortuis optimi, qui non ſunt diſtenti, ſed curui ualdè, & obliqui, & duri, non molles, & branchiæ ſint rubræ & claræ, ac quaſi ſplendeant: nam ſi pallidæ ſint, corruptionem ſignificant, ſi obſcuræ, cœnoſus eſt piſcis, atq; lutoſus. Et ſi cãdida ſit caro, ac lactes, optimus eſt. Piſcis bonus eſt cuius caro eſt candidiſsima, eſt enim recens, & bono ex cibo nutritus, & benè coctus, ſi aliquod horũ deſit, ualdè candidus eſſe non poteſt. In uniuerſum ſquamis pulchris, rubris branchijs, obliquus ſeu incuruus & durus, ac cãdidus maximè cum coctus extiterit: eorum autem qui in fluuijs gignuntur, præſtantiores ſunt (inquit Galenus) qui in ijs gignuntur, in quibus aqua rapidè fluit, ac copioſa eſt, qui uerò in ſtagnibus nõ boni. Præterea penes alimenta piſces meliores, peioresue euadunt, ut diximus: nam quibuſdam herbarum, ac bonarũ radicum copia ſuppetit, ijq; eam ob cauſam ſunt præſtantiores. Alij herbas paſcuntur limoſas, & radices mali ſucci, præterea qui in fluminibus urbem magnam præterfluentibus, hominum ſtercoribus, & prauis id genus eſcis uictitant, omnium deterrimi ſunt, adeò ſi paulò diutiùs mortui permanſerint, ſtatim putreſcant, & peſsimè oleant: iſti autem in cibo ſunt prorſus iniucundi, & ad concoquendum difficiles, atque exiguum quidem boni alimenti, excrementi autem plurimum reddunt, quare mirum nõ eſt, ſi prauum ſuccum in eorum corporibus, qui quotidie illis ueſcuntur, congerant, qui cùm ſint deterrimi omnium, è contra præſtantiſsimi erunt, qui in mari puriſsimo degunt, maximè ubi littora quæ aquam in orbem ambiunt, terra non abundant, nec leuia, ſed aut arenoſa ſunt, aut aſpera, & ſi ad Boream ſpectent, longè meliores erunt. Piſcium autem omnium temperaturam frigidiorem, humidioremq; eſſe cuncti percelebres medici uno ore confirmant.

Principaliores piſciũ differentiæ.

Signa bonorũ piſcium.

Fluuiatilium meliores.

De Partibus piſcium. Cap. XXV.

QVod ad piſciũ partes attinet, quæ cæteris animalibus hucusq; dicta ſunt, huic capitulo inſeruire poſſunt: uelut illud delicatiora eſſe in ſingulis oua, lactes, & iecora, ita ut in auibus præſertim, ſed longè meliora, ut molliora, quanquam minora, inde oculi, os, cerebrum, ſed oculi, & os exigua res ſunt, uerùm mollia, ſuauia, & optimi alimenti. Hæc enim regula in partibus animalium non in generibus, neque partibus plantarum, ſed his duntaxat propria eſt, quod quantò molliores, eò ſunt delicatiores, & quò delicatiores, eò etiam ſanitati tuendæ accommodatiores: ſed tamen & in his ordo eſt, nam iecora ſunt omnium meliora poſt lactes, nam oua, & cerebra minùs ſunt probata, roſtri, limites, et oculorum ſedes (ut dixi) exiguæ ſunt. Alimentum harum partium, cùm omnium piſcium & partium ſit, pituitoſum etiam eiuſmodi eſt, ſed tenuius multo, & ſanguinis naturâ uicinius, namq; ut ob mollitiem facilius concoquuntur, tùm etiam ob ſuauitatẽ, ita etiam tempore debito coctæ hæ partes in meliorem, & exactum ſanguinẽ transeunt. Et ſicuti alimentum quod ex piſcibus prouenit ſanguinem gignit conſiſtentia tenuiorem, quàm quod ex pedeſtribus animalibus ſumitur, adeò ut nõ affluenter nutriat, & celeriùs diſcutiatur, ita & eorundem partium ſeruata proportione, quod

Piſcium partes meliores.

quod omnes cura tuendæ ſanitatis operam dantes pro comperto habere debent, ueluti & alimenta quæ extenuant, quæ craſsi ſunt ſucci, quæ mali, quæ probi, quæ crudi, quæ facilè perficiuntur, quæ difficulter, quæ flatus generant, quæ minimè aluum deijciant, quæ comprimant, quæ urinam prouocant, atque alia huiuſmodi, ut ſuperiùs in primo libro declarauimus.

De Piſcium in alendo permultis differentijs, ac facultatibus. Cap. XXVI.

Piſcium differentiæ in alendo.

PIſces ergo cùm à ſpecie, ac genere, à loco, & uictu, ab ætateq; diſtinguantur, tum magnitudine, ac cęteris differentijs, tum communibus, tum propriis ut diximus. Quicunque enim parui ſunt, eò minùs nutriunt, quo facilius concoquuntur, contra magni. At qui parui ſunt, & magnorum genere, non ſolùm parum nutriunt, ſed etiam mali ſunt alimenti. Vt enim declarabat Galenus: quæ proxima natiuitati ſunt, humidiora ſunt, ſi autem iam per ſe humida ſunt, cùm parua ſunt, ſunt humidiſsima: quantò igitur meliores ſunt hœdi porculis, tantò & magis merulæ, & apuæ tincis, & lucijs, cum illi natura parui ſint, hi magni: ergo magnorum, ut ille dicebat, breuis eſt ætas, nam parui nimis humidi, magni duri. Per genera, qui reſpirant omnes carnis duræ ſunt, ut delphini, cetacea, & orcas, ac marſuinus. Calidiores enim ſunt neceſſariò, ac magni, quorum tenerrimę partes ſolùm uſui eſſe poſſunt, uelut lactes, & quæ pinguedine concreta conſtant ac apuphyſes. Quæ autem pedes habent duros, ut aſtaci, cancri, locuſtæ, deteriora ſunt mollibus, polypis ſcilicet, ac ſepijs, & loliginibus. Et parui in mari ut aloſæ, ſcari, mulli in dulcibus aquis, magni uelut trottæ, ſalmones, præſtantiores ſunt, & meliores: nam cùm piſces marini multò plus alant, & nutrimentum præbeant, ſolidius, & difficilius concoquantur, difficilius etiam corrumpantur, ſi minores natura ſint, nihilo fermè deteriores ſunt, & in his quibus laudari merętur, maioribus certè præferri debent, his qui in fluuijs degunt, & minùs mali ſunt in his, in quibus damnari poſſent. Pingue enim ſolidum, ac multum eſt alimentum marinorum piſcium, ſi ad fluuiatiles comparetur, & non paruo diſcrimine differt. In aqua enim maris ſalis plurimum: in ſale autem oleum continetur. Sed puriores qui alga ueſcuntur, & meliores undequaque, reliquorum, ut quiſq; meliore utitur alimęto, & ſecundùm ſpeciem, uelut qui conficiuntur cancros, & conchas, aut piſces cæteros, & ſecundum numerum, ut pelagij littoralibus præferri debent, & locus arenoſus melius eſt cœnoſo, & ſaxoſo. Et in cœno qui habitāt ut tincæ, malæ ſunt: ex eo enim nihil boni, deterius ſi ex eo alantur, ut diximus. Sicciores autem & frigidiores inter lapides habitantes, nam ſimilia ſuis naturis appetunt: lati quoque ac tenues præſtantiores, quoniam diſſecant facilè aquas: ideo leues, & magni motus, & unumquodque ad genus ſuum referri debet: nam & ex dulcibus aquis idem contingit, nō tamen craſſi mali: nam gobij tales ſunt, & boni, ſolidiores tamen ſunt omnes tenues, quia non perdurarent, quanquam rhombi molli carne ſint: præterea leues, & friabiles etiam grauibus, & lentis, meliores. Et quorum caro candida eſt, boni ſaporis, atque iucunda guſtui, odorem enim bonum refert, ſquamoſi itidem, ac recentes. Et candor carnis piſcium quatuor indicium eſt præſtantium conditionum, quod ſit natura bonus, è bono loco, recens, & benè coctus. Omnis tamen piſcis caro hebetat uiſum, & ipſum obtenebrat.

Marini plus alunt quàm fluuiatiles.

Nota hiſtoriã quæ mihi contigit.

Eſt etiam magnum in rebus diſcrimen ex comparatione cauſarum & coniunctione multorum, uelut mihi contigit cum abhorrerem ab eſu anguillarum ob alimenti prauitatem, & caupo in uia Romana cùm nihil aliud haberet, hortaretur enixè ut ederem appoſitas, dicens eſſe ex aqua clara, & flumine, paruas, recentes, benè frixas, animaduerti eſſe maximè candidas, deguſtare cœpi, uerebar enim quod cùm ſint humidiores, tamen paruæ etiam multò magis eſſent: uerùm tam commodas inueni uentriculo, ut pœnituerit non paruiſſe cauponi, parum enim obſunt ut uidi ab alimento pedum uitulorum: ideò condiri debent ſale, pipere, cinamomo, & roremarino, ſicut quę magnæ ſunt lauri foliis, facillimè concoquuntur eiuſmodi, & ualdę

ualdè ſuaues ſunt. Apello recentes à captura, non à morte: tabeſcunt enim uiuæ cũ motu hebetantur, ut mortuæ putreſcant. Hæ ergo multò meliores ſunt tincis, tenuioris alimenti, leuioris, minuſq; lenti.

De Mugile, lupo, & mullo. Cap. XXVII.

PLures mugilum ſpecies, uel differentiæ ab antiquis conſtituuntur, ut ex Athenæo colligitur libro ſeptimo, quas tamen nec certis, conſpicuiſq; notis, neque proprio cuiuſque uulgari nomine eas diſtingunt. Nos uerò ex Ariſtotelis, atq; aliorum auctoritate, in mugiles, capitones, labeones, myxonas ſeu mucones diſtinximus in libro de uarietate rerum: ſed hîc de capitonibus mentionem facere ſufficiet, & quorum exemplo tanquam omnium optimorum, reliqui quoq; intelligantur, ſuauitate namq;, ac ſucci bonitate cæteris præſtãt capitones: ſecundo loco ſunt, qui mugiles dicuntur muccones inferiores, omnium infimi ſunt labeones, hoſq; omnes Græci Cephalos uocant. Propterea quod magnum habent caput, ſuntq; ex ſquamatorum piſcium genere, & ſæpè loca mutant, cum utriſq; aqueis, & marina, & dulci utantur, è mari abientes aduerſo natent amne. Fluuijs enim omnes marini gaudent, nec modo in mari naſcuntur, uerùm etiam in ſtagnis, ac fluuijs, & proinde magnum inter de diſcrimen præſtantiæ, & bonitatis, prò locis in quibus degunt diuerſitate habent. Mugilum (teſte Plinio) natura ridetur, in metu abſcondito capite totos ſe occultari credentium more phaſiani, celebratur tamen eorum uelocitas, ut interim tranſuerſa nauigia ſuperiactent, atq; ſoli omninò à carne abſtinent, nec ullum piſcem comedunt, cuius rei argumentum eſt, quod neque in uentre tale quid unquam habentes capiuntur, neque eſca in eos ex carne utimur, ut tradit Ariſtoteles octauo de hiſtoria animalium, ſed offa panis ueſcuntur, quæ alga, & arena, & guloſis, atque inſatiabiles ſunt. Quocirca uentre diſtento graueſcunt, & niſi ieiuni ſint, hærent inertes: limo ergo omnes paſcuntur capitones, quo fit ut graues, & ſordidi ſint, atque per id tempus quo uterum gerunt, laborant, maximè in uere: quapropter fœminæ tunc temporis prægnantes omninò ſunt euitandæ. Cùm itaque magnum inter ſe habeant diſcrimen particulares mugiles, ex Galeni ſententia tertio de Alimentorum facultatibus, adeò ut pelagici genus diuerſum eſſe uideatur, ab eo quod in fluminibus ſtagnis, lacubus, aut urbium riuulis, latrinas purgantibus uiuit, eorum ſanè caro, qui in aquis limoſis, ac ſordibus degunt, excrementitia, admodumq; muccoſa erit, optima autem qui in puro mari uiuunt, præcipuè cum uentorum procellis agitetur, nam in quieto, nullisq; agitato fluctibus, tanto piſcium caro deterior fit, quantò minus exercitatur. In ſtagnis autem maritimis (quę λιμνοθάλαττας appellãt, ubi uidelicet fluuius magnus efficit, quod mari coniungitur) adhuc eſt deterior: & hac adhuc magis in ſtagnis, quæ ſi parua ſint, nec magnos fluuios recipiant, neq; fontes habeant, nec largum effluuium, longè quidem deterior eſt. Peſsima autem ſunt ſtagna, è quibus nihil aquæ omninò effluit, ſed ſtabilis eſt ac planè immota, qui enim piſces eiuſmodi in locis degunt, peſsimam habent carnem, ut ſupradiximus, uerum guſtu, & olfactu eorum præſtantia ac ſalubritas dijudicabitur, nam ut proditum eſt à Galeno, continuo guſtus mandenti ſibi præſtantiorem indicabit. Iucundior itaq; eſt caro, & acrior, pinguedinisq; expers. Pingues autem contra, & ſoluti ſaporis, tum cibo, tum ad concoquendum ſunt deteriores. Quapropter boni admodum ſunt ſucci mugiles pelagij, non multi nutrimenti, & excretu faciles, fluuiatiles uerò ualdè ſunt ſpinoſi, & ſapore pingui, eſu & concoctu ineptiores, uentriculo infeſti, mali ſucci, ac uiroſi, ideò cum origano parari debent. Qui uerò in turbidis aquis, & ſtagnis, mali ſunt odoris, difficillimè diſtribuuntur, inertemq; admodum carnem habent, quia ex fimo pinguiores redditi ſunt, & eò magis cum genus quoddam mugilum reperiatur, ut teſtatur Ariſtoteles, quod non coitu, ſed ex limo, arenaue gignitur, ſumma facta putredine, qui cùm ſordidi, atq; excrementoſi, omniumq; muccoſi piſces ſint, ob id & peſsimi ualdè ſunt ſucci, & omninò à cibo abdicãdi. Eligatur ergo pe-

Mugilum plures ſpecies. Cap. 25.

Capitones omnium meliores.

Cephali ſæpe loca mutant.

Diſcrimen in alendo unde.

Proprietas.

Cap. 2.

Cur fœminæ prægnantes malæ. Cap. 25.

Vires.

Ex guſtu & olfactu cognitio.

Mugiles ex limo orti qui.

Qui eligendi sint. lagius, qui recens captus comedi debet, nam si paulò diutius mortuus permanserit, statim putrescit, & pessimè olet. Maiores uerò elixari, uel assari solent, & minores in sartagine frigi, meliores sunt mense Septembri, & magni cum carnem duriorem habeant, ideo difficiliùs concoquuntur, sale etiam conditi optimè asseruantur, imò & stagnales sic cõditi longè laudabiliores, quàm antè redduntur, omne nempe quod muccosum, ac uirosum eis ineſt, id totum exuit, ac deponit, et recens salitus, iam diu salito melior est, nec parum uentriculo confert. Mugilum quoq; oua sale condiuntur, asseruantur ue, iucundum sanè edulium, ab Italis uulgari nomine *botarghe* dictum, quod à Proceribus, & Magnatibus, præcipueq; bibacibus magno habetur in pretio, quippe sitim, & uini auiditatem mirè excitare creditur, quemadmodum & cætera salsamenta. Verùm cibi appetentiam iam deiectam recreare, atq; etiam restituere senibus præsertim solet: eduntur etiam oua hæc cruda, uel parum tosta, sed de eis modicum comedere sufficit, quia difficulter perficiuntur, sicut & difficulter etiam corrumpũtur. In uniuersum enim omnia piscium oua pertinacis sunt concoctionis, atque etiam non boni succi. Mugilum quoque uentriculus hominum uentriculo utilis non parum esse, seu in puluerem redactus, seu ex aceto, aut ex uino comestus creditur, illius enim pituitam resiccat, atque humidum superfluum. Lupus autem piscis est edax, ac uorax, solitarius, & carniuorus, ut Aristoteles inquit, qui à Romanis *spigola*, à Venetis *varolo* dicitur, & sic diuersa sortitur nomina pro locorum diuersitate. Est etenim squamosus piscis, atque branchiarum tegumenta spinea sunt, horrida, & spiculis aspera, atque in erenas, ut inquit Bellonius, à summo denticulata, ut duplicatas esse dixeris, os illi magnum est, atque amplum, tenuibus denticulis confuso ordine dispositis undecunque armatum, et carnem in sulmonis modum rubentem, in capite lapides gerit, ut adnotauit Aristoteles. Eiusq; duo nonnulli faciunt genera, alterum maculatum, alterum uerò maculis carentem: hallucinantur tamen, cùm uarietas illa, sola ætate, ac magnitudine fiat, grandiores enim deletis illis nigris notis, sine macula apparent. In fluminibus nunquam nascitur lupus, sed è mari sæpe flumina subit, ut testatur Galenus tertio de Aliment. facul. dum inquit: [Hunc piscem in aquis dulcibus natum non uidimus, sed è mari in flumina, aut stagna ascendisse conspeximus.] Ideoq; paruus rarò quemadmodum mugilis sæpè inuenitur. Et quãquam pelagius sit, stagna tamen maritima non fugit, nec fluminum ostia. Pelagij enim uocantur, in profundum mare secedunt: maximo apud ueteres Romanos in pretio fuisse testatur Martialis, proinde in piscinis studiosè alebatur, quas seminibus marinis replebant, ut lupos, auratas, aliosq; pisces marinos procrearent. Plinius laudatissimos in amne Tyberi capi, cæterisq; præferri tradidit, imò & præcipua authoritas ijs tribuebat, qui in Tyberi inter duos pontes capiebantur, nos uerò inutilissimos esse in cibis, & insaluberrimos censemus, propter sordidum, & obscœnum uictum, ut etiam superiùs ex Galeni authoritate diximus, cùm in omnibus piscium generibus pelagij optimi sint, post quos, qui in marinis stagnis, hos illi sequuntur qui circa fluuiorum ostia uictitant, postremi omnium fluuiatiles censentur: ergo quantò magis lupi pisces uoracissimi, & stercorum, latrinarumq; sectatores auidissimi? Pelagij igitur eligantur, qui boni sunt succi, & salubres, licet non multi alimenti, quia leuioris ut probat Galenus loco prælegato. Alimentum enim inquit quod tùm ex lupo, tùm ex aliis piscibus prouenit, sanguinem gignit consistentia tenuiorem, quàm quod ex pedestribus animalibus sumitur. Fluuiatiles uerò quia ut plurimum cœnosi, muccosiq;, ac lutum redolent, & citò putrescunt, ideò euitandi. Mullus autem piscis haud nobis hodie incognitus, quem Græci τρίγλαν uocant, quia ter in anno pariat. Veneti uerò *barbonem* diuersæ creduntur à nonnullis mullorũ species, quod & nos quoque septimo de Rerum Varietate tres enumerauimus, scilicet imberbem, barbatum, & asperum, qui & si quodammodò differant, non tamen uera specie, sed potiùs leui quadam differentia ex ciborum, quibus nutriuntur uarietate, cum alij alga, alij ostreis, alij limo, & alij aliorum piscium carne uescantur: ideò potiùs plures uerbis posuit eorum differentias Plinius, quàm re ipsa constituerit, & barbati, ac barbatuli à Tullio, & Varrone ap-

Botarghe.

Vires.

Lupus piscis squamosus.

Hallucinatio.

Lupus fluminа subit. Cap. 26.

Pelagij qui.

Plinij error.

Vires.

Alimentum ex piscibus.

Mullus cur trigla dicatur.

Ciborum uarietas.

ne appellantur peculiari epitheto, quia barbam in inferiore labro geminam habẽt. Sunt etiam gibbosi, squamosi, rubri, ac purpurei coloris, & maculosi, squamisq; teguntur magnis, ac tenuibus, & inter peculiares maris pisces enumerantur. Pelagij enim sunt, licet in stagnis, ac piscinis marinis uictitent: apud Romanos maximo in pretio fuerunt ueterum testimonio: uerum præstantissimi omnium sunt, qui in alto mari uitam ducũt, nequissimi uerò qui in cœnosis, obscœnisq; littoribus, stagnisue uersantur, quod docuit Galenus dum dixit: [Omnium fermè aliorum piscium carnem habet durissimam, & ualde friabilem mullus] quod idem significat, ac si dicas nihil in eo esse lentoris, neque pinguedinis. Nutrit certè cum probè fuerit confectus omnibus alijs piscibus copiosius. Diximus autem antea quod cibus durior, ac crassiorum partium, & (ut ita dicam) terrestris magis, alimentum corpori præstat copiosius, quàm humidior, ac mollior, præsertim quando præter id substantiam habet corpori alendo accommodatam, ac familiarem, quæ uoluptate iudicatur. Alimenta enim quæ tota substantia, ab alendis animalibus sunt aliena, ea aut non prorsus, aut insuauiter manduntur, ex familiaribus uerò quemadmodum humidius minus nutrit, ita coquitur facilius, ac distribuitur. Ergo nulli caro iucunda quidem est, ut quæ alimentum est hominum naturæ familiare, & quamuis sit alijs piscibus durior, mandi tamen quotidie potest, propterea quod friabilis est, & pinguedinis expers, cum quadam acrimonia, nam pinguia, & lenta cibaria statim ut sumpta fuerint, celeriter implent, & appetentiam euertunt. Porrò subiungit: [Optimi mulli reddũtur ut alij etiam omnes pisces, tum propter mare purum, tum maximè propter alimenta, quoniam qui cancellos uorant, grauiter olent, insuaues sunt, ad coquẽdum difficiles, & mali succi, quod & olfactu, ac gustu facillimè percipi potest.] Iecur autem & caput à gulosis maximè ob uoluptatem expetebãtur, nescio qua ratione. Assi super craticulam, atque modico oleo, & aceto, uel arancij succo conspersi libenter à nostris gustus, ac salubritatis gratia comeduntur. Fricti etiam, & succo arancij irrorati edi solent. Contra draconis marini, scorpionis, & aranei morsus impositos plurimum ualere experimẽto compertum est. Maiores minoribus sunt insuauiores, ac concoctu difficiliores, ob eorum duriorem carnem.

Vires.

Not.

Partes meliores.

Loco medicamenti.

De Saxatilibus, & eorum alimento. Cap. XXVIII.

PEtrosos pisces Latini, Græci uerò πετραίους uocant, quod in petris stabulentur, & saxatiles appellant, à locis in quibus uersari comperiuntur: non enim in leuibus, aut arenosis, aut terreis littoribus, sed in petrosis, promontorijs, ut inquit Galenus, & ubi saxa sunt, delirescunt ac pariunt, perpetuoq; in purissimo mari degentes inter saxa, rupiumq; crepedines, unde ortus illis, uictusq; uersantur, atq; suum naturalem locum tantummodò frequentant, nec temerè alienæ si aquæ immiscent. Et ij qui de saluberrimis sunt, quoniam alimẽtum quod ex his sumitur non modò ad concoquendum est facile, sed etiam sanguinem consistentia medium generat, qui nempè nec tenuis admodum, nec aquosus, nec uehementer crassus, sed consistentia æquabilissimus, ut declarat Galenus tertio de Alimentorum facultatibus. Eorum enim caro candida, pura, syncera, ac friabilis est, & ob id laudabilem generat sanguinem.

Petrosi qui.

Vires.

Cap. 28.

De Scaro, merula, & turdo. Cap. XXIX.

SCarus à Græcis ita nuncupatus piscis est, qui inter saxatiles primatum obtinet, cautibus, asperis atq; herbosis scopulis gaudet, cuius corpus ex liuido rubet ut mullus, squamis cõtegitur latis, & translucidis, ut in eius descriptione Bellonius refert, dentes habet obtusos, nostris incisorijs persimiles, sargoq; non multum absimilis, sed macula in cauda caret. Ipseq; solus ruminat, atque ob hoc ruminalis à quibusdam est appellatus. Causam uerò cur solus inter pisces ruminet esse reor, quia dentes & ipse solus planos habet, & alga uesci-

Scarus qui.

Cur scarus ruminet.

tur. Animalia enim quæ ruminãt ut boues, & capræ, carent superioribus dentibus, ante omnes autem alios planos, & latos habent, cumq; ruminãt, iacent, dum enim foris pascuntur, non ruminant, quoniam non durum est alimentum, sed cùm sub tecto sunt, atque ideo solis septem hybernis mensibus fermè. Scari autem caro mol

Vires.

lior, ac friabilior est aliorum piscium carne, ut testatur Galenus tertio de Alimento-

Vires.

rum facultatibus, nam multi inueniuntur, qui carne quidem sunt molli, sed nullam

Cap. 30.

habent friabilitatem, ut quibus succus quidam lentus, & pinguis innatet. Alij uerò nihil lentoris, ac pinguedinis habentes, in eo sunt saxatilibus similes, sed carnis duritie ab eis discrepant, ut pelagici fermè omnes. Valdè etiam suauis, ac gustui grata est scari caro, ad concoquendum etiam, subeundum, atque alendum facilis, laudabilemq; generat sanguinem. Interiora quoque suauia sunt, atque intestina uiolam

Merula quæ.

olent. Et epar in tres lobos diuisum habet. In craticula atque sartagine assatur, quin & elixatur. Merula autem quam Itali tincam marinam appellãt, piscis est, qui squamis tegitur paulò latioribus quàm turdus, & corporis figura minori turdorum generi simillima est, quàm pro anni temporibus colorem mutare prodidit Aristoteles: tota enim ex ceruleo nigricat, & quamuis Aristoteles dicat, uere ipsam nigrescere, post uer albedinem suam recipere, non ob id intelligendum est illam in totum albescere, sed cum reliquo anni tempore subnigra sit, & uerè nigrior fiat, ut experientia ipsa ostendit, ideò subnigredinem illam largo modo appellauit Aristoteles albedinem: saxosis locis maritimis, ac littoribus gaudet, atque inter saxatiles Gale-

Vires.

ni testimonio merula, atque turdus secundùm obtinent locum. Vescitur alga, musco, piscículis, cancris, & huiusmodi, cuius caro alba ac friabilis est, ob idq; optimi succi, facillimæ concoctionis, & leuis alimenti, atque sanguinem consistentia medium generat, gustui tamen non admodum est grata, nec inter sapidos pisces recensetur, frixa, & in albo iure elixa manditur. Turdorum autem plura sunt genera,

Plura turdorum genera, & quæ.

quorum species duodecim Rondeletius enumerat, seu quod plerosque depictos huic asscribant generi, seu quod ubi multiplex est color, ibi anceps sit, quasi naturæ, ac multiplicis differentiæ, seu quod cum in leuiore facilè uariet, & à uarietate differentiæ sumantur, multiplices etiam fiant differentiæ, quæ quales sint uerè, eas nemo explicat, aluum turdi piscis, turdi auis instar uarium siue maculosum esse constat, cùm eius color ex rufo in melinum uergat, atque ad uiriditatem inclinet, ut Bellonius refert: squamas habet tenues, et frequentes, geminantibus in medio punctis

Vires.

nigris, rubris, & alijs, per totum corpus distinctas, cuius caro mollis est, sed friabilis, propterea boni succi, atque concoctu facilis, uti et saxatiles reliqui. Ab antiquis, & si saporis suauitate turdus commendetur, nostris tamen temporibus non æque gustui iucundus habetur, ob id assato, & frixo, intinctus aranciorum malorum, aut acetum addunt.

De Iulide, perca, & phycide seu fuca. Cap. XXX.

Iulis piscis marinus & qui.

VIcherrimus est Iulis piscis marinus, in saxosis locis uicitans, quem Veneti domisellam uocant, quiq; squamis tenuissimis tegitur, nec totus palmi mensuram excedit, si cum longitudine conferatur, longiusculis appareret, colore est admodum uario, ita ut pulchritudine cum pauone pisce contendat, ut ex Bellonij descriptione uidere licet, piscículos, et algam comedit, qui teste Galeno teneram, & friabilem (ut reliqui saxatiles) habet carnem, concoctu fa-

Vires.

cilem, & humanis corporibus saluberrimam, & si non admodum gustui gratam.

Iulis uenenosis piscis.

Notandum tamẽ quod authores habemus asserentes: iulides dentibus uenenum, atque saliua continere, ut alibi etiam declarauimus in libris nempe de Rerum uarietate, & sunt adeò uenenatæ (ut referunt) quod si quem piscem momorderint, atque eo uescantur homines, cruciatum alui sentiunt, ipsæ uerò ad urinatores cateruatim accurrunt, nec secus ac muscæ illos infestant. Habent enim hi pisces (ut diximus) corpus squamis exiguis, atque tenuibus admodum circundatum, in hisq; lineæ uirides, cęruleę, fuscę, ferrugineæ, rubeæq; cernuntur, ut iridem cernere uidea-

ris iq

ris in piſciculo. Itaque uario diſtincti ſunt colore ut ſerpentes, & ob id maxima ſiccitas in eis demonſtratur: quo fit ut uenenati ſint, non tamen in fontibus, aut fluminibus hæc contingunt, quoniam aqua ſalſa non eſt. Quapropter non rectè uidetur hos piſces agnouiſſe Galenus, cùm inter generoſos ſaxatiles connumeret, unde uel dicendum non unam eſſe lulidum ſpeciem: & hanc longè diuerſam ab illa Galeni: colore enim euariant, ſed ſemper reuertuntur ad ſuas notas, (inquit Belloniuſ) quibus abinuicem diſcernuntur: uel quod licet uis aliqua ueneni eis inſit, eam in ore ſolùm habere, atque eandem facilè euomere, aut in uiuente piſciculo tantummodo reperiri, quæ poſtea inde mortuo euaneſcat: maneat autem in his, quos momorderit piſcibus morſu repoſita, atque transfuſa: ſic enim torpedines edimus, & marinum ſcorpium, & dracones innocuè, quos uiuos uitamus. Non mirum ergo de lulide uideri debet, ſi piſcis edulis ſit, atque boni adeò, laudatiq; ſucci, abeunte ueneno qualicunque, aut morte, aut morſu, coquitur, ut alij ſaxatiles, & eius iuſculum aluum emollit, quod ex multorum aliorum piſcium iuſculis contingere ſolet. Perca autem marina non ſolùm corpore, ſed pinnis à fluuiatili maximè differt: ſquamis paruis marina tegitur, & ex colore ueluti ſanguineo nigricant, quam Galenus inter piſces ſaxatiles, qui pelago gaudent, connumerat, qui perpetuò in puriſſimo mari degunt: ob id alimentum quod ex ea ſumitur aliorum ſaxatilium inſtar non modò ad concoquendum eſt facilè, ſed hominibus etiam ſaluberrimum: carnem enim habet perca teneram, atque friabilem, & guſtui apprimè gratam. Fluuiatilem uerò quæ in dulci duntaxat aqua gignitur, ac degit, longè marina inferiorem iudicamus quod ad ſalubritatem ſpectat: Galenus enim ſemper fluuiatilibus piſcibus marinos præfert, nihilominùs neque ipſa inſalubris eſt, cum tenera ſit, neque concoctu eſt difficilis, neque mali ſucci, & maximè ſi in ſaxoſis, ac puris fluminibus capta fuerit, & non in lacubus: ſuauis etiam eſt, & citra noxam ualetudinarij ueſci poſſunt, & quouis modo utraque condita ſapit. Phycis quoque multis modis admirabilis eſt, nam inter piſces in alga nidificat, colore eſt candido, ſed in uere uario, ita ut aliquando omninò fuſci, uel rubentis, uel uiridis coloris appareat: poſteriore parte tenuis, ideoq; ſoleam anteriore tincam refert, atque multo percæ ſimilior, unde Romæ phycidem à perca diſtinguere neſcientes, eam quoque percam uocant. Pinis quoque quaſi cinta rubeſcit, è ſaxatilibus eſt, & in capite lapides gerit, ueſicam felis longam habet, & in uentriculo quindecim appendices unam ex mento carnis pendentem: nec tamen ſola (ut inquiunt) in alga nidificat, nam & hyppocampi, & gobij, & plures alij piſces in alga uelut loco molliore, firmiore, ac tutiore oua ponunt, ſed omnes fermè quocunque loco ponunt ea ibi cuſtodiunt. Veſcitur alga & muſco, quin etiam ſquillas perſequitur: proinde in cibis eandem ſaxatilium obtinebit gratiam, eſt enim piſciculus tenerrimus, minimè uiroſus, nec corruptu facilis: teneræ enim (inquit Galenus) ac friabilis eſt carnis, propterea ſaluberrimum hominibus alimentum præbet, eſt tamen inſipida, atque elixa, addito oleo & aneto parari ſolet, alicuius enim ſemper condimenti acceſsione indiget, quoquomodo condiatur.

Nota.

Perca marina quæ.

Vires.

Fluuiatilis perca.

Phycis qui.

Piſces in alga nidum facientes.

Vires.

De Cynedo, anthia, & chamia. Cap. XXXI.

Saxatilis eſt cynedus piſcis, cuius color euariat, & ſquamas in gyrum crenatas gerit, quæ multa ſcabritie horrent, nec nullus ſaxatilis firmiores habet dentes, à quibus nomen ei inditum fuiſſe putatur, de cuius præſtantia in re cibaria facilè eſt iudicare, cùm de genere ſaxatilium ſit, qui ſemper optimi ſunt ſucci, facilisq; coctionis. Aſſatur, frigitur, atque elixatur: eius uerò ius aluum emollit, frixusq; ex arancij intinctu editur, qui guſtui eſt admodum gratus. Anthias autem ob id ſacras uocant, quod ubi ſint, nulla bellua marina eſſe ſoleat, tutoq; piſcatores urinare poſsint. Ariſtoteles negat quicquã eſſe his præcipuum, ſed quod uelut ubi limaces ſunt, nulli ſint ſues, quoniam ab his animalibus

Cynedus quis. Vires.

Anthiæ quæ.

deuorentur, ita de Anthijs existimandum est. Verùm cum belluæ omnibus fermè piscibus ex æquo infestę sint, cur de anthijs solis hoc dici solet? deinde cur nō ubiq; belluæ? cùm nec longitudo uiarum, aut loca piscibus inaccessa, aut hominum insidiæ, aut frequētia in mari obstare possint? Verùm anthias aliquid plus habere existimo, quod longiùs præsentiunt belluas, & ubi aduenerint, diffugiunt: reliqui pisces non tam cauti sunt: alitér oportebat Anthias Aristotelem effingere immobiles penè, & cæcas, uelut sunt cochleæ, si comparatio recta esse debuerat. Verùm tantùm abest ut talis sit, quod etiam captum socium anthias conetur adhærendo liberare. Est enim ei aspera spina qualia dissecare solet, ac semetipsam etiam à captura liberare, nec est è planis piscibus licet lata sit, & à capite fermè ad caudam primam in dorso continuam habet: eius quatuor sunt genera, & copia tanta ut Anno M. D. XLV. coacti sint in Narbonensi Gallia terra obruere, quod nec absumi, nec condiri possent, atque hos pisces inter saxatiles nōnulli reponunt: & ob id boni esse succi, & facillimæ coctionis, & præsertim hyemis tempore, quo longè meliores censentur. Chamia piscis est, à Latinis etiam hiatula dictus, quod perpetuò hiet, quia adeò percæ ac phycidi similis est, ut nō omnes eam ab illis facilè internoscant, exiguis tegitur squamis, atque ouata est totius corporis figura, colorum tamen uarietate ab utrisq; differt: inferior enim maxilla non solùm rubet, sed superior etiam prominentior est, & hinc fit quod perpetuò hiare uidetur: tergus etiam illius ex rubro minus quàm illarum nigricat, atque ex piscibus saxatilibus est, cum in saxosis potius littoribus reperiri experientia demonstret. Carniuora est hiatula, imò & sola carne uescitur, satis boni est succi, nec concoctu difficilis: tenera enim est, sed perca durior, atque insipida, coquitur, præparaturq; ut cæteri saxatiles.

Nota.
Chamia piscis.
Vires.

De Gobionibus, & exoceto. Cap. XXXII.

Gobio marinus qui.

ET si diuersa statuētur Gobionum genera, quorum alij marini, alij fluuiatiles sint toto inter se genere distantes, hîc tamen de marinis solùm agere intendimus, cū fluuiatiliū apud ueteres Græcos nulla habeat mētio: nam quamuis Aristoteles, atque Galenus, de fluuiatilibus gobionibus pertractent, de his tamen solùm qui è mari ad flumina transierint, loquuntur, & non de illis qui in fluminibus ipsis sunt geniti, qui & Latinis etiam incogniti sunt. Marinorum autem gobionum genus nonnulli in diuersas quasdam species diuidunt, quas tamen si notis ipsis ad unguem contemplemur, illas potiùs differentias quasdam, quàm specierum diuisiones appellabimus: ob locorum quidem diuersitatem prouenientes, in quibus degunt, alij namq; in alto mari, & pelagici appellantur: alij uerò circa littora uictitant, & littorales dicūtur, quæ littora cùm saxosa, & arenosa sint, in quibus degunt, ob id non uerè inter saxatiles connumerantur. Non mirum itaque uideri debet, si locorum ratione colorem uarient, non secùs quàm anguillæ, & tineæ, quæ non ob id specie diuersæ dicuntur. Gobionum ergo qui puriorem maris partem incolunt minùs pictorati sunt, & hos albos uocant, non quia absolutè candidi, sed quia minùs colorati: ex albo enim leuiter flaueſcunt. Qui uerò in cœnosis, ac paludosis marinis locis degunt, cùm ex flauo nigricent, nigros appellant: qui uerò circa saxosa maris loca uictitant, uarijs depicti sunt coloribus, & eorū partes cùm plurimæ flaueſcant, flaueſcentes uocant. Verùm cùm â nemine gobionem marinum unquam diligenter descriptum uiderim, hic describere placuit. Belloniū enim in eius descriptione laudare non possum. Rondelletius adeò aberrat, dum (ut reor) obscurè scripta à Bellonio piscem non uidens, clarius explicare conatur, ut ego ipse non agnoscerem in historia, quę in manibus toties habueram. Habet igitur sub branchiarū fine duas breues pinnas, ut pedes esse uideantur, sub mento in inferiore labro cirrum unicum carnosum, in dorso pinnam paruam primùm, pòst aliam longam priori proximam, quæ ad caudam extenditur, caput latum, & depressum, dentes in utraq; mandibula paruos, oculos quasi in capitis superiori parte, linguam fermè solutam, uentrem tumidum, dorsum, & latera flaueſcunt, cum maculis nigri-

Bellonij ac Rō delletij error.

cant,

cant,& hoc ſecundùm magis,& minùs ratione adducta,iecur magnum,molle,ſuaue,caro ut plurimum ſit iecoris naturæ reſpondens: ſed non adeò tamen mollis, ac ſuauis. *Bottam* uocarunt,quod utri ſimilis ſit. Mediolanenſes autem utrem uocant *bottam*,grādi eſt capite,& in eo lapillos,quaſi dentatos lunari forma gerit: piſces ſunt parui,ſed caput grandius pro corporis ratione habent: uix enim palmum ſuperant unquam,& ſunt inter nobiliſsimos piſces connumerandi,tùm ſaporis iucunditate, tùm quia ſaluberrimi ſunt,licet nō omnes,ob locorum,& pabuli diuerſitatē, quod de ſaxatilibus nō contigit,qui ſemper optimi ſunt.Quapropter Galenus huiuſmodi conſtituit differentias tertio de Alimentorum facultatibus: qui ergo in puriſsimo mari degunt, ſuorum congenerum ſunt præſtantiſsimi, omnium autem peſsimi ſunt,qui in fluminibus,urbes expurgantibus uictitant. Cæterùm Gobionum caro ut ſaxatilium carne durior, ita mullorum mollior, multi ſunt ſucci gobiones, corpuſq; proportione ueſcentium nutrit: ſed quia rarioris ſunt ſubſtantiæ, ideo nō multum nutriunt. Exocetos autem ſiue adones cum alijs minutis piſcibus confundunt,qui plurimum urticis delectantur,& ut Athenæus inquit,exocetum nonnulli adonium uocant,quod nomen ideò eſt conſecutus, quia extra humidum ſæpiùs quieſcit. Eſt hic piſcis ſubflauus, uirgamq; albam habet continuam,utrinq; per corpus à branchijs uſq; ad caudam:eſt rotundus præterea,ac nō etiam latus,cuius magnitudo eſt quanta boum Lutinorum paruorum littoralium, hi enim octo digitorum longitudinem non excedunt. Similimus omninò eſt hic piſcis ei piſciculo qui dicitur hircus, præter id quod non habet nigrum ſub ſtomacho, quod hirci barba uocatur. Exocetus autem inter ſaxatiles piſces numeratur, in locisq; ſaxoſis degit ubi tranquillitas adſit, ex unda exiens multum tempus in ſicco quieſcit ſupra ſaxa, ſeq; ipſum ſæpiùs ad Solem conuertit: cùm uerò ſatis quieuerit, in aquam deuoluitur,donec unda rurſus ipſum accipiens cum effluxu deferat in mare. Cùm uigilat in ſicco aues obſeruat,quæ tranquillitatem ſectantes dicuntur, inter quas eſt Coríus, Trochyllus, & Creci ſimilis Elorius. Hæ enim aues ubi fit tranquillitas apud ſiccum paſcuntur, atque in illum ſæpè incidunt,quas ubi uidit ſaltans, ac palpitans fugit,donec in undam ſe immergat: hæc Athenæus. Viuax ſupra modum eſſe comperitur: triduum enim & quatriduum abſque aqua uiuit, dentibus anterioribus acutiſsimis præditus eſt,& hunc piſcem modò ceruam, modò miſſorem Romani appellant,eſtq; in ſaxatilium honore reponendus.

Cap. 29.

Vires.

Exoceti qui.

Hircus piſcis.

Vires.

Nota.

De *Piſcium molli carne præditorum alimento.* Cap. XXXIII.

Piſces molli carne præditi qui.

Piſces molli carne præditi,ut aſelli,murenæ,bugloſſæ,paſſeres,& huiuſmodi alij,qui in fluminibus & ſtagnis degunt,aliqui in mari, & propterea aliquando iucundi & probè nutrientes reperiūtur: aliquando uerò uitioſi & mali ſucci,& horū quidem alij molli ſunt carne, ſed nullam habent friabilitatem,ſupernatat enim in his glutinoſum quiddam ac pingue:alij nihil glutinis, pinguedinis ue habent, atque in eo ſunt ſaxatilibus conſimiles: uerum ab ijs duritie carnis differunt,& hi pelagici ſunt òmnes, præter quoſdam qui pabulo carnem ſuam deprauant, ac uitiant, ut mulli qui cancellos deuorant: ſunt & ſaxatiles quorum caro(ut ſuprà diximus) friabilior,ac mollior,quàm aliorum piſcium exiſtit,qui perpetuò inculpati ſunt, quoniam nec alimenta mutant, nec loca, nec dulcibus utuntur aquis. Qui ergo carne molli prædiți ſunt,ut aſelli,& cæteri,bonitate carnis cum ſaxatili piſcium genere contendere poſſunt,ſi puriſsimo mari capti fuerint, & probo, laudatoq; alimento utantur: nam qui alimento prauo utuntur, in aquisq; mixtis uerſantur,carnis quidem mollitiem non omittunt, ſed pinguedinem acquirunt,ob quam non æquè ut priùs ſuaues manent,nec non & alimentum excrementorum plenum corpori præbent, quod & omnibus commune eſt piſcibus ut diximus.

De Aſello, murena, & ſauro, ſiue lacerta. Cap. XXXIIII.

Aſellorum quinq; ſpecies.

ASellus à Romanis Merlutius dictus, piſcis eſt marinus, atque ſolitarius, ab aſinino colore, quem habet ita nuncupatus, cuius plures ſunt ſpecies, & quinque iam notæ, eſtq; coloris cinerei, pilorum aſini colori admodũ ſimilis, molli eſt carne, atque friabili dum recens eſt: adeò ut meo uentriculo nullus concoctu piſcis leuior ſit, ſiccatus durior efficitur, lapis qui in capite inueniri ſolet molaris figuræ eſſe dicitur: nondum ego illum uidi quod mediocribus uterer, oſſa ſunt illi duo poſt linguam, totidem in gula è regione cordis, ne cùm piſcis eſſet uorax aculeis eſcarum offenderetur, dentes nõ ſolùm in maxillis habet, ſed in palato, atque in os recuruos: ſunt etiam quibuſdam eorum appendices carneæ, aut ſingulæ, aut etiam bínæ circa labra, atque his aliæ totidem in ſuperiore labro, totidemq; cirri ſub mento pendent, uidenturq; hi alterius generis eſſe, ſed quibus unicus eſt cirrus in inferiore labro, his maculæ etiam in corpore nigræ ſunt, & circa branchias uenæ cõtractæ lumbricorum inſtar. Mollis omnes huius generis piſces ſunt carnis, quemadmodum bugloſi, murenæ, & huiuſmodi: notandum tamẽ (ne quis hallucinetur) quod multum intereſt inter molles piſces, & molli carne prædiți: qui enim molles abſolutè appellantur ſunt ij, qui exangues ſunt, nullamq; teſtã, ſpinas, aut ſquamas habent, & ſi carne ſint in cõcoquendo dura, ac cõtumaci. Molli autem carne præditi piſces ſunt ſanguinei, & ſpinoſi, & carnem cõcoctu facilem, ac delicatam habent, ueluti aſellus, qui ſi optimo (ut inquit Galenus) atque inculpato alatur nutrimento, in puroq; mari uerſetur, eius caro ſaxatilium carni comparari poterit, quia boni eſt ſucci, concoctu facilis, minimeq; glutinoſa, imò ex iure albo decocta febrientibus exhiberi poterit. Verùm ſi uitioſa pabula deuoret, & in aquis mixtis, atque uitiatis uerſetur, mollitie carnis non caret, & pinguedinem, glutinumq; acquirit, & ſic inſuauis redditur, & alimentum excrementoſum procreat: quare conſtat non ſemper optimos eſſe aſellos: editur aſellus ex butyro elixus, atq; frixus, ex arancij ſucco, ſalitus quoq;, atq; ſiccatus toti Germaniæ importatur, qui diu tunſus, aquaq; maceratus demum coctura ſubit. Murena autem piſcis eſt longus, anguillæ formam referens, quæ marina eſt, nec flumina ſubit, neque in ſtagnis gignitur, ſquamis caret, lubrica, ſed molli obducta cute, tenuiſsimaq;, nec unicolor, ſed uaria, ſubnigra (inquã) auratis diſtincta notis, capite eſt rotundo, tenuiq; os anſeris inſtar latiſsimo rictu diſtinctum habet, dentibus quãplurimis acutiſsimis, atque ſerratis non in maxillis tantùm, ſed in ima quoque faucium parte diſpoſitis munitũ. Branchias quaternas atq; ſimplices habet, nullæ ſunt ei pinnæ, ob id rabie tentatur, atq; uoracitate cuncta exhaurit, quapropter uiuaria earũ alijs piſcibus repleri non debent, niſi his qui illis pro uictu ſint. Ferunt nonnulli magnam cum ſerpentibus inire ſocietatem: ipſe tamen ullum unquam auditui piſcatorem aſſerentẽ murenam uidiſſe cum uipera cubantem. Omnibus anni temporibus oua parit, ſerox atq; mordax eſt, & dum mordet, noxium aliquid infert: quamobrem dunt eam cœperunt piſcatores, eius roſtrum forficibus appræhendunt, baculoq; frequentibus ictibus diuerberant, atque atterunt, tutò tamen editur, nec ullam noxam affert: eius enim caro candidiſsima eſt, fuitq; apud Romanos maximo in pretio mollis etiam ac pinguis, alit non minùs quàm anguilla, ſi tamen puriſsimo mari degat: nam quæ in uitioſis aquis uerſatur, ac uiuit, deterrima eſt. Saurus & ipſe piſcis eſt marinus, à Græcis ita dictus, à Latinis uerò lacertus: eſt enim nõ ſolùm capite, & ore, atque reliqua corporis figura terreſtri lacerto ſimilis, ſed colorum etiã uarietate, uentre eſt ſubalbido, lateribus luteis, dorſo ex uiridi nigricante, maculis quamplurimis uirentibus rubeis, cœruleis, luteis, atq; nigricantibus dorſum, caput nonnullorum ſerpentum inſtar, atq; latera etiam uariè admodum pingẽtibus: & tandem ſi pedes exceperis, lacerto ſimillimũ conſpicies. Huius meminit Galenus tertio de Alimentorum facultatibus, atq; inquit lacertum medium quodammodo eſſe inter piſces mollis ac duræ carnis, ſucci etiam bonitatem atq; mediocrem concoctionis facilitatem habere: aſſus uerò, & frixus edi ſolet, nec iniucundè.

Nota.

Vires.

Murena quæ.

Nota.

Vires.

Saurus quis.

Cap. 30.

Vires.

De Amia.

De Amia. Cap. XXXV.

AMia piſcis eſt marinus, ſed fluuios ſubit, & in ijs, ſtagniſq; commodè & delectabiliter uiuit. Corporis figura oblongiuſcula, in latera compreſſa & ſatis lata eſt, præſertim à capite ad excrementorum uſque orificium, à quo ſenſim tenuior fit. Corio tegitur minimè ſquameo, robuſtos habet dentes, & delphinos atroci odio inuadit, cùm tamen uiribus longè ſit inferior: uerùm multæ amiæ unum delphinum circundant, & extimulant, non ſecùs ac formicæ ſerpentem. Induſtria & ſagacitate præſtant, ut ſi amum deuorent, contra eunte non à linea ſe trahi permittunt, ſed exemplo latronis illius, de quo in technis egimus, amum præcindunt. Dorſum huic piſci cæruleum quod dum uiuit ſplendet, à dorſo ad uentrem lineę obliquæ, fuſcæ, certis ſpacijs diſtantes, cauda lunata eſt: refertq; Ariſtoteles amiam gregalem eſſe, carneq; tantummodò, atque alga ueſci à Philotino apud Galenum in piſcium molli carne prędatorum genus refertur, probum gignit ſuccum, parcè tamen nutrit, atque ad excernendum eſt media. Autumno tempore commendatiſsima, atque ab alijs expetitur piſcibus, ut ait Ariſtoteles. Verùm quia pontũ petit paſtus gratia, atque ibi æſtatem traducit, hinc eſt quod minùs ſalubris exiſtimatur reliquis piſcibus, qui in puro mari degunt propter dulcium aquarum mixtionem.

Amia quæ.

Vires.

De Paſſere, & rhombe. Cap. XXXVI.

PLanus eſt piſcis paſſer, cuius permultæ fiunt apud nos differentiæ, quæ tamen maioris & minoris ratione diſtinguuntur. Proinde flauis lituris in ſupina ac cinerea tergoris parte ſuggilatur, & ſubtùs ut in reliquis planis albicat, in quod mirum exiſtit, quod cùm paruus ſit, & ſine dentibus, conchas tamen & cortices duriores edat. Differunt uerò paſſeres à rhombis, quod cùm ita utrumq; piſcem collocaueris ut labrum inferius ac mãdibula, quæ ſola mouetur terram reſpiciat, in paſſere prona pars à dextra: ſupina enim læua erit. In Rhombo uerò à læua quidem prona ſupina, à dextra contraria ratione. Tot quidem oſſibus capita plerunq; horum planorum piſcium, qui ſpinis non cartilagine prædita ſunt, ut affirment, facilè in eis poſſe omnia fabrilia inſtrumenta inueniri, quorum delicatiores paſſeres ac rhombi eſſe uidentur. Marini ſunt paſſeres, ſed ſtagna, ac flumina ſubire certum eſt, nec ob id abſq; cẽſura eſt eorum alimentum, marinos namque fluuiatilibus, ac ſtagnalibus præferri ius eſt: laudatiores enim ſunt, et eorum carno non admodum tenera, ſed boni ſucci, non excrementitij, nec concoctu difficilis, ſatisq; ſunt alibiles pro piſcium conditione, & frixi ut plurimum ex arancij ſucco manduntur, atque dixi etiam. Rhombus autem ad inſignem peruenit magnitudinem: longitudine enim cubitorum quinq;, latitudine quatuor, altitudine pedis unius, et alij pondere quadraginta quinque librarum uiſi ſunt, quorum oſſa medullam guſtu ſuauem continent, proinde oceano gallico ampliſsimi uenantur. Vorax eſt piſcis, & carniuorus, pelle eſt rugoſa, cineritia, notis albidicantibus diſtincta acutis, & caput multis ſpinoſis oſsibus refertum. Eſt autem planorum piſcium duplex genus, quidam enim ſpinoſi ſunt, ut rhombi, ſoleæ, & paſſeres: quidam uerò cartilaginei ut raiæ, ſquatinæ, torpedo, & huiuſmodi. Rhombus ergo fluuiorum oſtia, ſtagnorumq; amat, ob id cenſura non caret, in lautiorum menſis frequentior eſt, & cùm ſolidus ſit, non facilè corrumpitur: difficulter tamen concoquitur ſi magnus fuerit, ideo per unum diem aſſeruatus coqui debet, multum nutrit, de quo Galenus ſcribens inquit, carnem habere cithari carne molliorem, ſed aſelli inferiorem, imò & rhombos, & citharos in patinis coctos uehementer damnat, quoniam ſint penitus cruditatum cauſæ.

Paſſeris differentiæ.

Differentia inter paſſerem & rhombum.

Vires.

Rhombus.

Planorum piſcium duplex genus.

Vires.

De Bugloſſo, ſiue ſolea, hepato, & citharo. Cap. XXXVII.

Bugloſſum lenguatam eſſe.

BVgloſſum à linguæ bubulæ figura Græci nominant, Latini uerò ſoleam, & Romani lenguatam: hæc quidem oblongiori eſt corpore, quàm quiuis paſſer, ac minùs lato capite breuiſsimo, & pinnis undequaq; circumſecto, ſurſum ſubnigra eſt ſolea, nullis maculis diſtincta, ſubtus candida: cætera uerò cum reliquis huius generis piſcibus habet conſimilia, cuius altera eſt oculata ſolea longè priore inferior, maculis in dorſu ad ſimilitudinem oculorum cum iride, ac pupilla: ſquamis uerò adeò firmiter affixis integitur ſolea prior, ut niſi in aqua diu iacuerit, auelli non queant: duram habet carnem, quæ difficillimè corrumpitur, boni tamen eſt ſucci, & facilè excernitur, eamq; longè paſſere molliorem Galenus pronuntiauit, & cibo ſuauiorem, principatumq; inter lautos piſces tenet: ob id menſas principum ſæpè exornat, carnem mirè candidam habet, quæ & ſi dura, & firma ſit, neſcio quid tamen glutinis obtinet, quod ſeruata (longam enim ſuſtinet uecturã) magna ex parte deponit, frixa melior eſt, et per medium diſſecta: ſic enim ſiccam, minimeq; uiſcoſam habet carnem, & ex ſucco arancij manditur. Hepatus autem à colore, & magnitudine hepatis dictus; à Venetis canedula, & etiam ſachetus appellatus, piſcis eſt ſolitarius, carniuorus, dentibus aſperis præditus, ut inquit Ariſtoteles, oculosq; maiores habet, quàm ſua ipſius poſcat, magnitudo, ſquamis tegitur aſperis, & Erythrino, & pagro ualde eſt ſimilis, felleq; carere traditur, & hunc Galenus inter piſces mollem, ac duram carnem habentes connumerat: ſaxatilem uerò eſſe Diocles prodidit, atq; in cauernis in alto mari uictitantem, calculos in capite gerit, boni eſt ſucci, non excrementitij, nec concoctu difficilis, ſed parùm alit. Citharus, & ipſe à ſimilitudine citharæ cancellatis lineis quamuis ſquamoſus, cui uni lingua ſoluta eſt, inter planos, & ob id ab alijs cãtharus dicitur, quod cantare ſciat, à Romanis zaphile, quia ſquamis contegitur ex Indico ſplendẽtibus, ueſcitur herbis, carne, pane, & caſeo, ex nauibus in mare proiectis, ſtatuendum aũt citharum in uniuerſum in medio piſcium, qui carnem mediam inter duram, et mollem habent, iudicamus, ipſumq; boni eſſe ſucci, & guſtui gratum, facilis concoctionis, nec pauci alimenti. In ſartagine frixus, & aſſatus, aut in patinis cõditus, ex albo iure comeditur citharus, qui ſacer fuiſſe Apollinis ſcribitur.

Hepatus.

Vires.

Citharus.

Vires.

De Vmbra, ſeu umbrina marina. Cap. XXXVIII.

Vmbrina quæ.

ROmanorum uulgus piſcem hunc umbrinam nominat, quod dum moueatur adumbrantem quendam oculis colorem Iridis in morem rutilet. Marinus eſt, nec ad flumina unquam adnatare ſolet, ad maximam deuenit molem, ſexaginta plerunque librarum pondus excedit, cuius figura paulò longior eſt, quàm ſit lata, aut craſſa, uentriculum magnum habet, & carnoſum, & dum parua eſt, tota ferè argentea apparet, at maior facta uẽtre argenteo, dorſo uerò, & lateribus ſubliuentibus, ac ueluti opacis conſpicitur, ſquamis latioribus, & obliquis tegitur, caput ſatis magnum, dentesq; in oris ambitu raros, firmos, acutos, prominentes, rotundos, caninis longiores, graciliores q; habet, & caudam ueluti in angulos deſinentem gerit: lata enim eſt, & non falcata, lapides in capite prægrandes affert, ut etiam Ariſtoteles, & plinius teſtantur, quos aurifices argento incluſos diuendere ſolent: aiunt enim geſtatos, ac collo appenſos nõ ſolùm cholicum dolorem abigere, ſed etiam prohibere ne ampliùs redeat. Piſcis eſt umbra carniuorus, & potiùs ſoliuagus, quàm gregalis, qui apud ueteres maximo fuit in pretio, & nunc lautiorum, magnatumq; menſas ſubit, ſapidiſsimus enim atque omnium conſenſu nobiliſsimus cenſetur, cuius caput, atque ſturionum quoque (ubi ad cubitalem molem excreuerint, nam in minoribus id non obſeruatur) trium uiris rei Romanæ conſeruatoribus tributi nomine dantur. Vmbræ enim caput inter delicatiores cibos reponitur, atque admodum à gulæ proceribus, hęluonibusq;, ut manifeſtum

Lapidis umbrinæ uires.

Vmbræ caput.

ſtum liguritoris Romani extat exemplum, expetitur. Coquitur rectè atque ad ſanitatem apppoſitè cum aqua, & uino, & ex aceto editur, nec eius caro dura eſt, atque merito inter piſces carnem mollem habentes reponitur, licet non perinde ac ſaxatiles habeat, ſed paulò duriorem: boni equidem eſt ſucci, nec admodum excrementitia, mediocriter nutrit, nec difficulter concoquitur, ſuauiſq; eſt quouis modo condiatur: at ſi garyophillis confixa, & in fruſta plana conciſa, ſuper craticula aſſetur, accedente frequentiore olei irrigatu, guſtui optima erit, nec ſalubritati incongrua. Elixatur etiam quin & ex iure ſuo gelu, quemadmodum quoque de rhombo fit, cui uaria ad libitum adduntur aromata, ut gratiam accipiat. Habetur etiam fluuialis umbra trutarum, ac lauaretorum generis, quæ auro ueſci, ſeu aureis arenis creditur: ſquamas habet tenues, & uentrem argenteum, dorſum uerò terſiſsimum ex liuido opacum, hæc inter piſces ſalubres ponitur, ſaporis enim eſt delicatiſsimi, atque peroptimi nutrimenti, & morbo conualeſcentibus utilis, minimeq; uentriculo eſt inimica.

Vires.

Gelu.

Fluuiatilis umbra.

De Piſcium duræ carnis alimento. Cap. XXXIX.

NOn ſolùm in piſcibus duræ carnis, ſed in alijs etiam omnibus duris cibis apparet quod ægrè conficiuntur, atque ſuccos craſſos in corpus præbent, & ſicuti ex mollioribus tenuior gignitur ſuccus, ſic ex durioribus craſſior, qui tamen ſi ritè conficiatur, concoctus plurimum alimenti præſtat: durior ſiquidem cibus ſubſtãtiam habet craſſiorem, ut mollior tenuiorem. Ideò piſces pura carne præditi ut dracones, cuculi, muſteli, atque huiuſmodi difficilioris erunt concoctionis, quàm molles. Concoctio enim quæ in uentriculo fit, & ea quæ in iecore, & quæ in uenis ſanguinis, & quæ in ſingulis corporis partibus alendis, in mollioribus facilior, in durioribus difficilior efficitur. Quapropter illud omnibus conuenientiſsimum erit, ut ſeruatis retinendę ſanitatis legibus, eo pacto prę parari, decoquiq; debeant, ut gratiores fiant, ſuperiùs enim demonſtrauimus quod quantò magis cibus auidiùs amplectitur, uentriculus eò facilius, fœliciusq; concoquit. Cùm ergo huiuſmodi piſces carnis duritie damnentur, qua ægriùs in uentriculo conficiuntur, ſic & craſſum inde ſuccum in corporibus gigni eſt neceſſarium: igitur ut utrique incommodo conſulemus, & coctionem iuuemus, & ſucci craſsitiẽ imminuamus, incidentibus utemur, & calorificis facultati concoctrici opitulantibus, proinde acetum in primis allium, cępa, porrum, cinamomum, piper, gariophilli, aniſorum, fœniculorumq; ſemen, origanum, & huiuſmodi laudantur: condiuntur etiam in pluribus regionibus uino, ut meliùs perficiatur cõcoctio, durities tenerior fiat, & craſsities attenuetur: hæc itaq; ſufficiant, cùm de ſingulis dura carne præditis piſcibus, qui frequentiori apud nos ſunt in uſu agere debeamus, quorum alimentum otioſis, ſenibus, imbecillibus, & ægrotis nõ admodum conueniens eſt, ſed potiùs illis, qui corpus ſuum exercent uehementer, firmioresq; poſtulant cibos, ut ſuprà pronunciauimus.

Piſcium duræ carnis uires in genere.

Nota.

Condimentum melius.

De Dracone, cuculo, lyra, & coruo. Cap. XL.

DRaco qui Romæ tragina uocatur, piſcis eſt littoralis, atque etiam pelagius, quem Diappæ uidimus, oculis uiridibus, in dorſi initio, quinq; habet aculeos, tenues, nigros peracutos, tenui, nigraq; membrana coniunctos, in quibus uenenum multò lethalius eſt, quàm in branchiarum aculeis: habet enim ſingulos in pinnis, quæ ad branchias ſunt, oſſeos magnos acutos, quos ego decerptos ſeruo. Oblongus eſt, ſquamasq; ualdè exiles habet, ut uix percipiantur, caput magnum, atque rotundum, dentes crebros, & tenuiſsimos, ſed breues maculas in tergore oſtendit obliquas, fuluas, atq; multorum colorum. Vulnus ex aculeo dolores febres, phlegmones, deliria, atque conuulſiones excitat, magis dum uiuente piſce ſi quiſpiam illum acceperit, ob id cùm alioquin piſcis ſit

Dracо.

Vulnus ex aculeo.

uiuax, qui ad ultionem, non ad necem aliorum uideatur natus, piſcatores nuper eò
Auxilium. pto caput conterunt. Multiplex uerò auxilium. Mulli piſcis caro per antipathiam, iecur proprium per ſympathiam, & pungi ſæpius eodem aculeo. Quod per ſympathiam detrahitur, ſicut æſtus in balneo, per ſympathiam uerò uenenum extinguit, uelut frigidum à calido extingui ſolet, atque hæ cauſæ prorſus ſunt manifeſtæ. Pungi autem ſæpius atque curari ab eodem aculeo, ob id cõtingit, quod ſtuporem inducit freque nspunctio, unde ſedato dolore prohibetur phlegmon, aut quia iam excitato phlegmone attrahitur ſanguis ex nouis punctionibus, unde ſedatur concoctione facta potius, quàm irritetur, uel quia ueneni uis addita mitiore temperatur, ut dolor in titillationem quandam conuertatur, ſeu ad omnia hęc. Defodere autem foueam draconem fabuloſum eſſe reor, ut qui formam huic operationi minimè congruentem, neq; uitæ genus habeat, ſed hæc de marino ſerpente potiùs ſunt credenda, ſerpentum enim proprium eſt latibula quærere. Draconis itaq; caro teſte
Vires. Galeno dura eſt, quod ueſcentibus id apertè patet, & ſi non immodicè dura: ægrè concoquitur, et ſuccos craſſos, ſalſosq; in corpus diſtribuit, ſed nõ uitioſos: quouis enim modo condita, grata eſt palato, & ſi conficiatur, multum nutrit. Cuculus au-
Cuculus. tem quem Romani piſcem caponem uocant, falſò à nonnullis trigola appellatur, ob ſimilitudinem, cum & corporis forma, & carnis ſubſtantia, ac ſaporis bonitate inuicem diſcrepent: & ſi pleriſque in rebus ualdè ſimiles uideantur. Eſt quidem cuculus ſemper marinus, quia nunquam ad flumina adnatat, grandibus eſt pinneis præditus, habetq; caput magnum, oſſeum, cælatum totum, & angulosum, aculeiſq; nonnullis munitum: os ſatis magnum, & maxillæ aſperiores, quæ dentium uice extant, corpus habet rotundum, totum carnoſum, & denſum, & capite, dorſo, lateribus, ac pinneis rubet, uentre eſt candido, & aliquibus capitis partibus argenteum æmulatur, & branchias utrinque quaternas habet, & duplices. Tellinas, chamas, chonculas, cancros, locuſtas, & id genus cruſtula edere ſolet, carnem habet du-
Vires. ram, ſed candidam, friabilem, ac ſuauem, nec temerè à pleriſque ſalubris cenſetur. Et nos ſæpè frixos arancij mali ſucco conſperſos edimus, nec non & libentius in aqua
Lyra. elixos. Eſt & piſcis lyra dictus quem Romani à roſtro biforcato *peſce forca* uocant, marinus eſt, atque libentiùs littora quàm pelagum incolit, toto ferè corpore rubet, & cauda, & pinnis, ſed uẽtrem ſubalbidum habet, oſſearum, atque grandium ſquamarum octonis ordinibus tegitur, unde totus octangulus, atque aſper redditur: caput etiam oſſeum, angulosum, aculeis, & eminentijs plurimis aſperum habet, cuius
Vires. anterior pars in duo longa, læta, & retuſa cornua degenerat. Porrò pauca conſtat carne, ob id niſi paulò maiorem edi ſolet, carnem duriuſculam habet, raroq; in cibis expeti uidemus, quia totus fermè oſſeus, ſquameus ue exiſtit. Coruus & ipſe à Ro-
Coruus. manis *peſce capone* appellatur, marinus eſt, nec ſolùm maris littora, ſed profundiora etiam pelagi loca frequentat, eſtq; adeò cuculo ſimilis, ut non ab re eiuſdem generis eſſe cenſeatur. Verum tergus non rubrum habet ut cuculus, ſed ex rubro nigricans eſt. Pinna uerò quæ utrinque lateribus hæret, non ſub rubra ut cuculi, ſed interna parte cærulea, externa uerò ſubalbida conſpicitur, atque minor, cæterùm ore, roſtro capite oſſeo, angulosо, & cælato, totaq; demum corporis figura cuculum repræſentat, nec ſolùm piſciculis, ſed cancellis etiam, atq; tellinis paſcitur, proinde ſapore, &
Vires. carnis bonitate cuculo cõgener eſſe uidetur: duriuſculã quidem carnem habet, ſed albam, ac friabilẽ, quæ frixa, & acido aliquo ſucco aſperſa, ſapidior eſt, quàm elixa.

De Muſtello, & catulo. Cap. XLI.

Muſtelli duplex differentia.

Vſtellus ex galeorum genere eſt, quem Romæ uulgariter *peſce palombo* appellant. Eſtq; in duplici differentia: alter enim ſpinax à ſpina quam habet dictus, alter uerò læuis, ſed adeò ſimiles, ut uix differentia percipiatur. Roſtro enim, branchijs, pinnis, cauda corporis forma, colore, atq; interaneis cõueniunt, roſtro namq; ſunt acuto, oculis mediocribus, & oblongis, poſt quos duo ſunt inſculpata foramina auditui dicata, os habent in parte ſupina, & ſpinax ma-

nax magnis, & acutissimis dentibus armatum. Lævis verò edentulus est: (& in hoc differunt) sed dentium vice maxillas asperas habet: branchiæ in lateribus utrinque quinæ, & detectæ sunt, & spinax à lævi non solùm, sed omnibus aliis galeis in hoc differt, quod inter podicem, & caudam, nulla alia pinna hæret, cum aliis singularis pinna cõmissa conspiciatur: in hoc ergo & â cane, galeo distat, cuius figura mustelli proximè accedit, etsi magnitudine longè differant. Teres est mustelli corpus, à podice verò in extremam usq; caudam sensim gracilescit, corio tegitur, sed altero læviori, venter albicat, dorsum verò cinereũ apparet, eius ventriculus magnus est, & caudam bifidam habet, cuius superior portio maior existit. Marinus est piscis, cœnosis & littori proximis locis degit, ova ad præcordia (ut author est Aristoteles) continẽt super mammas, quibus ut descẽderint iam absolutis fœtus innascitur, unde postea ut reliqua cartilaginea animalia parit, & fœtus suos timentes uulua recipit, ac intra se recondit, timore verò transacto rursùs foras incolumes emittit. Carniuorus est ut cæteri cartilaginei, & dura ac insuaui carne præditus est, vilisq;, ac plebeius ubique piscis habetur, mali enim est succi, gravis odoris, & difficillimæ cõcoctionis, nec mirum si hominibus solummodò infimæ plebis cibus esse soleat, à quibus elixus cum illo intinctu quem alliatum uocãt comeditur. Catulus aũt etiam ex numero galeorum est, quem Romæ piscem canem appellant, cuius corpus oblongũ, ac rotundũ est, aspera tegitur cute, et maximè si manus à cauda caput versus deducatur, dorsum & latera subnigricant, nigerrimisq;, atq; latissimis maculis insignũtur, caput rotundum habet, rostrum acuminatum, oculos oblongos, & nigricãtes, os in supina parte, & brãchias in lateribus utrinq; quinas, & detectas, & ad cubitalem usq; mensurã excrescere solet: marinus atq; carniuorus est, ut cæteri cartilaginei, in cœnosisq; littoribus ut plurimum degit: ob id non solùm duram, atque uiscidam, sed malè olentem, ac uirosam carnem habet, nec ferè usquam in cibum (nec ab infima plebe) admitti solet: mali enim est succi, & difficillimè cõcoquitur, ob id à cibo abdicandus. Vires. Catulus. Vires.

De Scorpio, Trachuro, & Orpho. Cap. XLII.

MArinus est scorpio, qui Romę uulgariter *scorfano* dicitur, pelagius, & saxatilis, à multis censetur, ab aliis etiam & littoralis insimul: nam Aristotelis testimonio, inter pisces qui indifferenter in utrisq; locis degere cõsueuerunt, cõnumeratur, nec ob scorpionis terrestris similitudinem, scorpio dicitur, sed quia dum manu tollitur, lædit. Corpore est rotundo crassiore parte anteriore: posteriori verò multo tenuiori facto, caput grande admodum habet, acutis aculeis præmunitum, os magnum exiguis dentibus munitum, oculos in capite exertos, ut bufo, & branchias superiores plurimũ spinosas, uenter subalbidus est, corpus verò reliquum rubet, squamisq; adeò tenuibus tegitur, ut iis carere uideatur, in capite lapidem gerit. Adest & scorpena solo colore, ac magnitudine â scorpione differẽs, quæ cum in marinis paludibus, aut in cœnosis maris littoribus uictitet colore nigricans est, longeq; pelagio, & sapore, & nutrimento inferior. Solitarius autem scorpio est piscis, qui carne, & alga uescitur, nec sapore est ingratus, si hyeme in saxoso littore, aut puro mari capiatur, carne multa, atq; solida constat, quæ plurimũ nutrit, elixatur, atque assatur, sed assata durior, & ob id concoctu difficilior, quàm elixa quæ ex aceto mandi solet: ꝓpterea si in aqua, & oleo bene olentibus herbis, & aromatibus iniectis elixetur nõ solùm salubrior, sed palato etiam iucundior fiet: feruntq; mullum piscem dissectũ, atq; impositum, scorpij marini ictum sanare, uelut & sulphur uiuũ cum aceto infricatum. Trachurus autem quem Romani *suarrum* uocant, piscis est marinus: atq; circa littora degens, cuius forma nisi paulò lõgior esset, ouata dici posset, dorsum subcæruleum est, reliquũ corpus squamis carens, lævi ac tenui corio tegitur, & uentre, ac lateribus argenteus est, eiusq; color purpurã etiã aliquãdo emẽtitur, oculos habet magnos, & branchias utrinq; quaternas, os in obliquum scissum est, dentibus paucis, ac valdè minutis munitũ ut edentulus uideatur, caudã bifurcatã, & oblongã gerit, lineamq; obliquã habet à capite ad caudã utrinq; Scorpio. Scorpena. Vires. Auxilium. Trachurus.

extenſam, oſsiculis adeò horridam ut ſerra uideatur. Duram habet carnem, ob id
Vires. concoctu difficilem, craſſumq; ſuccum gignentem, cui niſi aliquo condimento aſ-
ſocietur, eſt inſuauis. Ideò aſſata ac frixa in acerrimum acetum aromatibus conditũ
Orphus. inijci ſolet, & ſic palato gratioſa redditur, & aliquot diebus incorrupta ſeruatur. Or-
phus autem piſcis eſt compreſſus, qui circa dorſum liuet, ac nigricat, ſub uentre al-
bicat, & caput penè rubeum habet, os paruum dentesq; ſcaro perſimiles, licet mi-
nores: aſperis tegitur ſquamis, adeoq; adhærentibus, ut uix deſquamari poſsit, cau-
dam minimè bifurcam, eſtq; percæ quaſi ſimilis, ſed pulchrior aureo colore in cæru-
leum uergente, ac ſplendido, inſignis unica tantum pinna, etiam differt à perca in
tergore, cum ea duas habeat, & dum natat uelut Gobius, & Bota pinnas mouet u-
niuerſas, & quod iuxta branchias aculeum habet ut draco piſcis, ſpineumq; bran-
chiarum integumentum ſpinis crenatũ ut in lupo. Marinus eſt piſcis, ſed potius lit-
toralis: locis enim terræ uicinis delectatur, atq; carniuorus eſt. Galenus ergo cum
Philotimo durã carnem meritò ei tribuit, quæ concoctu difficilis eſt, & craſſum ſuc
cum, pituitoſum, ac glutinoſum gignit, ægreq; corruptibilem, ſed nõ uitioſum: plu-
rimum nutrit, atque urinam promouet. Parte tamen circa caput & caudam concoc-
Vires. ctu ſunt faciliores: reliquę uerò carnoſæ difficulter conficiuntur, & ſi apud Græcos
ſiue frixus orphus, ſiue elixus, aut aſſatus maximo ſemp fuerit in pretio, hocq; pro-
prium habet ut refert Athenæus, quod genitales meatus ei non inueniuntur: ob id
poſt ſectionem per multum temporis ſpatium uiuere poteſt.

De Congro, anguilla, & glauco. Cap. XLIII.

Congrus. Congrus quem Romani Brongum appellant, longus ac lubricus eſt piſcis, non ſquamis, ſed læuiſsima quidem cute obductus, quiq; tùm corporis
forma, tùm colore anguillæ adeò eſt perſimilis, ut à pleriſq; eadem cẽſeatur: diſtinguitur tamen, quia oculos ea longè maiores habet, qui etſi cine
racei ſit coloris, in lateribus tamen & dorſo in amplas & magnas degenerat macu-
las, nigraq; per dorſum conſpicitur linea, atque duobus breuibus cutaceisq; corni-
culis in extremo roſtro exiſtentibus conſtat, quibus anguilla caret, eamq; etiam ma
Duplex congri genus. gnitudine ſuperat, ut ad quinos nonnunquam cubitos accedat, dentes habet, & ut
anguilla mouetur, cuius duplex eſt genus, ut teſtatur Ariſtoteles, alterum quod ni-
gricat, alterum quod albicat, & quod albicat, pelagium eſt, quod uerò nigricat par-
tim pelagium, partimq; littorale: ſola carne ueſcitur, & inter piſces dura carne præ-
ditos Galenus congrum connumerat, ſucoſisq; craſſos, atq; ſalſos in corpore gene-
rare aſſeuerat: ob id Albertus magnus credidit, ipſum lepram morbum parere. Im-
probi enim eſt ſucci, atq; ſaporis inſuauis, mediocriter nutrit, nec admodum diffici-
lè cõcoquitur, ſi purgatus, in fruſtaq; diſcerptus, uino, oleo, ſale, anetho, porro, ac a-
romatibus excoquatur. In ſartagine etiam frictus pipere, ac arancij mali ſucco cõ-
Anguilla. ditur. Anguillæ ſunt non ſolùm ex dulcibus, atq; quaſi ſtagnantibus aquis, ſed etiã
ſalſis, & aliæ longè à murenis, murenæ enim in maiorem molem creſcunt, & minùs
Anguilla ma- rima inſuauis. ſuaues ſunt anguillis fluminum, ut quæ in mari murenis: nam anguilla marina ual-
dè inſuauis eſt, & deterior murena, creſcit tamẽ nata in dulcibus aquis ad inſignem
magnitudinem: ſunt enim quæ ad libras duodecim, & ultra aſcendunt, longitudi-
ne hominis, ſed parui, craſsitudine cruris humani. Piſcis autem eſt longus, & lubri-
cus, qui non ſquamis, ſed tergore tegitur, capite tenui, atq; ferè rotundo, dentes ha-
bet plurimos, atq; exiles, multiplici ordine diſpoſitos, color non omnibus unus, ua
riatur enim ratione aquarum, in quibus degunt, nam quæ puram ac defluentem a-
quam incolunt, uentre ſunt candido, dorſoq; cineraceo, ſiue ſubcæruleo: quæ uerò
in ſtagnanti, ac impura commorãtur, uentre ſubalbo, dorſo uerò ſubuiridi, uel ſub-
nigro apparent, nec ex ſemine, ouisúe generantur: hoc enim haud dubium eſt, ulla
enim unquam capta fuit, quæ aut ſemen genitale, aut oua haberet, nec reciſa mea-
tus, uel ſemini, uel uuluæ accommodatos oſtenderet, ſed ex pingui humido quale
etiam ſub terra inuenitur. Vnde Rondeletius refert in ſtagno Magalone proiecto

equi

equi cadauere innumeras anguillas procreatas. Quemadmodum enim quædam *Anguillarum ortus.*
ſolo ſemine in proprio loco uelut perfecta animalia generãtur, quædam abſq; proprio loco & ſemine, uelut quæ primo ex putredine ſola fiunt, ita quædam ex ſemine, ſed non in proprio cõceptaculo, cuiuſmodi ſunt anguillæ. Conſtat enim quandoque mille ſimul glomeratas capi. Cur autem tot glomerentur, aut ob timorẽ contingit, aut ob inopiam caloris ut dictum eſt, uel quia hoc loco coitus illis ſit, nam dum ſimul ſunt, genus earum reparatur. Semen autem eſt pingue quoddam, quod non ex certa parte deciditur, perficitur tamen certis tẽporibus, uelut Octobri menſe, & coniunctione plurium. Ergo primum anguillæ ex ſola putredine pinguis humidi generãtur, uelut & apes, & ueſpæ, deinde facilius multo è ſucco unius ſeu ſpuma, facillimè autem ex multorum colluuie. Anguillas uerò lacuſtres, carniuoras eſſe planè conſtat, piſciculos enim ranasq; perſequuntur, & quãuis nonnulli affirmare uideantur marinas non reperiri, ſed ſolùm ex fluminibus in mare deſcendere, falſum eſſe in libris de Rerum uarietate demonſtrauimus. Cæterùm earum caro mollis quidem & dulcis eſt, ſed glutinoſa admodum, & pituitoſa: & hinc eſt quod uitæ periculum adfert, atq; ſubitum ſi copioſius edatur. Falſumq; uulgus noſtrum credit hoc euenire, qui ſerpentibus coeant, atq; ueneficijs impleãtur: carnis enim dulcedo ueſcentes allicit ad largius edendum, quo nihil pernicioſius: nec mirum ſi antiqui omnes inter ſuauiſsimos piſces connumerent, ſed medici tum in cibis ſanorũ, tum ægrorum eas damnãt, quia deprauatis aquis nutriuntur, & quamuis longè ſalubriores ſint, quæ in mari, & aquis puris, ac fluẽtibus, quàm quæ in lacubus, & ſtagnis, & aquis ſordidis, nullę tamen unquam prauitatem ſucci effugere potuerũt, & proinde dixit Galenus in libris de cibis boni, & mali ſucci. [Anguillæ nunquã boni ſunt ſucci, tametſi puro in humore uerſentur, nedum in eo qui urbium ſordes, & purgamenta in ſe recipit.] Et alibi. [Quamuis carnem mollem habeant, cum tamen ſucco lento, ac pituitoſo abundent, iis qui tenuãte dieta uti uolunt, plurimum ſunt noxiæ:] Antequam recentes coquantur, excoriari debent, & exemptis interaneis omnibus, capiteq; ac cauda abiectis, in ueru torreri, atq; ſedulò puluere ex ſaccharo, & candidiſsimæ farinę tantundem, & tantillo cinamomi confecto conſpergi: exiles etiam frictæ pipere, ac arancij ſucco comeduntur. Verùm frequens earum uſus, calculos tùm in renibus, tùm in ueſica gignit, quin & podagras, pinguedo uerò quæ ex illis dum torrentur deſtillat, auribus iniecta antiquis earũ doloribus mederi creditur. Venduntur etiam fumo conditæ, ſed uerè potiùs ſale, quia priùs ſaliũtur, quàm ſuſpendantur in fumo. Id accidit quod iam ſemimarcidæ ſint antequam reponantur: ideò plurimo ſale condiunt, ac diu antequam ſuſpendant. Vitandę ergo ſunt, multiplici ratione, & quod anguillę, & quod ſemiputres, & quod ſalſæ uaidè, demum fumo cõditæ, ex quo natura inimicæ, & atræ bilis generationi maximè aptæ. Glaucus autem piſcis eſt pelagius, ſquamorum colore ita dictus, adeoq; umbræ marinæ ſimilis, ut Romani falſo *umbrinam* appellent: & plerunq; alterum pro altero aſſumunt: Eſt enim coloris ex liuido in aureum effulgentis, roſtroq; obtuſo, oculos habet magnos, ac nigros, & dentes in maxillis confuſos, atque exiguos, & in capite duos gerit lapillos, caudamq; ſubrotundam, cancellis candidis, ſiue ſquillis, & alga ueſcitur, duræ eſt carnis, ſed non illaudati alimenti, atq; ſucci ſi ritè conficiatur, & eius caput maximo fuit in pretio apud Græcos ob ſaporis gratiam, & antetior etiã corporis pars, quæ ſi pinguis, iucundiſsima eſt, frixa enim atque elixa commendatur. Feruntq; eius iuſculum lactis copiam augere.

Vires.

Hallucinatio.

Cap. 9.

Pinguedinis uires.

Salſæ ac fumo cõditæ malæ.

Glaucus.

Vires.

De Libella & lamia. Cap. XLIIII.

PIſcis eſt libella pelagius, & non littoralis, quem Romæ Ciambetam & in multis Italiæ locis *peſce martello* uulgariter uocant, cætaceus eſt, cartilagineus, rotundus, oblongus, horridus, ac planè monſtruoſus, cuius caput malleo oblongiori, ſeu libellæ dentiũ ordines habet, ut Charcharius, oculos in ſupina capitis parte certa uoracitatis, & truculentiæ argumenta. Os præmagnum,

Libella.

gnum, ſub inferiore parte dentibus ualidiſsimis, acutiſsimis, planis in latusq; ferræ modo uergentibus, triplicíq; ordine digeſtis armatũ habet, branchias utrinq; in lateribus quinas, & detectas, nec ſquamis, ſed cirio tegitur, cuius uenter albus eſt, tergus uerò cineraceum ut muſtelam referat, ad eximiã augetur magnitudinem, nec ſolùm reliquos piſces magnos, ſed homines etiam natantes ſubuertit, atq; dilaniat: ob id dicebat Aelianus, cùm ſit aſpectu infauſto, infœliciq; non eſt proſpera nauigantibus. *Vires.* Vtiliſsimus eſt piſcis quo ſolùm infimæ plebis homines ueſci ſolent: eſt enim dura, inſipida, atq; ingrata eius caro, quin & mucco referta, horridi etiã eſt ſaporis, atque excrementis abundans, improbiq; ſucci, non ſecùs quàm reliqua cete, quapropter rarò, niſi ſale condîta in uſu habetur, ſalitura enim tenuior efficitur, atq; concoctu facilior, cùm recens uix à robuſtis, atque ualdè ſe exercentibus concoqui poſsit, & ut plurimum in eorum uenis magnam ſuccorum crudorum congerit copiam. *Lamia.* Lamia autẽ piſcis eſt maximus marinus, ut mediocris mille pondo excedat, maior ne bigis uehi poſsit, uoraciſsimus ut Rondelletius refert, in cuius uentre: integros homines cum lorica inuentos eſſe. Exiſtimantq; ob id (ſi quid tamen ad rem refert) eius generis piſcem eſſe, à quo Ionas deuoratus fuit. Sex quod mirũ eſt, dentium ordines habet, quorum exterior extrà prominet, ſecundus recta, reliqui curui ſunt intùs, quos Galli ſerpentum linguas appellant. Emi aliquãdo Rothomagi incurui, & quaſi penitus unguibus accipitrum ſunt ſimiles, fragiles tamen numeroſi, ducentorum aut etiam plurimum numero: ſic & ſargi piſcis molares dentes prolapidibus in capite bufonis inuentis, quos *crapandinas* uocare ſolent, diuendũt. Sed ut ad lamiam reuertar ipſa Galeorum eſt generis, ſcabraq; cute integitur, oculos habet cornea dura anteriùs, atq; poſterius, non ut in quadrupedibus: neruorum quoq; opticorum loco, ſubſtantia cartilaginea, duraq; eſt atque ex dentibus in cinerem deductis dentifricia fiunt. Piſces ex ouis generat, & ut multitudini cõſuleretur, neceſſarium fuit oua eſſe parua: at ex ouis paruis piſces non commodè poterant generari: igitur natura effecit, ut incrementum ſuſciperent extrà, atq; citò, ne interim corrumperẽtur, edita itaque celerrimè augẽtur, uimq; fermenti quaſi retinent, & ſponte intumeſcunt atque humidum pingue tum terræ, tum aquæ in ſe conuertũt. Mas uerò exterius ſemẽ inſpergit, quo abundat plurimum ut fœmina ouis. Creſcunt autem oua celerrimè, quia humidum pingue plurimum continent, & quod facilè extenditur, incrementumq; in ſingulos dies dignoſcitur. Eſt ergo lamia, ſi Galenum ſequamur, piſcis inter cetacea connumerandus, cuius caro etſi candida ſit, dura nihilominus eſt, & craſſum, uitioſumq; ſuccum procreat, atq; ualdè excrementitium, inſuauis etiam eſt, & muccoſa, atq; uilium hominum, ac infimæ plebis tantummodò eſca, & niſi in fruſta diſſecta, atque ſalita, optimeq; aliquo intinctu condita ſit, & bene cocta, uix confici poteſt. *Aldus notatur.* Aldi autem errorem adnotare debemus in uerbis Galeni in tertio de alimentorum facultatibus, qui bis, ter' ue loco lamiæ Amiam legit, credo potius lapſu librariorum, ac Typi: patet enim apertè quanta ſit differentia, inter lamiam, & amiam, ex prædictis.

Oua lamiæ cur parua.

Vires.

Notæ.

De Aquila, & pagro. Cap. XLV.

Aquila. Quila quam Romanorum uulgus Aquilonem uocat, piſcis eſt cartilagineus, littoralis, & in cœnoſis maris locis uictitãs, cuius caput bufonis inſtar expreſſum, exertumq; eſt, in quo oculi ſatis magni, rotundi, atq; prominentes conſpiciuntur. Os habet mediocre, & ualdè denticulatũ, latera latiora, & magis acuta ſunt, quàm in paſtinaca, ita ut expanſas aquilæ uolantis alas egregiè æmulari uideantur, caudamq; multò tenuiorem, atque longiorem habet, quàm paſtinaca, radio uel aculeo munitam, qui pernitioſus atq; peſtiferus eſt nõ ſolùm piſcibus, ſed hominibus quoque, unde ſtatim capta à piſcatoribus cauda abſcondi ſolet, ne eius radio temerè pertractãtes, lædantur. Plana eſt aquila, atque ut dixi cartilaginea, quæ læui, & molli tegitur cute, alba inferiore parte, ſuperiore uerò liuida, dura carne non ſolùm prædita, quæ uentriculo maximum exhibet

Aquilæ cauda pernicioſa.

Vires.

exhibet negotium, sed etiam uitiosum procreat succum, insuauis etenim est, atque palato ingrata, ob tetrum atque grauem odorem quem præ se fert, quamobrem ubique uillis habetur, nec solum nobiles, sed infimæ plebis etiam homines eam in cibis recusare solent, & si qui eam interdum edant, alliatis condimentis intingunt, ut acutissimus alij sapor alterum facilè obtundat. Pagrus autem quem Itali *unfrago* uocant, piscis est solitarius, atque carniuorus, modò pelagius, modò littoralis in saxorum cauernis degens, qui ad sargi usque magnitudinem extuberat, caput tamen crassius habet, oculos grandes, pupillam nigram, & iridem, in eius ambitu coloris aurei, atque foramina duo, utrinque ad oculorum fontes, dentes acutos habet, breues, ac ueluti serratos, cæterùm magnitudine, ac crassitie cantharo persimilis est, squamas gerit latas, rotundas, ac tenues, caudam bifurcatam, peculiaris quoque illi litura utrinque nigra, lata, in lateribus circa ceruicem ubi linea est, quæ piscium corpora intersecat, qua maximè à cæteris distinguitur piscibus: ea nonnihil nigricantis habet coloris, tactuq; asperrima persentitur, continuam præterea, in tergore pineam rubram duodecim aculeis communitam ostendit, dura carne prædita est, difficillimè concoquitur, & ęgrè excernitur, crassumq; generat succum, & cum carnosus est, minus est pinguis, quia magis terrenus: copiosiùs uero aliti conficiatur, diuersumq; est hoc genus piscis à paguro, cum è cancrorum genere sit. *Pagrus.* *Vires.*

De Piscibus à Galeno omißis, qui apud nos quotidie sunt in usu. Cap. XLVI.

QVm multi sint pisces, quibus singulis anni partibus uescimur, est aurata, sargus, melanurus, scombrus, lampetra, sturio, atq; alij huiusmodi, quorum nusquam meminit Galenus ex Philotimo in ijs, quæ ex eo in suos libros transtulit: ideo optimum duximus de illis pertractare, nec intactos relinquere, & præsertim de illis sermonem habere, qui olim maximo in honore fuerunt, quiq; hodie pretiosi maximè habentur, sæpeq; nostras exornant mensas. Planè æquidem nefas esset auratam omitttere, quæ communi nostræ ætatis consensu nobilissimus censetur piscis, ueluti & reliquos quorum historiam prosequimur. *Aurata.*

De Aurata, sparo, & cantharo. Cap. XLVII.

AVrata quam Romæ *oratam* uocant, piscis est marinus, nec solùm ex eorum numero, qui circa littora uictitant, sed in marinis etiam stagnis reperitur, nec nõ & aquam dulcem tolerat, cuius figura potiùs latiuscula est, quàm longa, rostrum habet breue, & os mediocre, ac labra crassa, dentes albos, anteriores oblongos, & subrotundos, & molares uerò latiores, quibus plerique in annulis pro gemmis utuntur, oculos magnos, & branchias utrinq; quaternas, extrema uerò earum operculi pars purpureo partim, partim uerò nigro insignita est colore: squamis tegitur latiusculis, uentrem lacteum habet, argenteum colorem latera æmulantur, dorsum ex glauco nigricat, partes uerò oculis superiores aureo colore splendent, & præcipuè cùm excreuerit, caudam lunatam habet, & uentriculum amplum, uix tamen unquam, etsi adoleuerit ad denas peruenit libras. Aestate plurimum temporis latet, & omnium piscium timidissimus est, atque sola uescitur carne, nobilissimusq; apud omnes censetur piscis, suauissimus enim est, oriq; gratissimus, carnem habet candidam, solidam, & quæ bonum procreat succum, abundeq; nutrit, sed cùm dura sit, non facilè concoquitur, excerniturq;: medias tamen in cibis præstantiores esse iudicamus, maioribus atque edulcis: ætas enim aliquid discriminis affert, ut minores ætate, & magnitudine, minus duræ, & concoctu faciliores iudicentur, maiores uerò duriores, & in medio mediocres, sic & quæ in mari hyemis tempore capiuntur, longè meliores sunt ijs, quæ in stagnis marinis, & alijs anni temporibus uenantur. Varijs condiuntur modis, in aqua enim & oleo elixantur, iniectis olentibus herbis, croco, aromatibus, ac uuis passis, assantur quo- *Vires.*

que oleo, butyro ue irrigantur, atq; etiam sale condiuntur, sed non parum gratiæ deperdunt, eo quoq; condimenti genere quod uulgo accarpionare, uel ammarinare dicimus parari solet, estq; huiusmodi condiendi modus. Pisces enim recentes captos exterius à squamis, interiùs uerò ab interraneis repurgant, modicoq; sale conspergunt, et cum per aliquot horas, ut puta per sex, uel septem sic permanserint, optimo, & copioso oleo in sartagine frigunt: frixis uerò, ac in fictilem patinam dispositis, priusquam refrixerint, acerrimum acetum in quo antea aromata, & crocus bullierint: superinspergunt, & demum post quatuor, uel quinque horas in uase alio absque supermisto aceto, lauri, aut myrti, aut citri foliis si libeat interpositis cancellatim componunt, & sic sapidiores redduntur, & longiùs per pleraspque Italiæ urbes circumferri possunt, sicq; parati in multos dies à corruptione immunes asseruãtur.

Modus condiendi quem accarpionare appellant.

Sparus. Sparus autem etsi ad paruæ auratæ similitudinem adeò proximè accedat, ut persæpè pro aurata Romę uendatur, ab ea tamen euidentissimè distinguitur, nam sparus non solùm corpore minori est, sed etiam magis rotundo, atque in latera compressiore, longioriq;, & rostro acutiori, atque ore etiam minori: præterea locus oculis superior non aureo colore micat, sed ex uiridi flauescit, nec circa branchias ulla purpurea, aut nigra macula apparet, ut in aurata, in cæteris uerò ualde ei est persimilis. Ad multam magnitudinem non excrescit, nec palmi mensuram excedere solet. Marinus est piscis non pelagius, sed littoralis, & herbosa maximè frequentans littora atque marina stagna subit, ut aurata, carneq; uescitur, & constat apud ueteres maximo fuisse in pretio, carnem inter mollitiem, & duritiem mediam habet, concoctu facilem, & boni succi, ita ut inter salubres pisces meritò reponi possit. At qui in stagnis degit, carnem insuauem habet, mollem, tetrumq; ac uirosum quendam saporem referentem: iccircò à diuitum mensis abijci solet, & rura solùm, plebeculamq; alere, ut in multis etiam alijs piscibus contingere diximus ob locorum diuersitatem. Elixus rarò paratur, quia paruus est: maiores enim solummodò elixari solent: in sartagine uerò frixus, ac sub craticula affus, ut plurimum paratur, ex maliq; arancij succo comeditur. Cantharus equidem cum squamis ex Indico splendentibus integatur, ob id à Romanis zaphile dicitur, ut & citharus quoque, & alij quia in cœno degit, scarabeũ nominant, marinus est piscis, qui littora potius, quàm pelagum incolit, & auratæ, & sargo forma, figuraq; corporis ualdè proximus est, branchiæ aculeí pinę non admodum dissimiles, dentes habet breues, & confuso ordine dispositos, oculos cæsios, atq; supercilia nigricantia, estq; singulis utrinque lineis aureis insignis, & lapillos in capite gerit. Molliorem ac humidiorem carnem habet, & proinde insipidam, nec admodum gustui gratam nec concoctu difficilem nec parum nutrientem, sed crassum atq; pituitosum humorem generantem, qua de causa dum coquitur, addi ei solent quæ humorem illum superfluum comminuant, ut piper, crocus, cinamomum, gingiber, cæpæ atq; huiusmodi. Frixis quidam in sartagine uescũtur, alij exassant, aut in patinis ex albo iure cõdiunt, pauperumq; mensas frequentius subeunt: asellis enim longè sunt inferiores.

Cantharus.

Vires.

Vires.

De Mæna, & smaride. Cap. XLIX.

Mæna. Ibscis est Mæna qui herbosis littoribus gaudet, ac *mænoba* ab Italis dicitur, atq; smaridi persimilis, latior tamen ac breuior, nec non rectam lineam in lateribus habet, quæ in smaride est arcoata: lutei est coloris, & si aliquando lituris cyaneis conspersa appareat, breue habet caput, osq; minimum, dum clausum tenet, dum uerò hiat, magnum ostendit. Iris oculorum subruber est, squamis tenuioribus contegitur, & dum desquamatur, albissima, atque argentea apparet: pinna quæ dorso incumbit, duodecim aculeis riget. Fœcundissimus autem est piscis, atque præstantior, dum uterum gerit, gobionibusq; præfert Hicesius succi bonitate, licet non adeò gustui gratus, nec minùs uentrem subducit: sub craticula affus, uel in sartagine frixus ex arancij succo conditus, ut plurimum comedi solet, parum tamen nutrit, nec multum excrementi præbet. Smaris quoque littoralis est

Vires.

Smaris.

lis est quem Romani *spigarum* uocant, corpore penè est tereti, & minori quàm mœna, squamis uerò ea latioribus tegitur, lineam à capite ad caudam habet arcuatam, & caput longiusculum, atq; hoc ei peculiare est, ut cum os aperit, labra exerit, tãquam ex tubo pixidatim infarcto, ut Bellonius refert: eius color ex cyaneo hilari in argenteum micat, tergore obscuriore, & uentre candidiore, caudam bifurcam gerit, atq; unicam in dorso pinnam: Bocæq; adeò est persimilis, ut uix fermè distingui possint, carnem habet smaris candidam, boni succi, & facilis coctionis, pauciq; excrementi, quæ tum frixa, tum elixa ori non ingrata est, cuius iusculum uentrem subducere ferunt, suntq; nonnulli qui ea de causa interdum ægrotis exhibent, multa quoq; ex ea parantur medicamenta, quæ Dioscorides connumerat capite proprio de smaride: solet etiam sale condiri, qui à bibacibus maximè expenditur, palatum enim atq; os stimulat, & sitim lacescit. Vires.

De Erythrino siue rubellione, boce, & salpa. Cap. XLIX.

Erythrinus.

Rythrinus siue rubellio piscis est marinus, potius littoralis, quàm pelagius, quem Romani *fragolinum* appellant, cuius corporis figura auratæ nõ est absimilis, squamis tegitur frequentibus, & ualdè inter se coniunctis, uentre est subalbido, capite argenteo, corpore uero reliquo rubescente, rostro acuto, et capite utrinque compresso, ore paruo mediocribus dentibus munito, oculis magnis ac latis, & branchias utrinq; quaternas habet: In dorso unica pinna longa, & aculeis multis horrida erigitur, alteraq; longè minor uentri hæret, caudam bifurcam, atq; ut plurimum lapides in capite gerit. Eiusq; magnitudo palmi mensuram perraro excedit. In quo genere marem non reperiri affirmat Aristoteles, quoniam omnes qui capiuntur oua in utero ferre comperiuntur. Carniuorus est piscis atque gregalis, & sæpè cancellis, & minutis crustatis pascitur: suauissimus est atque ab omnibus ubique nobilissimus censetur piscis, cuius caro satis tenera, atq; friabilis est, propterea boni succi, concoctu facilis, & multi nutrimenti, quæ etsi omni tempore iucunda sit, hyeme tamen præstantior habetur, & frixa potiùs quàm elixa, & præcipuè si arancij mali succo, ac modico pipere condiatur. Ferunt nonnulli Rubellionem Venerem concitare, atque in uino putrefactum ijs qui biberint, tædium uini afferre. Boces autem siue Boopes littoralis est piscis, quem Romæ *Bogam* uocant in cuius foro piscario canistra *bocidibres*, trachuris triglis, atq; huiusmodi cumulata sæpè conspiciuntur, & uulgus uno nomine fricturam appellat, eo quod ob paruitatem in sartagine feruenti oleo frigi soleant. Est ergo Boces piscis perpetuò paruus, teres, cuius color hilari ueluti aureo fulgore nitet, ut tergora colore ad aurum inclinante micare credas, crassiori capite cõstat pro corporis magnitudine, oculosq; grandes habet, squamis contegitur, atque duos oblongos calculos in capite gerit, carnem non admodum duram habet, ob id nec concoctu difficilem, nec mali succi, imò si elixetur ius eius aliquam emollit, atque ea de causa ægrotantibus interdum conceditur: elixus enim boces probè conficitur, et parum excrementi generat, ac pinnis coctus mollior, ac sapidior efficitur, & sic moderatè frixus, omninò uere assus aridior redditur, multis modis paratur, & ex gelu conseruatur, ac sale conditur, qui & aureum quoque colorem retinet, qui coctus, atque sale sparsus, folijsq; laurinis complicatus diu asseruantur. Salpa equidem littoralis est, atque in maritimis etiam lacubus gignitur, sorbaq; à Romanis uocatur, nullus uerò piscium colore est pulchrior, uentre & lateribus candida est, dorso ex cineraceo nigricat, & à capite in caudam per argentea latera nouem utrinq; aureis, rubentibusq; lineis certis distinctis interuallis egregiè depingitur: caput paruum & rotundum habet, rostrum acutum, os exiguum serratis dentibus munitum, oculi aurei conspiciuntur, atque unicam in dorso pinnam longiusculam, ac duodecim aculeis horridam habet, altera quæ uentri subest, ad caudam usque deducitur, branchias utrinque quaternas, atque eas quidem geminas, caudam bifurcam, squamisq; latis & uarij coloris cõtegitur, cuius moles duas rarò excedit libras, stercore et alga, ac alijs fœtidis uescitur Vires. Boces. Vires. Salpa.

ſcitur cibis, ob id admodum uilis, & plebeus piſcis ubiq; cenſetur, nec ſolum ætate noſtra, ſed à ueteribus etiam obſcœnus habitus eſt carnem habet duram, inſipidam,
Vires. atq; ingratam, ob id concoctu difficilem: adeò enim dura eſt, ut niſi ferula uerberetur, uix percoqui poteſt, uitioſum generat ſuccum, & quouis modo condita inſuſa eſt, atq; inſalubris, ſi tamen per dorſi longitudinem diſſecetur, atq; interaneis exemptis paſſulis ſale, allio, olentibusq; herbis conciſis impleueris, atq; diligenter aſſaueris, ſapidior reddetur, tetrumq; deponet odorem.

De Sphyrena, & Acu. Cap. L.

Sphyrena.

Phyrena circa ſaxoſa, ac arenoſa littora uictitat, ſudum Latini uocãt, Romani uerò uulgariter *luccio di mare*, cuius etſi nõnulli duo genera facere uideantur, unum tamen nobis tantùm adnotaſſe licuit, longus eſt piſcis, atque corpus totum paxillo ſimillimum habet roſtrum cuneatũ, & os ualdè reſciſſum, dentibus ſuperioribus quidem maioribus, inferioribus uerò minoribus munitum, atq; in medio anterioris partis maxillæ inferioris dens unus omniũ longiſsimus, atq; acutiſsimus extat: oculos latos atq; cæſios habet, atq; lineã utrinque ad latera, quæ branchijs rectà ad caudam fertur, mira arte paruulis atq; duriuſculis ſquamis cõtexta, branchias utrinq; quatuor habet, & dorſum duabus pinneis præditum, cuius pars linea illa ſuperior ſubcineracea eſt: uẽter uerò ac tota pars eadem linea inferior candida apparet. Tergore tegitur ſquameo, cuius quidem ſquamæ lente multò ſunt minores, nec piſcium, ſed ſerpentum inſtar miro ordine commiſſæ, caudam bifurcã habet, & magnitudine inter ampliſsimos rarus uidetur, ſed
Vires. tamen non degener. Duriorem quàm conchrus carnem habet, ob id magis nutrientem, ſed concoctu difficiliorem, ſuccum bonitate mediocrem gignit, meliorem uerò ſi circa ſaxoſa littora capiatur. Eius tamen caro inſuauis atq; ingrata eſt, niſi aliquo optimo alimento aſſocietur, uilis atque uulgaris piſcis Romæ habetur, nec ul-
Acus. lum proprium condituræ modum habet. Acus autem piſcis eſt qui in ſaxoſis, ac arenoſis locis uitam degit, qui retibus captus ſi ex eis euaſerit ipſis iraſcens dum dentibus ea lacerare contendit in laqueos rurſus incidit. *Acucella* Romæ dicitur, longus atque tenuis eſt, qui non ſquamis, ſed læui cute induitur, dorſo eſt cæruleo ad uiride inclinante, & uentre argenteo, roſtroq; acuto, tenui, longo, & duro, cuius pars inferior ſuperiore longior eſt, & utraque plurimis exilibus acutis, ſerratisq; dentibus munita: ſeptem etiam pinnulas ſupernæ, & infernæ, & in cauda propendentes habet, caudamq; bifurcam, & rarò digito craſsior eſſe ſolet, nec pede longior euaVires. dere, & branchiæ utrinque ſunt ei quaternæ. Carnem duriuſculam concoctuq; difficilem habet, boni tamen eſt ſucci, & fricta ſucco omphacij, aut mali arancij non ingratè manditur, imò maximè in delitijs expetitur, ſale etiam condita, cruda cum pane à pleriſque edi ſolet.

De Scombro, & Thymæo. Cap. LI.

Scombrus.

Irca arenoſa littora, atque imos maris ſcopulos uictitat ſcombrus, quem *Marcharellum* Romæ uocãt, eſtq; adeò coliæ perſimilis, ut difficillimum ſit eos internoſcere, utriuſq; enim uenter albus eſt, dorſum uerò ſubplumbeum, ſed ſcombri notis quibuſdam cæruleis, atq; undãtibus inſignitur, coliæ uerò atq; liuentibus lineis latera notantur, & ſcombro longè maior fit colias: uterq; igitur caput rotundum habet, roſtrum acutum, os ualdè hians, paruis dentibus munitum, oculos magnos, & flauos, branchias utrinq; quaternas, & pinnas etiam utrinq; binas, duas ad branchias, & duas in uentre, propter quas una in dorſo horrida quæ aculeis nonnullis erigitur, & altera poſt dorſum paulò minor, nullis ferè aculeis munita: poſt hanc nonnullæ aliæ minores æquis interuallis diſtinctæ, reliquum dorſum ac uentrem ad caudam usq; ueſtientes, quæ acutior facta in lunatã pinnam degenerat, ſquamis prorſus caret ſcombrus, carnem habet duriuſculam, at-
Vires. que exuccam, & ſi uerno tempore adeò Romæ atque Venetijs pingueſcat, ut tenerior fiat,

tior fiat, quo tempore inter delicatiores pisces cõnumeratur, boni enim est succi, & concoctu facilior, & è uentriculo descendit, laudatissimumq; olim ex eo parabatur garum, nunc uerò fœliciter eo condimenti genere quod *ammarinare* dicitur, ut suprà modum edocuimus, conditur, ut iucundior fiat, & in multos dies incorruptus asseruetur, recens sub craticula assus, atq; in sartagine frixus ex arantij succo aut omphacio comeditur, lautiores primis diebus mensas subit, ac ornat: breui enim gratia perit, & frequens eius usus fastidium parit, sale etiam conditus gratus est ualdè, ac uerna ieiunia solatur. Thynnus autem quem ubiq; fermè uulgariter *pesce ton* uocant pelagius est, & nõnunquam flumina subit, qui cum tepore gaudeat, sæpè apud Sabulum conspicitur, plurimũ crescit, & est ex eorum numero qui nomen pro ætate mutare solẽt, paruus enim cordyla dicitur, adultus pelamys post annum thynnus, estq; fermè totius figura rotunda, & in caput, colore externo, ac delineamentis scombro ualdè persimilis, licet magnitudine longè ab eo distet (& quamuis à Galeno nõ omittatur, ac grandior inter cete recenseatur) ob id nobis hîc describere placuit, estq; fermè totius figura rotunda, & in caput, ac caudam ualdè acuitur, & nisi paulò longior esset ouata uideri posset. Venter eius subalbidus est, dorsum plumbeum, latera maiorum liuida, minorũ uerò sub nigris lineis transuersis atq; obliquis depicta apparent, caput rotundum habet, rostrũ non multum extensum, os satis magnum, & denticulatum, oculos mediocres, brãchias utrinq; quaternas, pinnas etiam utrinq; binas, duas ad branchias, & duas in uentre, præter quas una magna plurimis aculeis munita erigitur, à qua circa dorsum medium altera paulò minor enascitur, nullis armata aculeis, & ab his pleræq; aliæ mulrò minores pinnulæ æquis interuallis distinctæ, quæ dorsum reliquum ad caudam usque, ornant, ac uestiunt, & alia uentri subnascitur grandiuscula. Differtq; mas à fœmina (ut inquit Aristoteles) quia fœmina sub uentre pinnulam iunctam habet, quæ mari deest, caudam lunatam gerit, in cuius radice utrinq; à pendice unum uides, squamis tegitur amplis, exactissimè inter se commissis, atq; tenui, leuiq; corio coopertis, ut squamis carere nonnullis uideatur, nec ab Aristotele inter pisces squamosos connumeratur. Carniuorus est, atq; glande plurimũ gaudet, cuius cibo eximiè pinguescit, nec mirum si nonnulli marinos sues appellauerint Thynnos. Maximus est piscis, & mense Maio copiosissimè capitur in freto Gaditano, quo tempore ex Oceano Atlantico in mare Mediterraneum irrumpit, non paruo Gaditanorum quæstu, qui infinitam eorũ multitudinem retibus extrahunt, & membranatim dissectos saliunt, & in cadis asseruatos per omnem Europam diffundunt, atque magni apud Italos est pretij, cuius partes sale conditæ uariè nominari solent. Ventris enim pinguiorem adipem *tarantellam*, dorsum autem magis carnosum, ac macilentũ, *tonninam* appellant. Dura autem est maioris Thynni caro recens & concoctu difficilis, ingrati saporis, & mali succi. Verum partes imi uentris pinguiores alijs partibus sapidiores existunt, sunt enim teneriores, & ori gratæ si in frusta dissectæ sale priùs, atque coriandro contrito conspersæ ueru assentur, continuaq; dum assantur aceti & olei insperſione: grauis tamen est cibus, & multum nutriens licet minoris thynni non proinde dura sit caro, nec cõcoctu ita difficilior: salita autem longè melior euadit, ut Galenus testatur dum inquit: Pellamydes sale conditæ, laudatissimis salsamentis non cedunt, uentrem ducunt, & extenuant. Debet tamen prius antequam caro salita decoquatur octo, aut decem horis aqua macerari, ut salsedinem deponat, dein aqua elixari, quæ sic elixa in parua frustula dissecta, aceto & oleo condiatur, multis tamen eius usus hæmorrhoidas cit, quia acrior est, & plurimam atram bilem gignit.

Thynnus.

Thynni uaria nomina.

Vt masculum à fœmina dignoscas.

Tarantellæ quæ.

Tonnina quæ.

Vires.

Salita melior.

De Sturione. Cap. LII.

Sturionum diuersæ species.

Diuersarum specierum esse uidentur sturiones, cõmunis tamen forma hæc est, tereti & oblongo corpore constat, supina parte planus est, prona rotundus, dorsum, & latera tribus, quasi carinis distincta ostendit: in dorso octo ossa, in lateribus alia octo & uiginti, calli duritiem præferentia, & à branchijs ad caudam exporrecta, rostrum longum mucronis instar habet, exporrectamq;

ctamq; frontem,& in pyramidem assurgentẽ,cirros duos habet oblongos sub mento ad instar barbæ diuisæ,cutem quasi spineam argẽtei coloris,oculos paruos,dentes nullos,lenia labra,branchias simplices,uentriculum durissimum, dorsoq; adeò hærentem,ut affixus dici possit, linguam crassam, & densam, si rectè à Bellonio describitur. Verùm Rondelletius hunc antiquorum Accipenserem esse uult, ego non cõtendo,quamuis referant authores de Accipensere, alij de elope squamas habuisse conuersas, nunc qui sic habeat squamas haud inuenitur: neque enim sturio talis est,dumq; luctatur, & inuoluitur in nominũ uarietate, ipsius piscis descriptionem prætermittit,& quod unum ex illa refert, falsum est, scilicet in prona parte os habere,& ualdè descissum. Ipse enim met in libro de piscibus fluminum reprehendens Calcagninum ostendit ex Aristotele per pronam partem superiorem intelligi debere,quod etiam dum de passere,rana,& physalo loquitur,affirmat. At cõstat cuiq; qui hunc piscem uiderit,ut etiam Bellonius refert os quasi rotundum esse, & in supina,id est,inferiore parte non discissum,longiùs autem prona. Idem hunc piscem modò hyccam uocat,modò aliud ab hycca esse contendit, sed omittamus fero ædita,& breui compaginata,uescitur hic piscis arena,cœno,hudo,oritur in mari,maiori ex parte ascendit ad flumina, frequens in Eridano, Rheno, Tyberi, Pado, Danubio,atque alijs plerisque magnis Europæ fluminibus, & hodie maximo in mensarum honore ubiq; habetur,atque multa in æstimatione,sed fluuiatiles marinis præferuntur,nam qui in fluminibus degunt,non solùm dulcium aquarum haustu pinguiores, ac maiores fiunt, sed suauiores etiam: gratiores etiam sunt media æstate, quàm reliquo anni tempore. Duriusculam autem carnem habent,præpinguem,& glutinosam,quæ propterea ægrè concoquitur,& crassum generat succum. In his tamen magnum ex ætate reperitur discrimen, nam tenellos qui iam procelletæ Italis sunt,gustuq; sapore suaues,ac iucundos esse, teneros, friabiles, minimè uentriculo aduersos, nec magno uentriculi labore concoqui constat, multum alimenti, non ualdè tamen excremẽtitij hi exhibent, in quibus tantum frigida, atque humida adnotatur intemperies,qua omnes præditi sunt pisces. At in adultis quos ubique sturiones uocant,plurimum bonitatis deperit, eorũ enim caro, quæ iam tenera ac friabilis erat,dura & tenax reddita,nocumenta multa parit, nam nec æquè palato grata est,& difficillimè concoquitur,crassum ac lentum succum, plurimumq; præbet, ex quo humores crudi,ac ex his obstructiones, & omnia hæc longè deteriora fiunt in uentriculo natura imbecilliore: robustior enim interdum contemnet, ac euincet: non tamen uitiosum generat succum, sed solummodo crassum, ac glutinosum,ob id dum elixatur modicum aceti addi solet. Ex sturionum autem ouis salitis, & in massam congestis, salsamentum cauiarium dictum conficitur, ubiq; gratissimum, quippe non solùm quod probè sapiat, sed deiectam etiam ciborum appetentiam subleuet,atque siti mirè lenocinetur. Schinalia quoque ex eorum dorsi spina salsamenta dicuntur,sale,fumoq; asseruata.

Rondelletius notatur.

Cap. 6.

Cur fluuiatiles meliores.

Vires.

Cauiarij uires.

De Sargo, Melanuro, & lato pisce. Cap. LIII.

Sargus.

Argus quem non solùm Romæ,sed ubique fermè sargo,uel sargone uulgariter uocant: piscis est littoralis, & circa saxosa, herbosaq; littora uictitans,non auratis prorsus absimilis,latior tamen,ac rotundior est eius figura,rostro etiam acutiori,oreq; minori. Dentes habet latos,humanisq; simillimos,& non serratos,oculos magnos,& branchias utrinq; quaternas. In uentre pinnas duas subnigras,& minores,ad branchias uerò alias duas maiores,et subrubras. In dorso alia erigitur pinna per totum ferè cõtinua,aculeisq; plurimis armata & iuxta anum altera subest,unico aculeo innixa, caudam lunatam habet, atq; in extremo nigram. Ventrem subalbidum, dorsum ex cineraceo flauescens: squamis tenuibus contegitur, imò quod mirum est à dorso ad uentrem lineas habet hic piscis transuersum actas, nigras, certoq; ordine,ut quæ impari loco sunt,latiores sint, quæ pari,angustiores: capras uehementissimè amat, earumq; odore maximè delectatur,

Sargus capras amat.

ctatur, unde ad cibos in pelle conditos aduolat, quod tamen non hoc solo sensu se capras diligere ostendit, cùm ad illarum etiam umbram exiliat. Luto libenter uescitur ut Aristoteles testatur, ob id eligẽdus est qui saxosis littoribus uitam degit: suauior enim est, & succum laudabiliorem parit, non enim carnem adeò duram, nec concoctu difficiliorem habet. Autumno ac hyeme melior existit, & auratam succi bonitate æmulari potest, licet carne paulò sicciore, duriorecp constet. Paruus in sartagine frigitur, assaturcp in craticula aceto addito, calidusqp comedi debet, maior etiam elixari solet. Melanurus autem quem Romæ ochiatam uocãt, ad differentiam torpidinis oculatæ, quàm *ochiatellam* appellant, circa littora saxosa, & arenosa uictitant, uariascp sedes habitare solet, adeocp ad auratę figuram proximè accedit, ut sæpè pro aurata uendatur, os paruum habet, dentibus robustis munitum, oculos maximos pro ratione suę magnitudinis, à quibus nomen desumpsit, uentrem subalbidum, dorsumcp ex cæruleo nigricans, atque in cauda latam, nigerrimamcp notam habet, maximecp in cæteris etiam cum sargo conuenit. Non multum augetur, palmi enim magnitudinem nunquam superasse uidimus. Alga teste Aristotele uescitur, sed libẽtius limo, ac sordidis pascitur, impura enim ac limosa interdum insequitur loca, & tunc deterior est, melior uerò longè, qui in arenosis, ac saxosis locis uersatur: caro enim mollior, concoctu facilior, & minùs excrementitia, nec mali succi, insuauis tamen, & nescio quid astringentis facultatis ei ineſt, nũquam elixari solet, quia paruus, sed auratæ instar in craticula assari, aut in sartagine frigi. Latus uerò piscis in mari Adriatico frequens est, quem nonnulli Regium piscem nominant, hoc est, regibus dignum: Vmbræ ualdè persimilis fertur, uix tamẽ hodie cognitus. Adest quocp & Niloticus qui in fluuio Nilo nascitur, & ad ducentarum librarum, uel etiam plurium pondus accedere deprehensus est, ut refert Athenæus. Candidissimus, atcp optimus, suauissimus etiam ex quacuncp ratione fuerit conditus, à marino amplitudine, carniscp, ac squamarum candore differens, duriusculam enim carnem habet, & concoctu difficilem, boni tamẽ est succi, & multũ nutrit: Elixa potiùs quàm frixa edi solet, additis odoratis herbis, aromatibus, atcp alijs huiusmodi.

Melanurus.

Vires.

Latus piscis.

Vires.

De Lampetra. Cap. LIIII.

Lampetram non esse Galeni galexiã.

Lampetra ab Italis *lampreda* à lambendis petris dicta, hãc multi Galeni galexiam esse contendũt, quam Romæ cognouit, & ex mustellorum genere esse affirmat, maximocp apud Romanos in pretio, quæ cùm in Græco mari nusquam nasci uideatur, ideò ipsam Philotimus ignorauit, atque ex eorum numero esse, qui molli carne constant, & si reliqui mustelli potiùs dura carne sint præditi. Alij uerò galexiam non esse asseuerant, cum galexia ex Galeni sententia molli carne constet: lampetra uerò dura ac glutinosa sit, ob id nõ desunt, qui eam Accipenserem esse uolunt. Constat tamen lampetram nostram esse ueterum Latinorum mustelam, quæ tùm in mari, tùm in fluminibus reperitur. Ineunte enim Vere flumina mari proxima subit, in quibus oua parit, ibicp toto uerno commoratur: incipiẽte autem æstate cum suis fœtibus in mare reuertitur. Magnitudine propemodum est anguillarum, os habet hirudini simile, fistulam in capite, uelut quæ pulmones habent, quæ ei addita est, ut cum suggendo uiuẽs occupet os, aquam ad branchias trahere posset, quæ cute crassa intectæ, septem rotunda foramina utrincp habent, duas in dorso pinnas habet, nullas tamẽ natandi causa in lateribus, aut sub uentre: maculoso est dorso, & uentre candido: gustu nõ est adeò suauis ut mihi uidebatur, ut anguilla: durior enim est tametsi mihi non assueto delicatior uideri debuisset: dum per Ligerim fluuiũ iter ageremus, hærentes proræ sex aut septem grandiores anguillis, nautæ ceperunt, sunt autem anguillis aliquanto crassiores, ac breuiores, ossibuscp carent. Erat iter nostrum Veris tempore, quo suauior, ac pretiosior censetur. Hæret autem adeò firmiter nauibus pici odoris (ut creditur) causa, ut si clauo temonis affigatur, nauim remoretur, aut saltem retardet, & præcipuè si multæ fuerint insimul, quo factum est ut multi crediderint hãc ueram esse remoram, de

Lampetram esse ueterum Latinorum mustelam.

qua

Error. qua aliàs multa tradidimus. Longus ergo est lampetra piscis, ac lubricus, non squamis, sed læui cute, & uaria contectus, cartilagineusq; cùm sit, & carnem duram, atque glutinosam habeat, ob id ingens uentriculo negotium facescit, difficile enim
Vires. concoquitur, & crassum, glutinosumq; succum gignit. Omniũ tamen piscium nũc temporis nobilissima à plerisque censetur lampetra, quæ quidem si rectè condiatur egregij, rariq; erit saporis, nec nimia duritie, aut crassitie damnanda, lentitiem tamẽ nunquam deponit, & iccirco non ualdè laudatum est à medicis eius alimentũ, quia
Condiendi ratio. glutinosum, facileq; meatus infarcientem. Ratio autem condiendi hæc habet. Eam in Cretico uino necare solent, osq; miristica nuce claudere, & branchiarũ foramina garyophillis adimplere, in teganoq; conuolutam additis auellanis tritis, medulla panis, oleo, uino Cretico, aromatibusq;, ad temperatiores prunas sedulò excoquere, cui condimento & plura alia ad libitum addi possunt. Incrustatur quoque panificio à pistoribus dulciarijs. Minores etiam farina circumuolutæ feruenti oleo frigi possunt, dein omphacio, aut arancij succo addito, aromate ue aliquo mandi. Non itaque mirum si cibo plures pereant, quàm gladio.

De Alosa, Halecula, & Harengo. L V.

Alosa quæ. ALosa quam Romæ *Iacciam*, Venetijs uerò, Bononiæ, ac multis Italiæ partibus *chiepam* uocant, piscis est marinus, atque ex eorum numero, qui flumina magna subeunt: dum enim ouis grauida est, utputa ineunte Vere ad flumina adnatat, in quibus toto uerno tempore commorata, æstate incipiente rursus in maria reuertitur, in quibus parit, atq; noctu magis ambulat, quàm interdiu, estq; Harengo ualdè similis, etsi magnitudine ab eo longè discrepet, caput enim ualdè in latera cõpressum habet, rostrum acutum, os cum uehementer hiat admodum patulum, edentulum, atq; omnis asperitatis expers, branchias utrinq; quaternas, & iuxta eas pinnas binas, utrinq; unã, aliasq; duas in uentre atq; in dorso unam, & aliam quæ ab ano per imum uẽtrem ad caudam ferè usq; excurrit, & cauda in lunatam pinnam desinit, squamis ipsa tegitur magnis, tenuibus, & facilè decidiuis, uentre & lateribus argẽtum æmulatur. Dorso uerò & capitis uertice, ex albo flauescit, oblongiuscula apparet, atq; in latera compressa, & eius caro spinis innumeris exilibus, longiusculisq; intersecatur. Marina cum squalida
Vires Marinæ ac fluuiatilis. sit, & pinguedine careat, duram carnem habet, atq; insipidam. Fluuiatilis uerò quia in aqua mirificè (uel paucorum dierum mora) pinguescit, atq; tenerior fit, ideo gustui grata est, & tyberina omnibus alijs præfertur, possetq; inter nobilissimos pisces connumerari, nisi plurimæ illæ spinæ uescentibus moleitæ impedirentur: carnem namq; & si non friabilem ob multam pinguedinem, duritie tamen, & mollitie me-
Condimentũ. diocrem, nec concoctu difficilem habet, copiosiùs tamen eius esus succum aliquanto crassum, frigidum, atq; crudum generat, & quantò magis aduerso amne conscen-
Aleculæ quæ. derit, tantò salubrior, & melior erit: eius hepar ualdè suaue est, & apud multos maximis in delitijs habetur. In aqua elixa aceto, & sale iniecto comeditur, atq; assa etiã & dum assatur, ne nimium exsiccetur aceto & oleo crebro roranda est. Aleculæ autem quas Romani sardas uocant, pisces sunt minuti, qui in salsuris cęteris omnibus meliores euadũt, ut earum muria garo haud sit inferior, squamis prorsus carere uidentur, & branchias exteriores latas gerunt, & lineam argenteam quæ sanguinem continet, & pinnam in summo tergore paruã habent, & caudam bifurcam, teretiq; potiùs corpore præditæ sunt, quàm lato, cœnosis, atq; arenosis locis uescuntur, captæ enim arenis, & spurcitijs exaturatæ comperiuntur, circa littora uictitant, &
Vires. refert Aristoteles quinto de Historia animalium, saltatione, & cantu adeò gaudent, ut cum audiuerint, uel extra mare transiliant: suaues sunt, & facilis coctionis, ac boni succi, si recentes frixæ in sartagine oleo, uel butyro, uel in craticula assatæ comedantur, sicut ipse soleo sæpè comedere: salitæ præstantissimæ sunt, & uẽtriculo gra-
Salitarum uires. tæ, adeò ut deiectam appetentiam sæpè conciliant, quod & testatus est Galenus tertio de Alimentorum Facultatibus, ubi inquit: [Præstantissima autem omnium quę mihi

mihi experientia cognoscere licuit, sunt quę à ueteribus medicis Sardica salsamenta nuncupantur, hodie Sardas uocant, quæ absq; capitibus in doliolis conditæ nobis deferuntur.] Harengum diximus ualdè Alosæ esse consimillimum, compresso tamen magis corpore, cuius branchiæ uariæ annullos describũt, & argenteis squamis uestitur, & tanta est etiam illius cum sardino affinitas, ut ex pictura uix possint discerni, sunt enim hi & sardoni ac celerini ex eodem genere, nam forma & magnitudine cum parum differant, triginta quinq; aristas sub uentre habent: Harengi tamen sapore cæteris præstant, horumq; piscium copia in Oceano incredibilis est, ut adcc. millia coronatorum in singulos annos capturæ pretium ascendat: sæpè etiam multò amplius. Huius obseruationis numerum aliâs memini. Nobilissimi uerò, suauissimi, atq; sapidissimi sunt pisces, quorum caro candida atq; longè friabilis est quàm in sardinis, nequaquam tenax, succumq; optimum, nec æquè crassum ac glutinosum minus etiam excrementitium, concoctuq; faciliorem exhibet, nec minus nutrientem, plus tamen iusto frigidum atq; humidum communis aquatilium propè omnium noxa.

Cap. 41.

Harengus qui.

Vires.

De Testaceis, atq; eorum alimento. Cap. LVI.

Integumentorum plurimi genera.

Testaceorum genera.

IAm multiplex est piscium discrimen, quod ab integumento desumitur, ut plurima genera nobis ostendat. Alij enim molli cute teguntur, ut polypi, alij mediocri ut cetacea, alij aspera ut raia, alij cartilagine ut torpedo, alij spinis ut echini, alij squamis ut lucij, & mulli, alij corio ut manati, q̃d etiam propria pinguedine paratur ad calceos: alij pilo ut uituli, alij crusta ut locustæ, & astaci: alij concha ut tellinæ: alij duriore testa, ut ostrea, alij durissima ut purpuræ, alij osse ut holostei, testaceorum etiam quædam unica testa, alia duplici integuntur. Quæ unica testa integantur duorum sunt generum, alia enim adhærent saxis ut lapades, quibus pro altera testa lapides sunt, quibus hærent: quodq; magis mirum est, os & cornua (nam & illa aculeorum uice illis sunt) uersus lapidem posita sunt: atque id iure merito: cum enim consenuerint uagantur, quare cornua, & os decuit esse ex aduerso testæ, ut cornibus iter prætentarent, testa uerò integerent. At uerò cur hæc operculo indigeãt, opere pretium est intelligere, si quis enim animaduertat quæcunque nascuntur etiam erucas tegmine undequaque muniri, admirari desinet: tum præcipuè quod etiam enata nullis armis prædita sunt ob id testa cum operculo se tuentur. Purpuris uerò quarum curam maiorem natura habuisse uidetur, promuscidem excauata testa dedit, ut latere simul, & uesci possent, dura uerò facta est, & ut penetrare posset, & ut à minutis animalibus, quorum maxima ubique copia est, tuta esset. Cæterùm reliqua quæ promuscid e carent, ut cochleæ uescuntur, trahentes per operculum, humido terræ, quamobrem adhærere omnes quamdiu operculo obducuntur constat. Est igitur tunc horum uita similis fœtibus quadrupedum, dum in utero sunt. Exugunt igitur tenuius humidum quod per rimam operculi ingreditur, atque sic augentur: quamobrem talia tunc meliora, & minus duræ concoctionis. Cùm uerò humidum copiosius, ac solidius fuerit, necessarium soluitur operculum, tuncq; è loco ad locum migrant. Et quia ex tam crassa substantia, & cuius situs capitis pronus erat, oculi non poterant fieri, cornua natura addidit. Et quoniam una testa concludebantur, non facilè alligari poterãt: ne igitur dum se traherent testam amitterent, turbinata facta sunt, ob id nautillus, & quæ mari uehuntur non fuêre turbinata. Quæ autem duplici testa integũtur, in duo prima genera diuiduntur, alia enim dura, & crassa, ut ostrea, alia tenui & fragili conchas nominamus, implentur omnia hæc tum, & quæ crusta, aut una testa integuntur. Sed hoc minùs quod duriore sint carne, & uarietatem etiam maximam à locis, in quibus oriuntur, recipiunt. Verum cur non solùm conchylia, sed exanguium quæ in aqua degunt, omne fermè genus lunæ lumine impleatur, causa reddere difficilè non est: non enim ob incrementum, non enim pinguiora, sed humidiora euaderẽt: pinguescunt ergo, quoniam dum quæ & limus, quibus uescuntur attenuantur, excon-

Quomodo nutriantur.

Quæ duplici testa integuntur.

Cur conchylia lunæ lumine impleantur.

coquuntur: ideò melius nutriunt, calor quoque qui in cunctis animantibus augetur, in his ob propriam imbecillitatem euidenter augetur: quo fit ut duplici causa pinguescant. Verùm in polypis, & his qui urne uescuntur, non adeò manifesta, & certa est hæc differentia: quoniam quandoq; contingit ut incrementi lunæ tempore cibis opportunis destituantur, alijs abundent. Concharum ergo plura sunt genera ut ex Plinio facilè colligitur, & Chama, Pectines, Balatri, Solenes, Mytuli, tellinæ, ostrea, & huiusmodi quæ numerosas inter se differentias habere Aristoteles tradidit, tum testæ, tum carnis ratione, quibus omnibus commune est, ut salsum in carne contineant succum, qui aluum soluit, secundum magis & minus: siquidem ostrea inter testata carne mollissima constant, chamulæ autem purpuræ, buccinæ atque huiusmodi talia carnem obtinent duram, proinde ostrea aluum quidem magis emolliunt, sed leuiùs alunt, carnemq; suauissimam quæq; in ambitu purpureum crinem habent, nobilissimaq; censentur, & à loco Britanica præferuntur. Maiora in alto mari capiuntur, sed in fluminum ostijs pinguiora. Cætera uerò quæ duriora sunt, ualenter nutriunt, sed difficiliùs conficiuntur, & præcipuè si non coquantur, talia enim ut plurimum citra coctionem manduntur, & sic crudum, ac pituitosum generant succum. Quidam uerò imbecillioris uentriculi, recluſas ostreas aliquãdo salis momento addito prunis imponunt, parumq; concalefactas uorant, alij in ollis elixant, pipere, cinamomo, garyophillis, & arancij succo, quæ esca multis non parùm arridet ad Venerem stimulandam, uarijsq; alijs modis condiunt. His itaque succedunt crustacea, quæ tenuibus intecta sunt crustis, partemq; solidam foris, mollem autem, & carnosam intùs continent authore Aristotele, quæ pedes habere oportuit, atq; pamphaga esse, nam si nutriri debuerant solidiore alimento, & non omninò terra, ut echini, sed meliore, motu indiguêre, & in crustaceis pinnæ adijci nõ poterant, propter latitudinem: tenues enim frangerentur, crassæ ineptę motui, quare pedes habere necessarium fuit. Verùm id maximum nec ab ullo fermè animaduersum, quomodo perfecta cùm sint intus, oua rursus sub cauda adhæreant, quæ latior est, ob hoc in fœminis idq; præcipuum signum sexus latitudo caudæ in astacorum genere, cumq; natura nihil frustrà agat, forma uerò in utero dederit, necesse est ut integra pariat, quod & de locustis fatetur Aristoteles: laxatis igitur membranis illis parit, quæ proprio humore sub cauda statim colligit, fibrisq; annectit: ibi foueãtur, quoniam frigida sunt simpliciter, & animalis comparatione, quædam enim simpliciter tantum ut piscium, quæ fotu non indigent, quædam sola fœtus comparatione ut auium. Gammarum autem utroque modo, ideo fotu indigent. Nascuntur igitur annexis adhuc ouis animalia, nam cortices caudæ postquam gammari exiuerint, anexi conspiciuntur: quam ob causam in cauda pinnas quinq; etiam gãmari habent, ut eundo oua non atterant, aut excutiantur: sex quoq; tabellis cauda constat ut facilius moueantur, nam ea parte robustissimi sunt gãmari. Constant autem dura omninò carne, & proinde ægrè concoquuntur, nec leuiter alunt, quin & difficulter corrumpuntur, & sanguine carent.

Concharum plura genera.

Ostrea.

Virearum.

Crustacea quæ.

Nota.

Vires.

De Astacis, & gammaris. Cap. LVII.

Astacus quis.

EX piscibus molli crusta intectis astacus est, qui ex rubro, fuluo ue colore liuescit, pedesq; extentos, ac forcipibus dentatos, superioremq; partem mouentes astringendo ad inferiorem, & cornua ante oculos gemina habet, sub quibus alia duo minora latent, ac tenuiora, super quæ oculi constituti sunt crassiusculi: leuem costam sine aculeis anteriore tamen parte rostratam ostendit. Quatuor pedes utrinq; habet, quorum duo priores in extremo bifidi sunt ad incessum, alij duo natatui magis inseruiunt, quàm apprehẽsioni, tabellas in cauda uides, & à bruma oua ferre incipiunt axaci, quo tempore optimi sunt. Gammarum autem quem Romani gammarallem siue gammarum appellant, nonnulli pusillum astacum fluuialem uocauerunt, nam cum de locustratio genere sit, totaq; facie astacum referat, & cancri magnitudinem non excedat, ideo meritò concluditur ipsum

Gammarus qui.

ipsum fluuiatilem astacum pusillum esse. Eius enim bifurca brachia duabus tãtum articulationibus intercipiuntur, quæ duo pedes utrinque forficulis in extremo denticulati subsequuntur: reliqui quaterni non diffinduntur, ad pedem sinistrum dextro crassiorem habet, & caudam quinis tabellis loricatam, pinnulasq; in extrema pinnas, atque ijsdem ambo cornibus, dentibus, rostris, mucronibus, tibijs, & exterioris partibus, internisq; præditi sunt, frigidi atque humidi ambo sunt, multum nutriunt, uentrem cohibent, duræ sunt carnis, ut uix decoqui possint, & præsertim si magni fuerint (parui enim melius) ob id aliquo indigent condimento, quo eorum crassities emendari possit. Ego autem astacorum fluuiatilium usu oblector, atque innoxiè, credo ob sympathiam, quod mater dum essem in aluo, tam auidè comederit, salsarum uerò aquarum fugio, quia carne dura nimis sunt. Et illos acerrimo aceto, & pipere comedere soleo. Decoctum ex chelis & caudis crudis è cortice extutis in aqua hordei: empyemati cum febre ualida addito saccharo plurimum confert. Cortices uerò illi cum pectore, & reliquo corpore, in furno siccati curant urinę profluuium. *Vires.*

De Locusta, & Squilla. Cap. LVIII.

PIscis est locusta ex crustatorum genere, cornua ante oculos bina, longa, & aspera habet, dictus à similitudine terrestris, estq; in eo genere quod sanguine caret, atque hirto corpore, cuius tota pars anterior aculeis riget, uescitur piscibus, qui circa sua cubilia, quæ in alto locis asperis, & cauernosis construunt, oberrare solent. Dentes primores binos, magnos, & concauos habent, locustæ in quibus humor continetur, & in stomacho etiam dentes conspiciũtur, mox à uentre intestinum rectam ad caudam finit: Meatus quoque à pectore dependens, ad excrementi ostium pertinet, qui fœminis pro uulua, maribus pro genitalis seminis est receptaculo. Latent mensibus quinis, & Veris principio senectutem exuunt, anguium more renouatione tergorum. In aquis natant, ac reptantium modo fluitant, si nullus ingruat metus recto meatu, cornibusq; sunt rotunditate præpilata ad latera porrectis, in pauore, in latera procedunt, spectaturq; admirandum naturæ ingenium in locustarum fabrica, quibus cornua insunt ad prætentandum iter, simul ad pugnam idonea. Præterea aculei, & in toto dorso asperitas, ipsoq; capite, & tabellarum ordo, ac connexus, & articulorum uincula à quibus exemplaria suarum loricatum militantes accepisse uidentur. Carniuoræ sunt, ut diximus, nec solum piscículos uenantur, sed & maiores superant, uerum ipsæ à polypis uincuntur, imò uiso solummodò polypo emoriuntur metu, oua tribus mensibus gerunt, Maio. Iunio, Iulio, quo tempore in cibis sunt gratissimæ, mensisq; magnatum apponuntur. Autumno & Vere pinguescunt, & plenilunio magis: Galenus inter solidæ carnis pisces enumerat: ideo difficulter concoquuntur, admodum nutriunt, & salsi, siccíq; humoris sunt participes, qui si iterata sæpiùs elixatione proliciatur, carnem uentrem moraturam relinquit, & nisi uiuæ feruenti aqua incoquantur, gustui sint ingratæ, & caro adeò dura fit, ut uix mandi possit, ferunt etiam nonnulli earum testæ combustæ, atque in polinem redactæ, si cum uino meraco bibantur, quod è renibus calculos expurgant, atque multam arenulam educunt, quod tamen nunquam expertus sum, crediderim tamen earum iusculum in quo decoctæ fuerint, hoc longè melius præstare posse: squillæ autem locustrij sunt generis, quarum & si multæ reperiantur species, minores tamen quæ gibbæ sunt magis commendantur, & has uulgari nomine gambarellas Romani uocant, à gambis siue tibijs, quod ijs multiplicibus constẽt: paruus est piscis, cuius frontispicia acutissimis rostris prædita sunt, caudam contractam habet, in cuius extremo pinnæ sunt quinæ, inter pedes duo priores, quibus manuum uice utitur forcipati sunt. Atque fluuiatiles squillę à marinis sola magnitudine differre conspiciuntur, subfuluę sunt, coctæ uerò ruffescunt. Carne sunt dura, sed non iniucundi saporis, nec improbi alimẽti, concoctu tamen difficiles, & uentriculo aduersæ, eiusq; temperamentum cum humi- *Locusta quæ.* *Nota.* *Vires.* *Nota.* *Squillæ quæ.* *Vires.*

humidiùs nec aliquali calida qualitate carens habeant, ob id Veneris desiderium mouere creduntur. Efficaces quoque peculiari quodam munere ad mulierum conceptus traduntur. Elixantur, & ex aceto eduntur, friguntur quoque cum crusta, & pedibus paruę prę sertim. Hecticis & à morbo extenuãtis eximiè prosunt, si aqua hordei ablutæ in carnium iusculo coquantur.

De Cancro, & Paguro. Cap. LIX.

Cancri qui. Cap. 2.

CAncros uisus est Aristoteles appellasse, quibus corpus rotundum est, & cauda deest, ut quarto de Natura animaliũ desumitur. Hos tam fluuiatiles, quàm marinos Romani *grancios* appellant, suntq; adeò similes, ut utriq; simul mixti, uix discerni possint. At fluuiatiles duriore, rotundioreq;, & crassiore testa conteguntur, & suauiores sunt marinis. Præterea tibijs asperioribus, & branchijs rugosioribus prædíti sunt, & ambob. forcipes multũ sunt crenati, & marinus liuidum corticis colorem refert: fluuiatilis uerò ex rufo nigricat, & ambo in obliquum feruntur. Verum fluuiatiles in sexu distinguuntur per operculum, reflexum subtus, quod latiusculum ferunt fœminæ, sub eo enim oua excludunt: mares uero angustum. Fluuiatiles quolibet anni tempore eduntur, sed æstate longè meliores sunt, & uberiores plena luna, humidum ac modicè refrigerans alimentum prębent, ob id extenuatis conferre tradit Princeps. Marini eadem præstãt,

Vires.

licet longè inferior, & uterque difficillimæ est concoctionis, solida enim est eorum

Pagurus qui.

caro, nec sine uentriculi labore concoqui potest, concocta tamen multum nutrit. Pagurus & ipse in cancrorum genere annumeratur, imò à plerisque uocatur cancer, læui ac robusta integitur crusta, quæ nouem in gyrum crenis imbricis modo incisa est, crura blæsa utrinq; quatuor habet, uillis hirta, ternis articulationibus geniculata, in quibus ungues acuti, oblongiq; sunt minimè bifidi, brachia bifulca parte anteriori binis articulis intercepta, forcipib. crenatis munita, in extremo nigra, quibus quæ constringit ut edat, etiam dura confringere potest, sunt enim penè ossea, color admodum uiuidior est, imò tergora præ nimia rosei exhalatione, ueluti subnigra apparent: coctus colorem mutat, caudam sub thorace reflexam gerit, crustam exuit, ut reliqui cancri. Estq; inter lautissimos cibos connumeratus, cum palato ad-

Vires.

modum sit gratus, sed duræ carnis ut cætera crustacea, quod Galenus affirmat, & ob id difficilis concoctionis, & crassum generat succum. In furno assari solet ore, &

Nota.

ano occlusis, ne liquor qui est intus, exeat, quia siccus remanet, & nullius fermè saporis. Notandum quod cancri in furno siccati morsis à cane rabido per quadraginta dies sumpti auxiliantur, sed exurere prius candenti ferro uelim locum, & cynorodi radicem cum aqua, uel lacte exhibere. Ius tandem omnium crustaceorum assumptus aluum mediocriter subducit, exterius sedat pruritus, confertq; omnibus ulceribus prauis, & carcinomatibus ruptis. Et eorum cinis ulcera pulmonibus noua, & parua curare potest.

De Mæa, & Echino. Cap. LX.

Mæa quæ.

MAxima est omnium cancrorum Męa, quam Romanorum uulgus *grancitellam* uocat. Pelagia est, & ualde paguro persimilis, sed rotundior, & parte anteriore magis eo coarctatur, & angustior fit, & in parte posteriore in latitudinem se diffundit, crura habet quaternis articulis intercepta, alta, & exilia forcipibus imbecillis dentata, grauis est corporis, & ad incessum fere ineptissima, sed in aquis uelocissima est: pedes unguibus munitos habet, & tibias multa scabritie exasperatas, quatuor utrinque semicirculis utitur in natando. Cocta rubet ut reliquum crustatium genus, uiua uerò aut liuet, aut uirescit, aut rubore phœniceo aspersa est, & dorso spinoso. Quæ cùm carne dura sit prædita, ideirco idem

Vires.

alimentum prębet, quod alij crustacei: difficilis enim est coctionis, & crassum generat succum. Echinum autem ex crancrorum genere esse scribit Plinius, quibus spinę

Echinus quis.

pro pe-

pro pedibus insunt, & quia undique aculeis circundatur echinus, ut erinaceus, ob id Itali riccium marinum nominarunt, cuius & si plura sint genera teste Aristotele, de eo tamen quod cibo idoneum est agimus, in quo oua ita appellata magna semper atque esculenta sunt, siue in maiore, siue in minore sint corpore. Pelagij sunt echini, prona parte plani, supina autem rotundi, paruis aculeis præditi, breuibus, & obtusis speculis intercepti, colore ad extrema albicantibus, ad radices liuentibus, & ex purpureo uirentibus. Horum autem testa cinerea est, & oui anserini magnitudinem excedunt, unde cum reliquis maiores sint, ideo alijs anteponuntur, qui fœtida, amara, & nigra carne sunt præditi, nec esculenti. Optimi ergo sunt illi, qui dum raduntur, lacteum quiddam emittunt, & fermè semper inter saxa capiuntur, ubi se continent, ne fluctibus iactentur. Teneri sunt, bonumq; generant succum, sed facilè corrumpuntur, & si cum oximellite, apio, & mentha comedantur, uentriculo sunt utiles, & quò maiores, eò delicatiores existimãtur. Alimentum uerò imbecille corpori præbent tenuitate, & crassitie medium, uerum delectam appetentiam excitare possunt, & urinam repurgare, eosq; crudos mandi mos est. *Optimi qui.* *Vires.*

De Mollibus piscibus, & eorum alimento. Cap. LXI.

T instítutum ordinem sequamur, reliquum est ut de mollibus piscibus agamus, qui sanguine carent, nec alicui mirum uideatur exanguia animalia uiuere, cum animalium partes sanguine nutriri uideantur. Inquit enim Aristoteles: [Humorem genus quodque animalium continet, quo sit aut per uim, aut per naturam ipsam priuetur, in pernicíem agatur necesse est. Habent etiam id diuersum, in quo humor ille & fiat, & contineatur: sunt hæc in alijs sanguis, & uena, in alijs quod ijs proportione respondeat, quæ quidem imperfecta sunt, atque alterum fibra, alterum sanies dicitur.] Quamborem exanguia cum sanguine careant, humorem siue saniem sanguini proportione respondentem ex quo nutriuntur, habent, & sic patet multis pro sanguine alium adesse humorem ex quo nutriuntur, ut sepiæ in mari sanguinis uicem atramentum obtinent. Molles ergo dicuntur qui neque squamas, neq; asperam, neque testaceam cutem habent, sed mollem proinde ac in hominibus habetur, ueluti sunt polypi, sepiæ, lolígines, & huiusmodi, quæ & si tangentibus molles uideantur, carnem tamen duram habent concoctu difficilem, succumq; salsum, atque exiguum in se continent, qui si tamen concoquantur non parum nutriunt, sed crudum semper generant succum, flatuosiq; sunt, & elixi meliores, ac utiliores fiunt, quoniam humores, quos prauos obtinent, eluuntur: quod si assentur siccantur, & caro durior efficitur. In elixatione autem si libet potest addi salis modicum, aut roremarinum, coriandrum, piper, crocus & huiusmodi: sunt qui immergunt melli, aut saliunt temporibus calidis, & ij non satisfaciunt, acetum etiam nimis immutat eorum gratiam, atque naturam, melius est cum aqua & sale bene coquere, & aceto addito loco frigido reponere, ut gellicidium fiat. Qui uerò frigunt in patella, perperam agunt: bene frixi enim, nimis siccantur, & duriores euadunt, nec usui sunt cum refrigerantur: non frixi perfectè corrumpuntur, nisi magna arte seruentur, ut inter folia lauri, myrtíq;: elixa ergò cum iure albo meliora sunt, quorum etiam interiora præcipua existunt, dico iecur, lactes, propagines, & oua. Oua enim sunt uelut semina, quæ in eis sunt sicciora. *Molles pisces qui.* *Mollium uires.* *Nota.*

De Polypo, sepia, ac loligine. Cap. LXII.

Olypus quem Romæ *polpo* uocant, marinum est animal, cuius plurima atque uaria reperiuntur genera, quæ ab Aristotele optimè distinguuntur, atque declarantur, quarto de Historia animalium, quorum unum ualdè notum est, atque ipsorum maximũ de quo nunc sermo est. Alij enim parui atq; uarij sunt, qui non comeduntur. Polypus ergo qui in egregiam magnitudi- *Polypus quis.* *Cap. 1.*

nem crescit, ualdè robustus est, & forma araneorum si maxima minimis comparare licet, octonis pedibus, ut mollibus plerisq; , quibus tamẽ nullus sensus deesse uidetur: os corneum non absimile psitaci rostro, in quo & magnum robur habet, eo enim cuncta durissima comminuit, & excrementi locus prope os ipsum. Pedes uerò seu cirri duplici acetabulorum ordine muniti pelle conteguntur uaria, unde colorem mutare uidetur, dum eam contrahit, atq; remittit, ut nunc album uideas, mox rufum, postea liuidum, uarijsq; tandem coloribus distinctũ, oculi iuxta cirros. Idem
Proprietas. disceptus in centum partes, animam uiliorem tamen diu retinet. Masculus à coitu adeò debilitatur ut in arena postmodum iaceat, alijs piscibus præda, fœmina à partu cum racematim oua pariat, atque ita uterq; bimatum non excedit: omnia postquam arroserit, congerere solet. Delectatur olea, & ficu, sed hac ob fructum, cum cancro sæpè polypus decertare conspicitur, humoremq; non nigrum ut in sepijs, sed subrufum in se continet, quem in metu per aquam spargit, & tabi obnoxius est.
Vires. Dura carne omnes polypi sunt præditi, ne cum molli essent cute, à fluctibus soluerentur. Escis adeò firmiter hærent, ut truncari potiùs se patiuntur, quàm auelli. Dura & coqui contumacia est eorum caro teste Galeno, salsumq; in se atque exiguum succum continet, quæ si tamen concoquatur non parum nutrit, sed plurimum succi crudi gignit. Quæ omnia & si mollibus omnibus piscibus communia sint, in polypis tamẽ efficatiora existunt. Insuaues præterea adeò sunt, ut pauperculis solum, ac hominibus infimæ plebis edules sint, & potius elixi quàm assi comedi debent, & piscatores à quibus frequentius comeduntur, antequam elixent, ferè per horam ligno eos contundunt, aut ad lapidem atterunt, sic enim fibrosæ carnis duritie confracta multò facilius coquuntur. Elixatio fit in aqua, oleo, olentibus herbis, atque
Sepia quæ. pipere additis. Aiunt Venerem proritare ut flatuosa cætera. Sepia quoque à Romanis ita dicta marinum est animal, atq; potius littorale quàm pelagium, cui ut cæteris mollibus octoni sunt pedes, binis acetabulorũ ordinibus ductu perpetuo, quorum duo inferiores maximi sunt, habet etiam duos dentes, hunc superiorem, illum inferiorem, atque innare illius atramentum est, quæ apud os collocata est ad instar uesicæ: crura breuia ob id maiorem uim natandi habet, corporis alueũ polypo longè maiorem, binasq; promuscides prælõgas, inter quas os habet, & oculos quibus ueluti ancoris innitatur, seq; stabiliat modo nauigij urgente tempestate, ne saxis exturbetur: procul etiam uenatur, oriq; è longinquo admouet, rostrum aduncum habet, ac ueluti corneum, inter cirros situm, quo dura quęq; conficit, & si quis eam insectetur, illa atramentum infundit, ac in eo occultatur, ulteriùs aufugere simulans. De qua etiam illud dicitur ut refert Athenæus, quod si fœmina tridente feriatur, mares auxiliantur hanc detrahentes, sin autem capiantur mares, fœminæ diffugiunt. Non explet secundum annum sepia, sicut neque polypus, subalbida est, sed tergus eius quibusdam latis atque liuentibus maculis insignitur. Dura est eius caro, atque insipida, ob id qui gulæ libenter indulgent, eam aspernunt, & à pauperculis eden-
Vires. dam derelinquunt, grauida tamen præfertur ab Aristotele, ad concoquendum est difficilis, exiguumq; in se succum salsum continet: uerum si concoquatur teste Galeno alimentum corpori exhibet, cæterùm succi crudi plurimum gignit, & elixa potius quàm assata comedi debet, & acrioribus condimẽtis condiri, tenerior enim efficitur, ori magis grata, concoctu facilior, & aluum læuiter subducit ob salsuginosam succi facultatem, & in medicinis multos habet usus ut testatũ reliquerunt Dioscorides, Plinius, Galenus, & alij antiqui. Loligo autem quam Romani ac tota ferè
Loligo quæ. Italia piscem *calamarem* uocant, & sola inter molles pelagica, atque è mari flumina subire conspicit, estq; ualdè cũ lolio consimilis, non solùm corporis figura, sed natura etiam, atq; actionibus: habetq; loligo reliquorũ molliũ instar caput inter pedes, & uentrem, quod Aristoteles affirmat dum inquit: Euenit in mollibus sanè omnibus, ut caput inter pedes, & uentrem habeant, in quo oculi duo grandiusculi adsunt, os uerò in inferiore positum est, in quo dentes duo extant, cartilaginei, nigri, & incurui, unus superior, alter inferior, rostrum porrò illi est psitaco simillimum, quo cuncta atterit, corporis alueum habet magnum, & sepia longiorem, arctiorem, ac rotũdiorem

diorem qui pinnula circundatur, qua quidem non solùm à polypo & sepia, sed à lolio etiam facilè internoscitur, & aluei postrema pars ualdè acutitur. Ei sunt octo pedes, qui sepiæ pedibus prorsus sunt similes, eorũ enim crura breuia sunt: polypi uerò prælonga. Atramentum in se continet, cuius locum, naturam, & usum manifestè explicat Aristoteles quarto de Historia animalium: subalbidæ sunt, & longiores, quarum tergus plerunque ex albo leuiter purpurascit, coëunt ora applicantes, & brachia inter se complectentes, pariuntq; in alto, bimatum non explent, camæ uescuntur non secus quàm mollia reliqua, mandunt enim cancellos, squillas, & piscículos, duram habent carnem, ut cætera mollia, & si teneriores censeantur (authore Galeno) concoctu difficilem, crudumq; succum gignentem. Minores tamen quæ satis teneræ sunt, & ori admodum gratæ in delitijs habentur, & præstãtiores si uterum gerunt: uarijs autem modis apparantur. In sartagine friguntur, atque ex mali arancij succo manduntur: sed multò meliùs alij in aqua & uino partibus æqualibus eas elixant, atque oleo, pipere, & bene olentibus herbis condiunt, ac cum suo atramento decoquunt: sine eo enim minùs suaues esse solent. Cap. 21. Vires.

De Cartilagineis planis, & eorum alimento. Cap. LXIII.

DE longis cartilagineis iam superiùs egimus, nunc de planis differere propositum est, qui tanquam plana atq; expansa manu in æquore natant, & non erecti, nec spinosi sunt ut rhombi, passeres, & soleæ, sed cartilaginei ut raia, squatina, torpedo, & consimilia, quæ Vere pariunt, & ferunt utetum sex mensibus, Hyeme latent frigidissimis diebus: cùm enim frigus est minimè capiuntur. Carniuora sunt, flatus procreant, difficulter concoquuntur, & assiduus, diuturnusq; eorum usus, uisum hebetiorem facit. Cartilaginei pisces plani qui. Vires in generare.

De Pastinaca, & Torpedine. Cap. LXIIII.

PAstinaca Romæ Brucho dicta pelagius est piscis, nec longè etiam à littore, in locis arenosis uitam degens, in cuius superiore corporis parte anterius aliquod capitis uestigium cernitur, non absimile capiti palustris ranæ: in quo tamen non nisi oculi oblongi, & grandiusculi existunt, pars oculis anterior extenuatur, atque in rostrum carnosum acuitur, os habet paruum, & edentulum, maxillasq; asperiores dentium uice, & ante os foramina olfactui inseruientia, branchiasq; utrinq; quinas, in medio uentre anum paulò infrà circa caudę exortum, quæ posteriori parte annectitur, rigida, & longa, super quã aculeus osseus palmo etiam longior, acutissimus, atque utrinq; serratus eminet, quem radium appellat Plinius. Totius corporis figura non orbicularis, sed quatuor laterum est, leui, & molli cute tegitur, uentre albicat, dorso uerò liuet, nec denas excedit libras. Carniuora est, sed quia grauis, & pigra, nec pisces quibus uescitur assequi potest, ideò se ipsam occultat, & radio transeuntes percutit, atq; lacerat: est enim pastinacæ radius non solum piscibus, sed hominibus, animalibusq; reliquis, ac etiam arboribus pernicio sus, ob id piscatores statim captis caudam abscindunt: non enim à ciborũ censu abdicata est, nam abscissa cauda à nonnullis in cibos admittitur, imò Galenus de ea scribens illam carnem habere mollem inquit, iucundam, & mediocriter per uentrem subeuntem, nec concoctu difficilem & nonnunquam in saxatilium penuria ijs uti laudatur, atq; iure albo, ac piperis momento præparari docet, ad crassos, glutinososq; succos dissecandos, nec quidem haud mirari possum huiusmodi uenenatos pisces à tanto uiro sic cõmendari, cùm constet, apud nos hunc piscem non modo insuauem, mollemq; carnem habere, sed ferinum, ac tetrum quid resipientẽ, maliq; prorsus succi, cuius argumentum est quod uilis atque plebeia ubique existimatur, & solum nautarum, & piscatorum cibus esse solet, & non uitæ nitidioris hominum, nec indignè Antonius eam lethalem dixit, uilemq; existimauit: Dioscorides etiam scribit Pastinacę ictum comitantur dolores inextricabiles, neruorum distensiones, Pastinaca. Galeni ò pinẽ reprobata. Vires.

siones,molestiæ,lãguores,mentis alienatio, & multa alia symptomata. Quorum o-
Torpedo quæ. mnium cura igne fit,aut cucurbitula:exugit enim uenenum,& etiam ablumit. Tor
pedo autem à torpore sua frigiditate,quem tangẽtibus infert, ita dicta, marinus est
piscis,littoralis ac cœnosus,fluuiatilemq; etiam esse Athenæus asseuerat, cuius cor-
pus planum & ualdè depressum, ac orbiculare est, capitis nullum uestigium appa-
ret,in superiore tamẽ parte oculos duos exiguos habet anterius,ac alia duo foramí-
na paulò pòst oculos.Parte uerò inferiore,os purum tenuibus dentibus munitum,
branchias quinas utrinque detectas habet, atque in utroque uentris latere quina
branchiarum orificia parua, semicircularia,tenui cuticula ferè contecta conspiciun
tur,caudam habet carnosam,& breuem,in latiusculam pinnam desinentem, atque
circa eandem caudam pinnæ nonnullæ eriguntur. Molli, & lubrica cute contegi-
• tur,uenter subalbidus est,dorsum uerò subflauum in quo aliquando quinæ macu-
læ,uel plures rotundæ nigricantes,oculosq; repræsentantes depictæ sunt, & ob id
à Romanis *occhiatella* dicitur,quæ solo tactu omnia congelat,latitat in arena mortuę
similis,ut pisces prætereuntes decipiat, cum aliter pigrum animal assequi non pos-
sit,ipsi enim mortuam credentes uellicant, cùm & capientes capiuntur, nec solùm
pisces, sed & homines quoque ab ea torpidos fieri certum est, licet procul atque è
longinquo maneant,ut sufficiat solus tactus hastæ,uel uirgæ. Dicebat enim Athe-
næus,si quis rete in qua capta fuerit torpedo,attigerit, torpescit,dum uiuit: mortua
enim omninò illa facultate priuatur, quod Galenus explicat undecimo de simpli-
cium medicamentorum facultate. Eandem etiam in cibis eximiè commendat, imò
(quod magis refert) saxatilibus posse substitui piscibus oscitanter affirmat, carnem
enim inquit mollem habere, cõcoctu facilem, ori iucundam,mediocriter alentem,
ac per uentrem subeuntẽ:nescio equidem qua ratione ductus, cum manifestè con-
Vires. stet eam uenenatam esse, insuauem, concoctu difficilem,nec insigni fœtore caren-
tem,qui nisi aliqua præparandi, aut condiendi ratione auferatur,uix degustari po-
test. Quapropter eam improbi admodũ iucci esse cẽsemus, atq; à cibis abdicandã.
Refert aũt Aphrodiseus eius ueneno triglam obscuriore quadã causa aduersari.

De Raia, Læuiraia, Squatina, ac cæteris cartilagineis. Cap. LXV.

Raiæ species. CArtilagineorum genere sunt raiæ, quarum plurimæ sunt species, læuis,
undulata,rostrata cum aculeis,& sine:aculeata,læuis,& aspera: austera si-
militer duplex,læuis,& aspera, spinosa, clauata, & sine spinis, & cum spi-
nis,fullonica,aspera,& asperrima ut in uniuersum sint quatuordecim iam
notæ.Rostrata cum aculeis licet aculeos passim habeat,in cauda tamẽ seorsum tres
ordines habet,quorum medius impari loco maiores habet, quàm cæteros: qui ue-
rò circa caudæ pinnulas sunt ad latera utrinque conuertuntur: qui autem in caudæ
extremo uersus caput respiciunt,iuxta oculos quatuor sunt aculei, & sub mento a-
lij in os recurui ad pisces capiendos,ac retinendos. Clauata uerò pinnas expansas
alatum instar,nigra in curuis aculeis unguium instar, ut aquila meritò à similitudi-
ne dici possit, cuius epar in cibo suaue est, soluiturq; in oleum epatis,scirrhis utile,
spinosa lanificio instrumento fermè similis est, adeò frequentibus aculeis, & adun-
cis munita est. Raiæ duo foramina uuluæ habent, quod rarum est miraculi instar,
commune etiam omnibus illarũ speciebus nebulam quandam oculis auium more
obducere: habent & foramina iuxta oculos patentia, quæ interiore parte opercu-
lum habent,oreq; aperto dilatantur,occluso occluduntur,sed non perfectè: horum
usus est ut branchiarum,quoniam caput tenuius est,ideo natura suppleuit.Ponunt
oua more gallinarum singula,aut bina tantùm cum corticibus,reliqua uerò absque
corticibus, magno numero in suprema parte uteri manenti cum absoluenda sunt,
descendunt ad imũ,sed imperfecta,uelut etiam in gallinis,uitellum ostendunt,cùm
Nota. in uitellum candidum etiam contineatur: nam ut Rondelletius affirmat se expertũ
esse,si igni hæc uitella exponantur, candidum exprimunt, etenim ab initio uiden-
tur ambæ hæ partes esse concretæ, sed colore lutei uincente,latet candidum: quod
postmo-

postmodum ui ignis (ut dictum est) quæ cuncta separat album extrudente, apparet utraque pars. Ipse uerò cortex haud rotundus est, quemadmodum in ouis auiũ, quod molli loco reponere, nec stabili ob maris motum nõ liceat, sed quadratus est: cum appendicibus altera parte longioribus, ac tenuioribus, reliqua latioribus, sed breuioribus. Asperrima autem raia dicitur, quæ etiam in uentre aculeos habet: quę igitur grandiores sunt, aculeos habent ex ossibus: cartilago enim cùm durescit (ut alias docuimus) in os transit. Has autem omnes raiarum species ad duo genera reduxerunt Aristoteles, & Galenus, cùm omnes aut aspera cute tegantur, aut læui. Quæ aspera *oraia* dicuntur, quas Romani *Peresas* siue *Petrosas*, ob lapideos aculeos appellant. Quæ uerò læui, *læuiraiæ*, & à Romanis *Muccosæ* siue *Bauosæ* dicuntur. Quæ autem dorsum notis quibusdam depictum habent, stellares Raiæ, & à Romanis *Arcillæ*, uocantur. Hisq; generibus affine est, quod squatina dicitur ob cutis squalorem, hoc est, asperitate, a Romanis uerò *squadro di mare*: cuius pars anterior lata circularis, atque retusa adeò est, ut rostro prorsus careat, osq; plurimis ualidiorum dentium ordinibus munitam, oculos paruos habet, atque in superiore capitis parte sitos, & branchias in lateribus, & caudam longiusculam. Et licet ex cartilagineorũ planorũ numero sit, longior tamen, atque magis contracto corpore est, quæ reliqua plana, & cartilaginea sint. Pars supina cute tegitur alba, & læui, prona uerò cineracea atq; aspera, qua artifices ad poliẽda ligna utũtur magnitudine insigni: uisa enim est quæ centum sexaginta, ut Rondelletius refert, superaret: & hæc genera simul miscerí, ac generare inter tam multiplices formas piscium memoriæ proditum est. Nascitur autem ξυνάβατος, quasi ξύν squatina, βάτος raia, seu squatina raia: anteriore enim parte raiam, postrema autem squatinam refert. Et cùm hæc omnia cartilagineorum genera in cœnosis maris locis uictitent, insuauia, duriora, concoctu difficiliora, insignique fœtore prædita, atq; improbi admodum succi existunt, ideo non solùm nostris, sed antiquis etiam temporibus uilia habita sunt, quare uel plebeis hominibus, multũq; se exercentibus derelinquenda, uel in totum à cibis abdicanda. Notandũ tamen raiam stellarem inter hęc minùs duram, & minùs mali succi carnem habere, suauemq; Hepar solùm omnes tenerum, atq; sapidum habent, hyeme minus insuaues sunt, & maioribus elixis alliato condimento, minoribus uerò frixis, atq; arancij mali succo, & pipere conspersis fossores, messores, nautæ, & homines infimæ plebis uesci solẽt:

Asperrima raia quæ.

squatina quæ.

Cartilagineorum uires.

De Cetaceis, & eorum alimento. Cap. LXVI.

Cetus quis.

NOmẽ est Cetus maioribus omnibus marinis piscibus commune, ijs præsertim, qui animal pariunt, non ouũ cuiusmodi sunt balenæ, delphini, uituli, & similes, ut testatur Aristoteles in libris de Animalibus, qui ea ex aquatilibus cete appellasse uidetur, quæ foras animal perfectum edunt ex semine non ex ouo genitum: taliaq; animalia sanguinea sunt, ac respirant. Omnia igitur quæ animal pariunt, magna sunt, & sanguine multo abundant, & ossibus, ac carne prædita sunt. Quæ enim animalia absq; ouo pariũt, ex sanguine generari necesse est, & multum esse sanguinem, ob id & calidum: cogeretur enim multus ac frigidus, quod uerò plurimum calidioris sanguinis habet, magnum esse necesse est: quod igitur animal parit, & sanguineum est, & carneum, & osseum, & magnum, & respiratione præditum, uelut delphini: hoc enim uelut etsi non magnitudine, sensu tamen præstare apparet. Cetacea etiam membra iuxta genus proprium habent cõstituta, & inter se ualdè diuersa, nam balenæ, uituli, delphini, genitale prominẽs habent, testes tamen intus reconditos, ne natationi obessent, habent quoq; mammas. Meminit Rondelletius in littore Aquitanico duos lactis cados è balenæ mammis esse detractos, sic orcas, & Physeter, aliaq; eiusmodi, quoniam fistulam habẽt, & calida sunt, & sanguinea, & animal perfectũ generant, semine intus indiguerunt, quare & uulua, & genitali quemadmodũ quadrupeda. Dentes habent obtusos, et quasi cõuerso ordine latos anteriores, posteriores uerò acutos, quod factum esse crediderim, quoniam si anteriores acuti essent, hæreret cibus: nã in minoribus acuti sunt, quoniam imbecilliores sunt, ne præda effugiat: ac cetacea adeò robusta sunt, ut hoc

Quæ animal absq; ouo pariunt magna, & sanguinea sunt.

Cetacea prominens genitale habere.

periculo careant: posteriores uerò acuti sunt, ut carnes promptiùs diuidant, quoniã magnis, atq; ideo duris piscibus uescuntur. Cetaceũ ergo genus non solùm in mollem eximiam crescit, sed pinguedine, & obesitate solet cæcum fermè, ac surdum euadere, tum etiam iners. Eius pinguedo, quod mirũ est, haud concrescit ut reliquorum, sed uelut oleum manet: ob id in lucernis ea utuntur: nõ concrescit autem quia nimis diluta est ob multitudinem, & alimentum, locumq; in quo animal degit. Porrò Galenus omnes hos cetaceos pisces duram, atq; praui succi, plenamq; excrementis carnem obtinere constanter affirmat, quæ crudi succi multam copiam in uenis gignit, nisi exquisitè in uentriculo conficiatur: ob id sale eos condiri oportet: ea enim conditura facit ut alimentũ quod ex ipsis prouenit promptius, faciliusq; in corpus distribuatur, ac cõcoquatur, & sanguini procreãdo utilius, aptiusq; reddatur.

Nota.

Cur pinguedo non concrescat.

Cetaceorum uires.

De Balena, Phoca & Delphino. Cap. LXVII.

Balena quæ.

ASTissima est maris bellica, Balena uulgò dicta: audiui enim à familiari quodam meo iam duobus annis exactis Genuæ, caput balenæ extractũ è mari in littore diu iacuisse, quod adeò prægrande fuit, ut à faucium, imò ad os decem nouem passus numerarentur. Imò & inter piscium miracula reponi potest eiusdem copia pellucidi adipis: cum ex uno oculo undecim lagenas quos totidem uiri uix ferre potuissent, effluxisse, ut Albertus affirmat. Viuiparus est piscis, rostratus, pulmone præditus, branchiarum loco prægrandem fistulam in fronte gerens, per quam humorem, quem ore exceperat, magno impetu effundit, ac reiicit, ut eo uel onerarias interdum naues submergere dicatur. Pinnam utrinque habet, & aliam in dorso, caudam lunatam corio glabro, ac spisso integitur, nigro, duro, firmo, ac solido, squamis carente, quo lora ad pondera eleuanda aptissima fieri referunt: linguam habet magnam, ac multarum librarum, quæ salita nobis maximis in delitijs haberi solet, & præcipuè diebus quadragenarij leiunij, coquitur cum pisis & uicem suillæ supplet, alij in ueru torrent: recens admodum noxia, salita innocentior: pertinaciter concoquitur, & qui cholico dolori obnoxij sunt, eam effugere debent, ijs uerò qui graues subeunt labores, uehementerq; exercitantur, non tam inutilis erit. Balenæ autem caro recens durissima est, excrementitia, & praui succi, & utilissima censetur: nonnulli tamen eam sale condire solent, quia minus noxia redditur, & gustui magis grata. Phoca autem quem uitulum Latini appellant, cetaceũ est, aquatilis genus, littorale potius quàm pelagium, uiuiparum, quadrupedes, pilosum, qui dum paruus est, hœdorum more ballat, cum magnus fuerit, rugit ut leo, per sicca littora sæpè diuagatur, & more terrestrium uitulorum depascit: conflat enim extra aquam ipsum uiuere, ut patet de illo qui educatus in Lerini insulæ xenobio, & de alio in Scotia tribus annis, sed ita ut aditus ad aquas eis non prohibeatur: ascendit etiam cicuris scalas, dumq; somno grauissimo tentatur, stertit more hominum dormientium, cui collum breue, & crassum, uel columella excidit, cum destillatione tentatur, fructus libentissimè comedit, fœtus extra aquam parit: dein transacto duodecimo, uel tertiodecimo die in mare deducit. Caput uitulino simile habet, absq; tamen auriculis, sed auditorijs meatibus præditum: Dentes acutos, serratosq;, linguam bifulcam, & crura, ueluti imperfecta gerit, ac manus ferè ursinis similes, quinq; digitis membranis intertextis. Genitale maribus oblongũ est, fœminis ad terrestria accedens. Refert Rondelletius Borealibus flatis subsidere, Austrinis erigi: alij erigi in tempestate, subsidere dum mare quiescit, affirmant. Pellem podagricorum pedibus superpositam doloribus conferre existimant. Eius autem caro ueluti & omnium cetaciorum in primis dura est, insuauis, muccosa, concoctucõ tumax alimenti, succiq; crassi, atq; mali, & ut plurimum horridi saporis cùm recens est, salita uerò aliquantulum melior euadit: nonnulli enim ex uulgaribus hominibus eam salitam, & in partes sectam comedũt, & quia ingrati est saporis, ac muccosa, ideò cum sinapi, aceto, atq; id genus acribus condimẽtis eam mandunt, referq; Galenus eius coagulum castorei uires obtinere. Delphinus autem piscis est litoralis,

Fistula.

Vires recentis.

Salitæ.

Vitulus qui.

Vitulum extra aquam uiuere.

Vituli pellis.

Vires.

Delphinus qui.

toralis, longus, & crassus, glaber, & sine squamis liuente tergo, & uentre albicante, pinna illi utrinq; ad altera unica est, alia in dorso ossea, cartilagineaq;, absq; oculeis, quod celeritate, & dentibus satis munitus esse: habet enim rostrum prælongum adeò, ut quadraginta dentes in utraq; mandibula ex alterutra parte contineat, qui sibi inuicem pectinatim occurrũt, coeuntq;: rostrum ipsum anserino simile, planum, latum, humile, rectum: neq; enim crassum habere potuit, quoniam capite magno fuisset, atque ideò pigrum in natando, si autem strictum imbecille necessariò fuisset linguam habet solutam, & carnosam, mobilem, in ambituq; parum serratam, quibus fit ut uocem emittat, oculos habet magnos, sed cute adeò contectos ut solo appareat pupilla, & post oculos meatus qui uix cerni possunt, his audit, dorso est gibboso, sed non adeò deformi, & incuruo, ut depingi solet. In capitis summo fistulam habet C. litteræ forma, gemina tamen intus caro nigricat, cutis spissa, firma, sub qua pinguedo uelut in suibus, fele caret. Decem mensibus catulum, aut catulos gerit, æstate parit. Verum hunc non esse delphinum, Aristoteli, & Plinio cognitum satis cõstat, cum Aristoteles delphino linguam non solutam tribuat, negetq; meatus habere auditorios: os insuper non rectum, sed in supina capitis parte, ut non nisi auersus pisces capere possit, quemadmodum & pingi solet: aculeos quoq; Plinius ei tribuit, quibus noster carere cernitur. Quamobrem antiquos multa ex auditu potiùs, quàm uisa conscripsisse necesse est. Sed mirum de Aristotele, qui cum in littore maris tandiu habitauerit, tamq; diligẽter omnia sit perscrutatus, in hos errores tam obsurdos incidisse: quo fit ut potius existimem aliud genus fuisse delphinorũ tunc cognitum. Multa autem atq; maxima ostendit delphinus humanitatis, ac disciplinæ argumenta, inter quæ breuitatis causa unum tantum hic subijcere uolui, ut naturam horum piscium intelligeres. Cùm fœmina duos parere soleat, educatq; secũ: si hamo, retiue, aut tridente alter eorum captus, aut percussus fuerit, mater alterum cauda uerberat, & morsu abigit, dein misera captiuum filium sequitur, usq; ad mortem. Curam quoq; mortuorum gerere creditur, infirmos etiam gestare, concumbere humano more, & filios lactare, & una uni tantum adhærere. Triginta prope annos uiuere ferunt. Asili delectamentis infestatur, à quo laterali pinnæ inhærenti tantopere cruciatur, ut magno interdum impetu ex mari in siccum exiliat, illicq; plerumq; uitam finire cogatur, qui in cibos quoque uenit, estq; in pretio, & si raro nec ab infima etiam plebe non attingatur, nedum edatur: ferinum enim habet odorem, & carnem duram, concoctuq; difficilem, ac uitiosam, succumq; similem aliorum cetaceorum succo, ut Galenus scripsit, quæ cùm pinguis sit, nauseam excitat, & uẽtriculum relaxat, ob id libentiùs assatur, ac succo arancij comeditur, quàm elixetur: Salita longè melior euadit, & lingua, ac hepar multum commendantur.

Delphinum nostrum non esse Aristotelis & Plinij delphinum.

Delphini prõprietas.

Vires.

De Cyprinis, Tincis, & Lucis. Cap. LXVIII.

Vinq; uidentur præcipuè propter hominem facta. Ex arboribus uitis, ex herbis brassica, è quadrupedibus equus, ex auibus gallina, è piscibus aquarum dulcium cyprinus, omnibus enim his omnia insunt commoda humano generi, nec ullum ineſt eis magnum, quod ad humanum usum non pertineat: neq; quicquam homini uidetur necessarium, quod ab eo genere expectari possit, illicq; desit, nam cyprinus, quem *Ranam* Bononienses uocant, primùm spontè nascitur, adeò ut si piscinam claram, & ex aquâ currente, piscibus tamen uacuam fabrices, post tres aut quatuor annos hanc piscium specie plenam inuenies. Genitus autem mirum in modum propagatur, ex ouis ac fœtura, paritq; ter in anno. Vili alimento uescitur, etiam saluberrimus est. Est enim squamosus, albus, leuis, latus, mollis carnis, atq; suauis. Crescit præterea in immẽsum, adeò ut pondus, nonnunquam triginta librarum superet, uiuitq; quàm diu, scilicet ad annos xxx. usq; peruenit, & omnibus in regionibus, nec lucijs adeò obnoxios est ut alij pisces: propterea meritò magnas negociationes ab eo faciunt, nobiles præcipuè in Germania, atq; longiùs à mari, adeò ut quidam xv. talentorum summam excedant. Hoc

Quinq; præcipuè propter hominem facta.

Cyprinus qui.

Vires.

habet præcipuum ut lactem habeat maximum, pro corporis magnitudine, mollem admodum, & suauissimum, & iecur maximè prægrande, quod elixum, frixum, assum, patinisq; coctum cum iure aut embamatibus suauiter comeditur. Cum oleo etiam conditur cæpis, sale, atque pipere, tum petrosilio, & roremarino. Acida quoque conueniunt, & ad commendationem saporis, & suauitatem. Eligantur masculi & recentes, ut uiui proijciantur in patinam rubri: hoc enim signo præstant non minores L X. unciis, non maiores quantum licet, uerum cum C X X. libras excesserint, non nisi molliores partes in usu sunt. Sint uiuaces, & ex aqua clara, currenteq;, & si ad orientem respiciat fluuij ortus est melius, aut decursus ex ea parte fiat: solidiore sint carne ac candida, sanguinemq; plurimum habeãt, & gustu suaues. Præstant ut in cæteris magnis piscibus lactes, uenter, iecur, tum cauda si recentes sint: si obsoleti & iam molles, ac distensi dorsum, caput in utroq; casu parum bonum est, fel eximi debet, & intestina. Calidi edi debent pisces omnes, sed præcipuè cyprini, quod sint temperamento frigido ualdè & humido: unde si frigidi deuorentur, antequam incalescant in uentriculo, immodicè uentriculum refrigerabunt, & humectabunt. Oua eorum frixa sola, & sic comesta, Venerem mirum in modum, etiam in decrepitis excitant, & ad generationem faciunt propter naturam animalis: plurimum enim generat, & uiuaces et magnos, nec eius generatio facilè impeditur. De hoc autem dictum est suprà. Alimentũ eorum est humidissimum, & ob id ex aqua sola possunt generari, uelut etiam ranæ ex limo, & ideo non simpliciter describi eorum temperamentum debet, sed in comparatione ad cæteros pisces, uelut marinos quibus sunt longè humidiores ac frigidiores: sunt etiam humidiores tincis, sed melioris alimenti, cùm inter cætera sint multò candidiores, minùs lenti, & multò minus etiam solidi lucijs, sed tamen pinguiores, & facilioris coctionis si par sit moles. Quia tamen immodicè humectant, meliùs est ut siccentur, siccãtur autem primum ex condimentis garo, & quod familiarius est nobis synapi diluta cum melle, & pipere, & aromatibus, frixi etiam, sed antea diuisi, aut in patella conditi, eliganturad hoc condiendi genus minores scilicet ab una libra ad duas, prout integri coquantur: Dorsum si coquatur, & cauda meliora sunt uentre. Lactes autem & iecur utrisque habentibus uentriculum humidiorem, & ob id languidum: manifestum est etiam quod multis misti cibis, aut uarijs, aut si aqua, aut uinum ualdè dilutum, aut multus quiuis potus assumatur: si exercitentur à cibo aut uigilauerint, facilè corrumpuntur, non tamen adeò facilè, ut multi alij cibi, qui difficiliùs concoquuntur, uelut anguillæ, tincæ, ranæ, fungi: neque illorum corruptio adeò mala est, quin succedente inædia, quiete, somno, maximè etiam assumptione diatrion pipereon, aut gingiberis conditi, non iterum restituantur, & alimentum præbeant: bonum est enim eorum alimentum humidum, tenue, aquosum, frigidum, non facilè corruptioni obnoxium, nisi iam corruptæ rei misceatur, lactes utilissimus est hecticis, accedit enim magis ad temperamentum. Et iecur confert iecori, maximè calore, & siccitate laboranti: crediderim & ascititis ab initio maximè utile fore. Immodicus usus huius piscis languidum, & supinum efficit uentriculum, maximè confert si cum no Aethiopico, aut odorato, aut origano orientali misceatur, aut sale & pipere, & semine iuniperi cum aceto frixus seruetur. Manifestum est autem ex his quæ dicta sunt, paruorum cyprinorũ esum prorsus inutilem esse lapide laborantibus, aut non nocent, aut admodum parum. Estq; cyprinus tyncæ ualdè similis, cui & si recta serè linea per uentrem uideatur, nihilominus curuum adeò habent dorsum, ut piscis totus, si cum longitudine sua conferatur, latus manifestè apparet: squamis subrufis tegitur maximis, ac duriusculis, & præter binas quas habet utrinque pinnas, una est in medio dorso, aculeo robusto innixa, quæ ad caudam usq; extenditur, & altera in imo uentre prope caudam: Ad insignem magnitudinem deuenit, ut crebro uiginti librarum pondere reperiatur. Carnosum habet palatum, (quod plerique linguam putant) quod communi consensu saporis excellentia commendatur. Tinca autem, (quam quidam Pholim esse Græcorum putant, quod in suo lentore reuoluatur, & ueterescat, & olida sit, nihilominus pholis inter marinos recenseã: nisi forsan ut parua sit

Electio.

Partes meliores.

Oua eorũ Venerem excitari.

Cur siccentur.

Tinca quæ.

ua sit duplicis naturę, ut aliàs declarauimus) est lacustris solum, ac fluuiatilis, nec un quam in mari reperitur: nam quæ uulgò Romæ uocatur *tenca marina*, ab hac longè differt, ut suprà demonstratum est, & hanc nemo nõ nouit, quoniam, & si ex diuersitate locorum uarios acquirant colores, aliquæ enim subalbidæ, plurimæ ex albo flauescentes, nonnullæ uirides, palustrium uerò subnigræ sint, habent easdem met notas, quibus facillimè cognosci possunt, rostrum enim breue ac retusum, os ferè rotundum ad uentrem inclinans, dentes habent iuxta fauces, quod Rondelletius negat, excusari potest, quod in ore esse negauerit, sed hoc est fallere, nõ docere: cum enim dentes in ore habere negamus, aut linguã, de partibus oris omnibus intelligendum est. Appendicem quoq; habent cyprini instar, oculos magnos, & aureos, branchias utrinq; quaternas: pinnæ etiam utrinq; binæ sunt ad branchias una nigricans in uentre, altera subrubra. Et præter has alia est etiam in medio dorso nullis horrescens aculeis, & alia à podice in uentrem, squamis minutis ac ualdè cõnexis teguntur, suntq; muco adeò uiscido exteriùs præditæ, ut recenter captæ uix manibus detineri queant, lapillos exiguos in capite gerunt, qui colore sunt uario, ac quasi inter uiridem, & croceum, & ualdè pinguescunt, absque semine, & ex semine generãtur, nam pisces hi in piscinis non sati inueniuntur. Diximus autem aliàs, non esse absurdum eundem piscem ex semine & sponte procreari. Constat enim cœnosis locis, & limosis spõtè prouenire, putrescentiq; limi, sordibus libentiùs quàm carne uesci, & hinc est quod sæpissimè lutum redolent, nec gustu, nec alimenti, aut succi bonitate probantur, nec solùm ægrè concoquuntur, sed praui etiã sunt succi, & facilis corruptionis, nimiaq; sua glutinositate propter quam cum concoctionem, atq; distributionem per corpus tardare faciant, angustiorum meatuum adhæsione, atq; infarctu febres sæpè gignunt. Et sicuti eis crebro uesci non debemus, sic nec diebus canicularibus quo tempore maximè noxiæ sunt. Minus tamẽ mali timendum erit, si ex optimis, laudatisq; aquis, atq; locis fuerint. Earũ enim malitia, tum melioris alimenti, tum aquarum puriorum commendatione emendatur, & præcipuè etiam si præparatio ritè eis adhibeatur. Elixantur enim quę magnæ sunt, additis allio, cæpa, pastulis, menta, petrosilio, sale, oleo, atq; aromatibus prius exemptis interaneis. Paruæ uerò plebei oleo in sartagine frigunt, & arancij mali succo comedunt. Tincæ decoctum maculas omnes tollere multi existimãt, quoniam lentum sit, ac uiscidum, unde materia maculæ ad se trahat. Lucius & ipse omnibus ferè lacubus, ac stagnis reperitur, in mari nusquam præterea, & in fluminibus nõnullis reperitur, ac degit, qui teretì ac oblongo est corpore, capite in acutum protenso: macro, & osseo, ore amplo, & maximè denticulato, & inferiore maxilla longiore, oculis magnis, magnaq; & ossei branchiarum operculi scissura, quatuor sub uentre pinnas habet quarum unam in dorso, alterã è regione in uentre satis propè caudam quàm bifurcam gerit. Venter albicat, dorsum uerò ex subflauo nigrescit, à quibus lineæ plurimæ non rectæ, sed inflexæ, & conspicuæ deducuntur, ad insignem deuenit amplitudinem, carniuorus est & uoracissimus, suiq; generis piscibus libentissimè uescitur, & ob id ab aliquibus perperam lupus fuit appellatus, atque illum è tinearum semine generari creditum est, amicitiamq; inter illos intercedere: certum est uere in piscinis ex alieno semine generari, quod neque soli lucij, neq; sati sponte procreẽtur in eis. Proceriores maximè commendantur, & qui in fluuijs rapidis aluntur, nec mirum si Galli inter nobiles fluuiatiles pisces recensent, uenditantq; omni tempore uiuos, atque uentrem illis apperiunt ad ostendendam eorum pinguedinem Itali uerò eos duros atque insipidos experiũtur, quia ut plurimum ex stagnis ac lacubus impuris, illaudatisq; captos comedunt: lacustres enim ac palustres dicebat Galenus deteriores sunt. At qui ex laudatis aquis capiũtur, & si duriore aliquantulum carne constent, minimè tamen glutinosa: imò si magni non admodum fuerint, egregia illis friabilitas conspicitur, qui haud quaquam laborioſè concoquũtur, distribuũtur expeditè, promptè descendunt, neq; multum excrementi edunt, & mediocriter alunt. Maiores elixantur, minores uerò craticula torrentur, frigunturq;, & ex mali arancij succo comeduntur, præterea & ex aceto.

Rondelletij error.

Vires.

Nota.

Decocti uires.

Lucius qui.

Præstantiores.

Nota.

De Squalis, siue Lauedimibus, & Barbis. Cap. LXIX.

Squalus qui.

EST piscis Padi accola, quem *cauedenum* Padi, Bononienses uocant, squamosus, capite paruo ualde pro corporis ratione, strictoq; : pinnam unicam super dorsum satis oblõgam habens, alteram paruam propè caudam in infima parte, duas è regione, eiusq; in dorso sub uentre, & duas alias propè branchias, etiam in inferiore parte, sed quasi à lateribus ut non sit, qui describitur à Bellonio: nam ei tribuit duas propè caudam: squamæ tenues, & latæ adeò ut totus lucere uideatur, & ad ordinem lineis per lõgitudinem deductis distinctus. Tenuis piscis est, & latus, & formam rhomboidis refert, cauda una, sed in medio dehiscente, non tamen ita ut bifidam appellare possis: oculi grandes, & inde lucida, pupilla nigra: os sine dentibus, iecur bifidum cum uesica fellis, & iecori multæ apophyses adiunctæ, imò earum lobus iecoris substantiæ non absimilis, totus spinis plenus, ac tenuissimis, cubiti longitudinem uix attingit. Caro illius candida, tenera, non lenta, neque friabilis, facilis concoctionis, bonique alimenti, sed non plurimi, nec admodum solidi, suauis gustu, sed insipidus, suauior est qui ex Rheno Bononiæ habetur, quidam squalos hos uocant, sed & discrimen est inter hos, ac priores non leue: forma enim sunt magis tereti, & non adeò uentricosi, uiuuntq; in puteos demissi, & purgant aquas, unius speciei tamen esse ambos haud dubium est, sed in hoc color est purè argenteus, & oculi iris magis candida, & pinna sub cauda maior, & caput latius, ac etiam maius, & labia maiora. Atque hi etiam salubriores sunt, utpote ex purioribus aquis, & frixi ex arancij succo ut plurimum comeduntur: elixi uerò rarissimè. Barbus autem piscis est squalo magis quàm cuiuis piscium similis, fluuiatilis, & perraro lacustris, longiusculo est corpore, rotundo, & in latera modicè compresso, os habet infra rostrum in inferiore parte, & labra crassiora, dentibus caret, & loco linguæ carnosam habet inferiorem, & internã oris partem, & quatuor appendices in mento, barbamq; appellamus, aqua barbus dicitur, branchias utrinq; quaternas, & pinnas utrinque etiam binas, præter quas aliæ duæ conspiciuntur, una in dorso, alia in imo uentre, & licet uentre sit lacteo, & lateribus argenteis, æque atque squalus, dorsum tamen eius ex albo flauescens, nigris quibusdam, ac paruulis conspergitur maculis. Ineunte æstate prope littora parit. Durus atque insipidus est, ac uilis, extat enim adagium. [Barbum neque frigidum, neque calidum, neque elixũ, neq; assatũ esse bonũ.] Verùm si in saxosis, ac puris fluminibus capiantur barbi, uti melius sapiunt, sic teneriores, & concoctu faciliores sunt, & probiorem generant succum. Oua mense Maij illorum si edantur, afferunt tormina, & bilis uomitum, existimatur id contingere, quod eo tempore floribus populi alantur, aluum etiam uehementer irritant, ut aliquando, non nisi magno negotio sisti possit, adultiores elixantur cum uino, & aqua, addito omphacio tempore æstatis, quo meliores existunt, atque eo modo etiam condiuntur, quo squali.

Barbus qui.

Vires.

Vires.

De Salmone, Trutta, & Carpione. Cap. LXX.

Salmo qui.

SALMO ab Italis *salmone* dictus clarior est piscis, quem nos sæpius in Scotia edimus, cuius historiam ex Hectore Boëthio, quod hîc in Scotia scilicet sit frequẽtior, (quanquam in Aquitania, & multis alijs in locis notus sit) subiungere libuit, sub hac sententia. Autumno riuulis plerunq;, aut locis uadosis coëuntes salmones iunctis uentribus oua pariunt, fabuloq; contegũt, quo tẽpore masculus adeò lactibus, fœmina ouis exhausti sunt, ut macilenti euadãt, nec quicquam præter ossa, ac spinas, pellemq; supersit, exuiq; inepti sint. Referũt eam maciem contagij loco haberi, cùm obuios quoscunque sui generis inficiant, qui sic affecti sunt, cuius rei hoc est inditium, quod persæpè capiuntur uno latere extenuati, reliquo non ita. Cæterùm ex ouis illis, arena obrutis pisciculi ineunte Vere nascuntur adeò molles, ut donec digiti magnitudinem non excesserint, manu compressi, uelut humor concretus diffluant: tum primum natura duce ad mare pergũt, uigin-

uigintiq; dierum ſpatio, aut paulo maiore, incredibile dictu qualem in magnitudinem excreſcant. Inde reuertentes aduerſis undis fluminis in quo orti ſunt, mirabile ſpectaculum de ſe præbent: flumina enim hinc atque illinc anguſtis præſſa rupibus, ac proinde ueloci demiſſo curſu, ubi præruptо caſu deſcendant, nec per canalem ſtatim prodeunt, ſed incuruatæ undæ, impetu paululum per aëra feruntur antequam cedant, ſalmones uerò contra tendentes maiore nixu aquas ſuperare tentant, & qui euaſerint, in flumen aſcendunt debiliores, aut hærent in imo fluminis, aut etiam ex alto iam euecti præcipitantur in aquas, atque tamen procul excidunt, quidam ut à ſubiectis lebetibus, qui ualdè propè aquam feruent, excipiantur, accolarum in hoc euentu non leui uoluptate. Rectè quoque ac diligenter à regibus cautum eſt, ne autumno capiantur, nam uel ſoboles multum detrimenti acciperet, uel inutilis fermè captura eſſet: hoc autem tempus à ſexto idus Septembris, Calendiſq; Decembris intercluditur. Quónam uerò cibo ueſcatur hic piſcis, & an ullo prorſus, adhûc incertum eſt, cùm in uentriculo exenteratus nihil oſtendat, præter ſpiſſum quendam humorem. Hæc ille. At nos de his quod eſſe poſsint, non dubitamus, an omninò omnia uera parum refert. Nam conſtat ſalmoni quatuor in palato dentium ordines eſſe: linguamq; dentatã: inuenitur enim & in Sequana, ac Ligeri, uelut & Aloſę, ſed mira magnitudine, adeò ut cruris craſsitudinem, & plurium cubitorum longitudinem æquet: ſex illi pinnæ præter eam, quę in cauda eſt, una in dorſo parua, duæ ſub uentre illi è regione, oppoſitæ duæ ſub branchijs, una ab ano ad caudam, carnea, pinguiſq; : dentes in inferiore maxilla exerti, pluresq; quàm in ſuperiore, è mari eum aſcendere dicunt, non omni, ſed oceano: atq; ideo Græcis qui oceani piſces non nouerunt, incognitus. Cæruleo eſt dorſo, nigricanteq;, uentre uerò ſubalbido, oculis magnis, mandibula in inferiore magis protenſa, ut in lucio diximus, uentriculus paruus, oblongus, cum multis appendicibus, ſquamis tegitur exiguis, quæ maculis ita notatę ſunt, ut piſcis ferè totus ſubrufis, & luteis notis inſignis uideatur. Carniuorus eſt, & quamuis omnibus anteponatur à Plinio, cùm nul li piſcium nobiliſsimorum in ſapore, & guſtu cedat, parcè tamen deguſtandus eſt, largiùs namq; comeſtus, appetentiam deijcit, & qui in fluuijs capitur, longè melior eſt marinis: & hinc eſt quod fluminum ratione præſtantia differunt. Carnem habet ſalmo tenerã, dulcem & ualdè pinguem, & præſertim in abdomine, & ideo lentam: totoq; cœlo (ut aiunt) aberrant qui friabilem eam fecêre: non enim ob pinguedinem friabilis eſt, ſed mollis, minimè tamen glutinoſa: unde ægrè coquitur, & craſſum, lentumq; ſuccum gignit, & quandoque cholicum dolorem. Parcè ergo & rarò eo ueſci debent, quibus ulla de tuenda ualetudine cordi cura eſt. In aqua recens elixatur, nec nõ & in uini duabus partibus, & una aceti, iniecto ſale, additiſq; garyophyllis, pipere, cinamomo, quin & in teganis coquitur. Craticula item torretur in aſſulas diſſectus, & garyophyllis confixas. Sale quoque ut cæteri piſces grandiores condîtur, & ſeruatur, deportaturq; per omnes, uel longinquas à mari mediterrañeas ciuitates copioſus, qui in aqua elixus, oleo, atque aceto conſperſus comeditur, & eximiè gratus eſt, auiditatem enim cibi, uiniq; auget, & lautioribus menſis adhibetur. Truttæ autem parum à ſalmone mihi differre uidentur, niſi quod è mari non aſcendant, ſed procul etiam in initijs fluminum naſcuntur, habentq; caudam breuem, latam, non diuiſam, ſalmo longã, gracilem, bifidam, roſtro quoq; non adeò ſunt acuto, & appendices iuxta uentriculum plures habent, ſunt & plura alia earum genera. Carpij, lauareti, umblæ, eperlani: hi ſplendido colore ſunt, & uiolas redolent: in capite lapillos gerunt, carne translucida: linguam habent quaſi gemínam, & quæ poſterius in radice collocata eſt: plures etiam dentes. Hi tamen etiam è mari prodeunt, ſunt quoq; ſariores, & umbræ, & themali forſan, & alia ſub truttæ nomine cõtenta. Communè uerò eſt omnibus truttis aduerſus fluminum curſum ferri, unde caro nõ ſolùm ſuauior, & ſalubrior, & forma, & quod ſex dẽtes in lingua habeãt, & certo ordine diſpoſitos, ſcilicet duos antè, totidẽ in medio ad latera poſitos, reliquos iuxta radicẽ. Veſcuntur enim phrygarijs, & uermibus, tum locuſtis paluſtribus: quamobrẽ his dentibus, multiplicíq; ordine in palato truttæ indiguerũt, ne eſca

Nota.

Vires.

Truttæ quæ.

Truttarũ plura genera, & quæ.

Commune omnibus.

ne esca diffugeret: nam pisces neq; manus habent, quas ori admoueant, aut pedes cùm unguibus, quibus ut aues loco manuum utantur, neque mandibulas circumuertere queunt, ut quadrupeda: quoniam (ut aliàs dictum est) musculis ualidis, & sanguine indigerent longè copiosiore. Natura quoque huic operi reluctatur, nam & si mandere possent, aperto ore, aqua in uentriculum delaberet, coctionemq; impediret. Propterea dentibus, & aduncis indiguerunt hi pisces. Cumq; natura calidiore, ac mobiliore essent, tum ut magis occurrerent prædæ aduerso amne ferũtur. Itaque & frigidiorem, & puriorem aquam inueniunt, & animalia illa parua, quibus uesci solent: sunt uerò non solum aduncí, sed etiam in quibusdã uelut umbilicis serrati, quos etiam exerit, nam inferiori labro quidam ex his infixi sunt. Adũcis autem dentibus uel etiam serratis, illis quidem quasi per transuersum secantibus in plura cibis diuiditur. Sed & sic quia mandere nequeunt, non concoquunt, celeriterq; excernunt, ideoq; uoraces sunt, binas utrinq; tum ad branchias, tum in uentre habent pinnas, aliasq; duas in dorso, & aliam paruam in imo uentre. Totusq; piscis ex albo flauescit, maculis modò purpureis, modò nigricantibus, dorsum ac latera speciosè pingentibus, squamis tegitur paruis, estq; nobilissimus piscis trutta, & præcipuè si in frigidioribus saxosis, & purioribus amnibus procreata fuerit, atque recenter capta comedi debet, nam mortua paucissimis horis summam illam saporis gratiam amittit: cito enim putrescit ob pinguedinem, propter quam tenera, & mollis est eius caro, quæ nimio esu uentriculum degrauat, appetẽdiq; facultatem facilè deijcit: uiciditate enim obstruit, pinguedine laxat, & frigida ac humida intemperie, succum prauum facilè procreare potest, & ob id ægrotantibus euidentissimè nocet. Maior ualdè excrementitia est, minor uerò quæ trotulla dicitur, purpureis guttis distincta, nullam nec pinguedinem, nec glutinositatem habet, sed friabilior, ac salubrior existit, cõcoctu facilior, citiùs descendit, ac distribuitur, & minus excremẽtitia est, simplicem ex aqua & sale cocturam amat, & si acetum addatur, salubrior fiet, demendo pinguedinem ac lentorem, maximè æstatis tempore, nec alia patitur condimenta, suo enim sapore satis grata est. Erigitur præterea in oleo minor, eiusq; frigiditas ac humiditas, & si quid lentoris insit, imminuitur: sic etiam limunij mali, & aranctj succo gaudet, sale conditur, à pistoribusq; dulciarijs incrustatur, nec non & eo modo conditur, quem uulgariter acarpionar dicunt (ut suprà) non solùm ut iucundissimè capiat, sed ut in multos etiam dies seruari possit. Carpio autem lacustris est piscis, qui & si ad truttę similitudinem proximè accedat, prominentiori tamen rostro, maioribus oculis, candidiori & turgidiori uẽtre, & subnigriori dorso est, quod dorsum non modo nigricantibus, ac purpureis (truttæ instar) maculis pingitur, uerum nigris, atque rufis, aureisq; simul conspergitur, os oblongis dentibus, nõ in maxillis modò, sed & in palato, & super ipsa lingua præditum est. Vnicam & breuem pinnam in ultimo dorso propè caudam, crassam, carnosam siue cutaceam habet: squamis tenuibus tegitur, uelut & trutta, cum qua in reliquis alijs notis ad unguẽ conuenit, licet magnitudine longè differãt, cùm carpio uix libras ternas excedat. Piscibus uescitur, & non auro ut Fracastorius alludit, ouaq; ineunte æstate parit. Nobilissimus ab omnibus censetur hic piscis, tãta enim est eius saporis gratia, ut nulli piscium secundus existimari debeat. Carnem teneram, ac friabilem habet, iccirco meritò inter salubres pisces connumerandus est. Et quocunq; modo conditus, siue frixus, siue assus, siue elixus semper suauissimus est, & sæpissimè solet, eo condimenti genere, quod *acorpionar*, uel *amarinar* dicitur condiri, nõ solùm ut & ipse sapidior reddatur, sed ut longiùs per pleraſque Italię urbes circunferri possit, ut plurimum enim lautioribus Italorum mensis expeti solet.

Nota.

Vires.

Carpio qui.

Vires ac præstantia.

De *Salmerino*, & *Agone*. Cap. LXXI.

Salmerinus qui.

Aucis notus est piscis iste, quem Tridẽti uulgariter *Salmarino*, & *Salamandrino* uocant. Fluuiatilis est, & paucis quibusdam locis reperitur, frigidissimisq; ac saxosis fluminibus, & non omnibus nascitur, qui figura rotunda, & oblongiuscula est, eiusq; uẽter, & latera ex albo rubescunt. Dorsum uerò

uerò ex rubro, flaueſcit, ac luteis quibuſdã maculis notatur, ſquamis mediocribus, & non facilè decidiuis tegitur. Caput rotundum habet, roſtrum breue, ac retuſum, os mediocre, robuſtis dentibus munitum, oculos medios, & orbiculatos, brãchias utrinque quaternas, & pinnas etiam utrinque geminas, duas ad branchias, & duas circa medium uentrẽ, præter quas duas alias in dorſo habet, quarum maior in medio eſt, minor uerò propè caudam, & è directo huius alia parua imò uentri hæret. Caudam latam & lunatam habet, quæ rubra eſt, ſicuti ſunt & pinnæ omnes, duas libras magnitudine non excedit, piſciculis ueſcitur, & nobiliſsimum piſcem inter omnes piſces Tridentini eſſe contendunt, atque maximò in pretio tenent. Qui etſi carnem teneram, ac prępinguem habeat, non attamen uiſcidam, ac glutinoſam, ſed friabilem ſatis. Quapropter boni eſt ſucci, concoctu facilis, atque omnes illas, quæ ſaxatilibus aliis tribuũtur, obtinet laudes, imò quouis modo condiatur ſemper ori gratus, ac iucundus eſt. Agonus autem piſcis eſt nõ marinus, nec fluuiatilis, ſed lacuſtris, nec in omnibus lacubus naſcitur, ac degit, ſed in nonnullis & tam copioſè in Mediolanenſibus lacubus prouenit, ac capiatur, quod non ſolùm piſcatores toto anno recentes uendunt, ſed etiam magnã partem ſalire coguntur, eſtq; adeò aloſæ, & ſardæ noſtræ ſimilis, ut non niſi magnitudine differre uideantur: minor enim eſt aloſa, ſarda uerò maior. Corpus eius argenteo colore nitet, ſed in dorſo, ex cæruleo nigricat: ſquamis tenuibus latis, & tranſparentibus, læuiq; contactu decidentibus tegitur: caput & totius figura in latera compreſſa eſt, oris rictum grandiuſculum habet, ſine dentibus, oculos grandes profert. Pinnam in tergore ſimplicem paruam, duas in lateribus ſub branchijs, & aliam ſub uentre ſerratam ad anum deſinentem, quam ſi digito aduerſum confrices, acutam ſenties. Branchias habet utrinque quaternas, iuxta quas nota ſemirotunda & nigra apparet, & caudam lunatam, & tandem in reliquis, aloſę ualdè perſimilis eſt, nec palmi magnitudinem exedit, uel rarò. Timidus eſt piſcis, ſimplex, & omni aſtutia carens, gregatim uiuit, atque adnatat, quem truttæ magno impetu ſectantur, quo tempore nõ ſolùm piſcatores innumeros agonos perterritos, ſed aliquas etiam truttas magnas capiunt. Suauis eſt piſcis, & nobilis: ſed quia carnem prępinguem ac teneram habet, ideò non facilè concoquitur, ſed craſſum generat ſuccũ, licet non uitioſum, & mediocriter nutrit, & quocunque modo condiatur, ſemper ſuauiſsimus eſt. Minores agoni in ſartagine oleo friguntur, & arancij ſucco, uel aceto, uel omphacio, uel aromatibus comeduntur. parum grandiores in aqua oleo, olentibus herbis, atque aromatibus iniectis elixantur. Verum eorũ præſtantior condiendi ratio ea eſt, quæ *acarpionare*, uel *amarinare* uulgariter (ut ſuprà) dicitur. Saliti quoque ſeruantur in minoribus dolijs, muria conditi, qui adeò guſtui ſunt grati, ut delectam appetentiam conciliare queant, ut nos ſæpè experti ſumus.

Vires.

Agonus qui.

Vires.

De Ranis. Cap. LXXII.

Ranæ uſus & genera.

RAnæ antiquis in uſu non fuêre, credo reformidantibus, ne non eſſent ex genere bufonum, ſeu terreſtrium, ſunt maximè trium generũ: paluſtres, quæ ſolæ aptæ ſunt eſui: arboreæ: id eſt, quæ arbores ſcandunt: minores & paruæ, quæ etiam auellunt dentes, & uocales ſunt: terreſtres prorſus ſunt uenenatæ, quæ colore ſunt fuſco, nigro ac cinereo, ſub terra & in ſterquilinijs, ac in paludibus, & ſtagnis, imò quandoque in lapidibus inueniuntur. Paluſtres uirides ſunt, ſub uẽtre candidæ, maiores arboreis. Adſunt & ranæ marinæ deformes, fœdæ, atq; aſpectu horridæ, quæ pedes ſub uentre geminos habent ad ranæ paluſtris ſimilitudinem, membrana inter textos, quæ planæ, cartilagineæ, ac fuſcæ ſunt, capite rotundo, plano & maximo ore, in prona parte amplo, magnis & acutis dentibus munito: & has cùm Diapeæ eſſem, ſuſpenſas uidi, nec edules ſunt. Viuũt diu extra aquã inter herbas, & ad duos dies quandoq;. Etenim narrat Rondelletius, ranam uulpeculæ per noctem in littore uagantis pedem corripuiſſe, ac retinuiſſe uſq; ad auroram. Quod ut uerum eſſe credam, uiri authoritas facit: Secùs demirer quo-

Rondelletius notatur.

modo illa à uulpe, quæ ualidissimis est dentibus demorsa uicissim nõ eam reliquerit, sed quædam profectò supra fidem accidunt. Exenterata, inductaq; candela accensa transluceat, horrẽdumq; spectaculum exhibere fertur: sed ad palustrem ranam reuertamur, quæ solùm inter omnes edulis est, quæ non multis antehâc annis in cibis apud nos expetita est, os prægrande habet, nullis dentibus præditum, quod foràs ex aqua testudinis modo emittit, ut auram excipiat, & primùm bipedes uidentur, inde cauda in duos posteriores pedes diuisa, fiunt quadrupedes, linguam habẽt contrario more cęteris animalibus, solutam iuxta fauces, et annexam anteriore parte, & iuxta maxillam: satis perfectum est animal uisceribus omnibus, sed ualdè mõstruosum. Ex ouis & concubitu generãtur ranæ, ac in aquis degunt, & uirides sunt (ut diximus) Rubetæ uerò ex terra generantur, & ex limo in aqua. At ueræ ranæ, ueneni sunt expertes, ac siccatis paludibus in terram conuertuntur, ex eaq; adueniente aqua rursus generantur. Vulgus existimat eas cum bufonibus coire, quod falsum esse puto. Illos tamen haud laudare possum, qui adeò illas extollunt, constat enim ut plurimum in palustribus, & cœnosis, stantibusq; aquis nasci: quamobrem uiscidum alimentum præbent & frigidum, imò humidius quàm frigidum, atq; exiguum, non tamen minùs quàm quod ex leuibus piscibus: sed quæ ex fontibus, aut riuulis, aut fluuijs, aut quoquomodo profluentibus aquis capiuntur, longè meliores sunt, & à multis frequentissimè in delitijs habentur. Cæterùm earum caro duriuscula est, fibrosa, nec concoctu facilis, sed bene cocta eius nutrimentuum diù hęret, atq; perdurat, ob id hecticis conuenire creditur, sanguinemq; meliorem gignit, quàm cochlearum caro, eduntur & ex eis iecora, quæ optima sunt, & saginantur pro eorum magnitudine: crura etiam & intestina pinguedine prædita gustui grata sunt, reliqua uerò inutilia existunt. Detracta enim pelle tota die in aqua macerãtur, dein elixantur, tandem in sartagine friguntur, aspersa farina. Deinde apio aut aromatibus, aut fœniculo, aut salsa uiridi mensis inferuntur. Retinere urinã creduntur, maximè quæ in locis calidioribus gignuntur, atque aquis corruptis, & multi ob id earum usum fugiunt. Cinis rubetarum sistit sanguinem, & alopetias sanat, & caro earum impositа emplastris, multum confert omnibus affectibus neruorum, & iuncturarum.

Nota.

Vires.

Earum iecora.

De Piscibus salitis. Cap. LXXIII.

Cur sale condiantur pisces.

SAle condiri solent pisces non solùm ut usui diutiùs seruari possint, sed & etiam sæpè, si quid uitij eis insit, ut corrigatur, tollaturq;, & ut eorum usus melior, tutiorq; euadat. Et primò quidem crassities eorum ui salis, attenuatis partibus inciditur, atque superfluus humor aufertur. Vnde absumpta putredinis materia, astrictisq; seu solidatis aduersus putrefactionis iniurias carnibus, incorruptæ diu maneant. Ob id mos est solummodò ea quæ excrementis redundant sale condire, nam quæ natura sicca sunt, ui salis longè sicciora reddũtur, atq; esui inepta consumpto naturali humore: magis enim neruosa fiunt, cutisq; ac corij instar. Quapropter eadem' met ratione crassiores partes attenuat salitura, nam sicuti pituitosior humiditas euanescens diflatur, ita simul absumendæ huic salis iam uiribus ex parte debilitatis, crassiores partes attenuantur, nec dissoluuntur, duriores tenerescunt, nec exarescunt, sed nunc temporis cuncta indifferenter sale condiuntur, siue duræ sint carnis, siue suapte natura humidæ compagis, siue teneræ, siue inter hos mediæ, siue carnosa, uel pinguedine constẽt, uel uetusta, uel media, uel recentia sint. Atque hæc ut plurimum ori gratæ sunt, & appetentiam excitant, aluumq; emolliunt: ex fluuiatilibus etiam ac palustribus sale condiuntur pisces, qui ad spinam dissecti sunt, ut lucij, truttæ, salmerini, agoni, sardenæ, & alij id genus pisces. Multi quoque fumo durantur, ad Solem etiam siccantur. Et communiter mali sunt succi, & concoctu difficiles. In aliquibus tamen potiùs salsura iuuat, quàm secus. Quæ etenim nimis excrementitia sunt, salis conditura superfluam illam humiditatem absumit, nam siccandi uim, concoquendiq; excrementum omne pituito-

Siccatorum ac salitorum uires.

pituitosum, nec non & glutinosos, crassosq; humores attenuandi, atque hærentes uentriculi, uiscerumq; tunicis dissecandi, atque detergendi. Ad Veneris etiam stimulum commendantur, nec non & ad deiectam, sopitamq; (ut diximus) appetentiam excitandam, quadam salsamenti calorifica facultate: sitim uerò afferunt, & ob id uini potores eis libenter uescuntur. At ori uentriculi in flammationem addunt, sanguinem exasslant, & usus eorum copiosus ad aucta succorum malorum prauitate plurimum humoris atrabiliarij suggerit. Quare potiùs in prima mensa utenda sunt pro conciliando appetitu, quàm ut loco ciborum sint, assumenda ab eis, quæ omninò caueri debet æstatis tempore, & præsertim ab immoderato eorum usu. Atque omnia potissimùm hanc exigunt præparationem, nempè ut antequam decoquantur in aqua, diu macerentur, ut salsilaginem deponant, uel bona ex parte exuant, tum albuta, emundataq;, nil aliud quàm simplici aquæ incoquenda tradantur, dein oleo & aceto imposita commendantur. Notandum tamen quod salsus piscis aquæ infusus cũ sapore amittit gratiã. Retulit mihi Diophœbus Drudelus è Cæsenatibus senatoribus unus, & scholaris meus, detersum piscem linteo, ac compressum, sic ut materiæ nil retineat, inde soli benè sicco immersum per horas duodecim, aut ampliùs, post rursùs detersum fieri usui commodum exuta salsedine: fieri enim potest ut ob sympathiam salsugo à sale ad extima trahatur, experimentum non feci. Qui calida lauant, sanè celerius reddunt insulsum, & ideo melior relinquitur. Caro quoq; immodicè salsa in aqua calida diu tenenda est: alia in duabus aquis coquuntur. Atque hæc de piscibus dicta sufficiant, non enim de omnibus ac singulis tractare proposui, cum hoc infinitum esset negotium, & à præsenti instituto alienum, sed ut solummodò & ueluti per exemplum illos per capita comprehenderem, atq; describerem qui apud nos frequentiori, uel aliquo sunt in usu. Nec quoq; alios deesse pisces arbitrandum durioris, aut mollioris, aut mediæ carnis. Verum hi horum generum à nobis potissimè sunt enumerati, ad quorum exemplum deduci reliqui haud ita difficulter possint, gustus, odoratusq; suauitate, aut secùs teneritate, duritia, crassitie, tenuitate, ac similibus qualitatibus explorandi, atq; de omnibus sic rectè iudicium ferre licebit.

Nota.

De Ratione compositionis ciborum, ac præparationis. Cap. LXXIIII.

VAmus ciborum compositio, ut aliàs dixi, ualetudini sit inimica, tres tamen ob causas de ea sermonem facere cogimur, una quidem ob necessitatem, cùm cibus cuius copia est, non bonus est, aut omninò insuauis, neque sufficit præparatio ut in alio, unde Moretum illud Virgilianum: Ita siliginis farinam seu segalæ componunt Germani, ut pani triticeo assimiletur. Et castaneas, & orizam, cùm pani faciendo parum apta sint, coquimus, cum aliisq; miscentes efficimus, ut edi commodè possint: sæpiùs enim diximus cibos eò esse utiliores, quò suauiores: Et farcimina componimus, ut caro suis rancida non euadat. Et etiam quoniam altilis suis immodicè cum sit humida, & cruda, & pinguis, & ob id flatuosa, & difficilis coctionis, & excrementosa corrigatur mistione, & tempore, cum alioquin conseruari non possit. Secunda est ob gratiam in conuiuijs, & usum in delicatis, & maximè potentibus uiris, iam consuetudine naturam imitante, imò uincente, ut de his affatim Apicius tractat. Tertia est ut cum in omni malo tria obseruare deceat, ut minùs mala sint, ut maiore cum decore fiat, & ut omninò facere id norimus, nempè optimum est, nil mali facere, huic proximum est minus mali facere, & ritè scire facere, et cum decore facere: pessimum uelle, nec scire minus malè, minus indecore: maius tamen est peccatum uelle, nec omninò scire.

Compositionis utilitas.

Nota.

Ergo huius tertiæ causę, quę omnib. alijs cõmoda est rationẽ inire oportet, sumitur ea à fine, ut cibus sit utilior, & suauior, ut id Poëticum in eiusmodi obseruemus:

Et prodesse uolunt, & delectare Poëtæ.

Hoc autem ea ratione fiet, ut temperatior euadat cibus, & compositione melior, scilicet ut minima minimis exquisitè misceantur: idq; cõtingit tum trituratione sub

tili, coctione, & agitatione. Ad suauitatem autem ut cùm illa odoribus, & saporibus constet, ut quæ conueniunt inuicem misceantur, idq; trifariam sapores saporibus, odores odoribus, tum uerò odores saporibus: & odores quidem bonos eligere sufficit, ac temperare illos decenti quantitate, ut ne exuperent, similiter & cum saporibus odores conueniunt: quidam tamen mali odores gratiam addunt, uelut allij: idq; fermè peculiare est, seu in saporibus non solùm boni bonis conueniunt, sed & mali quidam uelut salsus. Et in bonis ipsis etiam magnum discrimen comparationis est: uelut salsus si inter malos censeatur, maximè tamen congruit insipido, & etiam amaro, si inter bonos non conuenit, dulci conuenit, tamen admodum pingui, acris autem dulci minus quàm pingui, & insipido magis quàm dulci, minùs autem quàm pingui. Igitur in sociandis cibis habenda est ratio prima salubritatis, & si non ob aliud hoc in loco, ubi argumentum libri id postulat post suauitatis. Differt autem compositio à præparatione, nam præparationis duæ sunt partes, actio, & res quæ miscetur: res quæ miscetur semper pauca est mole, ui autem persæpè multa, ut aroma, acetum, mel pauca ut petrosiliũ sapa, omphaciũ: Actio ut frixa, assa, elixa, turulenta, in patella, in crate, aëri exposita, macerata, multa aqua sub cineribus, tusaq;, aut propè odorata, copolita, salubres igitur cibi, neq; tenuia, neq; dulcia, lentis, aut crassis, admista habere debent: nam quæ leuia sunt, facilè, & celeriter concoquuntur, & ideò uel trahunt secùm incocta, crassa, & lenta, & causam omnium malorum præbent: aut ipsa diutiùs retinent, ut de ouis dixi, corrumpuntur, & corrumpunt, atque in hoc differt mistio à præparatione, quod substantia in mistione plurima sit, quæ retenta nocet, aut translata: in præparatione non est necessarium, siue pauca sit, & retineatur parum obest, seu transeat ad iecur, idem contingit: si sola qualitas persæpè retunditur in uentriculo, & ideò deterior est mistio condimento, & præparatione. In dulcibus autem minus est discrimen præparationis, & condimentorum à mistione: trahit enim iecur dulcia, seu talia sint natura, seu qualitate ea affecta. Atque utinam nostri medici qui tãta de rebus claris scripsêre, hoc ipsum declarassent, quomodo iecur. quod animali sensu caret dulcibus adeò oblectetur, ut illa ante cõcoctionem trahat? præsertim cùm uentriculus, qui animali sensu præditus est, non percipiat, tamen nec amarum, nec dulce, sed sola lingua, palatumq;, & suprema gula, ac uix. Et si percipit, cur ergo nõ retinet? Et cur uua passa quamuis dulcis ab hoc malo excipitur? An forsan quod dulcia plerunq; tenui substantia sunt: ideo cum etiam calida sint, & celeriter concoquantur, breui transeunt ad iecur, & in bilem uertuntur. Acida autem frigida, & pinguia crassa, & acria difficilè concoquuntur, & ideò diutiùs in uentriculo manent: hæc igitur ueri similiora. Vnde concocta breui eandem quàm tenuia subeunt rationem, & eisdem noxis communia sunt. Quod si mistio non sit bene contritorum, eadem accident detrimenta, associata enim contritis trahũtur, quia adhærẽt magis si lenta sint, aut cum lentis mixta: Et semper chylus lentus est, uel propter mucum, qui à capite descendere solet, uel quoniam reliquijs prioris alimenti, unde sedimen in urina miscetur, aut quoniam concoctione ipsa condensatur. Sin autem tenuia sint mista, sed non bene mista, necesse est fieri chylum, & sanguinem, & alimentum non unius formæ, quoniam ab eodem, atque diuersis necessè est diuersa fieri: similia enim fiunt aut ex omnibus similibus, aut ambobus dissimilibus. Vt fratres similes ex eisdem parentibus maximè eodẽ tempore geniti, aut prorsus diuersis ambobus, ut duobus Gallis, & duobus Asianis. Oportet igitur in temperie miscere calida frigidis, sicca humidis: omnia autem boni alimenti, atq; succi. In saporibus autem dulcia, acida, & insipida bene sociantur, amara cùm exuperant nullis moderata, non nisi salsis, & acribus, acidis, non ita. Astringentia dulcibus, & omnibus quæ iucunda sunt gustui, diu enim retinent suauitatem. Propterea similia sunt collo gruis, quod optabat Philoxenus Siculus, ut diutiùs edendo sentiret uoluptatem eorum, quæ deuoraret: insuauibus adiuncta augẽt abominationem. Amarum tribus saporibus (ut aliàs diximus) inimicum est, dulci quod nauseã moueat, astringenti quod affligatur, insipido quod nulla expleteretundatur. In absynthio non adeò insuaue est, ut in acerba glande, quoniam nimis

Compositionis & præparationis differentia.

Dulcia quomodo noxia iecori.

Nota.

his astringit,& grauis est substantiæ,& inodora sit: gaudet enim amarum odore bo no,& mitescit,ut in myristica nuce,garyophilis,& garyophilata. Austerum cum astringẽtis & acidi particeps sit,& odoratum,commodè dulci miscetur, sunt præterea odores cibarij,ut aromatum,quę rectè cibis miscentur, alij licet boni non cibarij, ut moschi,zibethi,ambræ,& florum qui nõ rectè miscentur,aut parcissimè. Alij autem prauus odor simpliciter,unde deterrimus ab his,qui id ipsum deuorarunt,contra iucundus in cibis,quia cibarius,ludente in extremis natura.

De Sale. Cap. LXXV.

SAl omne siccat,detergit etiam maximè. quod subamarum est, cuiusmodi quod è nitri specie est,adeò ut abradat maximè tenui substantię iunctum, nam per se crassæ est,modicęq; excalefacit. Humidis ac obesis optimè copulatur,ut piscibus, & porcinæ carni,contra malè siccis, ut leporinæ carni,animalium enim corpora senum,& siccorum,si saliantur,euadunt ut coria, & cibos inutilia,ac atri alimenti. Eadem ratio uentriculorũ humidis aptissimum est, siccis noxius est. Dubitandum cur cum aqua multa substantia constet, immodicè tamẽ exsiccet? causam esse reor,quod exustum sit, atq; ob id operatur etiam aqua retusum: ea enim est natura ustorum, ut etiam ab aqua irritentur, aut saltem non obtundantur: nõ enim aquam in suo statu relinquunt. Depopulatur humida sal,& dispergit,digeritq;,cogit,astringit,extenuat,condensat quæ solida sunt: exulcerata erodit,prohibet putredinem, sitim excitat si quid aliud, & appetitum ciborum exacuit,oculis nocet,& uisui, urit enim humores, quo circa dysenteriam, & tinesmonẽ gignit,pruriginem,scabiem,genituram minuit,condit omnia amara pinguia, & insipida,dulcibus non conuenit,acria hebetat: reliqui eo non indigent sapore, uitam producit multum eo argumento quod immixtum oleo in lampade ignẽ longè diu tius alit. Antiquæ carnes dum non admodum siccæ utilius sale iuuenibus cõdiuntur. Ipso per se ueteres pro condimento utebantur, meliùs uerò cum olere quouis, maximè acri in ore retentum, dentes prohibet ne erodantur, & gingiuis utilis persæpè,non tamen semper ieiuni sub lingua ut liquescat,continent,nil omninò fermè alit,& tamen alit,pingue enim est,ut in quibusdam regionibus Indię uiuere sine sale non possunt,ita & temperaturæ quædam. Impositum atramento scriptorio prohibet ne à frigore congeletur. luuat etiam corpora aduersus frigora,atram bilem aget. Torretur,& nigrescit,inde dealbatur,quod siccissimum est,exterius admotum resoluit flatum. Dissoluitur aqua & excolatur,inde fiũt panes candidi, cuni forma, in mensarum usum. Aquam peruadit,oleo miscere nõ leue negotium est. Rubrum & in glebas magnas coactum efficacius est,& ad rem domesticam utilis. Seruãtur plura eo,uelut cappares,radices solidæ,oliuæ,sed cum aqua fungi, piscium plericq; sed nõ incorrupta substantia,ob hoc salire res leuissima,bene salire res industriæ plena. Vnde dicti sales scitè prolata: loco humido p̃ se dissoluitur, ut multis merx periret. Immodicè salsis multi commodè utuntur diu affusa aqua, & mutata, sed calida longè celeriùs. Aduersari uenenis salem hoc argumẽto deprehensum est, quod nemo à salitis,quos tamen crudos,& sine delectu condiunt,læsus inueniatur. Hyeme magis quàm Vere,& Vere quàm autumno,& æstate magis cõuenit. Extenuat sal corpus,ideo etiã conficitur uiperinum sal ad extenuandum immodicè pingues: uiperæ enim uiuaces abscisso capite,& cauda, in ollam noua uitro non obductam, cum sale mittũtur,& tandiu manent,donec corpora uiperarum in cineres rediganstur. Siccat in secundo ordine,calefacit in primo. Quo circa dubium est cùm crassæ sit substantiæ,cur erodat cùm multa sicciora,& calidiora,& tenuia id nõ agant? causam superiùs adduximus. Sal igitur moderatè sumptum confirmat membra, prohibet putredinẽ,uitam producit,quod terreum est, obstruit,& lapides gignit,& nocet habentibus humores acres, & urinæ originem, ulceraq; exedentia, & scabiem intus assumptum generat(ut dixi) quam curat extra adhibitum.

Salis uires.

Quæ sale inuncta tilia fiant.

Cur sal uitam producere existimetur.

Vt atramentũ non congeletur.

Vtilitas.

Nota.

Viperinum sal.

Vires.

De Oleo, & eius speciebus, & singulorum facultate. Cap. LXXVI.

Oleum & sal omnibus mistis communia esse.

Leum & sal cõmunia sunt omnibus mistis. Et oleum quidem uicem aëris, sal ignis gerit. Et olei facultas, ut ad cibos pertinet, est calida, humida, concoctu leuis, supernatans alijs cibis, sed magis potibus: idcq; animadUertendum, sedat dolores, & uentrem lenit, uentriculum laxat, & ob hæc

Olei uires.

fastidium parit, & alimentum eius est incorruptum, & quoniam supernatat, & est densum, difficile est ad concoquendum. Neque igitur oleum, neq; sal sunt species, sed eduliorum genera, ut non solùm ab alijs speciebus differant, sed generibus ueluti plantis, carnibus, piscibus: sed etiam inter se, ut non quemadmodum oleum amygdalarum & oliuarum, inter se differunt, ita sal oliuarum, & amygdalarũ. Ideoq; primum de hac differentia dicendum est: neque enim ut oleum à piscibus differt, quoniam genus est commune, pisces autem certum, ita sal differt ab oleo, cum & ipsum sit commune, sed non eodem modo: uerum ut dixi & terra, & aqua communia sunt. Verùm in hoc magno errore labitur Galenus, existimans salsum saporem

4. De simpl. Med. cap. 16.

conuerti posse, ut ex pomo in carnem, quod ex ulteriori coctione, salsa, amara euadant. At non plus salsedo commutari potest in amatorem, quàm albities in nigritiem, frigiditas in caliditatem, sed Galeno sufficit, ut salsa possint euadere amara,

Notatur Galenus.

quod uerum est tenui resoluta parte, secus nulla qualitas in aliam qualitatem permutari potest, neque generis eiusdem, neque alterius. Quod etiam si fieri posset, esset uterque sapor substantia. Dicimus enim transmutari quod subiecto eodem manente mutatur. At salsum cum fit amarum, tantundem deperit ex tenui priore sub-

Quid transmutatio.

stantia. At si fieret cum ad summum deuenerit, essent contermini, sed non sui est: nihil enim est immodicè salsum, simul & amarum, quinimò salsedo crescit, donec interficiat. Omnis enim sapor qui ad extremum peruenit salsus, amarus, acris, astrin-

Sapor uenenosus.

gens, acidus, est uenenum, & uenenosorum, ut in napello, sed dulcis pinguis, & insipidus in extremo esse non possunt, cum unus consistat in simplici aliorum priuatione, reliqui duo consistant circa medium: indicio est etiam quod magna quantitas salis (quantitas enim immodica qualitatem adauget, & experimentum, & ratio, & medicorum consensus ostendit) nullum habet saporis amari uestigium: sed non tam procul à proposito degressi sumus alterius gratia, quàm ut ostẽderemus etiam

Sal quomodo fiat.

ex Galeni suppositis quod sal esset, & quid posset. Ergo cum sal fiat ignea ui in materiam terream agente, ita ut attenuet, si totum patiens terreum esset, ex huiusmodi ustione, iam nõ salsum, sed amarum fieret. At nos diximus salsum iam factum esse:

Saporum diuersitas unde.

ergo oportuit tantum humidi sociari, ut amarum euadere nõ posset: Ex manifestis ergo inchoëmus rursùs. Ex actione calidi temperati in humidum crassum absque dubio fit pinguis sapor: in tenue dulcis, in aqueum parum non terræ admistum insipidum, seu ut calor non tantus sit ut attingat actio ad terreũ. Ex actione sicci in terreum, & modicum aquei fit astringens: ex sicco & frigido uehementi in aqueum acidus. Ex actione caloris adurentis fiunt tres sapores: in terreum per se amarus si sit crassum: in tenue terreum, seu humido mistum, seu per se (semper autem & in his, & in salso cùm sit calor igneus, est & siccus) acris. Ex actione autem caloris ignei in aqueum terreo admistum fit salsum, unde duo priores sapores ad uenenum pertinẽt cum salso, sed hic minus. Sal ergo non misti qualitatem adeò ut oleum, quoniam illius author est calor immodicus, & siccus, quem uerò uocant ammoniacum, uene-

Cuiuslibet salis uires.

ni naturam sapit. Omnis salis species ergo urit, siccat, astringit, dissecat, putredinem arcet. Eius natura est quasi media inter acidum & acre: non quemadmodum acetũ quod medium est, quasi particeps utriusque. Magis siccat sal, quàm acidum, quia aqueo associat terreum tenue: magis quàm amarum, quia magis penetrat ob tenuitatem: magis quàm acre, quoniam acris est magis calidus quàm siccus: cõtra salsus.

4. Meth. cap. 7.

Sunt autem duo salsorũ genera, ut Aristoteles inquit, quod coit in duritiem, aliud quod duntaxat igne crassescit, uelut aqua maris, donec aquæ nomen retinet, non salis. Quo circa ex subamaro superaddito humido fit salsum, ut cineri addita aqua lixiuium,

lixiuium, non quod amarum quicquam commune habeat cum salso, nam ex aloe, colocynthrida, & anguino cucumere, ac gentiana fieret salsior sapor, quam ex cine re. Verùm non fit ex amaro, sed tenui parte salsa, quæ cum cinere, ac similibus permista est. Vnde patet causa cur sal nitrum nostrum adeò (si præparetur) celeriter uratur. Vtraque enim pars terrea & aquæ tenuis est, & calida ac sicca, nec ignibus in lignis deperire potest, ut nec terra, nec aqua: sed hæc exhalat, sed hæc extra limites. Oleum autem fermè sali aduersatur, in quibusdam tamen simile est, resistit enim putredini mirum in modum, & uitam producit, sed humectat plurimum, & copia illius subuertit, non solùm uentriculum ut diximus, sed illum labefactat: omne oleũ laxat, & ad lapsum iuuat, & occidit uermes, & serpentes: plurimus usus eius generat herniam, ac ramices laxando omentum, unde etiam procidit, atque disrumpitur, & etiam erythroidam tunicam emollit, & efficit ut flatus, & intestina per eam descendant super pubem, & deinde etiam inferotum usque, auxilium eius est à sale, & melle, ideo hæc tria rectè copulantur, sed mel quod ad gustum attinet, neque his, neque amaro ulli commodè iungitur, ut nec saccharũ, aut aliud dulce. Dulce enim pingui, nec amaro non conuenit: uni nimis simile alteri contrarium. Olei duplex natura, alia ut oleum est, alia ut alicuius oleum, uelut oliuarum, aut amygdalarum oleum continet semina omnia, ut aliàs demonstraui, quæ tamen copiosum effundunt, sunt oliuæ, amygdalæ, lini, & rapæ semen, & nuces, est & glans unguentaria quæ oleum mittit, quod non fit rancidum. Differentiæ etiam huius plures à modo: fiunt enim olea ex immaturis oliuis, ac seminibus, alia ex maturis, sed nuper decerptis, quæ optima sunt, alia ex maceratis, quoniam plus excipitur, sed eò deterius. Quamprimùm à fæce purgandum est, aliter corrumpitur. Optimum, clarum, leue, inter uiridem, aureumq; colorem, quod quasi dulcescit, & expers odoris primo gustu uidetur, oleum oliuarum humidum est, & in ultimo eius quod esse potest, in primo autem ordine calefacientium, oleum autem balsami non propriè oleum est, sed lachryma, & est tenuissimæ substantiæ, adeò ut lapillos etiam uesicæ epotum si quid aliud exterat, & putredini omni intus & extra resistit. Cæterùm oleum è semine raphanitidis, quam uocant raphanũ, siccas partes habet immistas, estq; tenue & calidius: oleum mediocriter nutrit: amygdalinum confert tussi, & lieni, sed uentriculo obest: omphacinum quod ex immaturis uuis elicitur dysenteriæ utilissimum est, ac quasi refrigerat, tuendæ sanitati, & maximè uentriculo cõfirmando præstantissimum habetur. Ponitur frigidum & siccum in primo ordine, quod mirum uidetur, cum toto genere sit adeò calidum & humidum: oleum omne humores crassos reddit, corrũpitur oleum cum solum coquitur, ob id aquæ parum immiscerì debet: olea è semine urticæ, & Cnici, & Gnidij, & Heliotropij purgant uentrem, ex amygdalis autem amaris, & nucleis persicorum etiam urinam prouocant, præterid oleum è fabis, & lentibus, & semine piloselæ maioris, mirum in modum herniæ cõfert: atq; ea ratione in alijs seminibus. Flores omnes in sole positi in oleum uertuntur, præcipuè sambuci: potentia enim sunt ad semen. Sed & balsaminæ fructus. Oleum sic è floribus uerbasci ad herniam, & hæmorrhoidas utile, alimentum ex oleo crassiusculũ est, & tardè conficitur: oleum non tamen contumax est, in bilioſis, ad bilis naturam facilè transit. Non corrumpitur, nec corrumpi sinit humores. Caseus & farcimina non solùm in oleo incorrupta seruantur, sed multò efficiuntur meliora, oleum quoque superimpositum, succos seruare solet.

Olei uires.

Semina omnia olei continere.

Oleorum differentiæ quæ, & uires.

Balsamum ne ficæ lapillos exterit.

Nota.

De Aceto. Cap. LXXVII.

Aceti uires.

ACetum autem inter temperata in calore refertur, exiccat in secundo ordine, sed potiùs calidas, & frigidas partes habere uidetur. Est enim acidum simul, & acre nõ ut limunij succus, aut oxalidis acidum tantum, uel ut pigis per acre tantum: cõmunicat cum tribus alijs in hoc, quod putredini magis etiã in corpore humano resistit, non tamen seruat ut alia quæ imponuntur: nam ut ea à putredine tuetur, ita corrumpit exedendo illa. Immodicus eius usus ut pestilentibus

lentibus febribus solum utilis est, etiam extra si lauetur homo, si igni superaspergatur, & loco aquæ cubiculi solium, ita oculis, neruis, uentriculo, cerebro, ipsum magnæ pestis loco est. Moderatus tamẽ usus eius excitat cibi appetentiam, ex eo melle & aqua fit oximel omnibus notum: res corporibus pituitosis, crassis, obstructis, robusto uentriculo, & iecore, tam utilis, quàm alijs noxia: adeò enim iecori nocet, ut illius assiduo usu hydrops gignatur. Est autem potius medicamentum quàm cibus, non magis quod nihil, aut propemodum nutriat. Cur uerò acetum si uas, uel minimum aquæ tetigerit, saporem acrem amittat, atque corrumpatur, in libris de Rerum uarietate declarauimus, in quibus etiam modum quo acetum fiat, acuinum in ipsum transeat, edocuimus.

Oximel.

De Melle, & Saccharo. Cap. LXXVIII.

Mellis uires. Quibus noceat.

MEl cum calidum sit & siccum, nescio cur Galenus non prohibuerit sentibus, quib. uult omnia eiusmodi obesse, cùm tamen nihil illis sit salubrius: nutrit parum, calidum est atque siccum in fine primi ordinis, bilioſis inutile, & his qui calido, & puro sunt uentriculo, aluũ cit: sed si cum aqua coquatur, & despumetur, omissa acredine melius alit, nec citat aluum, nec uẽtriculum lædit. Optimum Hispanicum, lentum ut laricis lachryma densum, admodum album, & dulcissimum, post quod est quod ex Græcia uehitur: maximè Cephaloniæ Insula: si plus edatur ex illo solet uomitum ciere. Optimum uernale, inde æstiuum, peius hyemale. Adeò resistit putredini ut fructus horarij, & carnes, etiã in loco frigido media æstate diu in eo seruentur, si impositis illis tamen coquatur, aliter diluitur, inde putrescit, nec est quod minus inficiat quæ in eo seruantur. Nihilominus quatenus dulce admodum obstructiones parit, & maximè mistum cibis crassi alimenti: ideo solum cum pane, & oleribus acribus edi debet, inflammat etiam iecur, nec uidetur iuuenibus utile: cum piscibus autem optimè sociatur, qui tamen facilè concoquantur, ut gobione, & saxatilibus uocatis. Vlceribus omnibus internis si edatur utile est, & externis appositum. Tantum utile pectori & pulmoni semper, quantum solet iecori obesse, generat uermes, alitq; saltem eos ad superiora, trahens in periculum non leue uitæ, adducit illis obnoxios: propterea arceri ab infantibus omninò debet, coctum per se corrumpitur, & minùs nutrit, fitq; amarum, bilioſum. Improbi seplasiarij ut candidius uideatur, & densius, ac dulcius, miscent milij farinam, quo nihil nocentius: est enim fomes morborum, cum farina illa nunquam concoquatur. Et iecur ob mellis dulcedinem illam ad se rapiat. Omnia enim membra naturalia, lingua, os uentriculi, & imum iecur, intestina, nares, & lien dulcibus mirum in modum delectantur. Ex melle quatuor eliciuntur partes destillatione, quarum una tabidis est utilissima, habentibus uentriculum imbecillem, & iecur, mel parum conducit, urinam mel prouocat cum aqua coctum, crudum uentrem per se coctum neutrum, sed nutrit uberius. Quocirca cum nec ponatur excrementitium, & tamen parum nutriat, dubitatio subit, quomodo aliquid possit parum nutrire, & non esse excrementitium: necesse est enim plurimum supereſſe excrementi, si parum transit in alimentum, aut si multum alterius substantiæ, utpote carnis in alimentum transeat non esse excrementitium: modò non uidetur Galenus ipsum dicere excrementitium: quinimò laudat ipsum, commendatq; pro sentibus, quibus nihil excrementitium conducit. Verum si in hoc animaduertamus, Galenus nulla ex parte deliquit, cùm non excrementitium uocet, quod plurimum fæcum gignit, sed quod uersum in sanguinem plurimum, postmodum in eo relinquit inutilis, uel ob tenuitatem, uel ob crassitiem: unde dum de ouis frixis agit, inquit: [Prauum succum gignunt atque excrementitium, adeò ut excrementium non ad rem, sed ad succum referri debeat.] & infrà: [Extremæ autem prauitatis secundùm consistentiam sanguis est, tum crassus ut pix liquida, tum serosus, adeò ut postquã è uena effluxerit, atque cõcreuerit, plurimum relinquat a quoſus substantiæ supernatantis. Iuxta hæc ergo quatuor differentiæ alimentorum reliquun-

Nota.

Quæ membra dulcibus delectentur.

Dubitatio.

Lib. 3. de Alimen. c. 22.

Cap. 26.

tur,

tur, quæ plurimum nutriunt, & non excrementitium succum gignunt, ut oua apala, ac tenera quæ plurimum nutriant, & excrementitium succũ gignũt, ut oua frixa maximè dura, caro porci senis, & inter pisces cetacea, & mollia, ut polypi, & mugiles fluminum ora nutriti transeuntium per magnas urbes: parum autem nutriunt, & excrementitium succum gignunt radices omnes, mala insana, fructus horæi, & acria omnia uelut porri, & cæpæ: paucum, & parum, ideſt, non excrementitium uelut mel, & saccharum in quibus concoquũtur, nam ut dixi quod nimis tenuis substantiæ præbeant alimentũ, & calidum, ac siccum, ob id in bilem facilè uertuntur, si uel calidus sit uẽtriculus, aut iecur: aut bilis ibi adsit, aut febris, nõ quia dulcia. Sunt & pauci alimenti, & non excrementitij, pisces saxatiles, & gobij & passares, & asini: de paruulis omnibus duo: neq; dubium est tales huiusmodi esse. Accidit præterea his alimentis, ueluti melli ut flatum excitet in tertia coctione, ideo ueneni utile est, quædam non excitant uelut caro solida, & iecur gallinarum. Et aliorum succus est tenuis, uelut mellis, ideò facile dissoluitur: ita hiatulæ, purpuræ, buccinæ, ungues, uertebræ piscium genere. Et porcina inter carnes solidum exhibent alimentũ. Mel ergo paucum, calidumq;, & tenue, & purum præbet alimentum: probaturq; magis quod oritur ubi flores odorati proueniunt, uelut thymi quo maximè gaudẽt apes, unde illud Virgilianum:

Dumq; thymo pascentur apes, dum rore cicadæ.

Nota.

Calidi est, & sicci temperamenti in secundo ordine, detersoriæ facultatis, unde etiam ulcera mordet. Materia fermè omnium medicamentorum, quæ intus sumuntur, ob gratiam, & innocentiam, & quod illa à putredine seruat ut dixi, miscetur etiã multis emplastris extrà, quod repurget, siccetq; ulcera, & calefaciat moderatè. Ergo ut ad rem redeam non est excrementitium, licet parum nutriat: quoniam tametsi plurimum gigneret fęcis, aut urinæ, nihilominus ex crementitij nomẽ non promeretur, quod id ad succum non rem referri debeat. Quædam etiam sunt quæ etsi parum nutriant, neque tamen plurimum fęcis, aut urinæ procreant pro ratione assumpti: (semper enim eo referenda est oratio) quoniam exhalant in uapores, atque ea noxia sunt capiti, plura uerò ex his, quæ parum nutriunt, in urinas uertuntur, ut ponum semina, & olera: quædam mollem efficiunt aluum, quæ deteriora sunt, uelut cerasa, quoniam humor ille iecori parum gratus est, & crudior est. Habes igitur excrementitij, & parum nutrientis discrimen. Mellis autem non unum uidetur esse genus, quamquam omne ab apibus conficiatur, præstantissimum enim omnium ex Cephalonia insula aduenitur: sunt & mella uesparum, & crabronum, quæ adeò loci ipso apum inferiora sunt suauitate & paucitate, ut inter mella referri non mereantur. Alia etiam ex apibus ob regionum uarietatem, multò infirmiora, diluta, insipida, nec amoris expertia. Fitq; mel omne ex rore: nam apes ex floribus fauos efficiunt, & arborum lachrima cera, ex rore autem mel. Ros igitur aut cogitur ab animalibus, fitq; mel, uel cogitur sponte, fitq; mel quod manna sicca uocatur, uel non cogitur, fitq; manna liquida, ea est ut ros congelatus, uiscida, & gustui maximè iucunda. Ex eo genere etiam est quæ cedria uocatur, cuius meminit Hippocrates libro de uulneribus, nam manna fermè tota colligitur in conniferis arboribus, uelut cedro, & larice, colligitur et in salice sed pauca, multoq; minus in alijs arboribus, neque in tota arbore ulla, sed solum in cacuminibus & (ut dixi) maximè conniferarum, causa est aër qui undiq; circumambit propter foliorum exilitatem, nam in foliis latioribus spargitur. Ex notis autem mel optimum nunc dignoscere licet, dulcissimum enim & acerrimum optimum est, hoc idem luteo colore est, substantia uerò tenax admodum, ac uelut uiscum, lentum, neque crassum admodum, neque tenue perspicuum, atq; purum, & odore suaui. Mel liquidum purum se ipsum reddit, expurgatq;, reijciens quod impurum est suprà, ut expertus sum, quo fit ut abere non possis, si in uase seruaueris: sed durum manet, impurum, interim uerò senescit. Saccharum autem nostrum etsi non desint, qui dubio procul existiment, unum & idem esse cum eo, quod ab antiquis inter mellis genera describitur, ex eademq; planta prouenire, nihilominùs constat maximam inter ea esse differentiam; ut nos

7. De simp. Med. Mel omnium medicamentorum materia.

Mel ex rore quomodo.

Notæ optimi mellis.

Saccharum quid.

in sexto Contradicentium demonstrauimus, non enim super arundinum folia ex rore in modum mannæ concrescit, ut illud antiquorum, quod est genus mellis siti per cannas concreti, ut testantur Dioscorides, & Plinius, sed ex cannarum expressione fit, deestq; materia cœlestis, roscidaq; illa, ab exhalatione per sudum, ex qua mel, & proinde acrimoniæ minùs in saccharo, nec caliditas tanta: solis enim feruoribus ex arundine succus exprimitur, gummiq; modo duratur, hæretq; aperto cortice, quod uoce Arabica *tabarzt* dicitur, quod & Plinius libro duodecimo affirmat, inquiens: [Saccharum & Arabia fert, sed laudatius India] Est autem mel in arundinibus collectum, gummium modo candidum, dentibus fragile amplissimum, nucis auellanæ magnitudine, ideò non ex rore ut manna euenit. Ideò cum primum ab hominibus deprehensum fuerit in tota planta succum subesse suauissimum, ducente ingenij sagacitate, excogitare cœperunt, hoc idem arte & longè pulchrius fa-

Cap. 8. cturos posse, neq; id incassum. Nunc enim temporis saccharí integros calamos assumunt, minutimq; incidunt, atq; ignis calore tandiu decoquunt, donec uniuersus liquor (absumpta omni aqua) diu efferuescens in saccharum salis modo in uasis sundo concreuerit, & quod tertio decoctum est, summi est candoris, & densitatis, quod secundo uilius, omnium uerò uilissimum, quod primo tantùm rubrumq; uocatur, quo in eneumatibus utimur: quod secunda fit coctura *demedera* uocatur, quod sinum, ac perfectissimum, quod tertia, hocq; pro lautioribus persæpè seruatur, ut quæ in mensas ueniunt eo condiãtur. Nec tamen omnibus planè conuenit, nec omni tempore, nec omnium est cõdimentum. Assa enim ac frixa, elixa ue ritè, eo potiùs deteriora fiunt: paulò etiam calidioribus naturis, aut temperamento, aut ætate, aut utroq; semper nocet facili conuersione in bilem, atq; eadem ratione æstiuis tem-

Vires. poribus. Temperatum autem est, & minus melle calidum, impurius tamen, & rudè, ideſt, primæ coctura calidius est, nec acrimonia expers, absterſioneq;: candidius uerò, quod quarta uel quinta fit coctura minus calidum est, coctione enim acrimoniam deperdit, & potestate qua pollet extenuandi, ac detergendi, nec obstruit, nec glutinositate moram trahit. Quod uerò sponte fluit cum nullam admistam aquam habeat, uocaturq; à Principe Sulimentum, hoc nulla ex parte melle est inferius in abstergẽdo: reliquum quod nobis in usu est propter admistam aquam, cùm palàm sit melle dulcius minus abstergit: frigidis autem atq; siccis obsonijs adhibitum ad temperamentum reuocat, nec calidis & humidis aliquod detrimentum affert, sed omnia lenit, ac mitescit: eoq; dulciarij pistores in panificiorum genera utuntur, & seplasiarij multas, uariasq; figuras, ac formas ei tribuunt, ad hominis delitias, nec non etiam in medicamentis, abominandisq; potionibus delitiæ locum habet, nam

Saccharum roseum purgans. ubi aluus non demittat, paratur saccharum roseum huiusmodi: libram unam saccharí cum libra una roris, dissolue, purga, ut solet cum oui candido, inde unciam unam rosarum Persicarum immitte, cùm iam feruet saccharum, & ubi paululum coxeris, extrahe: aliamq; unciam simili modo indito, atq; ita usq; ad duodecimam unciam: præstat autem rosas cum rore esse collectas: demum coquito ad perfectam rationem, additoq; uncias quatuor rosarum rubearum: & in sole exponito: hoc non differt ab alio saccharo, & innoxiè purgat, cum uoluptateq; deuoratur.

De Muria, Garo, Sapa, & Omphacio. Cap. LXXIX.

Muria quomodo fiat & garum. *Lib. 31. c. 7. in fin. & 8.*

PRoxima sali Muria ex eo nata, & ab antiquis celebrata. Fit sanè ex illo condiuntur pisces, sicut & garum. Plinius inquit, Aliud etiam nunquoris exquisiti genus, quod garon uocauêre, intestinis piscium, cæterisq; quę obijcienda essent sale maceratis, ut sit illa putrescentium sanies, olim conficiebatur ex pisce, quem garon uocabant, nunc è scombro pisce laudatissimum in Carthaginis Spartarijq; cetarijs: sociorum id appellatur, singulis millibus nummûm permutãtibus, congios penè binos, nec liquor ullus penè præter unguẽta maiore in pretio esse cœpit: nobilitatis etiam gentibus: Alexander prima probleumatum: Garum quia tenue & calidum est, idcirco minus perriget: esse autem diuersa ga-

rum,& muriam,quanquam garum ſeu garon Græca uox ſit,cui alia non reſpondet Latina,& Muria Latina,quæ Græcam non habet,aliam in eodem ſignificato oſtendunt Plinij uerba,paulò pòſt:Laudantur,& Clazomenæ garo,leptiſq; Pompei,ſicut Muria Antipolis,ac Thurij:iam uerò & Dalmatia, uitium huius eſt alex imperfecta,nec colata fex: cœpit tamen & priuatim ex inutili piſciculo, minimoq; confici,Apuam noſtri Aphytis Græci uocant,quoniam his piſciculus è pluuia naſcitur. Foroiulienſes piſcem ex quo faciunt lupum appellant. Tranſit deinde in luxuriam, creueruntq; genera in infinitum. Idem quod muriam ſponte emitti ex mulo piſce, dum coquitur,ſi harundine diuidatur,aliorum ſententia refert. Conſtat ergo & garum eſſe piſcem,unde nomẽ ſumptum,& liquamen muria nobilius,ut quod ex garo piſce unde nomen ſumpſit,inde ex inteſtinis nobiliorum piſcium,& ſcombro,ac mulo fieret:Muria autem ex lupo,alex ex apuis,hæc eſt rei ueritas,atq; ſententia authoris, quanquam parum inuoluta. Quod ergo habemus nunc ex apuis Genuã ſmiſsis:alex eſt muria inferiùs multò magis garo. Maſſarius in Pliniũ addit Spartariam fuiſſe inſulam è regione Chartaginis,& ſalſuginem piſcium uocari alme potius quàm alecem, quæ eſt fex gari, garum confici ex ſcombrorum uiſceribus,& etiam carne:addit Rondelletius cauſam,carnis mollitiem,& ſuauitatem,ſpinarumq; defectum: fit & oxalme ex aceto, & garo maximè tenue,uelut & ſcorodalme ex allio & garo,incidens quaſi medicamentũ. Porrò garum ut ſumatim repetam ἄγαρον dictum,id eſt,piſcatum liquamen, quod in piccatis uaſis piſces condirentur, ita ut ſit ſanies quædam ex inteſtinis gari piſcis ſmaridis è genere,uel ſcombri,ſale condiris in piccatis uaſis appetentiam admodum excitans, guſtui iucunda, & cruda diſſecans,attenuans,ac deijciens. Sapa autem quam noſtrates uinum coctum appellãt, ingenij eſt,non naturę opus,decocto uſq; ad tertiam muſto,quæ nec melli qualitatibus ſuis diſsimilis eſt, calido enim atq; ſicco eſt temperamento, euaporatis aquoſis omnibus partibus, ideò rectè admiſcetur opſonijs natura frigidis, atq; humidis, & præcipuè ſi pectus ac pulmones purgare poſtulent, à Galeno enim pro confici endo eclegmate Diacodion pro tenuibus ad pectus deſtillationibus defrutum mel li præponit, quia longè magis craſſum facit:fit enim defrutum cum muſtum ad dimidiæ partis conſumptionem decoquitur. Præclaros quoq; Sapa præſtat intinctus,ut multa opſonia ritè parentur,condianturq;,& ſæpè poma, pyraq; in ea incoquuntur. A renibus etiam atque ueſica ſordities detrahit, flatus autem parit, tardè concoquitur, & uiſcera obſtructionibus implet:in eo uel ea moderatè uti, uel acetum,aut aliud tenuantium ei admiſcere oportet,ut innocentior fiat,& pulmonibus utilior. Omphacium ex omni uuarũ immaturarũ genere in Italia paratur, ipſumq; ueteres ad medicinæ uſum ſolummodò conficiebant,nunc uerò ad ciborum etiam condimentum,& ſi pluribus diebus ſub ſole dimittatur ut fex ſubſideat, & inclareſcat ſuccus: non tamen cogitur ut illud antiquorum. Exprimitur enim ſuccus ex uuis nondum matureſcentibus, priùs contuſis, deinde inſolatur, aut leuiter excoquitur,ſalemq; nonnulli adijciunt,quod nobis non placet. Miras mortalibus utilitates præbet, & præſertim in magnis æſtatis feruoribus: ſuccurrit enim uentriculo ſiti affecto,cibumq; faſtidienti,acidum eſt,ob id refrigerat, ut Galenus multis in locis memoriæ prodidit,atq; ſiccat,ſed omni acrimonia caret, ideò non penetrat ut acetum, craſſarum enim eſt partium, imò læui quadam aſtrictione,uentriculum, iecurq; corroborat,& ſæpè diſſolutam appetẽdi facultatem reuocat,atq; biliioſos humores abſumit. Eius etiam grana detractis acinis, in carnium elixandarum iuſculis decoqui ſolent, uicemq; condimenti præſtat, atq; aliorum eſculentorum caliditatem attemperat. Multos etiam in arte medica uſus habet, ut Dioſcorides teſtatur, contra oculorum nebulas,ac ſcabrities,non læui iuuamento paratur,ſed cauendum eſt à ſalito,quod febres etiam plerumque acuit,& corpora plus iuſto ſicca reddit.

Libro 32. cap. 10.

Cap. 17.

Vires.

Sapa quæ.

Nota.

Defrutum.

Vires.

Omphacium.

Vires.

De Cinamomo, & gariophylis, Cap. LXXX.

Cinamomum quid.

Cinamomum putat Græcia ab Horto, Medicus Lusitanus ut refert Carolus Clusius Attrebatensis, qui illius librum in compendium redegit dici, quasi Cinæ amomum: sed Galenus scribit Cinnamomum, neq; credo illum Cinam Regionem agnouisse, tum præcipuè quod & Chinam alij scribunt. Sed quid opus est uerbis, non ne hæc est illa regio, quæ à Ptolomæo Sina uocatur o LXXX. partibus à Fortunatis distans, & iuxta Tropicum Cancri. Si igitur Ptolomæi ætate Sina uocabatur, & Ptolemæus ætate Galeni fluit, & Galenus cinamomum uocauit, oportuit Sinamomum dici. Hic ergo uir falsò existimat hoc nostrum cinamomum etiam esse antiquorum cinamomum, cum nõ sit, sed procul dubio aliud erat cinamomum antiquorum, cuius etiam inopia tũ erat apud Romanos Imperatores, sed est cinamomum nostrum casia antiquorum atque Galeni, cuius uires sunt cinamomi nostræ ætatis. Estq; partim Mescilitæ casia, quod tenue appellamus, & magis mordet, & odoratius est: estq; Zeilandicum cinamomum, ignauis uerò Malauarense. Cortex est medius arboris oleæ similis, foliis ac fructu penè lauri, sed flore candido. Est autem quod optimum est, seu casia Mescilitæ, cortice flauo, odore acuto, & iucundo sapore, acri, & subdulci, astringente; q; modicè, & est leuis. At cinamomum Galeni geniculatum erat, id est, frequentibus nodis distinctum, ex uirgulto (non arbore) simili helleboro, quod uires suas triginta annis seruabat, cùm alij frustrà ob tantas uires crederent esse incorruptibile ut ille ait, odoremq; inexplicabilem bonum effundere, & calidum quidem gustanti- bus uideri: ueruntamen non ita mordere, ut palato tristitiam afferat. Ergo aliud prorsus fuit cinamomum antiquorum quàm hoc, & longè etiam ab eo differens: nec mirum sit amissam plantam, cùm & laser, & balsamum amiserimus, & moschum, & zibethum, & ambram ignota antiquis habeamus. Nostrum igitur cinamomum calidum est & siccum in tertio ordine, incidit, digerit, astringentis facultatis non omninò expers, & bibitum cum aqua, & uino singularem habet uim ad pulmonis, & pectoris uulnera, ulcera q;: confert etiam proliciendis mensibus. Hæc est casia Galeni, quam aliquando fistulam à similitudine, quando q; nigram quod nigricet, appellat, & id adieci commodè, quoniam Arabes fistulam casiam filiq; genus uocant. quod nunc ualde est in usu, uentrem leniens. Actuarius uerò hanc nigræ nomine intelligit, cum Galenus eiusmodi casiam, quæ aluum lenit, prorsus ignorauerit, sed cinamomo nostro duo hæc epitheta sæpè adiunxit. Garyophyllum uerò scribitur à Plinio, per G. à Paulo uerò Aegineta per C. in reliquis concordant, nam utroque Y & ph & per l geminatum scribitur: aliud q; Plinius intellexisse quàm Paulus uidetur, cuius uerba sunt hęc. Caryophyllon, quasi dicas nuci folium non eam habet substantiam, quę nomine prætenditur, sed ex India ueluti flores cuiusdam arboris festucacei, & nigri sunt, longitudine ferè digitali, odorati, acres, subamari, calidi & sicci in tertio propemodum ordine, qui multiplicis usus sunt, tum ad obsonia, tum ad alia multa medicamenta. At Plinij Garyophyllon rotundum, & maius pipere describitur, odore solùm commendatum, cum Græcorum seu Pauli sit, claui, exigui, forma longitudine digiti transuersi, parùm crassus acu superiore capitulo, denticulis quatuor in aduersum exertis, & sese stellatim decussantibus, prominulo apice quadrati alueoli, sinu prædio umbilicatim prodeunte, liquet duo describi genera, quorum quod Græcum est utilius, & medicinæ, & cibis gratius, et odoratius, & contusum quidem odoratissimum est, et in usu Myropolarum, atque id etiam duarum specierum tenue, & paruum, quod longè odoratius est, & in pretio, aliud crassius, atque tantò hebetius, idemq; longius ex Molucchis insulis deferri certum est, & zeilam, locisq; propinquis, sed admodum paucis. Planta lauri magnitudine, & foliis, sed angustiorib. flore copiosa primũ cãdido, deinde uirescẽte, postremũ rufo, qui induratus efficit: garyophyllũ prouenit in extremis ramulis more myrti: est autẽ ramosa arbor, cuius flos adeò dum uiret, odoratus est, ut nihil magis

Cinamomum nostrum non esse antiquorum cinamomum.

Primo de Antid. cap. 13.

Vires nostri cinamomi.

Garyophillum.

Lib. 12. c. 7

Lib. 7. c. 3. litera C.

Duæ Garyophyllorum species.

magis crassiores sunt qui non decidunt, flagellati sub plāta ipsa, nulla herba oritur, pediculi ex quibus pendent, sunt garyophylli ignobiles, & magni, redolēt & folia, sed non adeō ut flores, propagatur ex floribus uetustis sponte decidentibus: octonis annis adolescit, durat in cētesimum arbor, rotundum illud quod Plinius agnouit, collectio est florum antequam prodeant, atq; in melius est. Aliquando etiā fructus est arboris quæ in Insula D. Laurentij oriri consueuit, magnitudine auellanæ, odorati cuius potaminibus utuntur pro garyophyllis ueris, cùm sint infirmiores, namq; forma uerorum eiusmodi est, uires eximiæ sunt in confirmando os uentriculi, & cor, ac cerebrum, si frigida intemperie laborent: est autem medicina potiùs quàm cibus, neque enim in cibum admittitur ex nigris quod sciam, præter hoc ipsum est piper, quæ medicamenta potius sunt, quàm cibi, singulare hoc ipsius est ut coctum in uino sistat menses, & si ebibatur calidum, uentriculum mirum in modū laxatum, & non concoquentem iuuat, cibo uerò iucunditatē non paruā ex odore elicit: uerùm exsiccat immoderatè, & calefacit iecur, sparsum autem super caput, & maximè ex aceto conditum sistit destillationes, atque omnibus uisceribus ab humorum frigiditate tentatis subuenit, oculorum caliginē demit, & ante omnia oris halitum egregiè commendat, Veneriq; sopitæ succorum frigiditate stimulos addit.

Vires.

De Piperis generibus. Cap. LXXXI.

Piperis genera sunt quinque, è quibus tria tantùm nota sunt, longum, siliquastrum, seu croceum, & nigrum: Ignota sunt pediculatum, & album, sed album olim fuit cognitum, non autem pediculatum, omnia genera calefaciunt, siccāt, & acria sunt, omnia etiam genera croceo excepto sunt astringentia, & uentriculo conferunt præter croceum, quod in rubris siliquis nascitur, delatum ex Hispaniola insula Indiæ occidentalis: omnia enim genera ex arboribus suis hoc excepto nascuntur. Album & nigrum eiusdem sunt plantæ, cætera diuersis nascuntur ex plantis. Candidum enim est quod sole non torretur, atq; ideò humidius inter omnia piperis genera. Et nunc inter grana nigri seliguntur grana albi. Pediculatum seu caudatum in Orientalis Indię regione maritima Bonin regno, quod est positum circa Insulam Sancti Thomæ nascitur, acrius sexcuplo reliquo pipere, seu nigro: figuram habet cubebarum, & cum sit acerrimum gustu, ideo etiam calidissimum ac siccissimum, hoc sequitur siliquastrum, post nigrum, inde album, ultimo longum. Vidimus & Diepæ piperis genus quoddam ex India allatū, mucosum, & pingue ualdè, in uaginulis cōtentum, quæ nigræ erant: cum ipsum piper, colore esset ferrugineo, & maius nostro, quod ex Oriente defertur. Itaque cùm plurium habeat humidi concocti, gratius est uentriculo, iecoriq; : & maximè quod saporis sit mitioris, & longo piperi simile. Piper cōcoctionem adiuuat succorum frigiditate, atq; humiditate impeditam, quare dum uolumus aut uentriculum, aut primas uenas, aut partes circumiectas calefacere, debet crassiusculè cōtundi, sicq; deuorari, ut diutiùs ob crassitiem tardet, meliusq; actionem suam edat. Sin uerò habitus totius corporis conciliandus sit, tunc minutissimè contundi debet, ut celerius per uniuersum corpus deferri possit. Et tandem omnes uiscerum frigidas intemperies corrigit, cruditates auffert, urinam prouocat, Venerem stimulat, uentris dolores lenit, flatulentiā reprimit, abstergit, soluit, atque discutit, perquam igitur commodè in multos condiendi usus uenit.

Piperis genera quæ. Vires. Nota.

De Croco, & zinzibere. Cap. LXXXII.

Crocus calidus est in secundo ordine, siccus in primo, astrictoriæ facultatis particeps odoratus, quocirca uentriculo utilis, & concoctioni, discutit, & putredini resistit, utilis cordi, Coryriū celebrabatur, saltem sit orientalis, probatur maximè flauus, fulgens, redolens, & qui diutissimè seruat

Croci uires.

Primo de Antid. cap. 14. odorem, ideò emi & seruari debet in sacculo stricte ligatũ exigua portione aëri exposita ad experimentum, concoquit etiam collectiones, & dolores leuat. Præcellit
2. De Cõpos. Med. secundũ locos cap. 1. sec. 9. myrrham astrictione, & in discutiendo thus. Eius odor Galeno capitis dolorem inducebat, nos nunquam capite doluimus, uel minimum etiam per febres continuas uexati: ob id pronunciauit illum caput lædere, & mentem turbare, quod uerum non est, nisi corpus immundum sit, si tum largius sumatur. Confert iecoris in-
Nota. flammationibus, & uesicæ ac uteri ulceribus, somnum conciliat, & lætitiam plurimùm auget, cùm in grauissimo dolore filij bibissem scrop. 1. cũ uino somniaui me mori, & sensi exhalari ex corde calorem, quasi animam, & in posterum quieuit tristitia magna ex parte, adeò ut sim maximè alleuiatus hoc auxilio, tùm uerò experti sum. Conseruat humores in statu suo, nisi quod putredinem amouet, & seruat omnia membra naturalia, & est mansuetissimus uentriculo, & ideò etiam bonum colorem efficit. Confert plurimum pectori, & pulmoni, & facilem efficit spirationem. Et ego curaui laborantes ad mortem usu eius paulatim, cùm à funere reuocauerim, sed quantitas fuit incredibilis: tollit etiam acidos ructus, & ideo obstat generationi melancholiæ, aufertq; superfluum cibi appetitum, excitat Venerem, prouocat urinam, scyrrhos interiores mollit, ulcera quoque maligna curat, adiuuatq; partum. Et est cibus uitæ ubi lis securus ab attonito morbo, & uertigine, ideo debet
Zinziberis uires. misceri rutæ. Gingiber seu zinziber calidum est in tertio: dumq; uiret, parum siccat, siccum peruenit ad siccitatis ordinem secundum, cum ficubus sumptum, præsertim siccis, iecur, & lienem ab obstructionibus liberat, attenuat crassa, dissecat lenta, extenuat scyrrhos, & emollit, cum pipere albo & aceto miscetur medicamẽto excydoniis, & melle ad appetitum cibi excitandum, & est singulare. Confert etiam plurimum coctioni, atque hæc ex secundo de Alimentis, resoluit flatum, & Venerem excitat. Estq; radix quæ ex Aethiopia defertur, quæ humiditate excrementitia nõ caret, eius proinde caliditatem diu manifestam profert, retinetq;. Hodie ad nos importatur zinziber recens saccharo conditum, quod uirens appellant officinæ, quod & ad antidota additur, de quo aliàs sermonẽ habuimus, optimum est in quo amaritudo nulla percipitur.

De Nuce moschata, & Macere. Cap. LXXXIII.

Nux myristica quæ. NVx myristica solida medulla est, sed dura, odorata, & pinguis, cuius oleũ dum exprimitur, inunctum plurimum confert uentriculo, probatur ponderosa, eiusq; cortex ei adhærẽs macis dicitur, & ipse odoratus ac magis quàm nux eius, circundat cortex alius durior & continuus, non ualdè crassus, uelut nucis Ponticæ, & ipse odoratus, tam nucem quàm macim qui sub hora maturitatis aperitur, & decidit, ideoq; alterius generis est quàm Pontica, tum maximè quod arbos eius Persici nostri non sit absimilis, quanquam illa procerior, ac
Vires. breuioribus foliis sit. Vbi magis etiam maturuerit, cadit & macis. Calida sunt ambo in initio secundi ordinis, sed macis est etiam magis siccus, quàm calidus, & tenuis substantiæ: nux autem crassa & minus sicca quàm calida, & astrictoriæ facultatis particeps sunt ambo, sed macis magis in initio: nux autem diutius & in fine, oritur in Banda Indiæ insula, ignotaq; Galeno: & macis est terreus, & est similis rosæ, & minùs calefacit nuce. Et ambo confirmant omnia membra naturalia, & caput, & ideo etiam os uentriculi, & prouocant urinam, sed macis magis, & conferunt utero, & dysenteriæ, & uisui. Et macis aliud est à macere Græcorum. In o-

re contenta solent conferre uertiginem, & his qui animo delinquunt.

Et easdem fermè facultates habet, quas garyophyllon, ad condimentaq; non inutilis, & matrici ualdè amica.

De Potu-

De Potu. Cap. LXXXIIII.

PEracta iam ciborum omnium (pro ut à nobis inſtitutum fuit) tractatione, reliquum eſt ut de potu diſſeramus, quem non minus cibo homini neceſſarium eſſe, à nobis ſuperiùs ſatis indicatũ eſt, atq; in eo ut in cibis quoq; modus conſtituendus eſt. Potuum ergo præcipui ſunt aqua, & uinum: maior quoq; contingit error in potu quàm in cibo, quod plus in eo peccemus, nullo enim labore potus tranſmittitur, neque omnium eſt eadem ratio, plurimum refert temperamenti, ætatis, conſuetudinisq; uarietas. Proprium uini eſt adiuuare coctionem, & excrementa per urinas, ſudoresq; ſubducere. Verum iuuenes priore auxilio non indigent. Vinum autem nigrum cum urinas non ſubducat, ſenibus parum utile eſt, iuuenibus prorſus inutile eſt, ob id meritò dicebat Dioſcorides, uinũ album tam ſanis quàm ægris eſſe utilius. Vini ergo nigri ſeu rubri, nam hoc ſub illo comprehenditur, nullus erit uſus. Reliquorum duplex genus album, & flauum. Album proprium, neque dulce, neque calidum, flauum calidiſsimum: Porrò aqua omnium animalium naturalis potus eſt, neque calefacit, neque refrigerat, neque ducit urinas, nec prouocat ſudores, multò minus ſiſtit. Verum inter aquas maximum diſcrimen. Aqua utilior eſt uentriculo quæ bona eſt, quàm uinum, à ſimili enim unumquodque alitur, aꝯ cõfirmatur: uentriculi temperamentum frigidius eſt aqua, quanto magis uino. Quocirca pueris, & adoleſcentibus uini uſus noxius eſt. Quid enim habet quod educat fuliginis in ea ætate, aut quid opus eſt ad confirmandum roburq; labores, calor innatus abundè ſufficiunt. Iuuenibus paucum album uinum multa aqua dilutum optimum eſt, calorem ipſum ſuperfluum extinguit, humectat, uentriculo commodius: ſatis eſt ad educendum excrementa, nulla mala conſuetudo inducitur, ſed ut in iuuenibus uinũ accendit bilem, & febres, ita in ſenibus apoplexiam, & paraleſim, & ſtuporem, & tremorẽ, & calculos excitare ſolet. Octo ſunt excrementa quæ in corpore noſtro generaliter procreantur, fæces, pituita, humor crudus, melancholia, bilis atra, flaua, humor ſeroſus, & putridus. Aˆ putrido quidem humore febres fiunt, à ſeroſo hydrops, à crudo podagra, à fæcibus, & humore crudo coli dolores, ab utraque melancholia inſania, à pituita tremor membrorum, & reſolutio. At rogo cui horum magis competit uinum, aut potens, aut multum, aut ſyncerum. Atra bilis exuritur, melancholia magis aceſcit, utraque fertur à uino ad caput, & inſaniam gignit. Multum uinum aut potens exurit iecur, quo malo nihil eſt dirius, quod enim ſemel uſtum eſt, nunquam magis reſtituitur quàm caro, quàm panis, quàm ligna. Humores crudos deducit in intima, & ex his etiam lapides generat, ſeu in ueſica, ſeu in renibus: Iam ſi uinum potens bibas, aut multum, ſi non mutetur, urit uentriculum, & iecur, ſi mutetur, aut cerebrum petit, & furorem gignit, atque incontinentiam, aut patitur et aceſcit, debilitatq; non ſolùm uentriculum, ſed & iecur. At fæces aqua magis molliuntur, quàm uino, pituitam deducit ad neruos, & ex uentriculo ad cerebrum, unde ex confeſſo conuulſionibus nihil nocentius: bilem flauam exacuit, & morbum regium excitat: ſed ſi educere opus ſit, quid non facit uinum dilutum, & modicum, ſi uino utaris plurimo, aut potẽti, contingatq; langueſcere uentriculum, quo illum auxilio reſtitues? ſi febris incidat quid dabis, aquam non concoquet: uinum, non ne illum interficies, eoq; celerius ſi phlegmone laborauerit, aut peſtilens ſit febris? Quot inde incommoda ſequuntur: uini uſum quod habes, relinquis, finitur, aceſcit, turbatur, odorem mucidum contrahit, uappa fit, tempori anni non congruit, ſiquidem & hoc malum, accedit, ut cum temporibus uina mutanda ſint. Deniq; ſi ægrotus, mutandum eſt: ubi mutandum eſt periculum præſens morbi imminet. Vnde Epidaurij hac ſola neceſsitate magnum detrimentum accipiunt. Vinum infantes occîdit, pueros impudentes facit, adoleſcentes petulantes, iuuenibus habitum bonum corrũpit, ſenes reddit deliros. Quis uino deditus bonum finẽ habuit? Antonius Philippus Rex Macedoniæ, Alexander, Catonem obijcies, qua parte ſolum uituperatur. Quid dicã de Tiberio, Claudio,

Præcipui potus ſunt aqua & uinum.

Vinum iuuenibus inutile.

Aqua naturalis potus.

Vinũ cur pueris inutile.

Vinum quæ mala pariat.

Humores quos pariant affectus.

Nota.

Laus Cæsaris. dio, Commodo, cæterisq; monstris? His conferas Cæsarem qui continentia, & sobrietatis singularis fuit, quē interdiu bibisse haud temerè authores percelebres tradunt. Et si premeretur siti, proportione sumebat perfusum aqua panem, aut cucumeris fructum, aut lactucæ tyrsum, aut recens, aridum ue pomum succi uinosioris. Si tandem bono alicui fuisset uinum, natura non commisisset tantùm facinus, ut aquam uini uiribus non imbuisset. Vinum non uitupero, non excludo, sed ita ago, ut mihi plus debeat Bacchus, quàm ebrijs, nam in illis uituperatur, propter me nũ-

Vini usus qualis. quam nõ nisi benè audiet. Prima ergo ratio à iuuẽta est uini exigui usus, cum multa aqua, sed leuis, corpora enim maiora & firmiora, ac dentiora redduntur, ualetudo integra, robur maius, mens uegetior. Post usum leuis admittitur flauũ, sed paucius, atque dilutius. Tertio loco est uinum modicum, leue, syncerum, ac eò usq; ni-

• hil incommodi timendum est, quæ sequuntur uitio non carent, sed alia maiore, alia minore. Minimè peccant adeò ut etiam laudentur qui meracum, & potens uinum parcè bibunt, inter quos Hippocrates illud eis conuenire affirmet, qui generationi filiorum operam daturi sunt. Ego uerò an Hippocratis sit liber ille addubito: sed ut modo sit, alia ad finem unum laudantur, quæ secùs uituperatione digna sunt, sicut lac in tabidis, & his à quibus copia sanguinis effluxit. Post uini flaui potentis meri, sed pauci usum est aqua pura, sed optima. Ita uides me non uituperare uinum, qui aquæ puræ usum etiam optimæ quinto loco reponam, sexto loco est uini leuis, sed multi, ac syncerí copia, quandoquidẽ nec diluti probauerim: sed hoc interest, quod uinum album dilutum multum, deterius est quàm pauci, non tamen è malorum genere est, ut in calefactis aut consuetis, multum uerò uinum leue malum est, tam in consuetis, quàm non consuetis. Deterius autem est in cõsuetis omne malum, quod maiore damno mutari necesse sit: minus tamen afficit, quod consuetum est, quàm quod non est consuetũ, sicut quæ nõ consueta sunt, minus multò afficiunt, quàm

Consuetudinem frãgere. quæ sunt contra consuetudinem. Consuetudinem frangere dicimus cum aduersus longum usum agimus: id siue bonum, siue malum semper cum magno periculo fit: sed ad insueta transire non est adeò difficile, neque periculosum: propterea uinum album, leue etiam, multum tamen & syncerum morbum procreat contra consuetudinem sumptum: præter consuetudinem autem etiam non parum nocet. Neq; me latet aquam bonam sumptam uini loco, & in calido aẽre omnium esse primã, quod ad longitudinẽ uitæ attinet, & salubritatem, ac robur uirium, & sensuum, cerebrum enim à quouis uino, & quantocunque læditur, maximè si à potu contingat homi-

• nem, quouis modo moueri, aut exercere se. At in his qui studiosi sunt, cùm non uacent exercitationi, uentriculus tùm propter id, tùm propter studia imbecillior ad coctiones redditur: nec excernuntur excrementa, quare studiosis omnibus, uini a liquid albi, aut flaui bene diluti, dare conuenit, ad coctionem primam seruandam, & educẽda excremẽta: succedit copia uini flaui, melior quàm aquæ malæ, & quàm

Nota. nigri uini. Inter uinum autem multum nigrum, aut rubrum, & aquam malam multam, hoc interest, quod aqua si ualdè mala sit, uino huiusmodi etiam deterior est: sin autem non ualdè mala, tunc iuuenibus melior est, senibus deterior, ut contra aqua in senibus deterior est quàm in iuuenibus: sed de his hactenus. De singulorum nunc bonitate, ac uitio nunc agamus: illud primum tamen uelim scias, ubi corpus agitandum sit, uinũ esse deterius, quod & petat caput, & acescat in uentriculo, quæ duo mala sunt, sed omnium pessima.

De Aqua. Cap. LXXXV.

Aquarũ quæ meliores. Quarum optimæ sunt, quæ â cœlo descendunt, & maximè cum tonitru, & fulgure: quæq; fontanæ sunt, uelut Mutinæ è profundo terræ scaturientes, nam quæ ex montibus deteriores sunt, & crudæ: Et quæ ex cisternis colligũtur è fluminibus deteriores sunt, saltem in nostris regionibus, quod neque â calore terræ cùm sint in superficie, neq; solis ob frigiditatẽ aẽris concoqui possunt. In Aegypto autem Nili aquam ferũt esse optimã, tum alibi. Omnes aquæ

aquæ fluminum niſi reſideant, calculum generant, quia cœnoſæ ſunt, aut lutulentę, uel arenoſæ. Quæ autem uelociter currunt, præter id etiam crudæ ſunt, quia omnino expertes ſunt actionis ſolis. Quę lacuum ſunt, & ſtagnorum, & paludoſæ, etiam lethiferæ ſunt, & morbos longos, & malum habitum generãt, ſed de his hactenus, niſi quod omnis aqua eiuſmodi deſtillata corrigitur. Et cocta melior redditur. At trium primarum, quæ ſolæ bonæ ſunt, optimæ ſunt in regionibus calidis & ſiccis, & orientalibus: peſsimæ quæ in contrarijs locis, ſed quæ è cœlo deſcendit, impura eſt, & aliquãdo breui putreſcit, quæ coquitur, optima efficitur. Quæ autem è ciſterna melior eſt generaliter, quàm fontana, uel è pluuia, optima tamen è cœlo ac defæcata, uel ex optimo fonte, ciſterna melior eſt, & longè præcipuè in regionibus calidis: ſigna optimarum aquarum eſt hominũ longa uita, fœcunditas, color uiuidus, robur, dentes firmi, rara podagra, & calculus, atque hydrops, uel morbus regius. Quæ autem ab eſſentia illius ſumũtur, quod ſit expers ſaporis, odoris, pura, & ualdè clara, ponderis, paruum eſt diſcrimen, inter optimam ac peſsimam, ſed pota cito deſcendit ex hypocõdrijs: ſuperficiem illius inſpice, nihil udum habet, aut pingue, uel turbidum, aut nubiloſum. Effuſa ſtridet, & epota palatum nõ aſtringit, legumina in ea breui coquuntur, breui caleſcit, & breui refrigeratur: alueus purus, & è lapillis, aut ſabulo, non creta, nõ cœnum, aut lutum, lapidesue. Quadrupedum iecora rubra, pura, pinguedo alba, renes abſq; lapillis: ſaporis ſi inficiatur, ſtatim uertitur in ſpumam. Animal nullum præter piſces, eoſq; argẽteos gignit, & capriculas quæ aquæ ſupernatant. In ripa herbæ uirent ſi ſit fons, hæq; è genere graminis, aut etiam benè odoratæ: ſed una eſt optima aqua, bonarum autem multæ differentiæ his modis, nam primum alterius eſt ſaporis, odoris, ac uiriũ. Igitur aliquo modo mutatur, & ſi in ea extinguatur plumbum, multò deterior eſt pura, & efficit difficultatem ſpirandi, & urinæ, & malum habitum, ænea aliud. De Chalcantho, ærugine, ſtibio, alumine, ſale, & ſimilibus, & auripygmento, quæ interficit: ergo aliqua etiam iuuat. Dubium eſt de auro, & argento, ſed ueriſimile eſt, niſi concedamus idẽ eſſe æternũ, & nouũ, & quod omnia debeant conuerti in aurũ, uelut de Mida, quod aliquid depereat: igitur uires aliquas recipiet. Debet ergo ſæpiùs extingui in ea aurũ, efficacior ab argẽto, inde percolari. De ſubſtantiæ mutatione intelligendo denſum, & tenuem itidem liquet. Et ſimiliter de uaporibus: ita tamen ne fallamur, ſcientes eos eſſe aquã ueram, non aũt aërem. Dubium maius eſt, an recipiat impreſsionẽ cum delabatur, & in uapores uertatur, quo circa in medio, quaſi itinere feruefacta tenuior erit, leuior ac calidior, habet & aliud cõmodum quod attenuata ſubſtãtia, quæ in ea ſunt, ſubſident, unde purior multò redditur: quæ igitur externa ſunt in aqua cocta, & multò magis deſtillata biſariã abeunt, alia quidem tenuia euaporant, alia craſſa ſubſident, ita utroq; modo expurgãtur aqua ab igne, nec periculum eſt ut ulteriore caliditate tranſiens in uapores impura reddatur, cùm non tunc ſint aliena qualitate infecti aquei uapores, ſed ſimplices, non ut hi qui abierũt. Ergo ad hęc plurimũ cõducet percolatio, de aqua ab Hippocrate dictũ eſt, in cocta lõgè utilior: in omni aũt neceſſaria. Quærat aũt quis forſan, quare aquæ uſus adeò ſit utilis, & exoſus? Tria ſunt in cauſa: nam exoſus eſt, quoniã quod in acutorũ uſu de ea dixit Hippocrates, ad ſanorum uiuendi rationem perperam traduxerunt. Et quod regio noſtra aquas bonas ob frigiditatẽ non admittit: neq; in Thaſeo, neq; in Abderi, nec Lariſſa, aut Cranone, quæ omnes urbes ſunt partim in Theſſalia, partim Thracia, aut Arcadia, bonæ erant aquæ, quoniam loca montuoſa ſunt, nec præparabant aquam, ut diximus, uelut utendo pluuia. Ob hæc igitur aqua iniuſtè dãnatur. Cæterùm aqua longè utilior eſt uino, niſi uſus obſtet potentium uinorum, ut hi quomodocunque cedat res in diſcrimine ſint, ſeu conſuetudinem abrogent, ſeu in ea perſeuerare decreuerint: atq; ob id propter quod ab Hippocrate dãnata eſt maximè utilis, facit enim hærere cibum in præcordijs, & humores crudos, qui ſi frigidi ſunt, & humidi cõcoquuntur, & in alimentum tranſeunt, declaratũ enim eſt, quod ab humoribus coctis nulla noxa, nullusq; morbus creari poteſt. Sin autem calidi & ſucci, uel etiam frigidi & ſicci præparantur ibidẽ, & inde expelluntur per ſudores, urinas, ſcabiem, aluũ:

Aquæ fluminũ generant calculos.

Optimarum aquarum ſigna.

Percolatio utilis.

nam neq; hi generare possunt(cùm iam subacti fuerint) neq; podagras, neq; lapil-
Vini potio omnium malorum causa. los, neq; hydropes, nec laterales morbos, non febres aut phrenitidem. At uinum dum in uapores soluit humores, dum penetrare eos cogit in uenas, omnium malorum causa est: præsertim inflammationum insaniæ, delirij, febrium. Quamuis ergo aqua cruditates augeat, & magis cruditatem intendat quàm uinum, neq; tamen multitudinem illorum adauget, neq; prauitatem. Nõ enim tantum obesse possunt cum loco, in quo concoquuntur, nec nocere possunt, detineantur: contrà à uino eò penetrant, ubi ob caloris inopiam non possunt coqui, & plurimum obsunt, atque hoc clarum. At neq; multitudine augentur, quoniam singulis circuitibus mutant formam, atq; ita in alimentum transeunt, aut paulatim expelluntur, & non augentur. Contra illi à uino, nec possunt expelli, nec nutriunt, sed collecti simul graues generant morbos, & per se lethales. Nõn oportet tamen cibos edere graues, & duros, & frigidos: quanquam & in hoc uinum plus noceat, nisi quod noxa obscurior est: neq; enim ita uomunt illos, aut leuitate intestinorum, aut diarrhæa corripiũtur à uino, sicut aqua. Sed postmodum incidunt in dysenterias, dyarrhæarum loco, ex quibus plerique intereunt. Itaque ratione ego usus sum aqua in mane: uel quod post minus malum uino ualdè tenui, ualde diluto albo, ut ad urinam cruda transirent, quæ tam diu seruari nequibant, donec concoquerentur. In uniuersum si quid urgeat potus aquæ & bonæ, & non multæ cum cibis bonis, & benè coctis, quiq; paulciores sint, uelut si semel tantum cibo in die utaris, plurimùm iuuant ad sistendos morbos, & maximè qui ex fluxione consistunt. Præcipuè autem cum corpus pro
Nota. inædia etiam exercueris: nam ubi fames laborandum non est. Et uentriculi, ac somni rationem habueris. Aliam quandam rationem adducũt quidam dicentes, quod uinum cogit cibum in uentriculo, aqua dissoluit, idq; apparere experimento in his, quæ in utroq; elixantur, huiusq; bene, quamuis non addant rationem, sed quod aiunt, uinum cogere multum cibum, moderatum autem concoquere, huius non reddunt rationem, neque an sit uerum quod proponitur, constat: & habet magnam dubitationem. Dicemus ergo uerisimiliora, suntq; quod in modico, & leui cibo cum concoquatur, non apparet noxa illius: si ergo gratum sit, uidetur melius se habere, sin minùs non offendit, ut pœniteat: cogit tamen semper, quia igneum est, et adimit partes tenuiores cibi: ipsum enim aut concrescit, uelut dum è musto sapa fit, uel si uetustius in aceti naturam transit. Vnde multis inacescit: ob id ergo astringit, acetum enim id facere sua natura potest: utroque igitur modo cogit quod incoquitur, nec ingreditur partes carnis, aut piscis qui incoquitur adeò ut aqua quamuis illa tenuius sit, dum cogit, indurat, tametsi parum aceti, sed multę aquę admisti ingrediatur, & ad celeriorem in lebete coctionem faciat.

De Vino, ac eius differentijs. Cap. LXXXVI.

Vinum cur uentriculo amicum censeatur. VInum uentriculo amicum ob id plerique existimarunt, quod aqua illi primum sit inutilis, deinde quod eo uires non parum foueantur: nam ab assumpto uino hilares, & robusti redduntur uiri, et qui labore defessi sunt reparant animos, & ad labores promptè redeunt. Sunt etiam in illo sapores uentriculo utiles, astringens, austerusq; tum odor iucundus, quem omnibus nostri corporis principalioribus partibus utilem esse constat. Grauior etiam potus melior est, & concoctiones magis iuuat, suaq; caliditate, intemperiem frigidam, & cruditates uentriculo familiares emendat, sed tamen non sic se res habet, sed uelut immoderata quæcunque utiliora uidentur, breui tempore in successu satiant, ostenduntq; ita usus uini potentis hæc omnia habet, quæ diximus, longorum usu uen-
Incommoda usus uini. triculum eneruat, ac ex toto destruitur, longè illi aqua etiam cruda deterior existit. Primum quod iecur ex calefaciendo cogit cibum crudum trahere, et ipsum inflammando sitim exacuit, & obstructiones parat: deinde quod crudos humores, qui in uentriculo sunt celerius quàm oporteat, faciat penetrare. Quodq; omnium est pessimum, cum uentriculus natura frigidus sit, ab his confirmatur, quæ nutriendo, simi-

milia sunt, uelut aqua à contrarijs substantia illius extenuatur. Vnde qui potenti iuuentur uino, omnes breui, nisi præpinguem habeãt uentriculum, tabescunt. Accedit incommodum non leue, quod si quando deficiant similia uina, uentriculus illis assuetus ex toto euertitur. Pessimus igitur potentium uinorum usus, optimus eadem ratione aquæ, si ab initio ipse assuetus illi statim fuerit, parentibusq; sit ortus, qui aqua longo tempore usi sint. Alioquin uina candida, & austera omnium uidentur esse præstantissima. Quod si quia potentibus uinis iuuari uidentur, hoc non ob aliud contingit, nisi uel ob consuetudinem quæ cum antiqua fuerit, etiamsi mala sit, obseruanda est, uel quia humor crudus ad uenas promptius digeritur, malumq; cum fœnore commutatur, non extinguitur: uel quia frigida & humida intemperies uentriculum obtinet: sed ad eam efficaciora ex piperibus, & alleis sunt auxilia: uini enim impressio, ac uis non uidetur utilis, nisi cum uentriculus nauseabundus alia auersatur, hoc unum amplectitur. Inter uina autem alba, & fulua præcipua sunt, rubra plerumque astringunt, ob id uentriculo commodiora, sed hoc illis falsò asscriptum, nisi quantum attinet ad longam consuetudinem: neque enim tam sunt laudabilia natura sua, quàm necessaria quibusdam ob longum usum, ut relicta noceãt, non prosint si eis utamur. Differentiæ ergo omnes, à sapore, à claritate, tenuitateq; seu crassitie, & obscuritate, ab imbecillitate, & robore, à tempore atque loco. Color nihil facit, neq; prodest, neq; obest, sed indicat de rei natura. Gustus indicat de uini saporibus, dulci, amaro, austero, acerbo, astringente, insipido, & uinoso, reliqui nõ sunt uino naturales, acidus, pinguis, & salsus. Amarus duplex est à natura, quẽ plurimi putant esse salutarem, ego non habeo quod dicam, cùm rationem afferant, sed si ætate amarescat, ut iuxta uindemiam prorsus malum est: neq; enim in uino fit amaritudo, nisi ob putredinem: nam ob caliditatem uelut mel non amarescit, sed acescit. Amarum igitur uinum ætate malum est, inimicum iecori, & magis uentriculo cùm non habeat in eo quod aperiendo mutet in melius, sed huiusmodi mutatione haud indigemus. Dulcia uina omnia crassa sunt, ideò duplici ratione obstruunt, generant etiam bilem, ob id noxia præterquam pituitosis, & melancholicis, latas habentibus uenas, & his qui crasso humore & lento in pulmone laborant. Ex his quæ crassa sunt, aluum magis mouent, & impinguant, quæ autem tenuia, urinas ciunt. Galenus mirum in modũ loca distinxit, ut οἰνόδοχον potius, quám medicum repræsentauerit. Quare mihi cùm non eadem cura fuerit, nec doctrina hæc consistat, de his tantũ agam, quæ sempiterna ratione distinguuntur, uelut uina Græca, nõ quia Græca, sed quia e calida regione locis aspersis oriũtur, potentiaq; sunt et amara, picata etiam aperiunt obstructiones, pituitam & humores crassos dissoluuntur, flatusq; discutiunt, nec solùm hæc, sed quæcunq; eiusmodi erunt in perpetuum. Et tamen solis senibus, & his qui multò utuntur cibo, & pauco exercitio, cõmoda sunt, reliquis non ita nisi longa, & praua consuetudine firmatis. Mombasium autem è Creta flauum, potens, odoratum, iucundum gustu, appetitum recreat, concoctionẽ à frigiditate læsam iuuat, exhilaratq; hominem. Amabile lanuæ natum, ex uua fit in collibus ut aiunt Mombasio potentius, Græco suauius, uentriculo amicum magis est Mombasio, Græcoq;. Vinaciola iuxta Benacum optima fit, omnibus suauissima, & clarissima substantia, sed omnibus infirmior est uinis, quæ recensuimus, exhilarat hominem, nec adeò exurit iecur, sed neque humores frigidos adeò attenuat. Trebianum à flumine dictum, eiusdem nominis Florentinis peculiare, dulcius uinaciola, sed non adeò uinosum, neq; corpori tam utile est, nec tam iucundum gustu. Denique uina ex uuis natis in montibus potentiora sunt, calidiora, & tenuiora, contra natis humili loco, aut frigido, aut aquoso. Refert plurimum quomodo conficiantur, nam uina alba ex uuis nigris non compressis extracta, qualia fieri in Patauino agro, potentiora sunt admodum, & cruda, ob id uisceribus omnibus, & capiti inimicissima: mentiuntur enim uionaciolam gustu, sed uiribus plurimum distant ab illa. Quæ autem ex uuis non recentibus fiunt, sed tamen sanis ut Bononię, iucunda gustui, ac dulcia, & clara, diutiùs quoque seruant dulcedinem, magis acescunt quàm perturbentur, ut cõtra quæ è marcidis, in cumulos dispositis, uelut Me-

Vinum quibus inuet.

Vini differẽtiæ à quibus desumantur.

Cur uina dulcia obstruant.

Vina Græca unde.

Cretici uires.

Mombasij uires.

Vinaciola.

Trebianum.

Vina potentiora quæ.

diolani frequentiùs perturbantur, quàm aceſcant. Hæc igitur manſueta ſunt, & ſa-
Lora. cilius corrupta in uentriculo febres gignunt, ut reliqua, cæcitates, & ſurditates. Lo-
ra qualis apud Mutinenſes commoda capiti, ſuauis, ſed facilè putreſcit, uentriculo
haud commoda. At quę cum uino ueteri iuncta eſt quibuſdam grata, mihi ſanè nul
la ratione commendari poteſt: præſertim ſi ex ueteri uino, ut plerumque ſolet, cor-
rupto fiat: Inimica uentriculo, iecori, & quod optimum eſt in omni uino ut Melan-
choliam edulcoret, non habet, eſt enim ipſum amarum, omne autem uinum etiam
natura amarum, tantùm officit uentriculo, quantùm utile eſt iecori, ſed renibus ta-
men purgandis optimũ, hoc tamen etiam renibus inutile eſt. Sed iam de uinis, qua-
ſi ex integro repetentes hiſtoriam ſpecialiter agamus. Præcipua ſunt Græca, & Ita-
Vinorum Græ lica. Græcorum quatuor genera. Maronium potentia ſeu robore eminens, cuius
corum genera meminit Homerus, in Thraciæ maritima parte genitum, quod uigintuplum aquæ
quatuor. Plin. admittit, octuplo ſanè ſoli admiſto etiã ebrioſis ſatisfacit. Suauitate autem Ariſtęũ
lib. 14. cap. nomine ipſo clarum, quale fuerit cõiectura diſcere licet, cuius comparatione ſorcé-
4. bat, quod nunc primum habetur Prannium. Hoc in Smyrna naſcitur. Athenæus in
Lib. 1. c. 28. Icaro inſula, in monte magno iuxta ſaxum Prannium appellatum. Noſtrum palàm
Cap. 26. eſt ex Creta aduehi, & abundare ibi. Quartum Mendæum de quo Athenæus.

Mendæum mingunt cæleſtia regna tenentes
Mollibus in ſtratis.

His quatuor Italica ê regione reſpondent Maronio phalernum: eſt enim poten-
tiſsimum Ariſtæo, Albanum ſuauitate ſumma Prannio quaſi medio, quod Seti-
num uocabatur, erat enim celeberrimum, demum Surentinum minus famoſum, &
ipſum ignobilius Mendæo, ſeruabantur in centum annos, ſed et aliquando in du-
centos: ſed hoc minus refert, illud potiùs quæramus, cur aliud craſſeſcat in mellis
modum. De Græcis Plinij uerba ſentire uidentur, cum Italicis, & tempus, & craſsi-
Nota. ties certè conueniat, forſan & illis, uel condituræ ratione: quod ego uidi ſeruatum
in montibus per x x x. annos tenuiſsimum erat, & ardenti aquæ ſimile: cauſa eſt
calor uehemens, hic enim ſeparat, proprius magis miſcet, & cõſeruat, unde craſsio-
ra redduntur. Potentiora ergo, & quę magis mixta ſunt, talia redduntur infirmiora,
& tenuiora, deſtillantur ipſa uetuſtate, perinde ac ignibus. Tria ſunt in uino, odor
ille iucundus uelut in prannio Cretenſi, & uinaciola, & ſapor uinoſus, qui commu-
nis eſt fructuum ſuccis pleriſque, ut aliàs dictum eſt. Ergo ſapor ille licet uentri-
culo gratus, nihil habet præcipuum, cum tamen pronus etiam ſit, ut uertatur in a-
cetum, & in uentriculo imbecilli, & calido, ut plurimum illi noceat, neque ab ore
illius arcet humores prauos. Calor autem odoris ſuauitatem ſequitur, unde con-
uerſa ratione calida, & potentia uina exiſtimarunt confirmare uentriculum, cùm
nil magis proprium exhauriat calorem, quàm externum, teſte Ariſtotele. Non eſſe
1. Metheo. autem uina potentia omnia bene odorata oſtendunt Græca noſtræ ætatis, maxi-
cap. 2. mè inſuauia, tum rubra omnia, ac nigra, ſuauem ſpirant odorem, cùm tamen ex his
plurima ſint potentiſsima. Porrò duplex eſt odor, iucundus ſimpliciter, & cibalis,
nam flores iucundè pleriq; olent, non tamen odor eorum cibis ſatis conuenit, con-
tra uini quantumcunque ſuauis ſolum in potu iucundus eſt, extra minimè: quo fit
ut qui ructant etiam prannium, ſeu creticum, aut uinaciolam, horum odor grauis
ſit, cum tamen bibenti fuerit ſuauis, non idem de moſcho, roſa, uel garyophyllo. Vi-
num ergo odoratum non ut uini ſapore præſtat, neque ut calidum membris princi-
palibus utiliſsimum eſt, cordi primum, inde iecori, cerebro, atque uentriculo. Odor
Vini odorati enim ille ſpiritus confirmat, & aſtringit membrum, & ad ipſum naturalem colorem
uires. reuocat: ob id utiliſsima talia uina ſunt, non ut calida, tantum enim abeſt, ut multa
aqua diluere ſæpè illa oporteat, uel ob febrem, uel ætatem, uel temperiem, uel exer-
citationem, aut quia homo illis inſuetus ſit, nihilominus ſic tamẽ os uentriculi præ-
cipuè roborant, unde concoctionem iuuant, & appetentiam, & cor, atque ita exhi-
larant hominem, & ſudores prouocant: & iecur unde urinas, qualis enim urina ie-
cori, talis ſudor cordi, & cerebrum, unde intelligentiam, & memoriam, & prompti-
tudinem adaugent, & uigilias puras cum ſenſibus reddunt, ac ſomnum conciliant,

ex his

ex his frustrà transeunt ad alia uina non odorata: in quorum usu nihil utile, nihil honestum inuenio. Tamen quidam sua oligophora abundè celebrant, ignari mentis ueterum, & magis naturæ rerum: cùm nihil illis insit boni præter prauam consuetudinem. Et ideo ebriosis carere illo non solum graue est, sed etiam damnosum. Vinũ ergo potens illis tantùm conuenire uidetur ob consuetudinem, sed reliquum est ut propositam aliàs dubitationem soluamus, uidelicet an uinum optimum sit tenue, subdulce, & rubrũ: quod est facilis coctionis admodum, & boni alimenti. Probant alba potiùs ut Dioscorides, & præferunt giluis, & nigris, ut ille uertit. Galenus prætulit Ariusium, Phalernum, Leserum, & Tmolite quodcunq; horum fuerit mediũ natura, quoniam sanguinem bonũ generent. In tertio de Alimentis rubra, & crassa uidetur præponere. In libro de cibis boni, & mali succi uidetur probare primã sententiam. Verùm quod de rubris (hæc enim media, si quod medium est optimũ esse uult) prætulit. Et ideo dico quod Galenus malè fecit, qui tot & tanta de exercitio, & frictione locutus est: neque ciborum ubi erat proprius locus, neque potuum mentionem fecit, præcipuè de colore. Inde ortum est ut Oribasius illum quasi uolens excusare, dixerit, colorem nihil facere ad naturam uini, sed saporem substantiam, & ætatem: odoris etiam parum meminerunt. Ego autem dico quod in Græcia ubi sunt uina tincta à uetustate, & in agro Patauino ubi sunt alba ex modo conficiendi, forsan non multum errant, quod & nos supra intelligere uolumus. Verùm in regione nostra ubi utrunq; genus fit, & habetur ex uuis sibi similibus, & eodem modo confectio, licet in utrisque magna similitudo intercedat, dulcis, austeri, insipidi, amari, atq; item potentis, & imbecillis, ac rursus crassi, & tenuis, odorati, & inodoris, tamẽ dulcedo à dulcedine, & astrictio ab astrictione, & ita de alijs in uinis albis, rubris, ac nigris manifestè diligenter implorant, specie differt. Princeps suo more uidens tot difficultates dixit, quod uinum temperatum debet esse album ad rubrũ declinãs: sed eo omisso, cui in nulla parte minor authoritas, quàm in hac haberi debet. Dico quod uinũ debet esse subrubrum, quia in medio extremorum, ut sæpiùs repetit, sed uina alba sunt frigidissima, flaua calidissima, fulua etiam calida ualdè, in quorum medio colorem rubrum collocat, quod ad caliditatem attinet: igitur talia sunt optima, sed quia maius periculum ab ætate erat in calidis, quàm frigidis, & obstructionis, quàm imbecillis nutritionis, ideo ex rubris laudauit subrubra potiùs, & loco eius declinationis supposuit, non paucis, neque leuibus rationibus subdulcia. Alia ratio est, quia Galenus fatetur, quod uina fulua sunt calida, & tenuia: illa alba neq; sufficiunt, neque utilia sunt, sed quasi uina non uina, & acutis laborantibus ratoq; concedenda, ideò intendebat ut rubra exhiberentur. In cæteris debemus obseruare oppositionem, uelut in calido, crasso substantia, in regione, tempore anni, & cibis. De quibus partim diximus, sed longiori indigeret cõtentione, de qua abunde in libris Contradicentium: ideo hæc de uino sufficiant.

Dubitationis solutio. *Lib. 5. c. 7. De Attenuat. c. 12.* *Cap. 40.* *Cap. 11. Galenus in 1. & 2. libro.* *1. & 2. de Tuen. San.* *Tertio de Victu in Acut. 6.*

Quibus modis aquæ uitia corrigi possint. Cap. LXXXVII.

COrrumpuntur aquæ maximè in puteis, atq; cisternis (quę uerò in stagnis, lacubus, cauernis, atque huiusmodi locis semper corruptæ sunt, maxima cum difficultate corrigi possunt, & ab eis prorsus homines abstineãt, nec nisi maxima urgente necessitate illis utãtur, & correctis ut infrà) earumq; noxa, quia non adeò detegitur, deterior est: quædam enim generãt hydropem, crudæ & putridæ: quædam regium morbum, feruidæ scilicet, terreæ, & crassæ, lapides tum in renibus, tum in uesica: aliæ stranguriam, aliæ dysenteriam, quæ acri metallica materia participant, magis putridæ febres: quædam gulæ herniam, lutosæ non absque tenuitate, aliæ somnolentes & pigros, aliæ attonitos, aliæ podagrosos, quędam ulcera in tibijs, & cruribus. Omnium communis est una ratio ut parum sumatur ex illis: cibi assentur, aut frigantur, non elixentur: & ut aqua ipsa corrigatur destillando, post coquendo, maximè cũ odoratis, & dicunt cæpas corrigere aquas corruptas, demum ut saltem coletur in arena bis aut ter, quo auxilio utuntur in castris,

Aquæ quæ corrumpuntur. *Noxa aquæ corruptæ.* *Quomodo corrigi debeãt uitia aquæ.*

laurus etiam,& iuniperus,& malum medicum emendant aquas:Et exercitium cor rigit potum aquarum non ualdè malarum: Et aqua ex pluuia collecta bona est,& cisternæ repurgãt aquam, & fodere puteos pro fundos sub priore aqua ut Mutinæ, & efficere ut aquæ decurrant ad humidiora,quandoq; mutat illas. Et quandoque etiam siccatis aquis aër emendatur: Et haurire aquam è puteis sæpius corrigit illas, & pisces squamosi,qui tamen uiuunt ex sordítie aquæ,meliores eas efficiũt, uerum

Nota. si ibi moriantur,illas corrumpunt,ob id diligenter animaduertendum est: Et calx, & sabulum emendant aquas puteorũ cum lapillis mixta, sed potissimùm iuuat destillatio, & coctio, ut aliàs edocuimus, corrupta enim aqua magno igne destillari debet,ut quod corruptum est,pereat,& altius, quia aliter colligi non posset: uerùm si totam expurgare libeat, limum, & reliqua subducito, ut clara reddatur, indefre-

• quenti haustu nouam efficito: nam è uenis perpetuò confluit, immittito deinde in puteum uas figulinum sale, aut aceto, aut hydrargyrio plenum, & calce oleo subacta obturatum impone, ac diutiùs permitte. Difficile autem uidetur absque motu aquam posse seruari, nisi ab ignea quadam ui foueatur, ob id destillatæ dum calorem sunt seruantur, qui cum exhalauerit, corrumpuntur. Corruptionis autem celerioris causa,etiam in stagnis est terra: miscetur enim ob id turbidæ aquæ, celerius corrumpuntur: & quæ sunt claræ, antequam corrumpantur, conturbantur: igitur

Motus aquam purgat. corruptio aquæ quædam est permixtio. Aqua autem si moueatur, expurgatur,& peregrina omnia reiicit,ut in fontibus liquidis apparet: quod enim graue est, subsidet: quod leue propellit è superficie ad latera: quod uerò immixtum uehementer, ut sal in mari, non potest, quoniam non habet quo reiiciat. Si tamen longiùs procedat expurgatur,quoniam sensim quod immixtum est à tenuiore substantia præoccurrente,relinquitur: igitur quæ uelociter fertur,omninò pura est. Omnium ergo doctissimorum consensu, præstantissimum atq; nobilissimum aquarum remedium est decoctio,non solum cœnosarum siue turbidarum,atque alieno sapore, o-

Decoctio aquæ. doreue infectarum,uerùm etiam liquidissimarum, atque splendidissimarum: nam pleræq; ipso blandiuntur aspectu, quæ hausta magnas turbas in corpore concitãt: uentriculum enim flatibus uehementer agitant,mordent,ac uellicant,pariterq; gruant,quin & in ipso, hypochondriisq; diutissimè hærent ac commorantur, atque insimul alijs pernicijs affectibus afficiunt.

De Ceruisia,& alijs potibus artificialibus; atque eorum nocumentis: Cap. LXXXVIII.

VIm iam innumerabiles penè reperiant factitiæ potiones,& toti Septentrionali plagæ consuetus cùm sit ceruisiæ potus, atq; etiam gentibus ultra oceanum,cessante uitiũ cultura ob frigora, ideò de ea potissimum hic tractare proposui,quæ ab hala,lupi salictarij additione distat. Constat enim ceruisia lupi salictarij additione,quæ additio aliam naturam facit, aliamq; formam inuehit,inebriat hæc,uinumq; ita potissima sui in parte æmulatur, quod hala non facit. In ea enim conficienda macerantur primo aut hordeum,aut triticum, ut-

Hala quæ. Ceruisia quæ & eius uires. que dum propè iam putria germinent,atque ex illa putrefactione, quasi ex fermento acrimoniam acquirunt, tum ex eodem decocto, quo macerata prius fuerant, quod lupi salictarij est ex flore, semineq; coquunt,magis minusue, ac uini omnino uim æmulantia accipiunt maceratione, fermentatione, coctura, pro quarum euariatione mirum quàm uariet ceruisia, acris, amara, subdulcis, dilutior, fortis, uehe-

Ceruisiæ differentiæ. mens,imbecillis,clara,turbidior,recens,atque uetusta.Hanc autem si rectè conficiendi modum perpendamus,temperamenti calidi esse iudicabimus: nam ex longa, ac diligẽti lupulorum maceratione,quorum tota uis ab aqua accipitur, calidi enim sunt per se,quantò magis accedẽte acrimonia,quàm ex putri materia macerationis acquirunt: sic quoq; ab hordeo frigiditas aufertur, introduciturq; caliditas, quare aqua non contemnendam concipit caliditatem, quàm sapores dulcis, acer, amarus sue declarant, quos modicæ, aut uehementioris esse caliditatis nemo nescit. Aufe-

Austerum uerò, aut acerbum, acidumue saporem nũquam adipiscitur, nisi uel cum corrupta est, uel non recto modo præparata, ac confecta. Inebriat autem quod non paruum est caliditatis argumentum, dum uapores caput ferientes replent, & commotam mentem agitant: & quoniã crassior est eius substantia, quàm uini, peiorisq; succi, hinc etiam longè deterior est illius ebrietas, quàm quæ uini causa fit: spuma quoque quæ superinnatat, caliditatem declarat. Multum alit, atque impinguat, sed plurimum flatus gignit, atque ingentes interdum facit obstructiones, & præsertim ob negligentiam conficiendi, præparandiq; incuriam, nec succi praui suspicione caret, elephantiasim enim ut plurimum facere uidimus, aliosq; prauos affectus. Est & hala quæ fit in Anglia, & Scotia admodum suauior, adeò ut meminerim bibisse in ingressu Scotiæ, quæ musto dulci albo comparari posset: nec in aliquo differret, nisi quod in fine amarorem, ac odorem insuauem retineret. Hordeum xxxvi. horis aquæ iam infusum, siccatur in cumulis in umbra, ubi calefactum germinat, spargitur: ubi desinit, rursum colligitur, ita alternatim curant per dies xv. donec totum germinuerit: inde per sex horas siccatur super prunas, impositũ cratibus uinceis: post ubi perfectè siccatum fuerit, molitur: superfunditur aqua multa, si debilem efficere uelis potũ, pauca, si ualidum. Post horas xii. percolatur, & excoquitur multum, si ualidum, parum si debilem: inde ubi in uase efferbuerit, trãsfunditur in aliud uas, & ut seruetur, additur spuma alterius halæ iã ueteris, atq; cõsumptæ, sapore est austero, acido, dulciq; mixtis refrigerat, nec ingratus potus his, qui ei assueuerint. Quæ uerò amariores, minùs sunt salubres, nam uel plus iusto coctæ, uel putredine, aut uetustate hordei, tales euaserunt. Sunt qui ex eadem farina halam secundam efficiant, insipidiorem, frigidiorem, grauiorẽ, putredini magis obnoxiã, nam ex priore est, quæ in multos annos seruatur. Coctionis modus horæ tres, aut quatuor, dignoscitur cum tenax esse desierit, contrarium enim ei accidit quod melli, & saccharo, quæ coctione lentiora fiunt. Incidit quia acida, astringit quia austera, nutrit, cùm è dulciũ genere sit, modicè tamen: differt à zetho, deficientib. lupulis. Feruet dieb. duobus sponte, ad summũ tribus. Post musti imaginẽ non retinet: mirabile tamen colore, substantia, uiribus, odore, ac sapore, uini albi substantiam referre. Ex pyris quoque, ac pomis in Neustria, uina fiunt, quod solùm ob frigiditatem uites non ferant. Siccatis ergo iam paululum fructibus, uinum extrahitur, exhalat enim aqueum humidum, inde dum feruet, excoquitur, atque ita seruatur. Est autẽ astringens quia è fructibus haud exquisitè maturis extrahitur, & subamarum: tale enim est quod uehementer astringit, ibi uerò etiam ultra annum seruatur: dulcius & suauius est zetho, inferius uino uuarum. Fit uinum ex omnibus fructibus, qui non tam facilè putrescunt, & plurimũ succi habent, uelut pomis, pyris, cotonicis ponticis, moris, beberis, fragis, myrtis, ac prunis syluestribus, & marenis, è ceralis autem alijs non fit, quia statim putrescunt, non ex amygdalis, nucibus auellanis pineis, ac talibus: oleũ enim continent. Facilius ergo è granis maximè oriza, nam media illorum substantia est inter horarios fructus, & oleagina. Et ex quibus uinum expressione habetur, ex eisdem fit & lora, admixta aqua. Huiusmodi ergo uina factitia non apprimè laudantur, & præsertim in non assuetis, quia difficilè concoquuntur, & difficilius distribuuntur, obstructiones pariunt, flatus procreant, & in prauos humores facilè conuertuntur, quare sat erit degustasse.

Ceruisia inebriat.

Hala quæ.

Vires.

Vinũ ex quibus fructibus.

Vina factitia.

De somno, & de his quæ ipsum conciliant. Cap. LXXXIX.

Quid somnus.

Somnus est quies naturalis penè perfecta, omnium sensuum exteriorum, nam si perfecta esset, quomodo euigilari posset? & si nõ esset maioris partis, uigilantes dormiremus, si uerò non omnium non sit uinculum, sed studi, at scire expedit motu excitari sensum, qui cùm uiget dormire non potest: non enim quiesceret, ideo euigilatur. Motus autem non tollitur, neque respirationis ob finem ut uiuamus. Et quoniam à leuissimo sensu, & origine illius pendet: suffoca-

tur

tur enim ceſſante: ideò ſentitur, & mouet. Et neque membro exteriorum, ideò re-
uoluuntur, & imaginantur: imò etiam uident, & audiunt, falluntur enim qui putãt
ſomnia eſſe eadem imaginatis, nam aliter utuntur ſenſibus quàm uigilantes, & ta-
men utuntur, non ut qui imaginantur: manent ergo ſenſuum origo in dormienti-
bus, & actus eorum, ſed quaſi in initio. Expergiſcimur autem maximè à materiarijs
ſenſibus, ſcilicet tactu, & auditu, ob propinquitatẽ cerebri, & quia operculo caret,
inde à guſtu, à uiſu, ſi oculi non perfectè tegantur, demum etiam ab odoribus.

Nota.

Expergefactio unde.

Somni utilitates.

Confert autem maximè coctionibus, & uires etiam reſtituit, unde bifariam co-
ctionibus auxiliatur, unico autem modo ſine cibo. Et eius cauſa eſt quies ſpiritus a-
nimalis, uel ob frigiditatem, uel humidum ſuaue, aut uoluntatis imperium, aut im-
becillitatem, aut à labore reſolutis, & cauſæ quidem huius quietis, aliæ quę efficiũt,
aliæ ſine quibus eſſe non poteſt. Itidem auxilia alia quidem quę humectant, alia re-
frigerant, alia uerò tollunt quod impedit, uelut curarum remiſsio, atque lætitia. Spe-

Somnum conciliantia.

ciatim autem ab omni ſenſu, interiore quidem, gaudio repentino, & mœrore quie-
to, ſed haud huic confidendum, tranquillitate animi, atq; remiſsione curarum, cogi-
tatione lætarum rerum, inſularum, umbrarum, fluuiorum quieſcentium, pratorum,
ac peregrinationis, ſolitudinis, ſyluarum, montium, et omnium actionum ſomniſe-
rarum, uelut pulſantium, ac ſonorũ, & dormientium, tum etiam fixa intentione: ſi-
quidem figitur ſpiritus in eiuſmodi: eſt autem requies illius ſomnus. Poſt hæc me-
moria fœlicis ante actæ uitæ. Viſio quoq; imaginaria cùm fixa fuerit, eaſdẽ ob cau-
ſas ſomnum inducit. Et obſcuritas quædam utilis eſt. Et memoria præſertim carmi-
nibus, uelut Naſonis ſomni declarata, ut illa:

Metamorphoſis lib. 11.

Eſt prope Cimmerios longo ſpelunca receſſu
Mons cauus ignaui domus, & penetralia ſomni:
Quo nunquam radijs oriens, medius ue, cadens ue,
Phœbus adire poteſt, nebulæ caligine miſtæ
Exhalantur humo, dubiæq; crepuſcula lucis,
Non uigil ales ibi criſtati cantibus oris:
Euocat auroram: nec uoce ſilentia rumpunt,
Muta quies habitat, ſaxo tamen exit ab imo.
Riuus aquæ lethes, per quem cum murmure labens,
Inuitat ſomnos crepitantibus nuda lapillis,
Ante fores antri fœcunda papauera florent,
Innumeræq; herbæ, quarum de lacte ſaporem
Nox legit, & ſpargit per opacas humida Hiras
Ianuá ne uerſo ſtridorem cardine reddat,
Nulla domo tota eſt: cuſtos in limine nullus,
At medio torus eſt hebeno ſublimis in antro
Plumeus, unicolor, nullo uelamine tectus.
Quo cubat ipſe Deus, membris languore ſolutis.

Tempe. Lib. 9. Lib. 4. cap. 8.

In hoc genere eſt Tempe in Theſſalia prope Peneũ, abrupta à Peleo, & oſſa men-
te regio fœliciſsima, ut inquit Strabo. Eſtq; paruus ager quẽ ſolum Peneus fluuius
non alluit, ſed quid Plinius? In eo curſũ Tempe uocantur V. M. paſſus longitudine,
& fermè ſex, qui iugeri latitudine, ultra uiſum hominis ſe attollentibus dextra, le-
uaq; leniter connexis iugis: Intus ſua luce uiridante allabitur Peneus uiridis, ca-

De Hyperboreis.

culo amœnus, circa ripas gramine, canorus auium concentu. Plura quoque de
his aliàs.

Picturæ ac uiridaria.

Tertium auxiliũ eſt à picturis, & uiridarijs, & locis amœnis maximè opacis, cum
uirore obſcuro, plantisq; eiuſmodi, qui lucis, & ſyluis ſunt familiares: denſitate, pra-
tis quoque ac florentibus herbis colore purpureo qualis uiolæ. In pictura ſolitarij
homines, dormiẽtesq; prope aquas: tempeſtas & maris inundatio, riuuli, & ſtagna
maximè ex auditu Euripi cadentes, guttæq;, auium concentus, ſilentium, cantilena
ſolitaria, & ſi cum lyra ex acuta repentè deſinat in grauiſsimã, longa etiam delecta-
tio, & narratio fabuloſa ſolet ſomnum parere.

Sed

Sed & ab odoribus non parum iuuantur croci, anthemidis, papaueris, uiolarum nympheæ, mandragoræ, hyoſcehyami, ſtyracis, animæ albæ, liliorum alborum, ſolani ſomniferi. Eadem quoque & ſimilia naribus indita.

In ore quoque detenta eiuſmodi ad ſomnos faciunt, & in aures inſtillata, uelut oleum ex nympheæ floribus, aut papauere, aut populeonis, aut chamemeli, aut Parthenij, uel ordei, aut mandragoræ.

Alia quoq; ſumpta in cœnæ fine, lactuca cum ſemine uiticis, aut croci, aut amomi, ut referunt recocta, poma ſub prunis cocta, peponum ſemina, flores nympheæ cum ſaccharo conditi, lac etiam plurimum, & præter reliqua uinum dulce non potentes, aut cruditate potens. Lactuca.

Talia quoq; in glādibus ſubiecta, ſeu pro clyſteribus, & cum meconio etiam miſta, ſomnos & graues etiam proliciunt.

Ex experimētis tactus ſi quis à uigilia ſurgat, & ambulet, paululum inde lectum redeat, ſoluitur in ſomnum. Experimē.

Embroca capitis, Principis, hordeum, chamemelon, parthenium, coquantur in aqua & aſpergatur, imò irrigetur caput. Et eſt propria ſenibus. Noſtrum chamemeli, uiolarum, maluæ, florum nympheæ, capitum papaueris, lactucæ, anethi, ſing. M. 1. caput caſtrati, coquantur in libr. x L. aquæ ad conſumptionem medietatis, & eōuſque quod caput decoctum bene ſit, ex hoc percolato lauetur optimè caput ad horam mediam ſaltem, inde expreſſa aqua circumponatur linteum dudum ex ea aqua, & expreſſum mediocriter: huic aliud tepidum, & ſiccum, & occluſis feneſtris procuretur ſomnus. Embroca. Noſtrum.

Balneum quoq; aquæ dulcis tepidum, aut puræ, aut cum dictis rebus, atq; ſimilibus coctę. Maneat in eo donec ſitis ceſſet. aut aridítas, aut ſapor prægrauet, aut laſſitudo, ac ſinat uel decumbere uelit: uel pedes tepeſcant, et ſi bibat aliquantulū uini. Balneum aquæ dulcis.

Irrigare quoq; caput oleo dulci, aut ex amygdalis, aut è nympheæ flore, ſomnum allicit, ſed & lotio pedum ante cœnam, uel à pauco cibo poſt cœnam, & in brachijs abſq; agitatione locus quoq; frigidior, & humidior prodeſt: & cubile orienti expoſitum, & uomitus in prægrauatis ſunt ualde utilia. Irrigatio.

Lætus quoq; nūcius poſt triſtitiam, & blanda uerba, & in prurientibus, ac turgentibus Venus, imò in quibuſdam ſuperflua exoluendo uires ſomnum cōciliat, ſicut & laſſitudo ex labore, & ſudor, & alui deiectio.

Et quidam proprietate ipſa dicunt de agrimonia, de pede anteriore uituli marini, dextro ſub capite poſitis, inungere corpus pinguedine muris alpini, uel gliris, aut muris auellanei, & eſt minor ruſtico, uel urſi, tum uerò etiam inungere loca pulſuū, & ſunt in hoc caſu in iugularibus, & tactus eas declarat arterias, & quæ ſunt à latetibus oſsis pubis, & quæ ſunt in temporibus, & è regione cordis, inde iecoris, & ſuper uerticem pedum, & in carpis manuum. Notá:

Et hiacynthus uerus, & quem uocant chryſopacium. Et ſunt quidam lapides qui plus poſſunt. Et inuentio ex ſanguine quorundam animalium, & piſcium. Et cerebro illorum, & uſus longus quarundam rerum, uelut fabarum ſomnolentos efficit: Et ſi ſint cerebri imbecillioris facit uentuoſos. Et aquæ modicæ potus, aut oris collutio eſt ex ſomnum reducentibus.

Et mutatio magna, aut nulla, eſt cauſa reparandi ſomnum, & quantò plus homo dormit, aut uigilat, eò fit ſomnolentior, aut uigilantior: ſequuntur enim conſuetudinem. Et propria cauſa ſomni eſt remotio impedimenti eius. Ideo diuerſis uario modo occurritur. Itaque mutatio magna in omnibus eſt cauſa plerunq; recuperandi ſomnum. Et ubi homo ſit iuuenis, & corpus non cacochymum, uigilia longa, & uiolenta grauiſsimum ſomnum reducere ſolet, ſomnus igitur à ſomno & uigilia. Et uigilia ſimiliter à uigilia, & ſomno: & eductio ſanguinis per hæmorrhoidas in plenitudine, & ſanguine feruens aut acri, uel falſo utilis quandoque neceſſaria eſt. Et oua etiam conciliant ſomnum. Et pillulæ ex cinoglóſſa ſunt potentes ualdè: ſed animaduertendum, imò quantitas plerunque ſufficit ſcrupulus ex his, & cum quærimus ſomnum cum huiuſmodi, & non impetramur, ſi caput non ſit ualde robuſtum, aē-

ſtum, accidit ueternum. Et idem contingit ex Theriaca noua, & philonijs, ſed hæc ſunt tutiora catapotijs, & minus ſecura quam theriaca, uel mithridatum.

Cur uigilia ſenibus familiaris.

Et uigilia eſt familiaris ſenibus non ſolùm ob ſiccitatem, ſed meatuum laſsitudinem: & abundantia cruditatum, & humorum acrium, & ſeroſorum. Et eſt cauſa uicisſim ſenij, & ideo fit circulus qui debet abrumpi paucitate cibi, facilè concoctilis. Et moderata in illis eſt, ob id ſignum bonum. Et etiam non noxia, cùm præſertim ſomnus matutinus ſubſequitur, & incommoda perducit ad febres, attonitos, reſolutiones, dolores, grauedines, imbecillitatem uentriculi, triſtitiam. Et ideo pro ſomno quiete matutina diuturna uti debent. Et pœoniæ ſemina nigra, ſi purgent caput, liberando optimum conciliant ſomnum, & errhina maximè, anæmones, braſsicæ, cyclaminis, origani, ſerpylli, atque ſpondilij ſucco.

Nota.

Et ſcias quod omnia quæ caput conturbant, & uaporem multum gignunt ſi facilè corrumpantur, ut allia, cæpæ, porri, gingiber, & generaliter humido excrementitio abundantia, ut uiticis ſemen, crocus, & macropiper, præſertim humidis cibis miſta ſomnos conciliant præcipuè turbulentos, ut de ſtyrace conſtat. Et mutatio lecti uigilantibus perſæpè plurimum confert, bene dormientibus mala. Et ouum bibere à cœna leui, ſenibus autem ſi rectè uiuant, confert, ſi ſit ultra cœnam, ad attonitum morbum præparat. Crepuſcula autem ambo deuitare ualde neceſſe eſt, nam ueſpertinum impedit ſomnum: matutinum nocet quietem: tollendo quæ eſt præſomni, & uades, & uigiliæ detrimenta auget, ac confirmat: comprimunt enim capitis meatus ambos.

Crepuſcula mala.

Senibus ergo nihil melius lõga pedum lotione intepida: & lotione capitis: et caſſia nigra humectat, edulcorat uapores eos, retrahit, purgat atram bilem ei ætati familiarem, & maximè moleſtam.

Corpus in ſomno refrigeratur exterius.

In ſomno corpus exteriùs refrigeratur, intùs incaleſcit, cõtra in uigilia inquit Hippocrates. Et ſomnus confert maximè cerebro, poſt uentriculo, inde patientibus dolores, & euacuationes omnes, (uelut & debilitatis à Venere) præter ſudorem, nam ipſum adauget. Propterea etiam procurandum eſt ut operimentis multis ea hora corpus tegatur, qua exteriùs ſolet refrigerari, conopæis circumdetur, pannis pluribus non ſiccis contegatur, uer frigidus, purus, & obſcurus. Vtor ego lecto ex ſericea materia: ab ea linum ſub capite palea ſicca mollior eſt alga plumei ceruicalia, ſed ad uentrem tantum goſſypium pellis agninæ, ſetoſa amphi mala, culcitre loco.

Nota.

Dormire prope humum humidum, ſub ſole, & noctu ſub luna, & regione rimæ cubiculum ad orientem ſpectans, & maximè brumalem, ſed æſtiuum & inter duo ſolaria poſitus locus, ſi non aliter purus, nõ in loco nouo, nec dealbato gipſo, multo minus calce, aut carbonibus accenſis, conſtat una nocte plures perijſſe. Nec propeuias publicas ob ſtrepitum. Vndecim horæ decubitus ſenibus, ſeptem iuuenibus, conſiſtentibus nouem, ab his ſi detrahas binas ſingulis relinquentur horæ ſomni: prima pars uentriculo maximè fauet: ſecunda etiam, tamen iecori: ſed ultima cordi, ac cerebro ſuauis, & amœna in qua purum ab impuro ſegregatur, & quod dulciſsimum eſt. Eſt illa hora ſtudioſorum, ſi nõ ſeruiat cibus, labor, curæ minuantur, lethali morbo laborantes deſtituuntur eo magno medio: paruo aut curis detenti prima ſolum parte: furioſi, & peſtilentes perpetua uigilia deſtinentur, morituri aut ſomno omninò deſtituuntur, aut caphora corripiuntur, aut à ſomno peius habent.

Plures una nocte ex carbonibus accenſis perijſſe.

Non poſſe dormire à cœna ob cibos aduenit, ſi ſuccedat ſomnus, dulceſcit uapor, robur coctionis uentriculi, & iecoris, tota peruigilia, ut dixi, eſt illa quam Princeps uocat Sahare. Dormire contra ab initio, & poſt quinq; horas, aut etiam minus præter conſuetudinem, & curas, prauam coctionem ſignificat: acres enim ſunt humores, ſicut prior uigilia ſiccitatem cerebri, contingit etiam ex ſiccitate iecoris, aut pulmonis incendio, purgandum eſt.

In uniuerſum cum ſint octo modi, duo per ſe noti, dormire quantum oportet, & nihil tamen uigilare iuxta tres partes, aut dormire melius eſt, ut ſomnus uigiliæ ſuccedat quàm contrà. Et ſi accidat, parata ſint ſyrupus è nympheæ floribus, quem in ore teneat, & unguentum populeon recens, & ſurgere, & cogitatio blanda: Et odo-

res pa

res papaueris, mandragoræ, uiolarum, id est, florum recentium, & si locus sit soli expositus, aqua, folia uitis, & salicis, & lactucæ, & flores chamemeli, & anethi, & papaueris, ac nympheæ, & permutare etiam bis in die, ac uerrere, somnia autem horribilia, & cum timore, & tristitia, affectum, & periculum ostendunt, si perseuerent effectus malos: morbos, impedimenta, insaniam, detrimenta, & casus, auxilium, purgatio, recta ratio.

Tremere antè somnum malum.

Tremere ante somnum effusionem sanguinis, aut conuulsionis periculum, aut morbum. Tremere malum in somno, clamare deterius, surgere pessimum, idq; multis malè cessit. Quibus prodest adamas sinistro brachio adalligatum. Mingentibus in lecto piscículus marinus, equi formà erity, testudinis, apri uesica, renes animalium, & sicæ ceruorum, & hæc medicinæ causa, & unguentum comitissæ.

Dormientibus ore aperto.

Dormientibus ore aperto cùm noxium sit, & periculosum, et indecens, et stertũt, purgare caput, non cubare supinum, uincire inferiorem mandibulam, stertor accidit dormientibus supinè, magnamq; respirationem, ac tardam, & raram habẽtibus, quibus amplum pectus, & angustæ fauces. Somnus præterea in quibusdam auget affectus, dolores, timores, & tristitiam qui sunt fortuiti, & incipiunt: nihil mirũ cum etiam fingat prorsus, alios minuit: nec id cũ etiam tollat, somnus enim est sensuum uinculum, ut in podagra, contingit etiam quod sensus exilis minus percipit, aliàs meliùs, ac magis ut noctu, & in silentio magis, quàm in uigilia, & strepitu.

Somnus diurnus sæpè necessarius.

Somnus præterea diurnus, & si dissoluat appetitum, & uires, & inflammationes excitet, ac obstructiones pariat, tamen fit sæpè necessarius, aut ob nimiam lassitudinem, aut cibum, & potum uberiorem, uel propter noctis uigiliam, aut dolores, aut uentriculi imbecillitatem, uel longam consuetudinem, & frigidæ modicæ haustus, solet dulces prouocare somnos in umbra præsertim, & cenopæa è filijs arcent muscas, licet & ob curas: dormire in die, & ob dormitationem uehemẽtem. Et ideò uel ab antecedente necessitate, uel à succedente utilitate, ut etiam in febrientibus si noctu lõga accessio immineat, & superdormire siti bonum est: tum tamen si bibat, dissoluitur coctio, nec somnus succedet.

Dormire cum infectis malum.

Et dormire cum infectis quauis lue, uel morbo contagioso, ut lepra, scabie, psora, impetigine, phthiriasi, uel febre pestilenti: uel morbis pectoris, qualescunque sint præter dolores à flatu, aut morbo laterali, ualdè malũ est, & magna infelicitate, cum felibus etiam præsertim pueris, ad phthisim præparat. Canes autem usq; ad annum secundum præsertim pingues, & albi super uentriculum detenti prosunt coctioni, non solùm tunc, sed in posterum confirmato calore, & uentriculo renutrito, spiritus autẽ equorum ualde utilis est, pestis tempore, sed stabulum debet seruari mundum & quibus rara est cutis, & cerebrum ualdè humidum debet dormire usq; ad tertiam diei horam, maximè æstate, autumno, & hyeme. Vere uerò ad primam saltem.

Canes super uentriculum.

Somnus qui melior.

Et somnus super latus sinistrum, & dextrum, & decliue melior est omnibus elatis ceruice, & pedibus, atq; illis bene contectis, ac capite etiam bene sicco, sed non graui. Et cubiculum, ad horam quartam diei apertis fenestris teneri debet, reliquis partibus, usq; ad x 1. horam admittatur: lux sola, aër nõ minùs solis radijs, post perfectè occludatur. Et carnes apri cum croco plurimo præparatæ efficiunt somnos stabiles, dulces, profundos, & qui stato tempore redeunt, & recreant, sed si non sequantur, abstinendum est ab illis.

Extremis senibus uigilia infestissima.

Extremis præterea senibus uigilia infestissima est: uocamus hos decrepitos. Extinde infantibus, atq; in primis senibus fermè ex æquo cæteris ætatibus adolescentiæ, scilicet iuuentuti etiam consistenti pari quantitate, deterior propioribus senectuti, nam sicciores. Pari autem proportione adolescentibus, & pueris, quoniã magis illorum naturæ contraria. At in ultimo libro diffusiùs pertractabimus de somno senum, & de his quæ ipsum conciliant, de monstrabimusq; etiam incommoda, quæ uigilias sequuntur.

De his, quæ à somno fieri debent, & totius diei diuisione. Cap. XC.

Nota. PLurimum autem refert quomodo lectus paretur ad somnũ, & ut quietus sit, etiamsi non dormiat, scilicet ut lintea sint munda, & promineant supra, & infra, & mollis sit lectus, et longitudo sit trium brachiorum, aut parum excedat, si quis magnus sit, nam ubi nullum excesserit etiam incommodus est, latitudo duorum brachiorum, cum dimidio, id est, unciarum 50. sed minus malum est, ut sit longior, aut latior, quàm arctior, aut breuior, hoc enim maxime obest somno, & tranquillitati magis etiam æstate, & longè magis hyeme puluinaria, ac ceruical saltem altitudinis semipedis, id est, unciarum, seu pollicum sex, uel circa: nodi admodum tensum, neque enim caput insidere firmiter potest, neque nimis molle: subsidet enim, & caput, ac faciem obruit. Debet singulo die agitari, ac concuti pugnis, ac exornari diligenter, ita ut lintea hincinde à lateribus, & à capite, ac pedibus promineant: culcitræ neque plures æstate quàm una, inæqualiter enim tegunt, & hyeme uix una sufficere potest. Heteromala, aut amphirmala mollia, pilosa, plena, densa, curare oportet diligenter, ne æstate pulices, hyemeue madeat quicquam, sed igne omnia siccanda: utroque tempore à cimicibus et pediculis tum uestes etiam purgandę sunt. Inspicere etiam oportet ne serpentes adsint, aut scorpij, aut araneæ. Conosæis textilibus muscæ nõ solùm, sed & culices arcentur, uerùm culices etiam sono, & strepitu interturbant somnum: ideò concludere cubile huic pesti obnoxium oportet, antequam lumen intromittatur. An uerò siccum lectum calefacere hyeme oporteat, dubium est. Quatuor ergo oportet obseruare, naturam hyemis si immoderatè frigida sit: si qui dormiturus sit, frigidior natura sit, ut pueri et magis infantes, & senes maximè decrepiti, & exangues, & conualescentes, & rara cute, mollique carne: Et si offendantur, nec dormire queant, aut non incalescant, uelut de Dauide Iudæorum Rege sacra scriptura refert. Demum ubi consuetus sit huic, ut nobiliores, & fœminæ: secùs calor sine hac mollitie, & blandimentis magis confirmatur. Vbi primum ergo surgere cœperit, paululum crura fricentur, & brachia, inde surgat, & beneficium alui procuret, urinam deijciat, ac nares emungat, & si saliua abundet, expuat illam, rursus si commodum est, paululum fricentur crura, & brachia: demum se uestiat, pectatur caput eburneis pectinibus, & post lauet uultũ, & manus, & si dentes bene se habent, nil agat circa illos: si nutant, labant, dolent, aut eroduntur, colluat os aqua marina bene percolata, etiam illos fricando, & gingiuas intùs extrat palatum: si ergo sit firmis uiribus, deambulatione in umbra salubrium arborum, cuius modi quercus, salix, pyrus, malus, cerasus, populus, & etiam circa fontes pellucidos, utatur, sed si nõ adeo ualet, aut nõ bene dormiuit, curru aut equo non furioso, uel lectica suum peragat exercitium: Et si ambulet non ad sudorem, sed ad calorem moderatum, tum ad fatigationem, sed ad animi alacritatem, non ad mutationem anhelitus, sed ad liberiorem respirationem, cordisq; refrigerationem. A' prandio non exeat domum unquam pedes: si cogatur, quanto serius, modò ante crepusculum per mediam horam saltem tantò melius, panis integatur semper lenibus, & cum domum reuertitur grauioribus utatur, sint tamen uestes quæ frigus omninò arceant, & aures concluſæ si fieri potest, cum domo exire licet propter niues, uentos, imbrem, aliam'ue causam partim sub porticu longè deambulet, partim polliat aliquid alterius manibus uehementer comprimendo per spatium mediæ horæ, sic ut una hora totum absoluatur, modus est ut summis nitatur uiribus, & tam diu donec cum uoluptate id agat, nec tædio afficiatur, aut quasi laboret contra uoluntatem. Soleo ego etiam brachia alterius manibus fricare, ambulare sub tecto contensis brachijs, strictis pugnis, eundo, redeundoq; ut absoluam mille passus hæc metam certam non habet, modus habetur ex somno, nam diuturnus, & non interruptus longiorem, & firmiorem postulat exercitationem, plus cibi, inde & potus. Contra omnia, si somnus sit breuis, grauis, horridus, turbatus: longitudo enim somni horæ nouem, septem saltem, quinq; sunt necessariæ: A' cibo ergo non se exerceat,

Quid à somno fieri debeat.

erceat, nec deambulando. De curis animi, triſtes omnes contabefaciunt corpus, ſed magis poſt prandium, & magis etiam poſt cœnam, et quando eſt in lecto. Quieſcat igitur, & nil moleſtum agitat, aut audiat, uel ubi corpus, aut mens laboret, & præſertim tribus primis horis, ſecundis parum, tertijs negocijs non triſtibus, & ſi laboriosis ſe exercere poteſt. Dormire qua hora à prandio (ſi iam diu conſueuit) poteſt. A' cibo bibere non expedit, nam uinum bibere coctionem corrumpit, exurit iecur, uitiat habitum, caput conturbat, & oculorum aciem obtundit. In cœna uerò per eadem habita conſuetudinis ratione, niſi parum in ultima parte cœnæ: poteſt aſſumere poma bis cocta, electuarium aliquod cum ſe lecto concredit, ex his quæ ſcripta ſunt. A' cibo non ſtudeat, nec mentem defatiget, coctionem enim impedit, caput replet, & nullum fructum affert, hora, namq; matutina eſt hora ſtudij, licet ueſpertina etiam per quinque, uel ſex horas à prandio non incommoda ſit.

Curæ triſtes contabefaciũt corpus.

Potio uini à cibo.

De Vigilia. Cap. XCI.

TSi ex eis quæ de ſomno diximus facilè uigiliarum incõmoda cõprehendi poſsint: Hîc tamen etiam, & nonnullas earundem utilitates adijcere non grauabimur, ut cuncta, recta methodo proſequamur. Cùm etenim humores ſint in corpore qui eiici poſtulent, ut in laborãtibus tuſſi, & grauedine, nocebit ſomnus, & debilitabitur calor à materia retenta, ideo dicebant Hippocrates, & Galenus ſecundo de uictu in Acutis, inopportunum ſomnum eſſe cauſam reſolutionis corporis, excoctionis, & grauitatis capitis, ſecundò ſi cibus deſit: ubi enim calor robuſtior factus, alimento deſtituitur, corpus abſumitur, quod apertè colligitur prima Aphoriſmorũ: Comparatis enim inuicem duobus aphoriſmis, cùm in uno dicat, niſi denẽ plura alimenta corpus abſumi, cùm calor ualidior factus eſt, in altero per ſomnos longiores calorẽ fieri ualidiorẽ ſequitur è diuerſo, ut nõ exhibito alimento, calor imbecillior in ſomno reddatur, niſi priſtini alimenti reliquiæ ſuperfuerint in uentriculo, aut meſaræo, uel iecore. Tertium eſt cum adhibetur intempeſtiuè, ut in media die à prandio, & maximè in debilibus, unde Princeps de conualeſcentibus loquens: & cùm ſomnus non conuenit, fortaſſe excitabit febrem, propterea quod facit cruditatem, & frangit robur caloris innati. Et cum eſt timor ſyncopis, ut tertia Primi. Et quandoque neceſſaria eſt uigilia ob timorem ſyncopis, & caſus uiriũ. Sed hoc eſt cum humores ſunt praui, & uenenoſi in corpore ut in febre peſtilenti, ſudorifica Britannica, & in morſu araneæ illius, quã appellant tarantullam. Et ideo res reducitur uel ad defectum cibi, uel crudorum humorum abundantiam, in locis ubi excerni non concoqui poſtulant: aut ad humorem uenenoſum, qui petit loca principalia, aut quando ſit hora non opportuna, maximè in imbecillibus, & adhuc membra excalefacta habentibus. Per ſe tamen ſemper concoquit, & bonus eſt ſomnus. Et etiam cùm à copia ſanguinis qui exierit ſomnus nocet, ut Quarta Primi, ſeu naturalis fuerit ut in menſibus, & hæmorrhoidibus, ſeu uoluntaria ut in uenæ ſectione. Cauſa cuius eſt quod in talibus ſanguis incaleſcit intrò delatus, & propterea effluit denuò, & maximè ſi ſuper latus affectum decubuerit: ſolet etiam moueri tum tremor cordis, & perterrentur. Cùm enim ſanguis eſt in motu uehementi tutius eſt ut uigilet, quàm ut dormiat: tum quia partes interiores maius afferunt periculum, ſi inflammentur exterioribus: tum quia eſt magis locus auxilio in uigilia quàm in ſomno.

Somnus quando noc.

Tex. & Com.

14. 1 5.

Secund. 1. Tract. pri. cap. 101.

Doc. 2. c. 9.

Nota.

Cap. 20.

De Exceſsibus. Cap. XCII.

XCeſſus intelligo non ſolum ſuperabundantiam, ſed defectum, uelut ieiunium, demirorq; ſatis non ſolùm de Galeno, ſed etiam de aliis maximè Arabibus, qui eum ſecuti ſunt, quod tam multa de abſurdis quibuſdam rebus uerba habuerint, & longas diſputationes, easq; non parum collaudarint, cùm etiã eſſent turpia, fœda, & factu magis difficilia, ut ebrietate, uomituq;, de quibus ſatis ambigo, an etiam ſi adeò prodeſſent ualetudini, homo honeſtæ uitæ, atq;

Exceſſus qui.

tæ,atque ciuilis tum maximè ſemel,aut bis in menſe, ut quidam laudarunt eis opẽ-
ram dare poſſet: at de ieiunio adeò facili, commodo, honeſto, ne uerbum quidem
habuerint. Solus Hippocrates iuxta conſuetudinem ſuam hoc attigit, ſed admo-
Primi Apho-riſm. 13. dum conciſè dicens: [Senes facillimè ieiunium ferunt, ſecundo loco conſiſtentes,
minùs adoleſcentes, omnium minimè pueri: & maximè qui eis uiuidiores fue-
rint.] Hoc quoniam omni ieiunij generi conuenit, de quo intellígit haud perſpi-
Ieiunij quid. cuum fecit. Nam ieiunare dicimus illum, qui tota die abſtinet â cibo, & qui ſemel in
die edit, neque tam conuenit interpretari, quid hac uoce ieiunium ſignificetur ad
habendam mentem Græcorum, quàm quid per νηστείην: habetur ſanè apud autho-
Tex. 88. rem quarto de uictu in Acutis quod ieiunium obeſt dolori capitis, & crapulæ: Ga-
lenus contẽpſit ut ab alijs addita. Cùm uerò dicat ieiunium aduerſus capitis dolo-
rem, crapulamq; malũ eſt. Qui ſemel tantum in die cibum aſſumũt, imbecilli fiunt.
palàm eſt per ieiunium intelligere omnimodam â cibo abſtinentiam: quare rurſus
de duplici ieiunio nos agere oportet, ſcilicet abſtinentia à cibo prorſus tota die, ac
ſemel, aut ut ſumat prandium, ieiunet in poſterum: aut ut ieiunet ad cœnam uſque,
Tex. 24. uel ut cibum ſolùm meridie accipiat: In ſecundo de uictu in Acutis recenſet mala,
quæ eueniunt aſſuetis bis in die comedere, & omittentibus prandium, ſed de his du-
bium non eſt, quod parum proficiunt, etiamſi proficiant: nam neque per diem di-
ſtribuere natura quod ſuperfluum eſt, neque concoquere ob id quod non dormit,
ob motus negotia, & curas. Vnde huiuſmodi hominibus præſidium inutile reddi-
tur, quod optimum eſt, eſt ut ſi quando contingat, requieſcant in lecto, & dormiãt:
nam ſic etiam à curis, atque negotijs interquieſcit: idem dico de parciſſimo pran-
dio, parum enim & nihil fermè æquiparantur: ſecùs ea abſtinentia non ſolum red-
detur inutilis, ſed uentriculum lædet. Hippocrates autem de abſtinentia â cœna ſet
Nota. monem non habuit: quod ſi habuiſſet, nõ laboraremus: credo quod omnibus cœ-
na in uſu eſſet, quoniam qui ſemel in die tantùm edebant, prandium ut rem magis
Com. 21. impeditam omittebãt. Galenus in libro de ſalubri Diæta, dicit, quod his quibus ag-
gregabatur pituita lenta, & craſſa in uentriculo, tria præſidia in uſu fuerũt, medica-
mentum ſingulo menſe, aut uomitus ſemel, aut bis in menſe, at de his alibi dictum
eſt: ieiunium unius diei ſingulo menſe, hoc palam eſt ſignificari integram abſtinen-
tiam à cibo. Ergo de abſtinentia â prandio, quando, & quomodo, & quibus conue
niat dictum eſt. Nunc de ea quæ per totum diem fit, quoniam uentriculus cibo nu-
• 3. de facul. nat. c. 13. per aſſumpto nutriri conſueuit dicere neceſſe, quod uentriculum habentibus debi-
lem noceat, etiamſi in uentriculo copia crudi humoris adſit, quoniam refrigeratus,
ſine auxilio q; relictus, neque humorem concoquet, neque nutrietur: ſed zinzibe-
re condito cum melle uel ſaccharo, aut oximellite cum aromatibus aſſumpto reſti-
tuetur, ſed præſtat, & quieſcere, & dormire magis etiam, quàm in his, qui à ſolo prã-
dio abſtinuerunt. Fouere etiam præcordia his utile erit. At uerò qui à cœna abſti-
nent, aut modicum quid aſſumunt, melius hi id agunt: fitq; conſuetudo inſueta, ue
lut ſi ſingulo menſe, uel etiam ſingulis ſeptem diebus, ſed aliquid aſſumentes (non
laudo autem panem cum uino, ſed potius cum iure coctum) aut quod experimen-
to contulerit ſæpius, aut quod ratione conueniat, ut zinziber conditum, aut uua
paſſa, uel cum panis modico, aut alexipharmacum quoddam, ut raphani radices
cum ſale, & oximellite: aut quod uehementer appetitur, ut in unum illud uentricu-
li deſiderium incumbat: aut æſtate quidem circuitibus longioribus, hyeme breuio-
Ieiunium exquiſitum quibus noceat. ribus, mediis temporibus, mediis. Cùm uerò tot religioſi huiuſmodi auxilio aſſue-
uerint, non eſt contemnendum. Et debilis quidem uentriculi uiris, aut reliqua ra-
tione conſumptis, ieiunium exquiſitum tentandum non eſt. De numero uerò
& hora ciborum, conſuetudo primum plurimum poteſt, in-
de ipſa res ſpectanda, ut abundè ſuperiùs
in primo libro demonſtra-
uimus.

De Repletione. Cap. XCIII.

Sicuti duplex est euacuatio, una quę ad medicamenta uel uenæ sectionem pertinet, & hæc medicationis pars est: alia quæ sensim, & hæc est una ex sex rebus non naturalibus, quę adeò sunt contiguæ, ut unam sine alia explicare sit difficillimum: idem etiam contingit de repletione, quæ & ipsa duplex est, sed alio modo. Est enim repletio propria ut in cauo ulcere dum carnem generamus tertio Methodi: alia autem generalis, qua totum corpus repletur, quæ una pars est principalis unius ex sex rebus nō naturalibus, cùm alia sit curatiua, quę etiam per manuum fit opus: cùm ergo sint duo quæ sumuntur ex aduerso posita, cibus, uel potus, & medicamentum purgans: unum ad repletionem scilicet cibus, & potus pertinet, alterum ad euacuationem. Propterea ille Arabs Tacuinus bene coniunxit has duas res non naturales inuicem. Commune est utrique, scilicet repletioni, & euacuationi, ut non fiat plurima, & repentè secunda Aphorismorum. Dicitur ergo repletio fieri plurima repentè, non sicut euacuatio, sed per homonymiam: nam quod euacuatur & repentè, & plurimum euacuari potest Vere: at repleri Vere non sic potest: sed aut in aliquot diebus, aut dicetur infra: at hæc non est repletio corporis, aut uasorum, sed solum uentriculi & intestinorum, quanquam potus etiam quandoque uasa repleat: unde rursus alia distinctio: facilius est repleri potu quàm cibo. Ideo dicebat Hippocrates in libro de ueteri Medicina, repletur homo celerius potu, dein sordibus, demum cibis solidis, qui etiam eodem ordine in concoctione se habent: nam cibus solidus difficilius concoquitur. Propria autem signa repletionis immodicæ, quę euacuationem prompte postulat, scribuntur in libro de Plenitudine. Compendiosè autem nono Artis curādi, obstructio, distentio, tumor, & rubor. Repletio autem partis ut dixi aliquando fit per ea quæ restaurant carnem in ulcere, aliquando per ea, quæ membrum carne replent, uelut Galenus docet per piccatum ceratu, quarto decimo Artis curandi: Tertio per sanguinem qui ad locum influat, qui ibi retineatur, ut quinto in sextum Epidemiorum. Dicebat ergo Hippocrates in libro de ueteri Medicina, postquā locutus est de repletione, quæ fit ex malis cibis: Non minora fiunt ex euacuatione, quàm repletione mala, & magis uaria. Ideo potentissima sunt hæc tria, aër, somnus & uigilia, inanitio & repletio: reliqua non adeò celeriter occidunt, nam uenena non sunt cibi.

Repletio duplex. *Cap. 4.*

2. Aphor. 11. *Pag. 3.*

Cap. 5. *Cap. 16. Com. 12.* *Pag. 4.*

De Vasorum euacuatione. Cap. XCIIII.

Vtm igitur neque cibum assumere ante exercitationem his, qui exerceri debent, nec exerceri ante uasorum euacuationem conueniat, ut aliàs demonstratum est, necesse est scire quid, & unde, quantumq́, ac quomodo, quandoq́ sit euacuandum. Concessum est ab omnibus, si cruditates in uentriculo sint, neque exercendum nisi (ut ante dictum est) deambulationem, quoniam illæ ut in totū corpus dispargētur, obstruentq́ meatus, & putredines ac cum putredine febres, & phlegmones excitabunt, similiter neq́ comedendum, nam excrementa & crudi humores, rugitus, flatum, nauseamq́, ac grauitatem excitabunt, prohibebuntq́ concoqui cibū, præsertim cùm tales fuerint humores crudi, ut concoqui nequeant, nam quod putrido, uel corrupto miscetur, putridum redditur, atq́ corruptum. Quod si non omninò sit superfluum, forsan pauco admixto calidiore, & cibo concoctu facili concoqui poterit, sed nos de corrupto, & superfluo, & excremento, non crudo humore sermonem habemus: quod igitur id non possit concoqui, iam satis manifestum est, sed quónam pacto reliqua non concoquantur, impediat, iam declarare oportet. Primum igitur quod uentriculus mala qualitate afficitur, ut mala qualitas omnis concoctioni ciborum aduersatur, nam si ulla prodesse posset, caliditas esset, at febrientes, quibus maximè uentriculus calet, pessimè coquunt, quantò deterius humidi, siccíq́, ac pessimè frigidi, cùm etiam naturalis frigi-

Euacuatio quando fieri debeat.

Malæ qualitatis incommoda.

frigiditas coctioni aduersetur. Itaque cum superflua semper prauam retineant qua-
litatem, manifestum est ab his in uentriculo coctionem impedire. Impediunt etiam
quod calorem in cibum penetrare non permittunt, cùm enim hæreant uentriculo
prius calorem uentriculi in prauam qualitatem immutant, quàm ad cibos perue-
niant. Agens enim cõtactu agit, aut medio optimè dispositio, cùm uerò hîc nec uen
triculus cibum tangat, nec quod in medio est, calorem naturalem retineat, necesse
est coctionem ipsam impediri: tum præsertim quod cùm omnia naturalia sibi que-
rant proxima similia reddere, superfluum uerò cibo proximius sit, quàm uentricu-
lus, plus aget superfluum corrumpendo, quàm uentriculus concoquendo. Acce-
dit quod & si concoquãtur cibi, necessariò eum superfluis ad loca nutritionis trãs-
ferentur, unde obstructiones, atque hydropes, ut nihil iam deterius possit excogi-
tari. Manifestum est igitur tunc pessimè agi, cùm omnia secunda, & ad uotum eue-
nerint, ubi cibus superfluis adhuc in uentriculo existentibus exhibeatur. Iam uerò
non sit in uentriculo excrementum, sed uel iecore, uel cerebro, uel uesica, aut pul-
mone, non'ne eædem rationes prohibebunt ne alimentum ad ea trãsferatur mem-
bra. At assumpto cibo tandem alimentum in uniuersa membra transferri necesse
Quibus cibus dandus nõ sit. est, igitur non expurgatis superfluis, cibus dandus non est. At quæ nam sunt super-
flua in uentriculo excrementum cibi, in intestinis fex. Assumpto igitur cibo grauc-
do, nausea persæpè, quandoque dolor, & maximè coli, & ad caput exhalationes, in
pulmone solet difficultas spirandi, & tussis assidua excitari. In cerebro muci si fue-
rint grauedines, raucedines, ac tusses cum tubercula, glandulæ, auriumq; dolores,
destillationes ad oculos procreari solent. In renibus, & uesica grauedines, dissuriæ,
Nota. fluxus urinæ, dolores earum partium, arenulæ, lapides. In uniuerso autem corpore
atrophia, anasarcaq;, nec ulla pars suo uacat incommodo, neq; admirari decet, aut
lætari eos, qui talia non sentiunt, cùm grauitatem supplicij cum tarditate compen-
sent, has enim noxas, neque effugere, neque euitare licet, nisi cum alui profluuijs, le
uitatibusq; intestinorum cholericis, urinæ fluxibus, cum homorragijs, ac sudoribus
expurgantur. In alijs tubercula fiunt: quę & si minora sint mala, multum tamen de-
bilitant uires & deterius humidum restaurari pro puriore cogunt. Iam ergo super-
fluorum euacuationem non necessariam esse docuimus & cur, nunc quæ nam sint
illa explicare tempus est. Duplex est illorum diuisio, alia quidem penes ea, quæ su-
Euacuationis diuisio. muntur, alia penes membra. Quæ assumuntur tria sunt, cibus unde fæx, & potus
unde urina, & aër unde exhalationes, & cum concoquuntur sudores. Crassiores e-
nim exhalationem factam, atque humidiorem, materiam esse sudoris perspicuum
Quæ assumun tur, tria sunt. est. Non tamen in sudore, nec exhalatione solus exit aër, sed cum eo educitur humi
da, ac fumo similis pars. Vrina tanta esse debet, quantus est potus, nisi in æstate ubi
pars potus in sudorẽ transit. Diminuitur urina uel quoties excrementa humectan-
tur, uel sudor parumper, uel aqua intercus paratur, aut scabies auget: nam non par-
ua pars urinę ad cutim transit: minuitur etiam sponte in siccis corporibus. Augetur
uerò uel ob frigiditatem uentriculi, uel ob corporis consumptionem, quæ cum fiti
est, uel ob fæcum siccitatem, cùm etiã aquea cibi pars tota cum urina transit, uel ob
renum caliditatem, ac siccitatẽ, uel quia totum corpus humidius est. Fæces semper
cibo pauciores sunt. Indicium sufficienter expurgari ab excrementis corporis, est
quantitas eius quod ejicitur, leuitas mẽbri, & appetentia. Cæteris excrementis ho-
mo carere potest, quæ sunt secundum membra, ut muco è cerebro, saliua è uentricu
lo, semine in uasis, sudoribus in toto. Xenophon refert Persis turpe fuisse olim uel
spuere, uel nasum emungere. Quibus igitur hæc sponte proueniunt, & quando, &
quantum oportet nullam curam adhibere est necessarium: quibus uerò non neces-
saria sunt præsidia, sed in temperato corpore uix generantur talia, nedum ut genita
retineantur, sed si retineantur, iam ægra sunt corpora, at generari possunt citra mor-
bum, uel ob regimen, uel ob ætatem, uel quia non exactè sint temperata. Nam & si
hîc temperatissima tractare corpora proposuerimus, in his tamen & quæ multum
à temperamento nõ recesserunt, comprehendi uolumus. Iam uerò esse omnia hæc
Nota. quæ diximus excrementa, palàm est præter semẽ, nam de semine ipso est dubitatio.

Sed

Sed ſemen eſſe excrementum, oſtendit quod in omnibus generetur, & excerni deſideretur, et cum uoluptate eiícitur, & iactura retinetur. Sed intempeſtiuè emiſſum, aut ſi nondum ſit excrementum, ſed loco alimenti ad uaſa deductum ſeminis illius euacuatio, cûm iam non ſit amplius excrementum nocet. At de tempore & modo inferiùs dicemus, nunc ad magis fœda excrementa reuertamur, diximus horum eſſe duo genera, fæcem, & urinam, ac exhalationem, quæ omnibus ſunt neceſſaria, & ex aſſumptis deciduntur, muccum, ſaliuam, ſudorem, ac ſemen quæ ex membris & non neceſſario. Nam ſudor duplex, alius leuiſsimus, & eſt mador quidam, ac quaſi lẽuis ros, & hic naturals eſt, nilq; aliud quàm coacta exhalatio. Alius qui copioſus effluit, nec habet naturam exhalationis, atque eo carere aliquis optimè diſpoſitus poteſt: ſubſequi enim ſolet uehementes exercitationes. Tertium genus eſt eorum excrementorum, quæ omninò ſunt præter naturam, ut cruditas, & aqua, quæ in uentriculo per potum copioſiorem, uel per aquæ hauſtum intempeſtiuum, aut prauam coctionem generari ſolet. Hæc ſi non euacuentur, ſemper ſimilem ſibi humorem generabunt, & adiícient, unde nunquam finis cruditati ſuperuenire poſſe exiſtimabitur, & tamen ſuperueniet: quoniam non iam uitiata uirtus eſt membri, ſed ſolùm impeditum opus, commune igitur omnibus talibus eſt ſimile excrementum gignere, nec finiri. Duplex autem cùm ſit hoc frigidum, & hoc uel crudum, uel aquoſum, aut calidum, et bilioſum, utrumque ſibi ſimile generare aptumeſt. Ergo ante cibum, & ante exercitationem omnem excrementorum genus ſingulum eiíciatur. Primum ergo fex, inde urina, inde exhalationes, hæ autem ut dictum eſt, frictione euacuantur: fæx uerò in talibus, et urina promptè expelluntur, de ſanis enim habitibus, & minimè uitiatis ætate, uel alia cauſa ſermo nobis his eſt. Quod ſi impedimento aliquo prohibeamur, ad alterius libri præſidia tranſeundum, ut enim obſcuram uitamus breuitatem, ſic & inanem repetitionẽ. Poſt hæc tria ad muci expulſionem tranſeundũ, ſimiliter oculi, & aures à ſuis ſordibus purgandæ ſunt, & ſic inde ordine ſupra deſcripto procedendum eſt.

Excrementorum duo genera.

Sudor duplex.

Nota.

De Re Venerea. Cap. XCV.

Venus quibus utilis.

Quibus noceat.

Enereorum uero uſus maximè temperatis, firmis, ac præcipuè iuuenibus, atq; adoleſcentibus utilis eſt: peculiariter autem quibus prodeſt, cùm ex eo ſe ſentiunt leuiores, ac lætiores, meliusq; appetunt, nec quicquam incommodi patiuntur. Præcipuè enim Veneris uſus nocet podagricis, habentibus lapidem in ueſica, herniam patientibus omenti, aut inteſtinorum, cochexiam, uertiginem, atq; ei affines morbos, uentriculi imbecillitatem, & ſiccum habitum, tum ſi cor inualidũ ſit, ut duabus his cauſis maximè ſenibus noxius eſt. Eſt uerò quadruplex eius differentia quibuſdam enim ſi non utuntur, malè habent, ſi utũtur, bene, quibuſdam malè ſi utantur, & ſi nõ utantur etiam malè, ſed alia ratione uigilant, mœrent, nec appetunt, quidam melius habent cùm non utuntur, his expedit cauere ut pleriſq; ſenibus maximè qui multum proceſſerunt, quidam bene habent cum utuntur, & ſi abſtineant, firmiores ſunt, his ſolis uti expedit, aliis qui melius habent, haud expedit, ſed neceſſe eſt aliis, neq; expedit, nec neceſſe eſt: peſsimè agitur cùm malè habent, non utentes, deterius ſi utantur: nõ igitur omnibus ſenibus damnoſus eſt, ſed multus omninò aliis iuxta differentiam datam, interdum neceſſarius, perrarò etiam utilis, nihil enim inutile prorſus creauit natura, niſi cùm iam etiam prorſus deficit.

De Animi accidentibus, & an omnes animi affectiones exſiccent. Cap. XCVI.

Animi accidẽtia quæ & quid poſſint.

Orrò animi qualitates plurimum poſſunt ad uitam decurtandam, non ſolùm timor, ira, triſtitia, ſed etiam lætitia legimus plures, lætitia exanimatos, ut apud Valerium Maximũ de inuſitatis mortis generibus: ſed quãquam huiuſmodi mortes repentinæ ſint, ſunt tamen rariores: nec lætitia

occîdit,niſi à uehemẽti triſtitia mutata,tũc enim exilis iam factus animus repenti-
Timor & modus curandi. na commutatione exhalat,& euolat. At omniũ affectuum lethaliſsimus eſt timor, atq; citò perimit poſt quem ira citò perimere poteſt,at raro perimit dolor, & triſtitia perimunt quam frequentiſsime,& longè ſæpius quàm putent homines, non tamen celeriter. Propterea à metu ſemper ſi magnus ſit,ſanguinem mittere expedit, poſtquam in tepido balneo fuerit,cuius tamen aër modicè frigidus ſit,atque ibi diù fricatus,& cucurbitulis magnis affixis. In alijs affectibus hoc neceſſarium non eſt, Ira uehemens minùs nocet,cùm homo clamat, excandeſcit,pugnat, aut ulciſcitur: ſed iam tempus eſt ut iræ admirabilem effectum pro exemplo referam. Thomas
Hiſtoria. Girardelus Ciuis Bononienſis annorum circiter triginta,dentis dolorem paſſus eſt aliquot diebus,tandem ſuaſu quorundam curauit auelli: fluxit ſanguis ex gingiua duobus frequentibus diebus,in quibus contigit ut ira percitus uehementi, maleaffectus ſit, itaque paulò pòſt ad uomitum bilis multæ peruenit per tres dies continuos:inde correptus febre hora noctis nona, quæ ſecuta eſt diem ſecundam Octobris, tumq; Mars Mercurio iunctus circa initium Scorpij propè caput Draconis(ſi quid ad rem facit)ſpuebat modicum ſanguinis,urinæ turbatæ,febris acuta, difficultas ſpirandi maxima,dolor ſecundum longitudinem pectoris non à lateribus: uocatus in ſextæ diei initio,cum uiderem anhelitum breuem, & frequentem, cum ſaltu cordis,& ueſtigia rubra circa ſpinam dorſi,atq; urinas præter id tenues & crudas, dixi non uicturum uiginti quatuor horis,atque ita poſt horas uiginti duas interiit, in initio ſeptimæ diei,adieceram in Prognoſtico oſtenſurũ, ſi placaret abſceſſum in διαφράττοντες,neq; delirauit unquam. Cùm uerò hæc prædicerem,dixi,me intelligere omnia,ſed uix poſſe cauſam inuenire,quod neq; uomitus cum dentis auulſione, ne,& ſanguinis fluxu conueniret:neq; febris,& abſceſſus cum uomitu. Reſpondit eius agnatus fieri hoc potuiſſe ex ira:at ego mirabar,nec de ira quicquam intellexeram:uerùm ubi cogitare cœpi,cognoui hanc fuiſſe cauſam,cùm enim in Pannonia fuiſſet in caſtris,multa paſſus incommoda, repletus prauis humoribus, erat autem ſecundum naturam habitus prorſus melancholici,macilentus, niger admodum ut Afer,nigerrimis pilis, effuſis humoribus, corruptis, & ſanguine conuerſo in bilem flauam & nigram, ut ex potentia ad actum peruenit ob ætatis robur, quod fuitin membris naturalibus reiectum ad uentriculum,atque effuſum eſt per uomitum: at quod in membranam diuidentem pectus,cum exitum non haberet,acuta atq; maligna febre excitata ipſum interimit, celerrimè autem cùm nihil penè expueret, abſceſſusq; eſſet magnus:nam dum circumuolueretur,ſentiebat quaſi pendulum pondus quod decidebat.Itaq; & quãtum poſsit ira,ex hoc exemplo intelligis: & quam multis mors ſuccedit ex importuna dẽtis auulſione,præcipuè in ualde ſenibus. Habitabat autem hic æger in uia Marſcharellæ Bononiæ.

Omnes præterea affectus animi augent morbos in habentibus illos: dico affectus malignos,ut ſunt triſtitia, & curæ, & timor, & ira. Et timor eſt ut dixi peſsimus, inde triſtitia,& deterior eſt quæ mixta eſt timori, & curis: curę enim cũ timore ſunt, cum metu,& retrahunt calorem intus. Et triſtitia retinet illum,ideò prorſus ſubtrahunt ſomnum,& ex eo perducũt ad febres, aut capitis dolorem,& ex eo ad phrenitidem inſanabilem,ex qua breui intereunt: Et etiamſi euadant, aduruntur humores,& augetur atra bilis,& perueniunt ad inſaniam,& ad cæcitates,ſurditates,& paralyſes. Et augentur omnes morbi ob naturæ imbecillitatem,motum,& depraua-
tionem humorum. Et in enterocele,& epiplocele, in quibus eſt minus uerilimile, fluunt excrementa humida ad locum,& uires debiles nõ continent,& inteſtina,& omentum deſcendunt. Aluus aſtringitur multis ex cauſis, quæ notiſsimæ ſunt,& omnia peruertuntur Siccant,calefaciunt calore præter naturam,urunt,commouẽt, & agitant,trudunt etiam in interiora, laxant, retinent, expellenda, uigilias faciunt,
Dubium. & canos accelerant, ut aliquando in una nocte,ſed & caluitiem. Reliquum eſt modo ut uideamus nũquid omnes animi affectiones exſiccent? Solũ enim nõ afficiunt animo humectat,& hoc appellant Hippocrates contrariũ: lætitia igitur ſiccat corpus, & gaudium. Videtur autem difficilè,atq; durum,ut à duobus cõtrarijs maximè per

ſe idem

ſe idem proueniat, atq; in his admodum fuit Galenus auarus cùm tãtam mutationem in corpore humano pariant declarandis: ſi enim gaudium ſiccat, procul dubio nec ſenibus lætari conueniet. Ergo Princeps in libro de uiribus cordis docet, quod lætitia fit à multitudine ſpiritus temperati, & ſplendidi, & quod lætitia gignit ſpiritum temperatum, multum, & ſplendidum, & hoc eſt uerum, & corpus humectatur. Ideo dicis ſenes parum lætantur, & cõualeſcentes: ſic etiam irati, quia ſpiritus eſt calidior. Idem primo cãticæ: [Magnum & multum gaudium impinguat corpus, ideò lædit craſſum, & pinguem.] Ibi Auerroes malè exponit, uolens quod impinguetur corpus à calore: imò ut uult Galenus ſecundo de Temperamentis, pinguedo fit ab humido & frigido, ſicut caro ab humido, & calido. Reſpõdeo ergo quod debemus ſequi ueritatem, & non ut ſtulti faciunt, ut Galeni literam tueamur, docere abſurdã doctrinam, nocere humano generi, et ipſum Galenum deinfamare: rei ueritas enim eſt, quod intelligit per affectiones animi perturbationes. Quod ſi dicas calor augetur, ergò non refrigeratur corpus: dico quod Princeps dicit ibi, quod calor rareſcit in lætitia, & ita corpus refrigeratur, & hæc reſponſio cum Galeno eſt, quia idẽ eſt de motibus corporeis, animalibus ut ſuprà uiſum eſt, & corporei lenti impinguant, & humectant, lętitia autem eſt motus lentus animi, et ubi eſſet repentina, & ualida exſiccaret. Conſtat autem quod facta repræſentatione ad cor horroris, aut timoris, aut iræ, cor mouet humores trahendo, pellendo, agitando, ut manifeſtè uidemus in palpitatione ob timorem, & multiplici etiam motu, adeò ut incaleſcant humores agitatione, ut in ira, aut refrigerentur contracti ſuffocatore calore, ut in triſtitia, aut conculcentur, & moueantur ut in timore: ideo homo eſt in periculo mortis ob hoc, aut ut ſimul contrahantur, & expandantur, & fit inæqualitas, ut in uerecundia.

Tract. 1. cap. 4. & 6.

1 57. Cap. 4.

Nota.

De Moleſtia paruorum animalium euitanda. Cap. XCVII.

Dictum eſt aliàs de ſerpentibus, ſub quibus bufones, & ſcorpiones, & araneas, compræhendi diximus, ſed & horum, & illorum cura una eſſe generalis uidetur, ut dicam, afficiunt autem hæc non parum moleſtia quadam, ut uigilare cogamur, unde omnia mala proueniunt: ſunt ergo hæc ualde noxia, quin etiam fœda poſſunt, & ingratos cibos, ac potus adeò reddunt, ut homo abſtinere cogatur, aut nauſeabundus illos deuorare magna certè calamitas: inquietat præterea hominem perpetuò, ſed & ob aduenas hoc parum decorum eſt: Omitto aũtem quod ad ſequentia pertinet de nautis, ac remigibus, ubi uermes in pane, & aqua paſsim, quamuis panis bis coctus ſit, generantur: nam & illud dictum eſt aliàs, quod, & cur magis panis decoctus celerius ſemel dun taxat cocto, ſed bene mucceſcit, & putreſcat. Itaq; ut rem ad compendium redigam definiunt plerumq; moleſtiæ iſtæ, ſcilicet & ſpeciebus, ac prouidentia: quamuis enim omnia ſub uno genere, ac nomine Græcè comprehendantur, τὰ ἔντομα ut Latinè fœda, ſordida, putredine genita, tamẽ uulgares illorum ſpecies immutabiles ſunt ut dixi quinque, pulex, culex, pediculus, muſca, cimex, & anonymon, quod eſt multiplex, & uarium, polypedum, eiuſmodi ſunt plerumq; aſelli, qui ſub hydrijs ſolent inueniri: uariantur autem pro annorum conſtitutionibus hæc, & perſæpè non adſunt, imò raro eadem redeunt, neq; uidi quod duobus annis continuis perſeuerauerint, nam & aliàs deprehendimus erucas, muris hærentes, alias limaces, ſed ſine cortice, atque ita diuerſa diuerſis temporibus. Horum autem & quæ ἀμετάβολα eſſe diximus, una eſt cura in ſex partes diſtincta, ſcilicet mundities, perſpiratio, cõtrariũ, ſedes, cuſtodia, ſeu occaſio, & proprietas. Et mundities quidem in tribus conſtat aqua, igne, motu. Ergo loca eiuſmodi purgare oportet igne, aqua, & detergendo, fricandoq;. Ignis quidem talia animalia non ſolùm delet, ſed etiam illuuiem, & oua ex quibus progignuntur. Et etiam prohibet ne uiuant, calefacto, & ſiccato nido. Eſt enim ſolis calori contrarius, quanquam nullum ex his ſex generibus animalium ex ouis generetur: fit tamen colluuies apta ſimilium generationi, cum aliud progignant ex illius natura, uocantq; ea lendes, præcipuè in pediculis, cùm enim qua-

Vigilia omnium malorum cauſa.

Paruorum animalium quinq; ſpecies.

Vt tollatur noxa.

5. De Nat. Animal. c. 31.

Nota. tuor sint animalium exanguium genera: mollia dico eiusmodi ut sepia, & crustacea
4. De par. ut astaci, & testacea ut conchæ, & ostrea, & insecta illa uoco quæ in plures diuisa ui-
Animal. c. 6. uunt, & omnia sunt multipeda ut ita dicam, adeò ut quædam sint XLIIII. pedum,
omnia hæc ex colluuie non ouis generantur. Quæ enim exanguia sunt ut sepia, ex
Insectũ quid. ouis generantur, sed non est insectum, uerùm ut dixi molle. Insectum est igitur spe-
cies non solùm exanguis, sed aliud à genito à putredine, formicæ enim ex ouis ge-
nerantur, & tamen multos pedes habent, & plures quàm quatuor. Eiusmodi ergo
quæ diximus exanguia sunt, & ex putri materia genita, & insecta, non enim illa tria
ita disiuncta sunt, distinguuntur inuicem uelut bipes, apes, quadrupes, & polypes,
9. de subsi. nam hæc contrarijs distinguũtur ad unguem differentijs. Ergo cum de his dictum
Et in 4. de se- sit alibi, atq; aliunde, hic solum attingemus quod necessarium est ad præsens institu-
cretis & in tum. Negat enim ex coitu illa animalia generari, sed lendes, cur ergo est quod ubi
lib. de Rerũ multa ex his, multa etiam generantur, ubi pauca, pauca? Numquid errauit, an rectè
uariet. potiùs intelligendus est? Ex eorum igitur coitu duplex fit generatio, atq; una qui-
dem ex se ipsis: atque sic ob imperfectionem non simile, sed aliud generatur. Ex ma
teria autem propria ex qua illa genita sunt, id est, ex sudore, aut retrimento animaliũ
insectum eiusdem generis: quoniam à Sole magis aut Luna præparatur quàm in ip-
so animali. Hæc igitur est causa quod excindere hoc animalium genus, eorũ pro-
hibet generationem, non ut materiã, sed ut agens ac generans. Hoc igitur est quod
à Sole, ab igneq; melius cõsumitur, ab aqua autem eluitur, à frictione perturbatur,
& permiscetur, atq; corrumpitur. Ita cubicula principum sic mundari solent.

De sede autem illorum corrumpenda, cum in culicibus sit aqua stagnans, puli-
cum puluis ex animalium humido madefactus, in pediculis subcutaneum quiddã:
in cimicibus (nam de muscis constat, quod ex uermiculis simi generãtur, qui ab ini-
tio rubri nascuntur) putat esse sordes humanas (& sanè sunt sanguineæ, corpulen-
tæq;) sed uidemus quotidie ex libris nasci, seu tum incerta ratione hac, chartæ: uel
Sedes quibus quoniam ex linteorum fragmentis charta nostra fiat tamdiu seruato uiru. Ergo ex-
tollatur. cindere, atq; corrumpere illas sedes, & cubila acribus, inter quæ staphisagria opti-
ma est: aut odoratis, inter quæ eminet crocus: aut amaris admodum, uel pluribus
horum, ut in cucumere anguino, & helleboro albo, alia frigore, uelut hydrargirium,
sed non tutum reos, aut utile cingulum, eo perpetuo ferre. Atque hæc etiã ad con-
traria pertinẽt, uelut & fumus eorundem, aut hirundinum, aut eorum, quæ optimo
odore domum suffitibus replent, uelut styrax, thus, belzoi. Respiratio quoque loci
multum facit, adeò ut in sublimibus turribus loca aperta, & maximè Boreæ expo-
sita non admittunt muscas, rarò pulices, aut culices, uel eiusmodi, etiam cimices:
frigus enim corrumpit, alia obcæcat, & debilitat, alia reddit immobilia cum etiam
in serpentibus adeò magnitudine exuperantibus id possit. Continua ergo cura in
huiusmodi plurimum potest. Custodia autẽ semper & occasio per opportuna fuit,
ut in culicibus, iuuat ante lumen introductum fenestras occludere: antea enim exe-
unt cubiculũ cum aduesperascit, sequentes lumen clarius. Tum uerò si quæ reman-
Vt cimices sit, flabello discutiatur. In cimicibus igitur quoniam molestissimi hi sunt morsu, &
tollantur. odore fœdissimi, ac multitudine abundare solent, duplici argumẽto utimur ad tu-
tellam, quanquam unum ad sedem potiùs pertineat, scilicet primum, atque id est ut
storea ex arundine texta sub ceruicali posita excipiant illos, & manè excutiant col-
lectos, uesperi etiam antequam se ad dormiendum conferant: sic enim quoscunq;
occident, à molestia auferent alios, ut collectos iam plures à clade nocturna, storea
ipsa ut uetustior euadit, melior est: nam societate odoris allicĩtur: semper autem,
licet secundo præsidio uti, ut dormitum te paulò tempestiuius conferas, inde abla-
to lumine senties, paulò pòst spicula ubi iam plures esse cœperint, statim illato lumi
ne flagella uirgulis tenuibus, nullum hoc malum, nisi quod lintea fœduntur, pro-
pterea si nolis hoc, pluribus illos digitis capientibus, & in locij matula mersis, quie-
tus dormies. Bonum est sic pluribus simul uti uenatoribus. Quod ad proprietatẽ
attinet, cùm de his alibi dictum sit, antiqui sæpè balneo aut saltem semel in die ute-
bantur, & oleo se inungebant, ut non solùm sordes eluerẽt, sed etiã arcerent omnia
hæc:

hæc: oderunt enim animalia huiusmodi, omnia olei odorem, & eius substantia genua illorum implicat, & proprietate etiam eos occîdit. Non sum expertus, sed existimarem si hirudinum aqua destillata corpus liniretur cimices non accessuros: simili ratione imbuerem & olea odoribus, quæ illa effugiunt, atque id tutissimum ut croco, myrrha, thure, belzoi, spica, ari, anguini cucumeris, forsan sale, aceti fæce, sambuci floribus, aut cinere, bitumine, ruta, facilè est in huiusmodi breui, ac certo experiri, nec quicquam peccatum in huiusmodi nisi ex ignauia. Inde minus mirum est quod ferunt animalium quorundam pelles eiusmodi parere, alias prohibere. Eadem quoque diligentia in uestibus præsertim lineis, & interioribus uti bonum fore arbitror: sed & ratio bona uictus, & exercitatio & purgatio iuuant, præsertim in phthiriasi, deinde in cimicibus etiam aliquid. *Nota.*

Confirmantia cerebrum, & ei noxia. Cap. XCVIII.

IT de hoc quãquam locutum aliàs me meminerim, nihilominùs cùm hîc proprius sit locus, de eo disserere decreui: tum quia de noxijs ibi minimè locutus sim, & tractatio hæc etiam morbis illius curandis inseruiet. Diligenter quoq; agendum in ea, quæ difficillima est, nam de cor & iecur, & uentriculum confirmantibus, tum membra alia referti sunt libri: De cerebro robur addentibus nemo uerbum habet: & tamẽ nulla difficilior res in tota medicina, nulla magis necessaria, nulla frequentior ob tot sensus interiores, exteriores motus: Et quoniam primum fermè senescit, & senectute lædítur, indicio sunt cani: & qui egregios, ac potẽtes uiros maximè aggreditur hæc noxa. Præcipua ergo quę iuuãt, sunt quatuor, bona coctio, somnus, lætitia, aër liber, atq; orientalis. His ad confirmandũ caput additur irrigatio ex frigida aqua post lixij ablutionẽ. Contraria uerò his totidem, & p aẽre regio, ut de specu Ansancti in Italia mortifero, & aër nocturnus, atq; crepusculorum. Pro lotione frigidæ caput tenere madefactũ, hoc enim multũ debilitat, corrumpitq; cerebri temperiẽ. Præter hæc quinq; sunt alia quatuor cibi acres, & malè olentes, & allia, cæpæ, caules, inde Venus immodica, sed & ebrietas præsertim ex uino potenti. Tum uerò cõcussio capitis, uertigo, uulnera, ictus. Propriè aũt obsunt capiti mora omnia, & uuæ in dolijs asseruatę. Et uina facta ex uinaceis, & aqua, quibus utuntur Bononienses, uocantq; media, & alia mista, & sunt ex speciebꝰ. loræ, quæ illi putant capiti esse saluberrima, sed & fulua deteriora longè nigris, ut in quarto Synopseos Oribasius refert, tũ lac præter cætera. Inuenire aũt quę nocent, & quomodo noceant, scire pronũ est, cauere difficile, quę iuuãt adhibere facilè, modũ cognoscere operandi difficilius. In uniuersum tamen in hoc ut in alijs summũ præsidium est cauere à noxijs. Nota etiã sunt quæ purgant per aluũ, & quæ auertũt iam coacta: & errhina, & apophlegmatismata, & helleborus niger est præcipuũ, inde agaricum. Ea uerò quæ cõfirmant ex cibis, odoribus, irrigationibus, suffitibus, otalgijs, & emplastris, ac inunctionibus, & his quę manduntur, indiciũ est in uertigine. Inda destillationes prohibet. Ex cibis igitur cerebrũ léporis, & gallinæ, & mazapanus, uel amygdalæ saccharo oblitę plurimũ confirmãt cerebrũ teste Auenzoar. Sed amygdalæ sic præparatæ etiam somnũ concíliãt. Vitella ouorũ à moderato cibo, & sicciore, prosunt præcipuè in cœna. Ex odoratis moschus, ambra, zibethũ, xiloaloes, garyophylli, chamamelon, & cinamomũ nostrũ, quod uerum est antiquorũ cassia. Ex frigidioribꝰ. rosa, uiolæ, santhali, sed nux myristica, & spica dicta astringũt, cohibentq; ascendentia. Post laudant uerbena, betonica, matersylua, rosmarinus, pęonia, sampsuchus. Quæ auocãt exterius illita sal torrefactũ, spuma maris, helleborus, alumen conduſi, xiloales. Excipiũtur aceto aut uino acri. Adde euphorbiũ, crocus & huiusmodi uehemẽter odorata partim iuuãt, partim nocẽt deducendo ad caput. Cardamomum cum non multum sit odoratum confert capiti. Galenus in febribus delegit rosaceum ab initio cum aceto ad repellendum, quibus ubi paululùm defluxio constiterit, admiscet sphondilij, & serpilli modicum, cui paulò pòst castoreum

Cerebri confirmatio difficilis.

Iuuantia.

Nocentia cerebro.

Cap. 19.

Nota.

11. Meth. c. 18.

addit, quod maximè laudat. Ex his rursus quæ purgãt illud, sunt calocynthis, & sena, in copia ueratri nigri, & agarici tãta, nõ uideo quis locutus sit his uiolẽtis, aut malignis. Vt ergo si atra bilis urget helleborus, ita si leuior pituita, agaricũ, si densa colocynthis præparata diu cum castoreo, & gingibere, ac melle, in catapotia q̃ redacta utilissima erit. Myrrham autem singulis addere oportet, cum & per se plurimum educat, & prosit. Et ex errhinis anagalis, aut si calidius placet aristolochia cum pipere. Ex his autem quæ augent cerebri substantiam, secundum Principẽ, est auis quæ uocatur Francolinus, & auellanæ cum saccharo, sed auis præter id etiam mentem acuit. Obstructionibus autem eius confert propriè melissophyllon, ozimum, narcissus, sed priora duo seu edantur, seu odorẽtur, hoc autem odore propriè utile est aduersus attonitum morbum ne adueniat, cùm apperiat obstructiones ex atra bile, & pituita: Anemon autem & pro caput purgio, & pro apophlegmatismate adhibita, eodem teste multum confert, non tam uiolentia, quàm natura, cerebrũ expurgans. Ex compositis autem cerebrum purgat Hiera Faneligoris. Confirmat autem Anacardina confectio, si frigidis cerebrum humoribus quod plerunq̃ accidit, opprimatur, cauenda tamen est illius immodica caliditas, siccitas q̃ etiam magis: aduerte somnum qui si augetur, aut manet, & quietior redditur, bonum est, sin secùs desiste. In melancholicis autem temperatum medicamentum est confectio ex hyacyntho. Et hæ omnes ab illo descriptæ sunt, sed nulla melior in melancholicis morbis, aut facilior ad seruandum, purgandumq̃ confectione ex lapide cæruleo. Purgatur etiam cerebrum per lachrymas, ut idem testatur, unde pueris fletus non admodum grauis, & ad cerebrum, & ad mentem, ac mores confert.

2. Can. Cap. de Duraz.

Cerebri obstructionibus iuuant.

In 5. lib. in Antid.

Lachrymæ bonæ.

De his qui custodia indigent. Cap. XCIX.

Custodiæ duplex intentio.

DVplex est custodiæ intentio, altera quæ non conuenit multitudini & est mutatio, altera quæ generalis est, & est euacuatio, multitudini quidẽ per se conueniens, per consequẽtia autem etiam alijs. Mutationis autem tot sunt genera, quot etiam defectuum, & uitiorum modi. Meminit aũt præcipuè trium Galenus in Arte Medica, consequentium quæ debentur materiæ putridæ, & alexipharmacorum, quæ uenenis ebibitis, aut alexiteriorũ, quæ morsibus, & ictibus uenenatorum animalium aduersantur. Et his quæ attenuant crassa, seu dissecant lenta, aut edulcant acria, uel calefaciunt frigida, aut refrigerant calida: atq̃ hæc omnia per se sunt manifesta, præsertim quod declaratum supra sit: quia attenuatio duplex sit crassorum, ac lentorum, ut incidere etiã dici mereatur attenuare. Verùm quod oportuit docere, fuit illud de aqueo humore, quomodo præparãdus sit: hîc autem in senibus, & quibusdam laborãtibus difficultate spirandi abundat, tum propè omnibus, in insanabilibus morbis, aut omninò nimis concretus, & coactus scio coctionem utilem esse, sed non ut generetur, non ut genitus iam possit concoqui. Et in destillationibus quidem concrescit, atq̃ concoquitur, non tamen omnibus: qui enim difficiles patiuntur destillationes, & per circuitus recurrentes, materiam tenuem expuũt, atq̃ sic à periodo liberantur, nam materiam lentam, crassam, uitreã, mucilagini, seu mucco similem incidit, & attenuat, ueluti diatrion pipereon: sed aqueam illam materiam non est quod concoquat. Qui litigant, & nõ intelligũt, obstinatè tueri pergent coctionem deberi, nec pudet quod experimẽtum secùs docet, nec piget quod ægri suæ fidei cõmissi pereant. Ergo talis humor, non nisi congelatus frigore, inde diuisus concoquitur: atq̃ ita duabus indiget mutationibus, quod efficit oximel scilliticum cum syrupo uiolaceo. Cedit & is humor incoctus educentibus aquam, nec indiget alia mutatione, ut neq̃ lapis, uel arena cùm sit præter naturam. Alter uerò modus generalis tollendi detrimenta malorum humorum est euacuatio, quã quincuplicem esse docuit Galenus loco præallegato. Euacuantur autem satis calidis medicamentis, ex quibus fiunt purgationes, & clysteribus, hæc sequela quadam totum purgant, non tamen à toto, sed reuellunt: quin & experimento cognitum est plurimum posse in coxendicis morbo diuturno, præcipuè quæ

Iuxta finem. Mutationis tria genera.

Attenuatio duplex.

Aqueus humor quomodo cõcoquatur.

quæ sanguinem ducunt, ut cum centaurio minore. Si corpus plenum sit, caput conturbant: semper tamen iecur debilitant. Vomitus etiam per se capiti nocent, & oculis, & pectori: purgant tamen totum corpus, sed uiolenter. Antiquis in usu cum albo helleboro, unde helleborismus sudores quoq; euacuant omne genus humoris, sed non omnes humores, quoniam nō crassos. Et hæ communes euacuationes partim exempli causa adductæ ob urinam, partim humorum non sanguinis ob uenæ sectionem: & ob id ipsam, & cucurbitulas, & hirudines prætermisit: & quæ non per se aut leuiter, uelut frictionem, exercitationem, balneum quod ut cit sudorē, & inædiam non commemorat. Custodia autem propriè indigent conualescentes. Longè enim deterior est recidiua sua radice, dicebat Hippocrates in Aphorismis, senes quoq; quorum custodia est, ut minimè siccentur, aut refrigerētur: siquidem per hæc duo homo consenescit, & per eadem ad opera inutilis redditur: siccatur autem ac refrigeratur, uel siccato humido, calido, uel non reparato, aut corrupto. Siccant ergò uigiliæ, uehementes motus, inædia, cibi praui, duri, excrementosi, uenus, curæ, perflua quies. Necq; idem est siccare corpus cibo, & uesci cibis substātia siccis, uelut saccharo, & melle, quibus nihil melius est senibus.

Conualescentes custodia indigent.

Quæ senes siccant.

Victorum, seruorum, atq; aliorum uictus ratio. Cap C.

Incti in ergastulis paucissimo uti debent cibo, & somno indulgere, & lęta cogitare, memores dicti Socratis: Vos me (inquit) morte dānastis, uos natura, tum reliqua de quibus in Theonosto, & sanctorum uita: Serui uerò & famuli pluri cibo uti debent, ob labores, nec his licet tamdiu dormire, ob id à media refectione magni labores, à ieiunis mediocres sunt ferēdi, à repletione nulli, & maximè itinerum pedestrium, aut equorum, qui subsultim, & incomodè gradiuntur, cibi solidiores, potus paucus, et nutrimētum si multum sit, pauci multi si paucū. Iuuat in festis (nam & Afri deterrima colluuies hominum hos dāt captiuis, etiā Christianis) somno indulgere, paucis uesci cibis, & bene nutrientibus. Quibus etiam conuenit purgatio, aut uenæ sectio, si ualdè malam uitam perferant, frequentiùs quàm magna. Addicti uerò negocijs ciuilibus, hi etiam honesti uiri habentur atq; potentes, ut non omnes seruili conditioni sint adnumerandi. Galenus autem de his omnibus in sexto de Tuenda sanitate sermonem habet, ideo longum esset singula recensere, superfluum etiā transferre. Propterea una regula communis huiusmodi sit omnibus ut cibum, & potum tantò magis minuant, quò somnus impeditur, & horas motus etiam uitent in assumendo ipsum. Et cibi sint molles, & putredini minimè obnoxij: & propter hoc plerisq; eorum uuæ passæ conueniunt, saccharum, & mel: sed huiusmodi sunt inimica carnibus, & magis etiam uino: & carnium esus, cum uigilādum est aut laborandū, efficit scirrhum in iecore. Cùm uerò quinq; alia sint ex rebus non nobis propriis præter cibum: cibus ita accommodandus est, ut quieti, somno, lætitiæ, atq; euacuato corpori tribuatur, cum calidis pedibus: malè uerò pedes incalescere possunt, quibus humidi fuerint.

Victorum uictus.

Seruorum.

Nota.

Carnium esus malus.

HIERO-

HIERONYMI CAR-
DANI MEDIOLANENSIS,
CIVISQVE BONONIENSIS

OPVS DE SANITATE TVENDA.

LIBER QVARTVS.

De Senectute. Cap. I.

Senescere quid.

ERACTA totius increscentis ætatis historia, reliquum est ut de his qui integra sanitate ab initio fruuntur, uitiatam nunc solùm ætatis causa uitæ partem attingamus. Illud primo nobis proponentes, quod homini necessarium sit senescere: sed quid sit ipsum sine uitio senescere primum definiamus: cõstat enim quod calore imminuto spiritibus, sanguineq; reddito impuriore, tum etiam temperatura totius ad frigidius ac siccius tendente, necesse est tandem actiones, uiresq; membrorum uitiari. Sed cùm sensim, & quasi æqualiter uitiantur, tunc senescere homo citra omne uitium dicitur. Nam neque ullam noxam sentit, & sensim ac æqualiter imminutis eodem tempore uiribus non satis manifestè depræhendit, an ullum sit cõtractum uitium in suis operationibus. Senescensq; iuuenem adhuc, & meritõ se esse putant, quoniam comparatione ipsa sola nisi admodum defecerint uires membrorum, uitia earum deprænduntur. Totus igitur scopus uidetur in senibus circa hæc duo uersari, ut scilicet sensim, & tardè, quantũ fieri potest, tùm etiã æqualiter uires membrorum declinent, ac minuantur. Porrò hæc etiam tribus his mediis, de quibus dictũ est suprà, assequi licebit, ut humor ille serius, quàm potest, contrahat fæcem, aut consumatur, ut optimum deperditi loco, atque purissimum restauretur, ut minimè ægrotet homo: hinc illa dubitatio supra proposita, an humidum hoc à fæce ulla industria possit repurgari, quàm Deo dãte aggrediemur. Nũc illud demonstrandum quónam pacto membra omnia æqualiter senescant. Id commodè fiet si illis membris, quæ facilius uitiantur, auxilia ita accommodauerimus, ut ipsa iuuentur, reliqua minimè lædantur. Facilius ac promptiùs læduntur membra tribus modis (de his enim solum loquor, qui integra sanitate fruuntur, & custodia optima utũtur) uel quia membrum est imbecillius natura, uel quia sponte frigidius, ac siccius, uel quia nimis aut parum exercemur. Primo modo exanguia membra facilè senescunt, ut uesica. Secundò quæcunq; talia sunt, ut iuncturæ, articuliq;. Tertiò quæcunq; nimis exercentur, ut cerebrum: quęcunq; parum, necesse est exercere ob corporis salutem, uelut membrum generationi aptum in masculis. Nam si moderatè id exerceamus, non facilè senescit, sed corpus nimis absumitur: ut ergo corporis uires maneant, abstinemus à Venere, atq; ea causa celeriter uirtus illa languescit. Igitur cerebrum & uentriculus duplici, imò triplici causa celerius senescũt, tum uesica omnibus aliis membris, nam & exanguia sunt omnia hæc ualdè, & in continua functione, aut saltem assidua, & frigida omnia, duo etiam ex illis sicca, uẽtriculus, atq; uesica, sed uentriculus atq; uesica, imò tantum functionis genere uexãtur, at cerebrum non uno prorsus, sed multiplici namq; & sensibus exhauritur, dum oculo, & auri, aliisq; sensibus spiritus subministrat, & sponte dum recordatur, & cogitat, imaginatur: dumq; tot motibus satisfacit, nam neruis spiritus suppeditat, affligitur & doribus, & uigiliis: itaq; omnium membrorũ celerrimè cerebrum senescit, post uesica, inde uentriculus. Primum igitur canities, tum caluities aduenit: secundum

Tribus modis facilè membra læduntur.

cundum est memoriæ debilitas: tertium uigilię immodicæ, quę senescentes uexare solent: quartum rugæ: quintum destillationes tum ad uentrem, tum ad pectus, tum ad nasum, unde Poëta: *Quæ senescentibus contingere soleant.*

Tam grauis es, nobis sicco uenit altera naso.

De sene loquitur uxore, ac moribus improbis ætatis illius, cùm diuortiũ admitteretur: sextum est dentium nigredo, erosio, debilitas, inconstantia, dolor, casus, gingiuarum diminutio: septimum oris fœtor: octauum tusses, & in uentriculo cruditates: nonum est lapis tum renum, tum uesicæ, decimum urinæ copia maxima: undecimum renum debilitas: duodecimum impotentia ad Venerem: tertiumdecimum tremor membrorum: quartũdecimum est alui durities: quintumdecimũ hebetudo uisus, lachryma, inuersio palpebrarum: sextum decimum surditas, tinnitusq;.

Stopum in senibus esse ad producendam uitam, in iuuenibus ad sanitatem. Cap. 11.

SI quis rectè consideret senis conditio persimilis est oppido rebelli, quod cum pauca annona à Rege potentissimo undequaq; & obsidetur, & expugnatur. Primum quod neq; inducię, nec salutis spes ulla impetrari potest. Secundum quod certum imminet exitium, nec diu ob inopiam proferri potest. Tertiũ quod conditio obsessorum in dies deterior redditur, melior nunquam. Quartum quod duplex imminet utriusq; periculũ, nec seditiosus intus perdat arcem, & ne externus hostis ui irruat. Quintũ quod uterq; inter Syllam & Charybdim nauigat, nam si defensores intus non excipiamus, externus hostis uacuam arcem, & uiribus inanem occupabit: sin auxilia quærantur cibis & potibus, in oppido autem externo milite proditionis, ac seditionis periculum imminet. Sextum accidit quod undiq; utrisq; timẽdum est, nam debiliorem partem semper hostis occupat. Quibus igitur cerebrum debilitatur, pereunt hi attonito morbo, inquit Galenus, aut resolutione. Quibus cor sit imbecillius hos febres perimunt. Quibus iecur his ascites mors est. Si pectus sit natura, & ętate confectum moriuntur ex latenti morbo. Si intestina sint debilia, hos fluxus uẽtris, aut diarrhœa perimit. Si uesica profluuium, & ardor urinæ necat. Vẽtriculus raro causa est mortis propter quatuor causas, quod facilius illi succurratur, quod senes non sint edaces, quod celerrimè noxam suam sentiat, & quod illi omnia fermè membra calore proprio suppetias ferant, si tamen contingat causas præbere mortis, leuitatem affert intestinorum. Renes quoq; nisi anguſti nimium sint, tunc enim suppressa urina mortis causam præbent, aut nimis calidi generando calculum, aliàs ob pinguedinem, et multitudinem sanguinis, & magnitudinem, rarò mortis causam præbent. Multò rariùs pulmo nisi in ultima senecta cùm exaruerit. Sed nec lien, nõ septũ transuersum, oculi, aures ue. Sed si coneris aliquod membrum firmare, illud protinus occupata tyrannide rejcit in aliud excrementa, atq; occidit. Non igitur præter cor, & cerebrum adeò tutò membra robustiora reddere curę fuerit: sed moderatè à cibo abstinendo non roborari, sed uitæ solum producendæ intenti erimus. Quo fit ut nec copia cibi, nec alimenta maximè nutrientia, non uinum potens, non exercitatio, non deniq; aliquod officium utile sit senibus. Hæc enim iuuenum opera. Vltimum illud solum eorum, qui uel necessitate cogũtur, uel ambitione, aut auaritia inexplebili detinẽtur. Sed quaelis deambulatio corpori, talis amœna lectio animo, somnus autem utriq; prolixus utiles erunt. Generaliter autem prius cerebrum in sobrijs, quod frigidus sit, & plus sustineat laborum debilitatur. Inditio est uisus, & auditus hebetudo, & canities, sed in his, qui uentri inseruiunt iecur: ut uesica in his, qui iusto plus exercentur. Cauendum est igitur longè diligentiùs, ne ullum membrum lædamus, non tamen cura adhibenda est, ut confirmemus ipsa.

Senis conditio.

Membra debilia quibus morbis subiecta sint.

Ventriculus raro causa est mortis.

Nota.

De Vitæ longitudine, & an optimum sit statim custodia uti, exemplo, & modi. Cap. III.

Quid mors.

VIta uita est omnium, quæ homini aduenire possunt fundamentum, qui uitæ diuturnitatem procurat, aut adipisci decet, maximum mortalibus beneficium præstat, tametsi neque uiuere bonum esset, certè summum non est. Mors autem est separatio animæ à corpore ob extinctionem caloris innati, neque huc pertinet ob uerbum separatio, quæstio illa de animæ essentia, sed solum per separationem intelligimus, quod desinat operari, & corpus perficere: communi enim omninò sensu, & animalibus cæteris, & plantis mortis diffinitio congruere debet. Porrò mortis causæ simpliciter quatuor, corruptio caloris ob humidi innati consumptionem, aut corruptionem, uel propter causam internam ciMortis causæ. tra humidi uitium, aut externam. Causæ ergo compositæ erunt, sex trina quatuor: quaternæ una, ut sint omnes cum simplicibus quindecim. Est autem calor innatus, ut instrumentum in spiritibus, ut fundamentum in membris. Intelligo modos compositos, non ut duæ sint causæ simul: hoc enim est fortuitum, et rarum, ut de hermaphrodito cecinit Ausonius, sed cum seni acuta febris superuenit, quæ nec iuuenem potuisset occidere, neque senex ille ætate obiturus erat: hoc enim in medicina concausarum meritò accidisse affirmant, & est frequens. Est autem modus ex humidi consumptione, aut corruptione, uelut in lampade uterque notus. Humidi autemHumidi innati sedes. sedes principaliter in corde, & primo in Principalibus morbis, & omninò in toto corpore, sed à corde conseruatur iam genitum, & quod indies gignitur, perficitur, & reparatur illius uirtute. Quomodo uerò citra iacturam humidi calor extingui possit, apertè uidemus in eadē lampade cum flāma suffocatur, aut frigore, uel motu uiolento extinguitur. Nec necessariū nūc est ad utiliora properantib. causam perse horum inquirere: sed solùm scire quæ id possunt, & quę sint causę causarum: ut quę calorem motu uiolento extinguuntur, ut lætitia. Propterea ut claritatem dictis addamus, exemplo primum à pulmone sumpto, ille non solùm citius præter naturam corde senescere, & siccari potest, sed etiam natura: quod sensit Aristoteles cum dixit: Naturalem mortem aduenire prius siccato pulmone, ut cordi munus follis exhibere non queat: quod contingit, quoniam cor est substantia densius, calidius, & spiritu multo repletum, & frequentiore motu quàm pulmo agit, ideò tardiùs siccatur illeat in cauis fortuitis quoniam contingere potest, ut nutrimentum illius sit minus bene elaboratum, aër qui occurrit frigidior: uel ulcere laboret, at destillationibus opprimatur, ut plerisq; maximè senibus. At dices si materia tota fluit, ac refluit etiam in corde, quomodo & Galenus, & experimentum docent, corpus tamen fit perpetuò siccius? bona fortuna agitur, quoniam experimentum, quo indigemus,Contrad. perspicuum est, unde hic de causa non est necessarium agere. Tum uerò & huicalibi satisfactum est. Verum & id potius considerandum, quod etiamsi non siccaretur per se, tamen quod mutatur post constantiæ tempus, deterius indies efficitur: quare tamen interim augeatur uiribus, & mole corporali aliàs attigimus, at nūc exactè docere propositum. Per alimentum fieri ibi docueramus accessionem corpori in dies, tam uirium, quàm molis, uerum in consistenti ætate æqualem dissolutioni: in adolescentia, et pueritia maiorem ea, in senio autem dissolutionem, contra accessione maiorem, tam in uiribus, quàm mole, atque id perspicuum est. Attende modo quod dictutus sum causæ incrementi tam in mole, quàm robore (nam eadem est ratio utriusque in uno, ac altero, licet ut Hippocrates dixit non semper simul augeantur, ac minuantur) sunt humidi puri abundantia, caloris magnitudo, moles prior, maior (nam iuxta proportionem eandem si augeantur, palam est, quod plerumque contingit, aut saltem supponitur) maius futurum in corpore mole maiore, ac uiribus, quàm in minore: & minorem pariter in utroque resolutionem. In pueris igitur, atque magis in infantibus maior certè est resolutio quàm in adultis, ac longe etiam magis quàm in senibus. Quod non solùm Hippocrates prima Aphorismorum te-

Alimentum diuersificari iuxta ætates.

Tex. Com. 63.

Resolutio in quibus maior.

morum testatur, & ratio apertè ostẽdit, sed Galenus x i. Methodi luculenter docet, & robur, corporisq; moles minor, & calor itidem (non dicam minor qui sit maximus) sed hebetior. Tribus igitur ex causis minùs crescũt infantes pueris, & pueri adolescentibus, & quo etiam duo considerare oportet, cùm præter rationem plus iusto crescant infantes, & qua magis ætate, uelut ego & nepos meus Facius á x i i i. anno ad x v i. adeò creuimus, ut gigantes euasuros nos existimarent: cumq; antea parum, in posterum nihil incremẽti accepissemus infra mediocritatem, & robur, & magnitudo substitit. Sed quoniam hæc ad contemplationẽ magis pertinent, quàm ad opus, nunc de his scribere supersedebo, nõ tamen uadimonium prorsus inchoatum deseram. Ergo nihil prætermittẽdum, ne omnia in dubium reuocem: si omnia perfectè attigero, delassabo sine fructu lectorẽ? Capita ergo singula recipere oportet: ea solum tractanda, quæ ad finem consequendum attinẽt, atque ea breuiter: de reliquis id solum ostendere, quod ad præsens negocium non attinent. *Cap. 14.*

Primum igitur illud uidendum quomodo humidum innatum corrumpatur, certè per malam restaurationem, quam tamen Galenus prætermisit: nam consumptionem humidi, & excrementorum abundantiam duas causas mortis esse præsupponit: tametsi enim euacuentur ita excremẽta, ut ullum paritura sint morbum, & nondum sit finis uitæ naturalis corrupto humido innato mors accelerabitur. Quod si dicat ob id quod humidum sit impurius celerius absumi: nõ negabo, sed id in paruis detrimentis, & longo post tempore. At hic lapsus non tantam moram patitur. Et sicut omnia quæ natura mortali constant corrupto humido suo intereunt plantæ, metalla, lapides ex dissidio elementorum naturali, quod Philosophi animaduerterunt, quantò magis homines: in quorum humido necesse est calorem, & magnum naturalem, & cum uehementi motu pabulari. Vnde quibus ille calor deest, hi adeò diu manent, ut perpetua à quibusdam existimentur, uelut aurum, & adamas: quæ si possent esse perpetua, cùm alia eiusdem speciei indies generentur, iam omnia essent adamantes, & aurum: hoc igitur præter rationem, & euidentem, plane ostendunt omnia mista corrumpi. At (ut diximus) cùm in homine hic calor manifestè causa sit breuioris uitæ ob motum acrem, unde plantæ quod exiguum retineant motum in suo calore, cum uoluntario, & uitali careant, sed solum trahãt, atq; expellant, comparatione animalium longam sortiuntur generaliter uitam: hac ratione metalla plus omnibus durant, inde lapides, post plantæ, deinde animalia: maiore enim motu aguntur. Motum nunc dico quo calor quidam humidum depascitur, non locali ut nuper adnumerauimus: longa enim problemata hîc præter propositum annectere non est utile. Intelligis ergo aliam esse humidi corruptionem, à consumptione, & excrementorum copia, & in hominibus omissa mistionis necessitate actionem caloris in humidum considerandam. Reliqua de uiolentis morbis, aut casibus externis sub uno capite deprehendentur, ne curandi rationem hoc in negocio immisceamus, aut prorsus necessariorum proposito nostro aliquid relinquamus, duntaxat duabus quæstionibus adiectis. Si igitur caloris motus perbreuem efficit uitam: nam præstiterit calorem in iuuenta auxisse studiosè, siquidem cõducet ad salutem uitæ longitudini oberit. Verùm Galenus hac in causa huic negocio plurimum studet. Et cum mors adueniat, uel defectu humidi, uel illius corruptione aut excrementorum abundantia, quibus omnibus caloris robur obstat, dubium non est oportere calorem naturalem seruari, augere non conducit, quod celerius absumet humidum, & maiore motu accelerabit mortem. Dẽsus ergo, & tenuis calor, ac purus potius paruus, quàm magnus, & quasi fixus, conducit ad uitæ longitudinem, non augendus, nam præter naturam erit, & motum ciet alienum. Verùm ad seruandum iam inuenta exercitatione, non leui indiget, & hoc putant conducere, aut etiam necessarium esse ad illius magnitudinem, uitæq; diuturnitatem, sed falluntur. Quin quod experimento res cõstat, id uero simile dictis. Et ut dicam ab illo, ut uidebimus, sumenda ratio erit. Altera quæstio est an statim inchoanda sit uiuendi ratio, & quo septennio (si modo diuidenda est nostra uita eo annorum numero) & mihi sanè non ardua uidetur quæstio, cùm iuueni conueniat exercitatio, et

Humidum innatum quomodo corrumpatur.

Quomodo motus sit causa breuitatis uitæ.

Calor qualis et quantus esse debeat ad uitæ longitudinem.

caloris denſatio, ac concoctio proba, atque abſtinentia à noxijs, primum uariatur pro ætatis ratione reliqua manent, ſed ita ut medijs diuerſis pro uirium magnitudine, ac reliquorum comparatione quærantur. Ergo quantò citiùs, tantò meliùs, ſed & quandocunque melius eſt aliquid habere quàm nihil. At quoniam in incertum uagari cauſam ſæpè præbet, ut à ſcopo aberremus, uel omittendo quæ haberi poſſunt, aut quærendo quæ non poſſunt, aut occaſionem præbendo calumniæ ſi non ſuccedant, dicamus de ipſius ſcopi terminis. Scripſêre Lucianus de Macrobijs, & Phlegon Trallianus Adriani Imperatoris libertus hic meminit. Fauſtum Cæſaris ſeruũ è Sabinis, à Prætorio Pallantino ſe uidiſſe annos natum CXXXVI. atque Adriano Cæſari exhibitum. Cùm Lutius Tertius è Bononia CXXXV. uixiſſet. Cum Plinius referat, de Tito Fallonio Bononienſi, quod CL. annis cenſuum Cæſaris obſeruatione uixerit, & erat illius ætati Phlegonte proximior. Sed certis hiſtorijs conſtat de Gorgia Leontino & Democrito Philoſopho, quorum unus CVII. alter CVIII. annis uixit, amboq; ſatis firmis uiribus. Senecam qui putant CXIIII. annis uixiſſe aberrant, namq; ei qui controuerſiarum ſcripſit libros fuêre filij duo, Novatus, & Mela, ad quos libros illos ſcripſit: tot ſunt huius rei argumenta, tot teſtes ut demirer potuiſſe quenquã dubitare non credere. Vnus Philoſophus trunca adulterio manu, plena exoletis domo, cum apparatu regio abſq; filijs ut ex teſtamento dignoſcitur. Neronis magiſter, fœnerator maximus pomis in agro, & aqua, metu diſcipuli diu uictitaſſe, aſpiraſſe ad Imperiũ tum ſenem, & metum incuſſiſſe Neroni, tam diu colluctatum inciſis uenis cum morte. Præterea conſtat illi fuiſſe fratres Gallionem, & Melam Lucani patrem: ita conſtat hoc fratres, filios fuiſſe Annei Senecæ, qui controuerſias ſcripſit, & Grammaticus, & orator tantum fuit, & pater Senecæ Philoſophi uitæ coinquinatæ flagitijs, adeò ut Romani ſperarent poſſe eligi in Imperatorem Cui bono Imperator, qui iam CX. annũ attigiſſe, ſi obijt CXIIII. cum pater inculpatè fuiſſe legatur. Quare ex hoc numero & ea ætate indignũ hunc pſeudophiloſophum, locoq; illius inſeramus Xenophilum Muſicũ, qui uixit annis CVII. ſine ullo uitæ incommodo: potior Gorgia & Democrito artis ut reor beneficio, cum læta uita multum apta ſit producendis ſpacijs. Refert Guido Benatus Aſtrologus anno ſalutis M. C. XXIII. uidiſſe hominem nomine Richardum, qui CCCLXI. annis uixit hoc longæuior anno M. CC. XLVI. Sunt & alij multi annorum CXXX. teſtimonio quorundam & noſtræ ætati proximi, de quibus agere non decreui: minùs conſtanti authoritate fidem facientium, & etiam quoniam incomperta illorum uita nihil plus habemus, quàm ſi etiã non uixiſſent. Paulini ſacerdotes commemorant in India Orientali ueteri (ſic enim nominabo quæ aureæ Cherſoneſo proxima eſt, & illam amplectitur) uidiſſe Brachmanum Philoſophum, ſiue mauis ſacerdotem, qui conuerſus ad Chriſtum anno ætatis ſuæ CXXXVI. cum celebraret feſtum, quo fonte ſalutis leuatus erat die duxiſſe choream more pompam agentium, ut non ſolùm uiueret, ſed ei muneri etiam ſufficeret: reuocat hoc exemplum multa ad propoſitum neceſſaria in memoriam, ſi prius attigero ſententiã Galeotti Narnij, qui putat hoc eſſe rarum, ob id & tamen uerum, quod in natalitijs accidat, cum Chronocratores Perſæ, & alioquin ualidi cuipiam ſtellæ inerranti benefícæ admodum, & ſalutari adhæſerint. Atq; hæc ut ſcire an uera ſint, pulchrum eſt, ita propoſito noſtro inutilia, imò quaſi è directo, cum illa pugnare uidentur. Conſtat enim Herodicum apud Platonem ad longam etiam ualetudinarium beneficio parci uictus peruenìſſe ſenectam, & Rogatianum ſenatorem podagra conſumptũ conualuiſſe: Redeamus ad propoſitum. Duo attigimns neceſſaria ad longitudinẽ uitæ ratione conſequendam, ſcire ſcopum, id eſt, quãtum homini uiuere licet? idq; bifariam & generaliter, & ut cuiq; ſingillatim conceſſum eſt, & modum, cauſasq; mortis, ac uitæ: neutrumq; diffinire licuit, tum ob multitudinem partium, tum difficultatem principiorum utriuſq;, tum ob uarietatem opinionum erroremq; uetcrum, ac præcipuè Galeni non ſatis ab illo commodè, ac ſufficienter qualiſcunque ſit explicatum. Ergo primum ut illius ſententiam abſoluam, quæ in ſecundo de Tuenda ſanitate aſſcripſit. [Poſtquam perbreue eſt cõtra illius conſuetudinem ut iacent adij-

Nota.

cap. 2.

adjiciant. Nam quoniam uehementior motus exercitatio est, necesse quidem hæc tria est ab ea in corpore perficere ex illa: membrorũ duritiem ex mutuo ipsorum attritu, genuini caloris augmentum, & spiritus citatiorem motum. Sequi uerò hæc reliqua omnia priuatim commoda, quæ corpus exercitijs accepta refert: Vtique ex membrorum duritia, tum ut minus ex labore afficiãtur, tum ad actiones robur. Ex calore autem deducendorum in corpus ualidum attractatum, & immutationẽ magis expeditam, tum nutritionem magis felicem, tum ut singulæ partes sint (ut ita dicam) perfusæ. Cuius fusionis beneficio & solida molescere, & humida tenuare, & exiguos corporis meatus laxiores fieri accidit. At ex spiritus ualentiore impetu, & purgari omnes hos meatus necesse est, & excrementa expelli.] Hîc omitto quod membra uelit duriora simul, & molliora fieri, (nam cauellus est, talem uirum etiam si aberraret absque euidenti fructu, insectari uidetur) ipsius duritiei, id est, membri densitatis obliuiscì, & prætermittere maiorem utilitatem, atque ad propositum spectantem, & est longè tardior eius humidi resolutio, atque ob id tardior mors, seu totius & communis, seu membro propria, quam uocamus syderationem: aliam insuper, quam ab initio minimè retulit, affert causam diuturnitatis ac breuitatis uitæ, & est perfusio ipsa: Et præcipuè æqualis membrorum, ab humido innato. Vt in uniuersum causæ lõgitudinis uitæ quinq; sint: humidum quod tardè resoluatur, quod non corrumpatur perfusio æqualis, & colliquatio, humidi in membris, excremen torum defectus, & securitas ab externa iniuria. Verùm non est ut solicitemur in disputando de causis, & utilitate illarum, cùm concesserimus quod utilitatem aliquã præstent, nec noceant (constat enim quod bona sunt) an tres (gratia exempli utilitates, an quatuor, uel quinque) postquam de fine conuenit: exempli causa diximus, quod calor expellit, excrementa concoquit, alimentum ad similitudinem innati, si densus purum reddit humidum: an modo colliquet illud humidum, & perfundat eo membra solida, postquam omnia hæc ad utilitatem pertinent, quærere non est necessarium, ut neque an extendat ipsa membra, & corpus adaugeat. Reducamus rem ad propositum: Exercitatio incrementi tempore densat humidum, & purius reddit, unde tardior fit illius resolutio, quod si etiã membra denset ut ait Galenus, & hoc conducit ad uitam producendam. Illa eadem calorem adauget, & motum cit uelociorem: quorum primo melius concoquitur, alimentum fit purius, & similius innato, & hoc ipso producetur uita, & à corruptione tutius humidum erit, & uniuersum corpus, & melius resistet causis externis, atque contrarijs, ob motum uerò superadditum, & caloris magnitudinem, excrementa propellet, & ita secutior reddetur à secunda mortis causa, seu ut uerius dixi tertia, sed cum calor tenuior etiam reddatur, penetrabit in humidum, & illud repugnabit, & sincerum reddet, & licet post aliquot annos ab exercitatione cesset (scimus quantum in natura nostra consuetudo possit) non cessabit etiam in decrepita ætate calor id munus præstare: unde ad mortem uerè naturalem deueniet, quæ fit propriè ex humidi innati resolutione, non autem corruptione, ut tandem concludamus uitam militarem in iuuenta, si minoribus incommodis agatur, plurimum conferre ad illam producendam. Cum elephanto Aristoteles CC. aut ut inquit, alij CCC. annos uitæ conedonet. In libro etiam de longitudine uitæ. Et in libro de Generatione animalium, elephanto, & homini longissimam uitam tribuit, quamuis hoc secundo loco maiorem elephanto concedat. Et in nono de Historia tantum CXX. aut ad summum rem retraxerit ad CC. cumq; fœminas LX. florere dixerit, innuit potiùs hærendum esse primæ opinioni CC. quàm secundæ CXX. ut satis si contraxisse ex CCC. ad CC. non quod CCC. uiuere non possint, sed id sit monstrosum, ac si homo ad CXX. pertingat: pertingit sanè, sed id monstrosum quasi est, maximè cum fiant omnium prorsus adeò immemores, ut sint etiam fermè elingues: sunt enim oblæsi, lachrymosi, & tristes, non tam uitio uitæ longitudinis, quàm generis. Quid quod referant etiam nunc in Aden orientali India, duo insignes uiri, longeq; diuersi, tum fama celebris confirmat illorum fidem, & testantur ad illum Reges plurimos, inter quos & Carolum Quintum & Philippum eius filium, atque alios his authoritate,

Alij legunt laxiores pro laxiores, sed parũ refert.

Galenus notatur.

Quinq; sunt causæ longitudinis uitæ.

Nota exercitij utilitates.

2. De uictu in Acut.

Mors naturalis.

Vita militaris ad uitam producendam cõfert.

Lib. 8. de Hist. Animal. c. 9.

Cap. 10.

Cap. 46.

Nota.

Historia.

& potentia minores misisse cum muneribus miraculi causa salutatum. Asserunt{q;} quod CCC. annos habentem uiuere, ita ut ensem mordicus ex summa acie à terra eleuet. Non negarim aliquid additum ob loci longinquitatem.

Fama bonum, quo non uelocius ullum
Mobilitate uiget: uiresq; acquirit eundo.

Tamen constans adeò de hoc rumor increbuit, & nemine in tot annis contradicente, ut turpiùs uideatur nolle decipi, quàm sic decipi. Sed uideamus causas uerecimilitudinis tanti miraculi: forsan enim non solùm desinemus admirari, sed condi-
Aden. scimus argumenta, & fidei, & euentus. Est Adem seu Aden emporium fœlicis Arabiæ, prope littus Arabici sinus, imò potius rubri maris, quod pro faucibus est Arabici Sinus à Fortunatis distans partibus LXXVI. aut circa ab Aequinoctij circulo uersus nos, partibus circiter XIIII. regio qua nulla melior Orientalis Indica pars proui nciæ nuncupatæ fœlicis, perflata tota, ut in maris penè littore. Vigent ibi homines, uel sponte uiuentes supra centum annos, & ad CL. nõnunquam, quod ex duabus Philosophi sententijs colligitur. Hic uir præterea Brachmanus professione abstinens à carnibus, atque uino. Porrò docuimus nullum animal quod carne uescatur longæuum esse, maxima enim uita carniuororum terrestrium est triginta annorum, si modo ulla tam longa est, ut bessem hoc solo auferas: uiuunt ex instituto sacharo, & fructibus qui optimi sunt, ac bibunt aquas bonas, & concoctas, ut Nilica uelut apud Persarum Reges posthabeatur: abstinent plerique à Veneris studio. Mer-
Ambræ uires. cator est ut audio, imò monopolium obtinet ambræ, quam scimus quantum uitæ conferat, adeò ut decrepitus propria manu scripserit Princeps, depellens omnem sordidiam à corde, & cerebro, eaq; confirmans: ille idem reddit rationem locupletem dum inquit: Caliditatem habet tenuem, cumq; oleosa sit, imò tota oleum concretum, quod dignoscitur admoto candenti ferro: quare repurgat (ut uerisimile est) humidum illud innatum, & uitam in immensum producit: referunt medici, earum regionum incolæ Indos eo medicamento familiariter ob egregias illius dotes inter dapes, & fercula uti. Ergo etiam uerisimile est non solùm huiusmodi (quanquã hoc ipsum prætulerim) sed in tanta penuria licere oleoso quopiam alio medicamento uti, quod easdem uires obtineat, cuiusmodi xiloaloes. Multum enim cum hoc conuenit, liquescit totum, si bonum sit, quamuis lignum: suauiter olet, cõfirmat caput, tenuis est substantiæ, pingue: Et quamuis Insulas, & moles in mari Indico Ambaris esse glorientur, ad fabulas ut reor usque: certum tamen est magis deesse rem, quàm usus rationẽ. Natat in aqua optima, cinerei coloris est, alij aliter distinguunt, & nos horum mentionem fecimus. Ergo ut ad institutum redeam, hæc potest dici secunda causa longitudinis uitæ, in qua includitur pars primæ, nam prima proculdubio est ex causis generalibus, & sunt ætas, ut ante, & diluuij tempore, cùm mundus esset quasi adolescens. Item regio, parentes, consuetudo, & ortus ipse. Propriarum i-
Aloisius Cornarius. gitur, nam communes parum sunt in potestate nostra. Secunda fuit ratio Aloisij Cornarij, qui uentriculo laborans, cùm circa annum ætatis XXXVI. pro deplorato haberetur, sibi rationem uitæ pondere præscripsit cibi duodecim unciarum indies, potus quatuordecim, nec ab illa discedens magnam consecutus est fœlicitatem, sanus corpore, uictis litibus, quibus ditatus est, suscepto filio, & ex eo octo nepotibus, cùm esset nobilis Venetus, ac prudens, magnum attulit temperantię suæ exemplum, & emolumentum. Quin excussus è carpento etiam rursus præter spem medicorum euasit. Hoc exemplum sequuti sunt non pauci. Dominicus Saulus, Gabriel Panigarola, ac Leonicenus, qui omnes morbis inexpugnabilibus laborantes ad longam senectam peruenêre, & incolumi etiam corpore: Cornarius ad XCVII. Saulus excessit XCIIII. etiam multis curis agitatus, & oppressus. Panigarola ad octuaginta quatuor, Leonicenus inter literarum studia ad CXI. ut audio certè centesimum attigit: laborauerat autem circa finem adolescentiæ sine graui resolutione. Saulus coxendicis doloribus, Panigarola uertigine. Alia fuit Marsilij Ficini me-
Marsilij Ficini inuentio. dici inuentio, quam accepit à Zoar Arabe, quem ferunt uixisse annis CXXXV. ut illustrior haberetur, nec defuit occasio pernicioſa carceris etiã iniusti, & in manibus

propriꝫ

proprij inimici Hali Reguli, à quo biennio detentus est, multa in eo passus incommoda, Marsilius inter assidua literarum studia ad xcv. peruenit annum, Matrem ut audiui ad cxvii. perduxit acri cura. Hæc ratio uiuēdi tradita est ab illo partim, partim ab ipso Zoar. Et consistit in debita quantitate, & qualitate, & electione præparationis, & horarum, & somni, sed præcipuè panem, & carens unius diei in hyeme, in æstate autem non nisi sex horarum spatio ante mactatas, non tamen panem calidum. Et bibebat aquam cum saccharo, & fundamentum est in duobus, in carne columborum turritorum, uel etiam agrestium, non palumborum, neque glandiphagorum, quæ expurgat uentriculum, & confirmat cor, & debent sumi antequam perficiant plumam. Et hi resistunt etiam febribus pestilenti/ bus. Alterum est in pineis quæ consumunt humidum præter naturam, & repurgant innatum, ideò optimæ sunt, nam etiam purgant iecur, & lienem ab infarctis, & renes, & uesicam à rebus præter naturam. Et quoniam præceptum est ad senes, qui non ualent dentibus, & etiam sunt duræ coctionis, & malæ uentriculo: ideò ob hæc omnia eligantur primum ut infundantur in aqua rosacea, uel alia iucunda uentriculo maximè destillata, & contundantur bene, & cum saccharo sumantur. Nota. Primarum uis.

Quarta uia fuit per quintam essentiam, quæ fit ex circulatione aquæ uitæ, donec acquirat odorem uiolarum, & exuat saporem omnem acrem. Et hac Federicus Imperator Maximiliani pater, & Leonardus Lauredanus Venetiarum Dux, quamuis uitam ducerent parum conuenientem, peruenerunt ad xcvi. annum ambo, & cùm hæc & prima per se id agere possint. Itemq; secunda & tertia per se proferunt, prima, & quarta commisceri secundæ uel tertiæ, & ita conduplicabitur effectus, quod erat à nobis propositum. Pari ratione Galenus attigit uiam unam, sed imperfectam, cum usu melis de Antiocho medico, qui superabat lxxx. annum, & Telepho Grammatico, qui xc.. eodem modo, & de rustico qui ex usu lactis peruenit propè ad centesimum, & adducit pericula ex lacte: est enim periculosius caseo, quia ob aqueam partem, & ob dulcedinem magis penetrat: illud tamen auxilium si non lædat, non est negligendum. Altera tamen de melle alludit ad illud Pollionis, qui cùm uixisset centum annis, interrogāti Augusto, fertur, respondisse, intùs mulso, exteriùs oleo. Quinta essentia quæ. Lactis incommodum.

Nostra demum uita est præcisis incommodis, & est magna ex parte sumpta à Principe. Quies xii. horarum singulo die: & si possum somnus saltem septem horarum. Et quietis pars sit à prandio etiam. Ignis in hac ætate: & maximè si sim madidus, aut frigeam, & cubiculum occlusum dum adsum: molle stratum ex sericea stuppa cū multiplici culcitra, ut tepor sit æqualis: usus plurimi olei, modici aceti, & salis, ob lapidis timorem, quem hucusq; deuitaui, tametsi iam lvi. annis arena nunquam in urina, & ualdè copiosa, & alba defuerit. Motus diuturnus in aprico, sed leuis, & mollis, omnia enim magna dissoluunt uires. Oleum anethinum quatuor commoda præstat, concoctionis auxilium: sedat dolores, somnum conciliat illitum, & ebibitum uomitum lenem prouocat. Sed debet esse factum modo, quo Sethi docent. Pulegium item, & origanum, & mel, & saccharum, nunquam deesse debent. Pineas etiam, sed cum pinguibus, non neglexi, neque columbos. Zibibo frequenter utor. Manifestum est quod hæc, & præcedens etiam sociari possunt cum prima, & quarta: & commiscentur cum secunda, & tertia, imò retinent partem illarum: non tamen possunt reliquæ quatuor inuicem sociari. Vtor uerò ego cæpis coctis sæpè in initio cœnæ, ne uidear despicere Asclepiadem: & eligo acres, & coquo sub prunis, & satis feliciter. Madefacio etiam ob dicta, & ut robustior sim, lumbos singulo die aqua frigida, & inungo uiolaceo, & rosaceo. Propria uiuendi ratio. Olei anethini commoda. Nota.

De signis longæuæ uitæ, & bonæ ualetudinis, & temperamenti.
Cap. IIII.

Aepè quæstus sum de hominum prauorum improbitate: neq; enim improbum appello & si sit, maximè qui aliena possidere uult, tantundem deterius occupans, quãtum ab illo eripit, sed eum deteriorem longè maximè improbum duco, qui ut paucis gaudeat, alium omnibus operibus euertit, quemadmodum si quis domum incendat ut cinerem potiatur, aut aliquid ex tanta iactura furto subripiat: deterrimus est inquam, qui nihil sibi lucri faciens, alium omnibus spoliat. Eiusmodi sunt qui disciplinas scire se simulantes, atq; in eas accessionem scriptis facere se profitentes, studium, & gloriã ab his, qui utile aliquid in illas conferre possunt, auferre conãtur, impediuntq; bonarum artium incrementa. Ergo persimilis est in hac quæstione, & querela. Proponitur scientia longæuæ uitæ, integræ ualetudinis, corporis bene compositi, at quid sit unum quodq; horum, nondum definitum est, adeò ut etiam succurrat, nõ agnoueris, persimilis quæstio de seruo fugitiuo, quam Dominus non agnoscit: & ne plura simul capita miscream, quandoquidem in uno plurimum sit difficultatis, atque ambiguitatis: quæ-

Longæ uitæ quæ.

nam uita primò longa dicenda sit, incertum est. Dices septuaginta, aut octuaginta annorum, certè adolescenti ac puero ita uidebitur: mihi autem nõ ita qui LXXIII. At dices quid iam postulat usus: Dies nostri septuaginta anni, inquit Dauid in psalmo (ut suprà) & cum maximè LXXX. ultra autem nisi labor & dolor. Iam ergo deficimus illud, circa quod Græci tot & tanta fabulantur, & quidam etiam nostræ ætatis sciptores, dicentes olim fuisse uitam hominum multò longiorem quàm ætate nostra, cùm constet Mosem præcessisse Troianum bellum CCCXXII. annis, siquidem bellum Troianum ante Christum natum fuit annis MCLXXXVII. Moses autem dux creatus fuit annis ante Christum M.D.IX. Quid ergo est quod de Nestore fabuletur Homerus, quod tertium iam ingressus seculum pugnaret in castris, sapienter cõsuleret inter Principes, milites longa oratione adhortaretur ad pugnam, aut Hesiodus iactet antiquos tam diu uixisse: omnia enim hæc constat esse uanitatis Poëtarum, & Græcæ leuitatis figmenta: at uerò de LXX. uel LXXX. annis constat multos esse uiridi senecta, & nos inter reliquos sanguinem misimus, Sormano nobili ut bis nostræ cum Andrea charissimo socio XCII. agenti annum, dum tertiana nota laboraret, euasitq;. Arconum ducem militię uidimus anno M.D.XXIII. faciem geminam Gallorum, nam fuerat & inter illos qui eos è regno Neapolitano depulerant LXXX. annis, maiorem nulla in parte, nec consilij, nec animi, nec corporis deteriorem se ipso. Verùm si quis centum annis uicturus sit, nunquid simpliciter dicemus eum futurum longæ uitæ, at qui XXX. illi ultimi anni magnam partem uitæ præcipuam obtinebunt: siquidem inquit, Seneca in epistolis, ætatem esse melli persimilem, cuius extrema pars sit suauissima. At qui constant ueris relationibus nostra ætate in orientali India, & maximè in Goa ciuitate Lusitanis notissima, & temperie celebri, quosdam saltasse annos natos supra CXXX. alios CL. attigisse. Definiamus ergo primum eam nunc esse uitam longam appellandam, quæ in Italia non alijs gentibus adeò firma sit: at si neque error, neque casus obstaret, propè centesimum deducere hominem posset circa LXXX. adhuc integris sensibus, uiribus autem eiusmodi, quæ homini graui exercendo essent necessariæ, ueluti deambulationi, itineri, ad forum breui orationi, atque similibus. Illud quoque indefinitum & à prioribus prætermissum est, quæ nam dicatur uita longa, an in qua homo peruenturus sit ad senium, an in qua possit ad senium peruenire. Plurimum enim

Mortis euentus.

differunt inter se, namq; qui dicit uicturum longo tempore, omnes casus includit, qui posse, nullos. Cùm enim mors quadrifariam adueniat, aut prorsus naturalis ex senio, quæ paucis contingit, aut manifestè uiolenta, uelut ferrum, casus, uenenum, aut uiolenta, sed non adeò manifestè, ut qui se à Venere, cibis, potibus, desidia, uigilijs, importunisq;, ac repentinis laboribus conficiunt: aut occulta, uiolenta tamen, sed

sed naturali persimili, uelut qui cum rectè uiuant, tamen morbo concepto interiùs paulatim postmodum certo tempore deducunt ad mortem. Ergo primùm scire oportet, quę nam mortis genera excludere debeamus, scilicet secundum, & tertium, ut per longæuos intelligamus eos, qui non nisi sera ætate, aut senio, aut lento morbo interituri sint: hoc igitur ad actum pertinet harum causarum ratione: ad potestatem autem habita comparatione ad fortuitos casus, atq; errores, ut nihil si in nobis longior uita, atque signa illius. quàm carere signis breuioris, ita fert humana conditio: siquidem etiam Epicurus dicebat felicitatem nostram, nihil aliud esse, quàm indolentiam, & medici ipsi signa salutis in ægrotantibus nulla habent, nisi ut careant lethalibus, adeò in angusto humana bona sunt. Dicemus ergo signa longæuę uitę, ea esse, quæ non significant impedimentum secundum naturam, & ob id in titulo non frustra adiectum constat, signa boni temperamenti, ut intelligeremus nulla esse certa signa, neque longæ uitæ, neque firmæ ualetudinis, nisi carere mala corporis compositione, nam de cæteris quæ extra sunt, uelut genesi, Physiognomia, ad alias spectat disciplinas, quanquam illud non negauerim deprehensum esse longo experimento, nec sine ratione eos qui oriuntur oriente Sole, uel etiam paulò antè, ueluti ad horam medium usque, longa & firma ualetudine frui. Sed & est aliud cõsideratione dignum, quoniam signorum tria sunt genera, unum quidem quod firmissimum est, quod ad eas pertinet, uelut dentium multitudo, & bona compago, nam præter id quod signum sit roboris uirium, plurimũ confert ad benè mandẽdũ, id uerò ad uitæ longitudinem, & incolumitatem. Alterùm est quod ab eadem causa proficiscitur, causa nullo modo est, uelut tres lineæ in manu oblongæ, æquales, et firmæ, æqualem significant, rectęq; compositam manum, quę cùm sit duorum, mẽbrorum præcipuorum unum, atque homini propriorum (homo enim ab omnibus beluis differt lingua, & manu) namq; etsi alia animalia uelut simiæ manum habere uideantur, alia linguam sermoni aptam, ut psittaci, dicit tamen Galenus & rectè. Et manum in simijs, & linguam in psittaco solo nomine tales esse, re autem minimè, quando quidem neque manus simiæ ad artes exercendas comparata sit, neque lingua psittaci ad exprimendam mentis sententiam. Vitæ longæuæ & incolumitatis certam significationem prębet, ad effectum tamen iuuandum nihil prorsus cõfert. Tertium genus ualdè leue est, quod ex puris qualitatibus habetur, uel quædam signa in fronte, & in manu, de quibus haud pertinet ad præsentem disputationem, ut quæ non solùm extra artem sint, sed etiam leuem habent significationem, & incertam: ut de quibus nullam possis reddere rationem, turpe autem est, tùm uerò turpius in rebus magnis, uelut turpissimum in agendis, ea dicere quæ rationibus euidentibus ostendere non possis. Tot igitur & tanta fuêre impedimenta, tum etiam alia plura (sed hæc maxima) de quibus dicere supersedeo, ut aliud agendo, aliud nõ agendo in utroque peccem. Quæ igitur uitæ longæuæ signa sunt, & eadem incolumitatis, & boni temperamenti, si eadem sint, facilius erit inuenire, atque docere, sin diuersa difficilius uidentur, namque quidam cum nunquam ægrotauerint in iuuentute, sponte mori. Alij cùm sæpè ægrotent, ad senectutem perueniunt: horũ igitur causam prius discere expedit, nam ea non intellecta, neque licebit omninò proposito assequi. Tres igitur causæ sunt, quibus alterna illa uicissitudo accidit. Primaq; est confidentia in his qui sani degunt, dum perlicita omnia, & illicita ruunt: sibiq; mortem approperant, contra, ægri dum cautè uiuant, diutius uiuunt, uelut de Aloysio Cornario sæpè dictum est. Alia causa est cùm morbus eiusmodi est, ut uitam producat, natura se exonerante, tum etiam quæ passa est ob errores in ignobilia membra, talia præsertim sunt morbi podagrici præcipuè, inde ulcera praua, & hæmorrhoides, tum scabies, & læpræ, sed hæ potius, ut Hippocrates dicebat, fœditates, quàm morbi appellantur. Tertia demum causa est cùm ætas succedens temperiei immodicę persimilis fuerit, uelut siquis frigida, & sicca in temperie ualdè fuerit, usque ad senectam quidem sanus deget: quoniam frigidum & siccum maximè resistunt putredini, & ætatum præcedentium calorem, & humidum temperans, adueniente senio, quod à quadragesimo anno incipit, paruo post tempore moriuntur: hu-

Signum longæuæ uitæ.

Signorum tria genera.

Homo in quibus differat ab alijs animalibus.

Nota.

tur: huiusmodi stirpem uidi, & familiam uicecomitum in regione seu agro Mediolanensi, quæ nunquam quadragesimum quintum annum excedat. Regulus Vasti Alphonsus Dauolus, idem de sua familia mihi narrabat, constat sane neminem multò excessisse, quinquagesimum annum, neque id necesse est uitium esse in toto corpore, sed in uno ex quinque membris, dicebat Galenus corde, iecore, cerebro uentriculo, pulmone, atque id de pulmone maximè contendit Aristoteles, atque præcipuè illud quoque considerandum, duplicem quidem in nobis esse rationem compositionis, unam quidem ex similaribus, quam plerique magnifaciunt, uocantq; temperamentum: atque ego eam minimam esse duco. Alteram membrorum ipsorum, quam compositionem proprie uocant, atque ea est maximi momenti, atque præcipua, tum ad longitudinem uitæ, tum ad firmitatem ualetudinis, & robur sensuum, atq; operationum, sed & id animaduertẽdum, licet cor & cerebrum digniora uideantur: attamen ad uitam conseruandam, & ualetudinem, præcipuas sibi partes, imò fermè totam authoritatem sibi uendicat iecur, atque ab illo sumenda sunt omnia signa, reliqua parum aut nihil conferunt, nisi quod robur cerebri ad sensuum integritatem plurimum facit, imò dominat illis: cor uerò tam diu obseruandum est, quantum ad iecoris conseruationem facit. Propterea sic rem uelut ex integro aggredientes definiemus. Manifestum est autem quod quæ dicenda erunt in posterum, iuxta ea, quæ dicta sunt, singula erunt, & distinguenda, & diffinienda, ut perfecta doctrina habeatur. Dicamus ergo quod iecoris bene dispositi signa sunt, rarò incurrere in febres, citoq; alleuari, benè appetere, sed non ultra quàm concoquere potest, color bonus in facie, scilicet roseus & clarus, si non cutis obstiterit, urina cum bono sedimento, plurima potius quàm pauca, ac ualde splendida, cuius inditio quod hoc potissimum sit, quod homines quãtò magis senescunt, eò minùs uiuidi splendoris emittunt, fæces præterea potius duræ, quam molles, saltem figuratæ, & bene coloratæ, parum olentes, & omninò nil peregrinum, neque tamen sæliti odoris expertes: tum uerò ex plurimo cibo, & potu non lædi, sed in somnum grauem incidere, & præsertim à carnibus, sed solum non appetere, nec moueri alium, & plurimum mingere. Cerebri autem, dormire somno profundo, & continuo, nec occupari multis destillationibus, aut si occupetur, parum lædi etiam à uentis, & magnitudinem esse moderatam, concinnamq; formam, cùm uerò operationes principales ualidas esse memoriam, cogitationem, imaginãdi uim, tum præter cætera iudicium, Galenus addit uidendi acumen, & procul. Ventriculi autem maximum est posse conficere duriora, & plura, & non permutari pulsum ad magnitudinem, uelocitatem, & frequentiam. Sunt etiam anomala signa longitudinis uitæ, præter duo dicta scilicet dentium, & linearum in manu septem, quæ ratione, & experimento constant, sera eurythmia in omnibus: præcipuè autem in pulsu, quoniam id pertinet ad cor, siquidem si iuuenis adhùc, mollitie pulsus adolescentis participet, tum uerò plenitudine, & celeritate, & frequentia (non me latet Galenum negare posse percipi plenitudinem, & errare, sed quid toties confodere) indubium est signum longæuæ uitæ, neque quicquam ex his medius plenitudine cognoscitur: si etenim cor adhuc adolescit, necesse est & iecur purpureum, ut ille decebat, sanguinem subministrare, & cerebrum bene se habere, & commodè perfugari spiritum à pulmone, & uentriculum rectè præparare: tandem in sera canitie dentium ortu maxillarum, atque eiusmodi cum ætates sibi certa proportione seruata succedere consueuerint, curuitas etiam quędam in humeris, magnum signum est longæuæ uitæ, fit enim non ex flexione spinæ, sed crassitie ortorum ossium à dorsi spina, & cerebro, quin etiam iuuat ad meliorem perspirationem. Sed & spiritus ieiunis, & non crudis, bene olens, magnum signum est longæuæ uitę, quoniam iuxta Aristotelem, primum quod senescit, est pulmo, quod autem senescit sordidum, quod olet etiam citra omnem cruditatem, propterea dixi sine cruditate. Quartum est splendor oculi eximius, nam spiritus animalis adhuc puri, & non obtusi uigoris inditium est. Quintum est magnitudo membrorum seminalium, nasi labiorum, & aurium, decens robur enim indicat facultatis genitricis, ab ea autem uita

Membra principalia.

Compositionis duplex ratio.

Signa boni iecoris.

Signa boni cerebri.

Ventriculi boni signa.

Cordis signa.

Pulmo primò senescit.

proficiſcitur. Sextum non paruifaciendum eſt uolarum manus, color pulcher, atq; æqualis, tamen unguium ſplendor, roſeusq; color, hoc quidem multis modis demonſtrari poteſt, tum primum quoniam Medici aiũt eſſe manibus cum iecore maximam affinitatem, uideamusq; in his, qui Indica lue afficiuntur, quibusq; iecur perurítur, ſcabram fieri partem illam uolæ: ſed & in his qui uenenum aſſumpſerunt, nullum certius eſt ſignum, quàm unguium liuor, imò neque efficacius, neque ſubtilius in deprehendendis temporaneis, quàm ungues, & lingua, ſed ungues primum inficiuntur, lingua etiam naturam ueneni oſtendit. Dictum eſt autem de his in ſecundo de Venenis. Quin etiam addunt eos qui umbilicum habent inferius, lõgioris eſſe uitę, qui in ſuperiori parte breuioris, quod obſeruatione dignum eſt: cauſa eſt quoniam amplius ſpatium uentriculo relinquitur: at ſi ſupremus ſit umbilicus, magna inteſtina eſſe neceſſe eſt, comprimiq; præcordia. Diximus & alibi ſigna alia ſub ſex comprehenſa generibus, ut quemadmodum conſuluimus, diſcant ſtudioſi ex natura ipſa, quæ nil ſyncerum nobis oſtendit, ut neque in cœleſtibus conuerſionibus, quaſi ex mutua attritione elidere ueritatem, arcanaq; eius cognoſcere. Vt ergo ad rem redeam, de digitis longis quod breuitatem uitæ ſignificant, ab Ariſtotele ita accipienda ſunt, ut breuior minus ſit. Veruntamen ipſius breuis uitæ aliqua ſunt ſigna, & certiora, quàm lõgæ, quoniã ipſa ſigna ſunt res, ipſa priuatio longa uita res eſt, ſigna autem in priuatione conſiſtunt: ſenſu enim ſigna deprehẽduntur, ratione quod ſignificatur. Priuatio ergo eſſentia notior eſt, ueluti uulneratum eſſe oculum, deprehenditur ſenſu, quia res eſt, inde certa ratione collegimus non uidere, utrumque enim manifeſtum eſt: ſi enim oculus uulneratus eſt grauiter, aut effectus uidere non poteſt, ſin autem integer ſenſus, id non deprehendit: an læſio aliqua ſit, uel non minus ratio id concludere poteſt, quoniam & ſi læſa non ſit ſubſtantia, poteſt tamen multis modis non uidere: longè certiora ergo ſint indicia breuis, quàm longæ uitæ. Ex his igitur quædam certiſsima, quædam coniecturalia, quædam media: Si ergo in infantia, uel pueritia ex difficultate ſpirandi quibus fiat, iuuentutem non attinget. Dicebat enim Hippocrates, qui gibbi ex aſthmate fiunt, ante pubertatem moriuntur. Et ſi ſpatium quod eſt ab umbilico uſque ad ſuperiorem furculam, ſeu iugulum breuis ſit, ſeu id accidat propter paruitatem diſtantiæ furculæ inferioris ab umbilico, ſeu à ſuperiore furcula, breuis uitæ erit. Aliud ſimiliter, ſi totus candidus ſit, & pili ualdè nigri, ſpiſsi, & craſsi, præſertim ſi ante tempus oriantur, breuis uitæ erit, & ſi carnoſus, cum hoc deſtillationibus ſubijcietur. Si exilis melancholicus, rarò autem tales bene uident, aut non procul, aut ſubtiliter. Medium uerò ſi pectus anguſtũ & humeri allati, & collum longum, & ſubtile, & ſimiliter facies macilenta, & totus habitus, & genarum rotunda pars, & ſumma rubeſcat eiuſmodi etiam in difficultatem ſpirandi facilè incidunt, in eodem genere eſt, ſi quis habeat membra ſeminis, quæ circa caput ſunt breuia, & tenuia, uelut labia, aures, & præcipuè naſum, quaſi decurtata, tum etiam dentes, atque eos infirmos, breuis uitæ erit, atque eo magis ſi ſit iracundus: erit enim uigil, & ſi ſuboſcuri coloris, melancholicus. Et quicunq; à pueritia nihil perferre poſſunt, ſed ab omnibus contriſtantur, illico ſi prohibeantur, tales cum difficultate adoleſcentiæ tempus excedunt, ægrius iuuentutis, & hoc immoderatus effectus ſit: ſecùs incontinentiæ, aut mollitiei, aut ſtultitiæ, ſignum eſt. Secundum naturam etiam incrementa corporis magna, & uelocia, uelut etiam in arboribus perſico, & ſalice, breuem uitam oſtendunt, ſera ut in cupreſſo longam, non ſolùm quoniam ætates ſibi reſpondere debeant, ſed quia nutritio magna eſt, nutritio autem multa mortis cauſa, & ſenij celeritatis. Contra naturam autem ac quaſi corrupti habitus, ſpiritus malè olens à pueritia, ac iuuentute ſi neq; propter oris, neque naſi uitium fuerit neque ob cruditates his mors continget, plerumque antè quinquageſimum annum, pulmonis enim, aut pectoris uitium eſt, & præcipuè id ſignum efficacius eſt aquam bibenti: hoc enim unicum præſidium eſt, ſi affectus non ceſſet. Et ſi homo liber ſæpè in grauiſsimos morbos incidat, breuis uitæ, & ſignum, & cauſa eſt: certius uerò ſi moderatè uiuat, breuioris ſi intemperanter: rurſus ſi exigui ſit ſomni, & multi cibi, aut multi potus,

Signa breuis uitæ certiora eſſe longæuæ & quæ.

Nota.

aut exercitationis, aut immodicæ Veneris, semper erit non longæ senectæ. Exsiccant enim omnia hæc, aut cruditatibus obruunt hominem. Et si egestiones ualdè fœtidæ perpetuò perseuerant, & præcipuè in moderato homine quodcunque fuerit malum: aliud signum breuis uitæ erit, & si quis animo linquatur sæpè, ac uehementer, morietur non longo post tempore & repentè, atque hoc dixit Hippocrates, licet breuitate nõ expresserit. Et quibus circa mutationem ætatis quæ per septenarios fit mali habitus, scilicet morbi regij, aut leucophlegmatiæ accidunt, cum antea florerent, hi non diuturnæ uitæ sunt, nisi per ætatem succedentem, aut medicamenta restituantur, tectorium est, sicut & duo illa quæ sequuntur: si cui uenter, & præcordia aut ualdè dura, aut pulsantia ualdè perseuerent, breuem uitam nuntiant: hoc enim consumptionis, aut obstructionis inditium est, illud atræ bilis, atque breuioris uitæ, aut melancholiæ inditium est. Quicunque flatuosi ualde sunt, & non ob enterocelem breuis uitæ sunt, & diuturno morbo pereunt, & malum colorem habent in facie. Quicunque epiplocele detinentur, & cùm reddit omentum, adhuc uentriculo afficiuntur, & molestè habent, aut grauitatem sentiunt uentris in imo, hi breuis uitæ sunt, & fermè insanabilis morbi. Omentum enim creuit, & uentriculum trahit, rara est res, sed certa. Interficit autem multò celeriùs quàm lapis in uesica. [Quibuscunque tormina, & circa umbilicum dolores, & lumborum dolor, qui nec medicamento, nec aliter curatur, his breuis uita adest, & moriuntur ex hydrope

Nota. sicca, dicebat Hippocrates.] Quibus pulsus intermittunt, & cor cessare uidetur, nihil tamen pati uidentur his, nihil difficile, si nil aliud eueniat: os enim uentriculi solum laborat. Quibus sitis perpetua adest, & marcescit homo, & color fauci fit praeuus, nec medicina ulla iuuat, his breui maximus morbus imminet, ex quo morientur, aut prior dispositio soluetur, & si non soluatur, & euadant, breuis uitæ erunt.

Historia patris. Audiui à patre meo, quod cùm studeret Papiæ, quidam prædicebat de singulis mo rituris eo anno, prædixitq; fermè de quadraginta, nec in ullo aberrauit, cogitaui quomodo id fieri posset, idq; ratione inueni, perspicacis uisus erat, & si cui signa, & lineę, uel in manibus, uel in fronte delitescant, unum autem signum appareat enorme, euidens, ac rubrum, ille morietur intra duorum, aut trium mensium spatium: nam si in ęgris illos dicimus ea die morituros, in quibus signa imbecillitatis uirium, & magnitudinis morbi ad extremum simul perueniunt, ita in sanis dicemus illum breui interiturum, in quo signa naturalis facultatis euanuerint, hostilis autem euidentissima. At ergo cùm delitescant signa illa, quæ à naturali facultate sunt, eam penè extinctam intelligere oportet: cùm uerò simul enorme signum aduenerit, id à natura propria accidere non potest, tum quia enorme est & contra morem, tum quia si natura id posset, cætera non delituissent. Quare necesse est ut à præter naturali causa illud oriatur. Cùm ergo inimica corpori causa prævaluerit, natura ipsa euersa sit, breui omninò interiturum significant, id est, intra duos aut tres menses ille aut pronunciabat non de anno, sed de breui tempore: uerùm cum de multis per successionem unius post alterum, id agere uisum est his qui audiebant, quot anni spatium præscriberet, sed longè minus erat, talia enim signa obseruatum aliquando nõ ante octo, aut quindecim dies apparere. Sunt & quædam signa, quæ cùm succedunt, breuem futuram uitam nunciant, uelut si cui bene habito mandibulæ è directo dentium contrahantur, adeò ut foueæ hinc inde appareant, maximè nõ ex dentium defectu, & pellis arida, & tenuis super malas, id est, poma genarum rubra, & splendida seu nitida, ita ut musculus infra illam partem defecisse prorsus uideatur, & tempora caua talis paruo tempore suppeterit. Mutatio quoq; uocis absque manifesta causa ad asperitatem, raucitatem, & inæqualitatem sensuum facta, breuis uitæ inditium est. Porrò in senibus magnum est signum uitæ diuturnæ adhuc erectio uirgæ firma, & Veneris innoxius usus, à quo tamen cauendum est, ut superius diximus. Aliud est pulsus ęqualis, ac mollis: si enim hęc duo adsint eiusmodi senes, uita nil habet inferius iuuene, nisi numerum annorum, & quot in aduersis, aut erroribus perpetiendis nullo modo iuueni est comparandus. Tertium est à cerebro, estq; caluities, inquit enim Oribasius illam fieri deficiente cerebro. Ex

Hippo-

Hippocratis etiã ſententia. At contra ſi benè capillatus, & capilli boni coloris multò meliùs, præterea ſpiratio magna, uelox, & frequenter ualdè, etiam naturalis, eſt causa & ſignum nõ breuis admodum uitæ: ſed tamen ut non poſsit eſſe longa, ſed ſi ſit cum palore corporis, erit breuis uitæ. In uniuerſum rarò poſſe affectibus animi imperare, magnum eſt ſignum, & auxilium ad uitæ longitudinem, ſiquidem pleraque mala ſigna ex his à recta uictus ratione ſuperant. Sed ſi uincatur ab affectibus, non ſolùm breuis uitæ ſecundùm naturam ſignum eſt, ſed etiam uiolentæ: & contra. Atq; de his, & in his accepiſſe ſufficiat. *Lib. 24. c. 2.*

Senes non ferre ualida auxilia, & de cauſis difficultatis conſeruandi illos, & de quatuor falſis præſidijs. Cap V.

VIm uerò, ut dictum eſt triplex ſit cauſa mortis in ſenibus, conſumptio humidi innati, cum qua extinguitur calor naturalis, quæ ſera eſt, non tamen in noſtra poteſtate. Alia eſt imbecillitas membri alicuius uitæ neceſſarij, ex qua homo multò ante naturalem finem peruenit ad mortem, in qua plurimum poteſt, & cuſtodia, & error. Alia quæ celerius etiam ſolet interficere, & peculiaris ſenibus retentio excrementorum, habent enim ſenes multò plura, & craſsiora, & uires imbecilles, et uenas anguſtas, ideoq; ex his facillimè pereũt, ſed hæc non ſine mala ratione uictus eis adueniunt, ſed in membris uitæ neceſſarijs, quędam licet non per ſe adnumerentur omentum excreſcens, uentriculum cui adhæret infrà trahendo interficit. Enteroceles, fæces retinendo, dolores coli efficit, & flatum prohibendo ne exeat coctionem uitiat, lapis in ueſica frequentem efficit mictum, & dolorem, & ex utroq; ſomnum prohibet: unde coctionẽ uitiat, tremor quiuis in pedibus, dum putreſcit humor, iecur uitiat, aut à dextra primum, aut per lienem à ſiniſtra, ut tandem perducat in hydropem. Morbi ergo qui in ſenibus magis frequentes, & lethales ſunt hi, retentio urinæ, abundant enim ea, & craſſa eſt, & ſanguis craſſus, & uenæ anguſtæ, ceteriq; meatus, & aſcites: & lapis in ueſica, & aſthma, & poſt tympanites, & attonitus morbus, & coli dolor, & cholera, inde febres acutæ, ut ſint præſertim hæc nouem ex quibus moriuntur, contingunt & profluuia urinæ, & illius difficultas, & dolores articulorum, & reſolutiones, ſed hæc minus lethalia. Morbi autem in capite, & pectore ex inflammationibus, & difficultates inteſtinorum accidunt his, & occidunt, ſed non his qui multum proceſſerunt: ſed inter XLV. & LVI. aut prope. Verùm diuturna profluuia ſerò occidunt: plurimi autem ex diarrhæis cum leui febre moriuntur breui, aut obſeruaui. Sed hic morbus compoſitus dici poteſt, ex neutro enim ſigillatim obeunt, niſi tardè, & plerunq; ob errorem. Quod autem in illis tuẽdis eſt, difficillimũ (omitto quod neq; cuſtodiendo, neq; curando ualida ferunt auxilia) eſt, quoniam neque in peſsimis, neque in optimis ſunt tuti. Et de peſsimis quidem notum eſt omnibus, quis enim ſeni ualdè aſsiduè uelit dare anguillas, fungos, porcinam carnem, cucumeres, panem ſine fermẽto, aquam ſoleam, eandemq; crudam, & malam? At in quo decipiuntur etiam non prodeſt uinum potens, mel, ſolas auiculas, & uitellos ouorum, panem leuem, & ut ita dicam ſiligineum: nam cùm hic ſi deteriùs ſe habeat, aut ægrotet, in quo ſpem reſtituendi illum ponere licebit? Quapropter id in eis maximè obſeruandum ut in quantitate nunquam delinquat, in eaq; mutatio nulla fiat. In qualitate aliquando permutet: hoc eſt quod dixit Hippocrates. Oportet igitur ad inſueta permutari, & ex cibis non ſubtiliſsimi alimenti, ſed boni eligere oportet: tum uero mediocris, & craſsi, ſed cum diſſecantibus, aut bene coctos, aut quod omnibus melius eſt etiam modicè: ita ergo in qualitate mutare & ad ſubtilia declinare, in quantitate mediocritatẽ ſeruare, ſed non mutare conſuetudinẽ, ſimiliter & illud difficile eſt ut ſeruemus hominẽ, uel in optimo regimine perſeuerando, eſtq; optimũ, ſed ſi decidat, nulla relinquitur ſpes uel ut alternet, id uerò periculoſum, & natura nõ ferret: Quare habita ratione ætatis alternare melius eſt aliquando, ſed ita ut caueamus ne non poſſet reſtitui. Tria tamen ſemper retinere oportet, ſomnum, deam-

Nota. Lapis in uesica. Nota. Mutatio in quantitate nunquam, ſed in qualitate. 2. Aphoriſmorum. 50. Quæ retinenda ſunt.

deambulationem, animi lętitiam, in his minimè conuenit alternare. Modo ergo uinum optimum bibat, sed cum laborat frigore, modo aquam, quamdiu non nocet, ut habeat multa quæ prodesse sperare possit, plerunq; uinum leue, dilutum, quam diu fert, quæ autem non solum obtundunt, sed corrumpunt ea prorsus relinquere oportet, ut uinum quod acescit in uentriculo, legumina cruda, pisces sordidos, fungos, cucumeres, non coctos cibos ex farina, etiamsi iuuare uideantur nimis euidenti ratione, quod obesse debeant. Et à cibo exercitatio, & huiusmodi. Iam ergo cum duplex sit ratio custodiæ, aut ut semp ualeat optimè, aut ut nō semper, sed aliquādo melius, aliquādo minus bene, sed parū, id uerò emēdes: specie melior est prima cōditio, sed primū factu difficilior: in omnib. enim mortalib. rebus æqualitas imaginaria est, nec seruari potest. Et etiā quæ percellunt suis tēporibus, modò moderatè robustiora sunt, teste Hippocrate: & quæ nunquam æstum, aut frigus patiuntur, multò sunt imbecilliora, & quasi in umbra educata, & etiam coguntur sic perpetuò effugere liberiorem aërem, quippe in illo semper est aliquid aut caloris, aut frigoris, aut uenti, aut pluuiæ, hic tamen saluberrimus est: & si contingat ut dixi, cogi, periclitatur homo, & illud idem uidemus in rebus publicis. Ciuitates enim quæ leges antiquas ad unguem seruare uoluerunt, breui omnes periêre: & quæ magnas mutationes subierunt, sed non adeò omnes, uelut Roma ex regibus in Rem publicam, Athenæ ex Regibus in multitudinis dominationem, Sparta adiectis Ephoris sex: sed quæ moderatè multa innouauerunt, quædam mutarunt, plura emendarunt in melius, fuêre diuturniores, ueluti Venetiæ. Itidem in corporibus humanis sunt & alia exempla, sed ad diuinitatem pertinent. Cùm uerò ut dixi in quantitate, & qualitate mutatio hæc fieri possit. In qualitate utilis etiam est: in quantitate autē genere quidem utilis est, specie uerò commodior si seruetur, quoniam mutatio eiusmodi non est adeò necessaria, neq; enim corpus si inclinet ad calidum, aut frigidum, quicquā commodi affert quantitatis mutatio, sed si fiat, utilis etiam erit, & commodi aliquid præbebit, sed postquam per se quotidie fit: propterea in eodem statu quantitas permanere debet. Quatuor uerò sunt, præcipuè in quibus dum maximam spem senes habeant, periclitantē, atq; ideo illa maximè effugere debent. Inædia propterea quod scriptum sit, senes facillimè ferunt ieiunium: intelligitur non de ultimis senibus, sed primis, & ad breue tempus cum enim imbecilles habeant uires, si cum hoc, pauco cibo utantur, minusq; qui nutriat, in aliquam incidūt debilitatem, præsertim uisus, aut motus, aut neruorum: quod si mollis sit, eneruatur uentriculus, si crassus, non concoquitur, si tenuis, non sustinet corpus, & similiter qui plurimo, aut multi alimenti: cùm enim sint debiles existimant oportere illos multum, & sæpè refici: celerius autem multò extinguuntur à copia excrementorum, quàm deficiant ob inopiam alimenti, & similiter à multa, aut ualida exercitatione, soluuntur enim uasa, & membra cum distendi nequeāt, à distentione respirationis, & pulsus, & unde summum præsidium sperabant, causam mortis ante tempus inueniunt: sicq; cùm gaudentes moriuntur, alij in fontibus spem habent, qui primum debilitant corpus, cogunt plus concoquere, & attrahere, minusq; perfectè alimentum attrahere, deinde cùm meatus ille à natura non sit, nec apertus, sed mistum bonum malo per occasiones intercipitur, atque sic repentè moriuntur, maximè si quod effluere antea solebat, humor sit aqueus plurimus, & è cerebro. Itaque ex omnibus his modis causa mortis habetur, unde longioris uitæ causa sperabatur.

Quæ fugienda.

Quatuor seni bus inimica.

Nota

Fontes corpus debilitant.

De Victu senum, & incommodis quæ ad illum sequuntur. Cap. VI.

Senes frigidiores ac siccio res.

Quatuor esse facultates corporis nostri.

SEnes sunt frigidiores & sicciores per exhalationem calidi atque humidi innati: ob id ergo imbecilles uiribus ac facultatibus, præcipuè his, quæ ualidissimæ esse solent in præcedentibus ætatibus: sunt enim quatuor facultates, quas non appellabo inseruientes: sed magis accommodato nomine ministras, cōcoctricem, & expultricem, quæ maiores sunt in iuuenibus, quàm sit necesse, ut succedenti ætati postmodum sufficiant: & interim erroribus qui admittun-

mittuntur: attractricem quæ æqualis est, & tanta, quanta illi utilis est: unde cùm reliquæ duæ imminuuntur, & ipsa proportione seruata tantundem decrescit, ut semper quantum opus est attrahat: nam errores qui committuntur in bene temperatis, non illius uitio, sed uoluntatis imperio fiunt. Retentrix autem (ut ita dicam) mensuram nõ habet: quoniam idem affectus sequitur ex illa, seu aliquid retineatur, seu expultrix intereat, seu non operetur, & membrum ipsum retineat. Propterea hæc est ultima facultatum, quæ cùm debilitatur, id accidit quoties sine impetu ullo, quod ingeritur, effluit, certum est mortis indicium. Inde sonus ille potum transmittentiũ, & defluxio liquidorum statim ubi ingesta sunt, summam arguit imbecillitatem, & non solùm certam, sed etiam proximam: contra si cum impetu profluant. At in senibus ergo primæ duę debilitantur, & tertia minùs, quia minor, & pro ratione fit diminutio: ultima extremè uictis tantùm. Cùm ergo ita sit, ut frigidi ac sicci calido atque humido alimento, sed magis calido quàm humido indigent, ut oppositа non solùm temperentur, sed esse, quia idem est contrarium, & uitæ principium, quod in cæteris intemperiebus non adeò frequens est. At de calido maximè uerum est: humidis autẽ non adeò consentiunt, quia nutritio fit à similibus, & à dissimilibus longiore tempore indiget, & maiorem habet difficultatem: ideo sicca quidam magis collaudarunt. Galenus autem hac in parte dubius fuit. Verum hic non est locus disputationi, sed tantùm docere instituimus. Est ergo humidus cibus, utpote uitellus oui melior, sed tantò facilior concoctu, & minore quantitate præferendus, sic enim mutationis labor auferetur, & præsertim consuetus, & somni hora, idq; optimum cum tum ad humidum, ideoq; ad calidum corpus senile retrahat. Quæcunq; enim ad humidum retrahunt, eadem si humidum sit pingue, seu coctũ, calefaciunt simul: ut olea, carnes, lac, & similia. Quapropter nihil nocentius humido non pingui, sed aqueo, cuiusmodi fructuum non oleosorum, seu horæroũ, herbarum, germinum, furculorũ, atq; radicum omniũ, talia enim omnia senibus inimica. Quia enim humida difficilè superãtur, & nisi superenẽ eũ morbũ creãt, quẽ Græci leucophlegmatiã, seu albam pituitam, ut à Latinis uerbo pro uerbo reddito, in quem maximè prona est tota senum turba: & cum hoc etiam si superẽtur, neq; uerum humidum augent, neq; calorem, quia pinguia nõ sunt, nisi uis tantilli corporis, qualis est uentriculus, iecur, & proprium cui delegatur membrum, uim solis, & syderum, & caloris proprij illius animalis suppleat. Alter modus est ut non sic, cum quidem sumat alimentum: sed inter humida siccius, ueluti si ex carne agni, ad suis carnem transeat ex ea in carnem hœdi: ex illa rursus in carnes auium montanarũ, quæ granis uescuntur, ut phasianorum, & perdicum, & pullorum, neq; enim necesse est ut temperamentum alimenti ab alimẽto tantum distet in sicco, quantum eius quod alit ab eo quod alitur. Quod autem alitur, potentius est alimento, superat enim ipsum: igitur minus desiderari necesse est esse in alimentis, quàm in corpotibus quæ nutriunt, quod si tantundem esset, malum esset. Ponamus enim corpus iuuenis esse, ut duodecim humidũ, senile ut decem, alimentum iuuenis humidum ut sex, ad quod corpus iuuenile duplam habeat rationem: erit senilis corporis alimentum humidum ut quinq;, itidem sub dupla proportione. Discrimen inter corpora igitur erit duorum inter alimenta unius tantum, & manifestè minus. Quod si alimẽtum exhiberes seni ut quatuor humidum, ut æqualiter distaret ab alimento iuuenis, quantum temperamentum senis à iuuenis temperamento, manifestè senex læderetur, tanquam à nimium siccis, nec iuxta consuetudinem sibi respondentibus: habes igitur rationem calidi, frigidi, humidi, atque sicci.

Vide 7. contrad. 4.

Humidus cibus potu nutrimento melior est.

Humidum aqueum senibus inimicum.

Nota.

Quod alitur potentius alimento esse debet.

Reliquum est, ut dicamus de concoctionis facilitate, cùm calor ut dixi senilis minor sit, oportet pauciora & faciliora concoctu offerre. Est autem ratio eadem non solum in hoc, sed etiam in præcedentibus uentriculi, iecoris, & reliquorum membrorum, quamuis temperamento diuersa sint, cum unaquæq; pars similia trahat, ut uentriculus frigidiora, sicciora, tenuiora, iecur calidiora, humidiora, crassiora: reliqua uerò ex residuis sibi præparata iuxta proportionem: cùm enim totum toti respondet, diuisis utrisq; secundum eandem proportionem, demõstrat Euclides partes

Pauciora & concoctu facciliora senibus conueniunt.

15.sup.5.il. tes ad partes eandem habere rationem. At neq; faciliora solùm concoctu adhibenda sunt, quia nutrimentum aut maius esset sub eadem quantitate, quàm pro resolutione corporis, atque ita homo læderetur grauiter, aut si æquale esset, uel tenuioris substantiæ, seu rationis, atq; ita non simile corpori, sed illud ad imbecillitatem perduceret, aut excrementosum, ideoq; laboriosum, & damnosum. Non ergo ut facilius tantum nutriat oportet eligere, sed neque ut minori mole tantum, nam plus imminutum, & senile corpus robore, quàm mole, igitur nō sufficienter nutrietur. Reliquum est ergo ut tantò facilius concoquatur, & tantò minus sit, ut ambobus his iunctis eandem quam prius seruet rationem, & in concoctionis facilitate, & in alimenti multitudine. Difficile dices hoc inuentu, uerum est, ut uerbo tradamus: sed experientia ipsa docebit, quoniam uentriculus, & iecur quæ membra pro scopo habenda sunt, ubi sibi satisfacerint, omnibus reliquis satisfactum putato. Illud solum restat dubium, quod cum leuioribus utamur, & paucioribus, ne uentriculus assuescat, tanquam puer cui indulgeatur, reijcere primum reliqua, inde hæc eadem quæ præoptabat, donec ueluti timidus pugnator ad lineam arenæ se retrahat, inde non habens, quò ulterius diffugiat, breui succumbat. At non est ita: recta enim proportione & leuitatis, & mollis alimenti adhibita, potiùs ut experimentum docet, (non solùm consistit) maiora, & difficiliora habere exoptat, quàm ut ad leuiora, & pauciora conuertatur: quod enim infra uires est illorum membrorum, & satis corpori nostro, non solùm retinet uim quam habet, sed in iuuenibus adauget manifestè, in senibus primis occultè, in ultimis tuetur, ut semper maiori operi sufficiant. Ne ergo timidè eò se quis retrahat, aut ut retrahat se alium consulat, ubi tutum profugiū est: & uires se reparare ualent. Maior tamen metus est in quantitate si multò minor sit, & in qualitate, cum debito non multò minor fuerit. Ideo ne te ad extrema conuertas, & ut summum malum est nimia, & incondita uarietas, ciborum qua se uulgus perimere solet, ut etiã Horatius ait, ita ualde mala est nimia raritas, ita ut ad unum, aut duo genera dico, una in mensa te redigas, qua Galenus & multi alij medici nostra ætate, seu illius, seu proprio consilio se peremerunt. Vt pote in prandio nō præstat solo pane uesci ullo modo, sed etiam pasis, aut torta ex amygdalis, & saccharo, uel etiam ferculum ex oriza, sed paucum sumere: in cœna autem multò plura, ut tamen cum pane non sint plura, quàm quinq;, uelut panis, ferculum, uitellus oui, caro, & acetarij modicum, sit autem omninò utile ut medicamentum, quod ut cibus probari non potest. Atque ubi rationem inueneris rectam, caue ne eam subuertas, tum ut æqualitatẽ, quàm difficile forsan aliquando est inuenire, serues: tum ut consuetudinem quæ senibus est utilissima, retineas. Ideoq; si mutationem inire uelit senex, non quod plurimi faciunt, in una re tantum inibit, existimans minus esse delinquere in una, quàm in pluribus, sed in duobus tantum, neque pluribus, quoniam in reliquis retinebit consuetudinem, qua maximè gaudet uentriculus, inde iecur: & maximè senum quæ in illis sunt imbecillia. O quàm benè dixit Hippocrates: [Qui consueti solitos labores ferre, & si fuerint imbecilles, aut senes, qui nō consueti sunt iuuenibus, ac ualidis faciliùs ferunt.] In duobus autem illis proportionem seruabit eandem. Velut si fructus pro acetario edere uelit: hi quidem corruptioni sunt magis obnoxij, pro oui luteo auiculis utetur, & carnem reliquam emittet, ita tria commutabit, sed tamen duo tantùm assumet præter usum.

Dubium.

Ciborum uarietas mala.

Panis solus in prandio malus.

Senibus consuetudo utilissima.

2. Aphorismorum 49.

Reliquum est ut dicamus de ultimo, scilicet prorsus incōmodo senum, qui cum malè concoquant, plurimum excrementi in singulis coctionibus coaceruant, fæcũ in prima, urinæ in secunda, & inutilis halitus in tertia, qui si concrescat, solet albam, ut dixi, pituitam creare, præterea particulatim in uentriculo crudítates, in cerebro muccos, & pituitam in pulmonibus etiam & renibus propria excrementa iuxta naturam uniuscuiusque propriam. Ergo in hoc rursus Galenus cespitat, multaq; molitur aduersus hæc incommoda, non frustrà, sed noxia, nam dum conatur eruere huiusmodi uina flaua, & potentia suadet, quibus uentriculus atteritur, iecur exuritur, & excrementa ad urinæ membra magis impelluntur, inde aliqui renum lapidem, alij in difficultatem urinæ, alij in uriginem, alij in inuoluntarium profluuium, iam prona

Senes plurimum excrementi generare.

Notatur.

Galenus.

Vini flaui incommoda.

prona ad hos morbos ætate perueniunt. Quod ipse immemor suorum præceptorum adeò refugere debuerat, cùm in eodem libro hæc scribat. [Quomodo autem ne turpè sit, ac detestandum articulari morbo pressum suis ipsius manibus uti non ualentem, alienis egere, quibus ori cibos admoueatur, & eo qui in deiectionibus sedem abluat: satius enim sit si cui ullum omninò pectus est, sexcenties mori malle, quàm tali uita uiuere.] Quod si quis tam impudens, delicatusq; est, ut turpitudinem suam negligat, ac dolores quos noctes, diesq; ex uitijs suis sustinet, non aliter quàm qui à carnificibus torquentur certè contemnendi non sunt, eo tamen illos suos miseros consultores protrudit per insciti am. Neque enim dubium est senem recta uictus ratione utentem, pauciora excremẽta habiturum, quàm iuuenẽ: quod ratione perinde, ac mathematica demonstrare licet. Nam si tantò facilius concoquitur cibus senis, quantò leuior, & paucior, tantundem resecabitur excrementorum ab illo, quantum à iuuene, atque eo minus quo cibus paucior est: minora igitur sunt excrementa senis rectè uiuentis, quàm iuuenis. Sed Galenum duo decepe-runt, quæ non animaduertit, unum quod plerique senes populari ratione uiuentes, plus bibunt, quàm iuuenes, tantundemq; comedunt, & malè mandunt: alterum in quo magis deceptus est, quoniam suum iuuenem exercet, adeò ut per halitus, & sudores eum tantum effuderit, multò minùs per reliquas partes reddit, senem solum deambulantem pluribus excrementis abundaturum uult, sed non est par comparatio. Non ergo in sene abundant plurima excrementa, quàm in iuuene, senex solum quod satis est edat. Sed difficultas est ubi senex fuerit imbecillis aliqua in parte, cætera sanus, uelut si capite, & cerebro imbecillis, reliquo toto corpore sanus quid acturus est, nam si tantum edat, ut corpus reliquum sanum degat, abundabit caput, & cerebrum fluxionibus, si tantũ solũ ut etiam caput quãuis imbecille, nihil præter naturam gignat excrementi, multò minus assumet, quàm par sit pro toto corpore, atque ita contabescet. Neque enim uerum est quod in sexto de Tuẽda sanitate ait, scilicet, eum qui recto regimine utatur non ægrotaturum membro imbecilli, hoc argumento quo malè concludit, quamuis author multis libris operis, ut iactat se de Demonstratione. Qui lapsum habet membrum, interdum per multos menses non ægrotat, quoniam illo tempore excrementa non gignuntur ob rectam uictus rationem, igitur si perpetuò sic uiueret, perpetuò sanus degeret: at ego ex ungue oppositum ostendo, non fallaci demonstratione ut ille, sed certa: si quidem qui recta uictus ratione uiuunt, & sani sunt, & qui etiam sic uiuunt, sed partes habent sanas, solùm tantum excrementi gignunt, quantum naturaliter debet, & pro assumptorum, & euacuandorum ratione, sed qui membro ægrotant, illo plus excrementi generant, quàm in alijs sanis membris, uel quàm sani: ergo qui recta & exquisita uictus ratione utitur, & membrum habet imbecille, is eo membro ægrotabit. Ecce quod ille errat: tãtam uerò rem crassa Minerua ut solet maximè utilia pertractat circa nugas intentus, & admodum prolixus. Fallacia ergo consistit in medio quod assumit, qui recta uictus ratione utitur, membro debili longo tempore bene ualet uerum est, & experimentum frequens, quamuis non semper ostendat id: hoc uerò cõtingit, quoniam non plus gignitur excrementi, quàm par sit, falsum est: sed quoniã non tantùm aggregat excrementi, ut statim morbum efficiat, sed tempus exigitur, ut paulatim collectum efficiat morbum, post aliquot exempli gratia menses, at id ueriss imum: ideò etiam quod recta ratione utatur, uictus certo sub circuitu ægrotabit, quisq; unus post duos menses, alius post quatuor, quidam post annũ unum, alij etiam post plures.

Nota.

Difficultas circa uictum senum.

Cap 13.

Membri imbecillitas causa est collectionis excrementorum.

Igitur re generaliter intellecta, primum modos morborum ex lapsu membri intelligere oportet, quoniam aliquis habebit membrum imbecille, & non ægrotabit, utpote si quis parum uideat, uel ob malam compositionem oculi à natiuitate, uel ob malam intemperiem innatam, uel quia spiritus sint crassiores, quàm qui uisui in seruire possint, ac debeant, nihilominus si naturalem facultatem integram habuerit, & si malè uideat semper, nunquã tamen oculis ægrotabit cõtraria ratione, alius optimè uidebit, sed sæpè ac sæpè oculis ægrotabit: Alterũ est quod lapsus mẽbri in

Animaduersiones circa membrorum debilitatem.

naturalibus facultatibus, uel modicus, & is est cum sustinet minimos errores sine morbo, uel si non aberret in uictu, non nisi post longum tempus ægrotabit. Qui uerò ex minima quauis causa ægrotat, uel etiamsi rectè uiuat per breues circuitus uenius, aut duorum mensium recurrit ad morbos, is laborat magno lapsu mediocri, si mediocriter se habet ad utrumque. Tertio id scire expedit quod morbi quandoque fiunt in parte quę labora:, quandoque in ea, in quam materia influit, nonnunquam cum graviores sunt in utraque. Et quibusdam pars quæ recipit etiam est imbecillis, quibusdam solum defluxus fit ob situs naturam cum rectus fuerit, aut circumscriptus, & ad superiorem partem pro materibus leuibus, atque uaporibus: ad inferiorem autem pro grauibus humoribus. Est etiam morbus aliquando in intemperie, quandoque in ipsa compositione, quandoq; in substantia ipsa qui est deterior omnibus, adeò ut in huiusmodi nulla uictus ratio sufficiat. Quandoque etiam membrum quod recipit debile est, & ob situm lædítur etiam, si quod transmittit incolume sit. Oportet autem uiam esse tum naturali faciliorem. Natura præterea ut supra dixi, eam membris uim indidit, ut citra uictus debiti quantitatem, & membri robur, & substantia stare possit, & si non augeatur. Id exemplo declarare cogor: scio enim quòd reconditum est à paucis, secùs intellectum iri, sit gratia exempli uictus ratio optima & ultima, quàm omninò ob quantitatem exuperantem sustinere possit, ut nunquam ægrotet homo, & augeatur corpus, & pinguescat, & uires ad ultimum robur deducantur alimenti superati libræ duæ: sit autem optima simpliciter, & media non in limite, sed cum qua uires, & corpus augeantur ad id, usq; quo peruenire possint alimenti, & libra una, & unciæ decem: sit rursus quantitas alimenti, cũ qua uiuere possit sanus perfectè absque tabitudine ulla, uel decremento uirium, alimenti libra una & unciæ sex. In libra una ergo & uncijs decem erit excrementi, quantum secundùm naturam esse debet, in duabus libris aliquanto plus, sed citra offensam in libra una, & semis tanto minus, sed citra extenuationem corporis, aut uirium: si ergo alicui caput sit imbecille facultate naturali, nam de hac, ut dixi, tantũ est sermo, nõ magis ut cum libra & dimidia alimenti, uel etiam quod melius multo, & tutius est cũ libra una & uncijs octo nõ plus aggreget excremẽti, quàm sanus cũ libra una & uncijs decem, uiuet ille capite incolumi, nec lædetur in corpore, sed optimè deget. Viuet etiam sanus eousq; si aggreget, quãtum sanus ex duabus libris alimenti, uiuere etiam poterit sanus, si cum libra & dimidia alimenti non plus aggregabit, quàm ille sanus alius cum duabus alimenti libris. In cæteris autem si perlibram unam cum dimidia contabescat, aut plus generet excrementi, quàm sanus cũ duabus libris, quantum ad hanc rationem attinet, necesse est senem illum, imò etiam quemuis alium ægrotare, quare ad capita curationum intemperierum relegãdus erit, uides facilè Galenum fuisse his rationibus imparem, nihilominus tantò plures habiturus est defensores titulo uetustatis, & antiquitatis, ac nominis, quanto etiam plures cupiunt doctrinam facilem, quàm difficilem. Si quis ergo expertmento depræhendat sub ea mensura non tabescere uires, cum qua se tuetur à morbo membri imbecillis nactus est, quod ei est utilissimum, aliter ad propriam tractationem refugere oportet.

Morborum differentiæ.

Nota

De Victu Antiquorum. Cap. VII.

Cur antiquorum uictus incognitus sit.

QValis fuerit uita antiquorum, scire difficile uidetur non solùm ob inconstantem diuersorum hominum historiam, sed etiam quod uarijs gentibus uaria fuerint uiuendi instituta. Quapropter & à ueri similibus, & à fide dignis authoribus, & quatenus ad præsentem tractationem pertinet, fidem accipere conuenit. Refert C. Cæsar Germanos uino caruisse, nec importari. Tacitus usos pomis, & fera recenti, concretoq; lacte segetem corruptam, qui mos est etiam nunc pro uino habitam, inebriaríq; solitos: hoc uolui dixisse quod apud Barbaras gentes id in usu esse existimem, quod antiquo tempore apud cultiores homines.

Habue-

Habuerunt aliqui & ientaculum, & aristum, deinde prandium, quod dipnon uocabant, & cœnam seu uespertinas epulas, aliter aristum, dorpistum, dipnum, epidorpida aristo utebantur sub aurora, ientaculum tertia diei hora, quo & nunc gulones utuntur, dipnum meridie cœnam uesperi. Piscium usus tardior fuit ob retia, habitationes in spelunc̃is montium, & maximè in promontorijs, & iuxta lacus ob potum, & ut se lauarent, inde planitiei dulcedine allecti, tuguria ex terra, & casas conficere didicerunt, nutibus actum fabulosum est, & Diodoro Siculo dignum, namque Adam loqui nouit, & omnes posteri, & non magis muta gens quàm mare non salsum, huiusmodi ergo ratio uictus robustissimis ad uitæ longitudinem, et incolumitatem, & ἀπαθείαν utilis, imbecillibus ad breuem uitam: ita enim rusticorum uictus, si non immodicis laboribus exhaurirentur, atq; hæc proportione regionum, tardior enim usus ciborum, qui arte parantur in extremis mundi partibus simplicis antiquior, nam ut Aristoteles in primo Metheororum declarat, altiores esse Boreales partes, hanc ætatem curis solutam auream uocauêre, existimat Plutarchus Theseum primum fuisse, qui congregauerit Athenienses Hesiodi ut Poëtæ lactationem septem annorum, & uitam centum quinquaginta, & ut Græci fabulosam esse haud dubium est. Nota.

De Victu eorum qui dentibus carent. Cap. VIII.

Entes anteriores magis faciunt ad decorem, & ad sermonem, sed magni & mandibulares ad salutem, & uitam unde elephantes quia illos habent robustos, licet careant anterioribus omnium consensu ducentos uiuunt annos, sunt qui referunt trecentos: molere enim cibum exquisitè ad uitæ longitudinem plurimum refert: sed neque eadem est ratio, si inconditi sint, aut una ex parte tantùm deficiant, inconditos habere paulò minùs est, quàm nullos habere: quod si uno tantùm latere supra, & infra habeat, ex illa parte mandat, uerum ubi usus illorum ualde læsus est, uel quia desint plures, uel quia molares ultimi, qui maximè molunt, aut quia incõditi sint, aut quia dolori, aut mobiles, aut stupidi, aut imbecilles, aut inæquales, ut aliqui erosi sint, alij sint iustò longiores, perinde fermè est (imò forsan deterius ob fiduciam) ac si quis omninò careat. Non esse autem uitæ necessarios compertum est multorum experimentis, qui propè centesimum annum uixerunt, cũ in iuuenta carere dentibus cœpissent, uelut Iacob Hebræus Papiæ, & pater meus, aliiq; multi, de quibus in primo de Dentibus diximus. Verum ut dentes non necessarij uitæ sunt, ita si quis dentibus carens uiuere uelit, ut qui dẽtes bonos habet, multum è uita adimet, & in morbos graues decidet, maximè cruditates, uentriculi imbecillitatem, obstructionem, & renum lapidem. Cibus enim non bene manssus, hæc præcipuè incommoda affert, una ergo est ratio uitæ eorum, ut liqui dis, aut sorbitionibus utantur. Hic igitur maximè conuenit panis coctus, est enim optimi alimenti, sin minus in iure diu madefactus. Ius autem & piscium, & oleum etiam, sed minus. Sub piscium genere compræhenduntur chamæ, & conchæ, & testinorum, & pedum quadrupedum. Et aqua cocta cum butyro, & etiam cum oleo ius facit. Secundum præsidium est à uitellis ouorum, aut lacte, quibus lac noxiam non affert. Tertium est, ut panis quàm læuissimus, & mollis, sed bene coctus, & fermentatus crusta sicciore purgatus, diù mandatur, sed & mollia fercula ex oleribus, sed non adeò bona ut ptisana, quæ tamen inferior est longè alica, & hæc chondro, & oriza. Videntur enim hæc duo, & panis ex iure optima. Ptisana enim teniter nutrit, & similiter amygdala pro ferculo sumpta. Melior est cum saccharo mista, & cocta pro torta ut sit suauis cibus. Vltimum è melioribus est uua passa Cretica recens. Carnes non nisi dissolutas, & quæ filis carent, edere expedit: ideoq; glandosæ conferunt, & iecora omnia parientium oua, modò non adeò exigua sint: Sed ex auibus, ac piscibus, tum uentriculis etiam auium, nam omnia talia facillimè concoquuntur. Quantò ergo præstat sordit̃onibus uti, tantò magis utile erit à potu abstinere. Itaque potus sit exiguus, atque non simul sumptus, sit autem in plures

Dentes anteriores & mãdibulares.

Molere cibum exquisitè oportet.

Dentes non esse necessarios uitæ.

Cibi non benè manssi incommoda.

Eorum uiuendi ratio.

Potus exiguus.

partes diuisus, & cùm cibum liquidum esse necesse sit, tantò magis abstinere à potu, atque agitatione, tum etiam labore conuenit. Porrò de dentium cura sex libros

Ius suaue quid. conscripsimus locupletes, & propter hæc de his dicendum nõ est. Ius autem suaue sit, ex piscibus, aut omni pingui, & cum oleo, sale addito, & petroselino communi, tum porris aut cæpis, sed quoniam hæc nocent dentibus, & malum oris odorem pariunt, cùm alioquin senum spiritus rarò bene oleat, contrario quippe puerorũ, rore marinum cum petrosilio, oleo, passis uuis, salis modico, & aceti gutula, cõmendari debere censeo, liquidẽ rosmarinus incidit, mollit, detergit, sudoremq; prouocat, sed & radix illius, quæ iuxta germen uomitum cit, uentremq; soluit inferior pars.

De Quantitate, & numero cibationis senum. Cap IX.

Notatur Galenus. PRorsus quantum aberrauerit Galenus in quantitate, & numero cibationis senum, quibusdam paucis adductus exemplis cuiusdam Antiochi medici, Telephiq; Grammatici, nõ est ut referam. Et quanquam eum hac in parte laudem, quod maluerit uera referre, quàm falsis exemplis sententiã suam confirmare, uituperatione tamen eum non leui dignum iudico, quod in tam graui causa postquam illorum consuetudinem enarrauerat, non adiecerit qua in parte peccarent: neque enim prorsus necesse est, si res feliciter successerit, illos rectè egisse, neque etiam si rectè agant bene cedere: ut neque in re militari, quod si peruicatia materiæ, natura nõnunquam aberrat, quid de arte dicendum est, sæpiùs tamẽ

Nota. aberrant artifices, quàm ars. Etenim hæc dicta sint ad eos, qui rem ut uulgus ex euentu comprobant, nam ars est eorum, quæ ut plurimum contingunt, ut etiam scientia naturalis. Quamobrem necesse est omnes artium regulas, quibusdam detrimento esse, ita ut ars non singulis, sed humano generi utilis sit: quędam contra artis præcepta melius, quàm iuxta illa succedunt, quamuis rarissimè hoc contingat, & in

Sæpius senes cibandi sunt. paucissimis. Igitur senes sæpiùs cibandi sunt, scilicet, qui L X. excedant annũ, si exerceri cogantur: aliter autẽ ut reliqui bis tantùm in uiginti quatuor horis: cùm enim calor senilis paruus sit, diuidere conuenit cibum, ut diuisum concoqui possit, quod integrum non poterat. Sed si labor omnis adsit ad L X X X. præsertim annum, sufficiet gemina in die cibatio, labor enim cùm resoluat uires, cogit ut maiore quantitate cibi utamur, quæ cùm non possit à sene concoqui, diuidere illam necesse est. Hoc autem ratione declarari potest, sit exempli gratia aliquis, qui libra cibi ad L X. usque annum contentus feliciter uixerit, palam est autem illum posse uti deambulatione prolixa, hæc autem ut infrà dicemus post L X. annum minuatur ad dimidium, ergitur minus resoluetur: minor igitur quãtitas tantò necessaria est, quantò resolutio ob dimissum exercitium minor fuerit. Quid igitur prohibet cibo diminuto, ne ille in duabus uicibus seu bifariam diuisus concoquatur. Itaq; hunc errorem adeò graue admittit Galenus, quoniam non animaduertit exercitium proportione ętatis minuendum esse. Vbi autem peragatur, uel sola deambulatio, quoniam in se-

Virtus animalis in senibus debilior existit. nili corpore animalis uirtus (ut uocant) debilior primo, & maximè ante alias euadit: ideò cibum aliquem capere utile est. Debilitatur autem animalis uirtus prima, & magis, ut est in languẽtibus, tum ob uigilias, tùm uerò hæc debilitas manifestiores noxias parit: si enim cor uel paululũ debilitetur, uel iecur damna affert, sed quæ cum exigua sint non sentiuntur, & si sentiuntur, non sunt tamen euidentia. At si uirtus ac animalis, cerebriq; facultas obumbretur, tum maximè in quibus multa in uentriculo redundat pituita, uelut in senibus, uapore ad cerebrum delato, in uertiginem dilabuntur, ac concidant facilè, quo casu aut periclitãtur, aut quasi infamantur: certè ut par est, multum perterrentur: Quibus ergo deambulatio longa, & procul maximè necessaria non est, & præcipuè si non redundet pituita, aut crudus humor circa uentriculum, & eo magis si os illius firmum fuerit, si bene dormierint, ille primus cibus nõ est ulla ratione necessarius, multò uerò minus utilis: nam frequentius necessarius, quàm utilis esse potest in his casibus, sed iam ipsius Galeni sententiam pro exemplo referamus, quam supra etiam attulimus & post examinabimus.

Inquit

Inquit enim ille: Antiochus medicus annos pluſquam LXXX. natus quotidie in fo- *Antiochus Medicus.*
rum manè â quo tribus aberat ſtudijs uentitabat pedibus, infirmoſq; ſi quos pro-
pè habebat eo modo etiam inuiſebat, ſi longiùs eundum erat, cella, aut uehiculo
utebatur hora tertia, aut quarta diei ad ſummum, in ipſo foro panem cum melle ſu-
mebat, plerumq; mel ipſum coctum erat, nunquam crudum. Poſt ſextam horam in
publico balneo fricabatur, & exercebatur exercitijs ætati cõuenientibus. Mox lo-
tus prandebat mediocriter, primum ſumptis his quæ aluum deijciũt, inde piſcibus
ſaxatilibus, in cœna autem ſumebat aut chondrũ cum mulſo, aut auẽ ex iure ſim-
plici, cibos ſcilicet qui bene nutrirẽt, ac nõ facilè putreſcerẽt: manè ſurgens deiecta
primo aluo fricabatur: erat autem ei domuncula quæ hyeme calebat ob ignẽ, æſta-
te, citra ignem erat temperata. Telephus autem Grammaticus ad centum fermè ui- *Telephus Grã maticus.*
xit annos: æſtate quater lauans ſe, hyeme bis in menſe, reliquis autem temporibus
ter. Quibus uerò diebus non lauabatur, fricari ſolitus erat, & ungi hora diei tertia,
inde mel ſumebat, alicæ decoctæ mixtum, ſed mel crudum erat, ſeptima hora, aut a-
liquando paulò citiùs ſumptis prius oleribus, quæ aluum deijcerent, edebat piſces,
aut aues, demum ueſperi panem ex limphato uino aſſumebat. Hic cùm adeò uer- *Galenus notatur.*
boſus ſit in rebus exigui momenti, cum per ſe claris, in parte adeò utili, & in qua ut
admittebantur errores, quaſi ex euẽtu probaret, quæ illi egiſſent omnia, ne uerbum
quidem ſubijcere ad examen dignatus eſt. Nos autem breuiter ſingula attinga- *Nota examen.*
mus. Quod hora illa aſſumeret cibum optimum factu erat, quodq; mel cum pane,
cæterùm non tam modicum, ſi non ſe exercuiſſet, ſed ſufficiebat (ut dixi) in cœnam,
ſed maiori quantitate. Fingamus modò quod exercitium illud ei neceſſarium fue-
rit (neque enim hæc ſolùm diuitibus, ſed magis etiam pauperibus, quales nos nati
ſumus, ſcribimus) quid attinebat fricari, & multò minùs exerceri, cùm iam tria ſta-
dia ſuperaſſet. De lotione infrugifera, & operoſa, ſed ſufficit manus lauare ante ci-
bum, pedes tepida, & caput calida bis, hoc quater, illos in menſe, poſt quatuor au-
tem horas ſumere cibum non cõueniebat, niſi ualdè exiguum panem prius aſſum-
pſiſſet. Apparet autem panem, ſi modicus ſit, primo de Tuenda ſanitate, tum etiam *Cap. 10. & cap. 70.*
ſexto breui tempore, & paucis horis confici. Sit autem exigua quantitas ualde, &
tum ſi reliquiæ quædam remaneant modo potu non utatur, tam mellis, quàm pa-
nis non corrumpuntur. Quo uerò ſupereſſet tempus ad cœnam uſque non dico,
nam conſtat illum nec caſeo, nec carnibus, nec ouis uſum, ſed oleribus, ac piſcibus,
quæ cito concoquuntur ob raritatem ſubſtantiæ, diſtribuuntur ob alimenti pauci-
tatem. Cæterùm Thelephus ille quod ſæpè obiecimus Galeni normam de prandio
& cœna nõ ſeruauit, cùm fuerit uiuaciſsimus, ſed hac in parte laude potiùs ut dixi,
quàm uituperatione Galenus dignus uidetur.

De Propria uictus inſtitutione, dum ſexageſimum ſextum annum agebam. Cap. X.

QVm plurima tẽtaſſem, demum hoc anno qui eſt ſexageſimus ſextus ætatis meæ, ſalutis autem noſtræ M.D.LXVI. XVI. Calendas Decembris Bononiæ profitens medicinam ſupraordinariam hora tertiarum, id eſt, inter quartam & quintam diei ex inæqualibus, cùm à ſiniſtro latere deeſſent infrà quatuor ultimi dẽtes, ſuperius duo ultimi, à dextro latere ſupra ſolum penultimus, infra duo ſecundus & quartus ab extremo mandibulæ numerando, qui reliqui erant (fuerunt autem XXIII.) robuſti, & firmi ob cuſtodiam, quam adhibui, laborans præterea henterocelle in latere dextro, ſed quę me parum ob uinculum ferreum afficeret moleſtia: inſuper uerò & naturali imbecillitate, uentriculi maximè ex defluxu pituitæ ualdè copioſæ à cerebro: quod uerò plurimum me affligebat, erat uigilia, ut uix ſex horis ſingulis diebus dormire, id tamen per interualla: neque enim perpetua erat hæc, ut neq; podagra, cui tamen fermè ſingulis annis obnoxius eram, quanquam peculiari auxilio me tuear: ſed in familiaribus negotijs admodum liber ſum, præter munus ſcribendi, ac ſcripta corrigendi: quatuor enim habeo *Debilitas uentriculi ob pituitam deſcendentem.*

amanuenſes, hoc igitur in ſtatu cùm res meæ eſſent, conſtituo demum hanc uiuendi rationem ut ſtabilem, ac quam ſperarem mihi magis profuturam: & ſi aliquid immutabo, ex illa ſubſcribam. Manè antequam profiterer, ſex nucleos perſicorum edebam, quod plurimum cõfcrebat & uentriculo, & flatui, & ad recitandam lectionem, aliquãdo ſumebam ſacchari quartam unciæ partem loco nucleorum, ne adeò ſiccarem uentriculum. Manè edebam panis uncias quatuor in iure carnis, aut piſcium, & ſine potu: interdum ſiccum, & cum paſsis uuis, modò paruis, modò Creticis, & cum modico uini diluti. Veſperi dierum Lunæ, & Mercurij carnis parum, aut piſcis, & panis uncias quinque aut ſex, erat autem toſtus, & cruſta excuſſa. Reliquis diebus ſumebam ueſperi carnes aſſatas, aut oua, uel piſces ſatis copioſè, panem tamen moderatè, uinumq; dilutum ſatis liberaliter. Vtebar ſæpiùs pane cocto in iure mane quidem abſque potu, & denſo, ueſperi diluciore, & cum potu: caro autem columborum tenellorum, iecora gallinarum, & uentriculi lactes, & pulmones, tum pedes ſcilicet cùm parum nutriri cupiebam. Ergo panis decoquendi cauſa lebetem cupreum paruum mihi ipſi emi, nam non remittit ut ærea, neque frangitur ut figulina, & lapidea, & tamen diligenter detergi poteſt. Cùm autem cogor ambulare à cibo, minus aſſumo cibi, de potu autem quàm minimum. Vtebar autem ob uigilias & curas interdum, imò ſæpiùs bugloſsi ſpecie aliqua, ruta, atq; meliſſa. Vigilabam maximè uel cum ante cœnam pedibus per urbem irem, præcipuè autem cum nocturnus: de cauſa aliàs dicam, ſed primũ collutione oris ex frigida, poſt potu aquæ cum ſacchari, ſomnum reſtituere ſolitus eram, ſed noxium quid ſenſibus eſſe exiſtimaui: demum non iuuabar, profuit ergo deambulare paululum quaſi, nuper lecto me applicarem. Et ſi noctu deambulaſſem, linteo calido caput perfricuiſſe ante cœnam leuiter, & ubi ſtatim domum redijſſem, profuit. Præterea quæ ego ab hac die, ſcilicet XII. Calendas Aprilis M.D.LXVII. obſeruare cœpi, nunc adijciam ad aliorum utilitatem, ſcilicet ut ante cibũ ſi omninò cibum ſumere uellem, grana ſex aut octo uuæ Creticæ pinguis, aut Illyricæ à XII. ad XXL. deuorarem abſque arillis, & cortice ad uentriculi imbecillis tutelam. Deinde ut in actionib. à Plotino monitus confiderem non incuſare Deum, paruifaciens uitam ubi neceſſe ſit. Demum ut cogitarem mundum hunc fabulã eſſe, & præſentia mala, quia adeò breui dilabuntur, non poſſe nos reddere infœlices, & Deum uenerarer, amarem, colerem, in illoq; confiderem, ſciens certò animos noſtros eſſe immortales: ſed redeo ad inſtitutum, anno LXVII. cum eſſem penè in eodem ſtatu, rem uictus ad trutinã deduxi, ne quid deficeret, ne quid adijceretur. Primum ergo panem ad pondus unciarum nouem cum dimidia, cuius trientem, uel propè ſumebam in mane, beſſem ueſperi & recentem, ac bene præparatum, ſcilicet fermentatum, coctum, ac leuem, ac huius cauſa XIX. pro duobus diebus, & erat pretij ſex quadrantum alternis diebus emebam: ita conſulebam quantitati, ne in ea peccarem, & ut eſſet quàm recẽs: Ius ut paratum habebam ex aquæ libris duabus, olei uncijs totidem, aut paulò plus: addebam aliquando tuſum roſmarinum, & ſalis modicum, ſi melius efficere cuperem, uuas paſſas, & petroſelinum, ſi adhuc paratius piperis grana V. uſque ad VIJ. aut aſcalongias, diſſecant enim, & apperiunt, quod ſi uellem, melius incoquebam teſtudinem, aut limacias in fruſta diuiſas, aut piſcem aliquem lucium, tincam, ciprinum, ſturionẽ paruũ, aut pinguem alium piſcem. Optimus enim eſt piſcis pinguis, & adeps illius, ſed ſi caro exuſu eſſet, uis illius ſimplex ſufficiebat, atq; id manè ſi paſſæ in iure eſſent, nil præter panem ibi madefactum ſumebam: ſi nõ, nec eſſet ius carnis, edebam modicũ incocti piſcis, aut limacis, aut zibibi, aut uuę paſſę, aut piſtaciorum, aut piſciũ ſalitorum: ueſperi autem cum ferculo piſcem, aut carnem glandoſam, uel iecora gallinarum aut apri lumbos aſſatos, edebam & tum acetarium. Dormire ſtatui quacunq; hora die tempore occaſio ſomni obreperet: reddita enim coctione imbecilliore ob caloris inopiam, exiſtimaui iure meritò ſomnum uberiorem adhibendum, & qui manſus bene non poterat deglutiri, auxilio emollientium uirium meritò indiguit. Potus autem in mane nullus, ſed quandoq; oris collutio è uino ualdè diluto, non nunquam abſq; illo etiam.

Propria uictus ratio.

Nota.

De prouidentia 1. cap. 8.

Mundum fabulam eſſe.

Animos noſtros immortales eſſe.

Somnus ſenũ quacunq; hora bonus eſt.

Inter

Inter reliqua autem quæ mihi circa hæc contigerũt, duo enarrabo singularia: primum quod cùm irata esset mihi ancilla, nec auderem committere salutem meam illi, quippe ut coqueret panem & madefactum aqua non existimabam utilem, nimis enim crudus erat, & inflasset: ob id ergo consilium cœpi, ut panem infunderem in aquam more solito, inde cum hora adueniret (neq; ob legendi munus, & curarum negotium coquendi panem coram me tempus suppetebat) expressum more communi infundebam iuri carnium feruenti, quod paratum erat pro omnibus, ut nulli periculo me exponerem, uersansq; illum paululum tria compẽdia faciebam, iuris feruorem temperabam, panem ipsum pene coquebam, & suauem reddebam, indebam & saccharum: hoc ipso inuento bellè profeci. Aliud fuit quod à Principe Correggij Fabritio Austriaco uiro Illustrissimo, ut q ex agnatione Cæsaris, & Regis Phi lippi Maximi esset didici: scilicet coquere carnes in olla munda maximè noua, superposito uase, aut lance aqua pleno ut torreatur, mirum dictu tãquam assata in ueru, exprimatq; succum suauissimum, licebitq; addere roremarinum, ac saluiam, salis modicum, tum & aromata, atq; is cibus factus est mihi familiaris, atq; hic cibus optimus est ad ualetudinem, sub fine anni LXX. cùm iam XII. dentes amisissem partim nondum inuento arcano dilapsos, partim ita corruptos restitui non potuerint, maximè autem gingiuæ molarium inferiorum ab utraq; parte nudæ erant: cogitaui ut manè pane recẽti molli uterer, aut aqua madefacto. Vesperi autẽ in iure carnis: aut si non licebat olerum. Verum cùm non arrideret, ancilla enim inepta erat, excogitaui in diebus in quibus carnium esui interdicitur, ut testudinum palustrium iure uterer, aliquãdo autem cyprinorum, aut aliorum piscium: sed testudinum maximè uisum est mihi salutare. Est enim animal sanguine præditum, & à uenenorum contagio remotum, itemq; à putredine in quibus differt à ranis, astacis, & limacibus, piscibusq; uiuax etiam & optimi iecoris, & cui natura in nullo præterquam in uitę tutela consuluit. Oua præterea illius optima sunt: quamobrem nihil hoc animali aut cõmodius, aut salubrius: seruabam autem illas in nitida, & pura aqua, ut essent mundiores. Cætera tamen crassa summo studio euitabam, abstinebamq; ab omnibus ualdè lentis, uel senilibus, uel duris, aut grauibus.

Duo authoris singularia.

Fabritius Correggius Austriacus.

De Aëre, uestitu, balneo, & somno senum. Cap. XI.

Enes natura frigidi & sicci atque imbecilles sunt, quapropter & regio, & anni tempus ad contraria, sed neque multum declinare debent, & si errare cõtingat in frigido magis quàm calido accidit, seu tempore, seu regione, aut uestitu, aut balneo, uel somno. Itaq; ut à pedibus incipiam, cùm illos conueniat seruare calidos & siccos, si sicci præstat calefacere motu, nõ igne, magis etiam quàm linteis, maximè enim naturalis est calor, qui motu moderato excitatur: tum præcipuè quod non solùm accenditur, sed spiritus cordis, & sanguis eo descendit: & nerui exercentur, emolliunturq; quæ cõgelata sunt, & quæ laxata confirmantur: Secernitur etiam quod deterius est, ac crassior pars sanguinis attenuatur. Post exercitium fotus est, aut balneum: sed siccus fotus ex linteis melior est, præsertim adiecta frictione, modò nil crudum sit in uentriculo. At si pedes frigidi sint à prandio, & humidiusculi, lauandi sunt frigida moderatè: confert enim ad coctionẽ: & ubi linteis siccati fuerint, incalescunt. Frigiditas enim pedum duo maxima mala affert: retropellit enim quicquid noxium est, aut calidum, & ideo uideas cum pedes frigent, faciem, & caput uri, nec solum malum est hoc, sed & mali signum, & maximè in febribus acutis, in hominibus sanguineis, in biliosis uiris iratis: quiq; cibum ingesserunt, & plurimum, & calidum. Si uerò humidi sint pedes, & crura abluere oportet calida, ea enim detergit multò magis, quàm frigida. Et ubi mediocriter siccaueris gladio, minimè acutæ aciei, ne pedes lædas deterges sordiliẽ, quæ solet plurima hærere, & prohibere ne siccentur pedes, ne incalescant. A frigidæ etiam lotione detergere bonum est, non tamen facilè fuerit bene detergere: siccare licet linteis pedes aqua, cœnoq; madefactos sponte, non nisi aqua sudore uiolento licet, spontaneo

Senes natura frigidi & sicci.

Moderati motus utilitates.

Pedum frigiditas quæ mala pariat.

taneo nequaquam,sed ut dixi abluere oportet,si pedes frigidi simul sint,& humidi, abluendi sunt calida,aut igne calefaciendi,siccandiq;. Exercitium ne adhibueris, spongiosa enim cutis,ac caro implebuntur humore illo non solum frigido,& humi do,sed pingui,quod pessimum est. Et si humescāt plurimum, nullo modo à balneo abstinere oportet:si occasio non detur,linteis siccis detergendi sunt,nam ignis plus intus transmittit,quàm urat,plus urit,quàm siccet. Frigidi uerò ita pedes laxant e- tiam magis neruosa,& uentriculi coctionem debilitant,semper autē frigus pedem, aut uentrem astringit,aut laxat nūquam mediocritate seruata. Vt ergo humidis pe- dibus,ac cruribus parum conuenit motus,plurimum ignis, ita frigidis plurimū mo- Nota. tus minimum ignis. Neque uerò hyeme, his quibus humescunt pedes caligæ pur- pureæ conueniunt, cum ex deambulatione humectentur, nec humectatæ siccen- tur,sed potius lana uratur,ita ego deceptus sum, decreuiq; in posterum caligis sim- plicibus ex lana uti crassa magnitudine,sed densa,& tenui substātia: Aliud melius, crura caliga purpurea, uel ex lino denso loco calceamēti fascia subiecta pedi ne re- currat,calceamenta linea densa,aut tenuia,laneis,aut gossypinis superpositis,uel e- tiam ex stuppa sericea: mutare autem in dies singulos linea crassiora, alternis die- bus,aut quarto,tum etiam facilius siccabuntur,siccatis interioribus: hic mos nobi- lium Bononiensium, hoc solum habet incōmodi, quod inæqualem sensum efficit in pede ob fasciam multis molestum futurum, forsan consuetudo tollet, sanè mol- liet. Quibus uerò duntaxat frigidi iuuat duplex caliga lanea præter lineā,quæ sub- tus haberi solet. Verum si humidi sint, sæpiùs linea mutari debet, uel quotidie lana siccanda: compendiosa enim res est. Eadem ratio in toto corpore,ut leues sint, pau- cæq; uestes,ac calidæ,ut ex pedibus siccæ sunt lupinæ,& lyricei, & leporis. Vulpi- næ & agninæ humidæ, sed ita agendum ut mundæ sint, & aër arceatur: propterea corio tenui thoracem muniebam. Omnia tamen ut dixi calidiora,& sicciora quàm in iuuenibus. Abluere manus,& faciem frigida iuuat,nō solùm ad munditiem,sed Confert aures gossypio oc- cluſas habe- re. calefaciendum corpus,& ut densetur. At caput calidis indiget siccis non minus: est enim calidum ualde, sed natura exangue, & in eo uigent sensus omnes, qui calore conseruantur. Et ideò confert aures gossypio cōclusas habere perpetuò, quod ob- seruat Senator Elephantutius,& ego,sed non æstate:Integumenta capitis ficca hoc anno mihi paraui è pelle uiuerræ, aut potiùs sylueſtris mustellæ: at ita ut pelles hæ Vitanda sunt crudæ sint,non calce præparatæ,ostendit odor,nam quæ maceratæ sunt, olent cal- diei ac noctis extrema à se nibus. cem,& marcidum, & humidum habent corium, detondere capillos præstat ad cu- tim,aut siccare furfure: quibus consueta fuit lotio capitis his bonum est lauare, ui- tare expedit diei,& noctis quatuor extrema,originem utriusq;, & fines etiam æta- te:qua in re differt ratio uictus eorum, differt à cæteris ætatibus, cum in alijs ætati- bus tempore æstatis crepuscula aut bona sint,si purus sit aër, aut ferri possint si non impura:namq; senibus capita sunt frigidiora & sicciora natura: ob excrementa au- tem humidiora,& imbecillia,et plena:indicio sunt canities, caluities, obliuio,& gra uedines frequentes. Vnde crepuscula utraq;, & prima, & ultima pars diei plurimū lædunt: Cerebrum quod imbecille est:nam in calidis temperant, in robustis calorē innatum cogunt, ob id alij ætatibus æstatis tempore salutaria: Mirumq; est quod Pio quarto Pontifici Max.suaserint medici ut æstate sub diluculo equitaret, cū iam esset annorum LXVII. & ultra, ut non obierit, sed occisus dici possit: cum secus e- tiam corpus haberet infirmum pro ratione extremi senij: more talium qui multa,& grauia perferunt,parua & leuia agunt,tanti est habere præstantem medicum,& ob- sequi illi,ac doctrinam esse traditam,quæ ad uitam faciat. At Galenus circa leuia & rara uersatur,grauiora,& quæ in usu quotidiano sunt,& in quibus uita periclitatur, Nota. omittit. Ventrem præterea magis contegere decet, quàm pectus, pectus autem ab aēre magis tueri,magis necessarium est:nam calor pectoris minus occupatus est,& maior longè,& locus neruosior, & ossibus plenum: at uenter cōtra,uenter concoctioni uacat,& moderato calore præditus: si tamē feriatur à uento, cùm omnia sint Balneum seni- bus utile. unguinosa non lædit. Balneum autem senibus ex usu est consuetis, & maximè ubi uentriculus sit robustior,& homo uigilijs obnoxius: ut uerò tepida aqua auo-

cat

cat,detergit,humectatq; corpus,ac calefacit, ita calida exsoluit, & commouet humores,sed aër calidus longè deterior est: balnea autem aquarum calidarum omnia minus conueniunt senibus, & quantò seniores: moræ metu in omnibus fermè cũ sit uoluptas,tum maximè in huiusmodi:uerum æstate totius & Vere, minus synce-rum autumno,atque etiam hyeme, sed & balneum frigidæ utile est in primo senio. Et in brachijs frigida utilior est,& minùs periculosa,quàm alibi,post in cruribus. Illis quoque aër maritimus est magis necessarius,& cubicula ad orientem æstiuũ,aut uernalem exporrecta. Et aër humidus ac calidus illis magis necessarius, & minus periculosus, quàm alijs ætatibus: ut contra pueris & infantibus: nam humido minùs siccantur,& minus ipsos putredini obnoxios esse constat.Membra naturalia fouere licet pellibus ursorum,atque fibrorum enim siccant,& plurimum calefaciunt. Post brachia sunt femora,& coxæ,quę parum à frigore tentantur: sed omnibus minus collum,quod nudum semper maneat ob longam consuetudinem, & ex partibus corporis posteriora capitis os dorsi magis cõtegi debent, quàm anteriora. Sed renum locus minus quod ille calori obnoxius sit spina dorsi, utriq; malo pronior, siquidem medulla à frigidis lædítur:arteria & uena,quæ ei subiacent à calidis: propterea à motu distinctionem sumere debemus:ubi enim laborandum sit, periculosior est calor,præsertim circa lumbos,plurimum enim fatigantur:ubi quiescendum frigus,maximè circa sumen. Oculis similiter calida,auribus frigida: naribus extra frigida,neruosæ enim sunt,ac membranosæ,cartilaginosæq; tenui cute,calida intus ob cerebrum atq; hæc potestate,illa actu sunt magis inimica. Purpura senibus utilis:nostra enim maleficè siccat sumini melior:Cygnorum & uulturũ pelles siccitate plus obsunt,quàm caliditate prosint:lintea sine calce: linũ cannabe lõgè siccius: lana gossypio melior:sericum inutile:lino igitur interiora uelãda. Somnus autem uita est senum, recreat enim ille uires, lassos erigit, dolores sedat, coctiones adiuuat, quietem reddit,hilaritatem, & gaudium præstat,corpus impinguat, colorem excitat,malorum obliuionem inducit:contra si desit accelerat mortem,attonitũ morbum gignit,& resolutionem membrorũ,tinnitus,uertigines, surditatesq; procreat. Vnde dicebat Princeps:cumq; sacchara fit ex nitroso humido in senibus, eius cura est praua(quantò magis in decrepitis, ut antea dixerat, intellige) uerum si succedat,est melior:namq; somnus longus & propriè profundus in decrepito cum adueniat ob frigiditatem significat malum,& periculum apoplexiæ;uigilia uerò est causa omnium malorũ:igitur somnus emptus solus inter bona senum melior est,quàm naturalis,non facilè tamen ad insaniam deducit,cùm sit eorum natura frigida, non ut iuuenum calida.Quæramus igitur in hoc quinq;.Primum quid sit somnus:uera diffinitio est,quod est quies spiritus animalis.Et si fieri posset ut spiritus huiusmodi superesset in mortuo, mortuus uerè dormiret. Et esset ut dicunt:

Stulte quid est somnus,gelidæ nisi mortis imago,
Longa quiescendi tempora fata dabunt.

Licet in cataphora,& comate,& attonitis,uideaẽ quiescere,non quiescit,sed in solo somno:sed est ut dicitur de febre pestilẽti à Rasi. Hæc febris est quieta exteriùs, interiùs conturbans:Indicio est finis,& oculi,& motus. Alterum erat quid paritura esset uigilia si perseueraret:sed hoc dictum est in senibus,de quibus sermo est: nam de iuuenibus aliàs locuti sumus in Promptuario: Tertium de illius causis: & dico quod ut somni est una causa,ita uigilia plures. Propriè autem quicquid exagitat nimis spiritum animalem.Quare ira maximè somnum prohibet,non ita tristitia, quia non est cum magno motu, secùs ipsa aduersatur somno uelutí ira: & ita corporis dolores uehementes. Tertia magna caliditas, aut siccitas cerebri. Quarta magna confluxio,& cum uehementi motu atq; citato uaporum, reliquæ ad has reducuntur.Quartò dicendũ est de his,quę ualdè nocẽt,aut exacerbantur cũ uigilia,& sunt decrepita ætas,indiget enim ut uisum est maximè beneficio somni,& destituitur illo.Secundum est ebrietas,adeò ut si cõstet,occidat. Tertium est Venus immodica. Quartum magna cruditas.Et scias quod non conuertitur, nam grauedines in senibus,solẽt parere uigilias,nil mali parientes,nec significantes:nec mihi certius signũ

Aër maritimus.

Nota.

Somnus senum uita.

Somnus quid sit.

Cap. 57.

Somni una est causa,uigiliæ uerò plures sunt.

imminentis grauedinis, tantum poteſt ordinis inuerſio. Quintum febris ardens cũ dolore capitis, ſunt enim ex hoc parati ad delirium: ex ilio ad cõuulſionem, ex quibus mors ſequitur. Sextum atra bilis, qua cum uigilia & ſenio conuertitur, affinitate magna, & cum ſimul fuerint, una curatur, alia ſanata, aliter non. Dicendum eſt ultimò de auxilijs per genera, deinde per ſpecies. Genera igitur ſunt xxi. A uiſu, auditu, olfactu, guſtu, tactu, ui imaginandi, cogitatione, exercitatione, & ex eo quod ex uiſu, & exercitatione colligitur, ex euacuatione, ex ipſis ſomno atque uigilia aëre, à cibo, & potu, à capitis lotionibus, à balneis, à pedum & crurium lotione, ab unctionibus, à clyſteribus, à ſuppoſitorijs, ab eo quod eſt contra naturam, & parit contrarium, à medicamentis, & tota congerie auxiliorum, & ab his quæ proprietate id agunt, uelut uitulus marinus, pes dexter, & pinguedo. Et mures auellanei, & alpini, qui dormiunt tota hyeme, horum uſus erit ut explicabo mox: dicamus ergo per ſpecies.

Auxilia quæ.

Auxilium à uiſu. A uiſu, tenebræ ſomnum conciliant perfectæ propriè, umbra etiam, & picta ſomnum inducit, uidere quoque imagines dormientium, & uiſio aquarum maris, lacuum, & fluminum, ſolitudo, & maximè montium excelſorum, & imagines depictæ ſolitudinis nemorum cum aquis, & prata, & ripas cum uiolis, & purpureis floribus: purpureus enim color congregat, & iucundus eſt ob cœli conſuetudinem, nec ullus alius hæc ambo præſtat: ideò melior eſt nigro. Solitudo uerò cit ſomnum, quoniam laxat omnes cogitationes, & eſt priuatio curarum, ut quies laborum: & etiam quia oculos ſolatur maximè iuncta umbris. Idem enim refert uiſa quod imaginat: & illa eadem, quæ natura poteſt. Aquarum præterea in urceis clarioribus diuerſorum colorum, dum alleuant, animum ſomnum proliciunt, & ſi piſciculi lætè diſcurrant, ſomnum conciliare ſolent. Nec minor eſt uis conciliando ſomnum ſonis, & in prohibendo, quàm coloribus, & luci: quod indicant ſtrepitus in expergefaciendo iam etiã dormientes. Et nõ eſt hic locus quæſtioni, ſed ſomnus magis mutat membrum, lux plus agitat ſpiritus. Flebiles ergo cantilenæ, & toni miſerabiles, & uoces dulces, & ſubmiſſæ, & ex alto in profundum cadentes, & amplæ (ut ita dicam) & graues non tamen uehementes conciliant ſomnũ, & lenes dulces, & in hoc lyra obtinet principatum, & ſonus aquarum cadẽtium guttatim, & euripi, ac riuuli ad hoc ſunt ualdè commodi. Indè in uigilia febricitantiũ tracta conſuetudo appendi ſitulas guttatim aquam in peluim demittentes. Vnde ſcitè Maro, ac quaſi per tranſennam, tantoq; inſcitius explanatores.

Ab auditu.

Nam neq; me tantum uenientis ſibilus Auſtri,
Nec percuſſa iuuant fluctu tam littora, nec quæ
Saxoſas, inter decurrunt flumina ualles.

Reliqui ſenſus, & ſi per ſe tantum ad ſomnum conciliandum minimè poſsint, propter annexa tamen olfactus multum uirium obtinet: hic eſt uirga Mercurij ad impediendum tamen omnes, & maximè qui minùs poteſt tactus. Ergo perfundit cerebrum, opij, mandragoræ, nympheæ florum utrorumque, ſtyracis agnimen croci, uiolarum, papaueris, ex his pomum conficietur mandragoræ dotibus: non tamen omittemus chamęmelon, anethum, melilotum, ac populi flores, cãdidorum etiam liliorum recentium flores, & ſclarea frigidis miſta, quæ etiam lætos reddit ſtantes. In tactu præſidium à ſtrato, à culcitris, à munditie, à loco perflato ſubfrigido ab aura. *Virtus eſt uitium fugere.* Quid dicas de guſtu cùm neglexeris, & tamen plurimum poteſt retenta in ore, ut etiam diacodion. In uniuerſum & ſuffitus in odoribus, ſed ob igneam uim non adeò, uelut poma ſomniferi, & lecti primum ex ſtuppa ſericea, ex lino pectito, tum uerò goſſypio ob mollitiem, inde pluma, demũ lana: hæc conſueta ſunt, tamen qui melius in tabulis ob conſuetudinem decumbãt, mirum dictu, cum nouitas etiam aduerſa ſomnum reuocet, nihil tamen melius renouata conſuetudine: nam ſomnus & ex conſuetudine, & nouitate reddit, medio non ita. Inſueta ut ruſticis palea tomentum ex pilis, rariùs frondes, ſed hæ humeſcũt quauis cauſa, & madefactæ difficilè ſiccantur. Frontes ſalicis, alga, & quæcunque molles fuerint, ſed nil melius typha, quæ in arundinetis aquarum inuenitur. Poſt ſeu ſub,

A tactu.

A guſtu.

seu sub, seu supra pelles uitulorum marinorum, & ursorum, & murium auellaneorum, & alpinorum glirium, & mustellarum agrestium, nam urbicæ ac quasi domesticæ hyeme non dormiunt: neq; enim eiusdem sunt generis alpini, quos marmotas uocamus magnitudine, moribus (erigunt enim se) & multò maiores illis, & dormiunt hyeme: auellanei similiter, sed minores omnibus, & uictu, & forma differunt à cæteris: & glirium prorsus alia ratio: qui si modo in aliquo genere collocandi esset, magis ad sciuros pertineret. Mustellarum utrumq; genus inimicum muribus (sed hæc extra aleam, omninò sinamus antiquos quorũ monumenta quæ optima erunt periêre, quæ supersunt Grammatica curiositate, non ad res respiciendo, scripta sunt) sufficiat de his qui dormiunt mustellarum (sed nõdum planè compertum habetur) utrumq; genus: Mõtani potiùs, & auellanei, ac glires huic negocio sunt utiles, cum uerò superfuturis hyeme animalibus (ne muscas, et culices, ac cimices, forsan & la certos in hoc numero includamus) natura prouiderit uiribus, ut auibus pleriſq;, & sanguineis terrestribus alia congregent, uelut glires, & formicę, alia somno se sustẽtant, uelut dictum est, ursi serpentium generi toti superfuturo, hoc solum auxilij genus relinquebatur, unde etiam illorum senectæ pelles, ac adeps huic negocio utiles erũt. At in imaginãdo, ac cogitãdo maior uis cùm intus sit, & tota in nostra potestate: ut ergo iucũda sint, ac firma, ad cõciliandũ enim somnũ idonea sunt, iucũda sunt, quæ amamus, quæ sensu ipso nos delectant: quæq; potius ad fabulas, quàm historiam pertinent, ut Hyperborei, & orochilia, ex ueris etiam diuina, si quis propè accedere possit, tum retroactæ uitæ felicis recordatio, nam futurorum est spes, & metus. Ad hoc iuuant Poëtæ cum suis Chimeris. Exercitatio tum ob coctionem, tum descensum crudorum, & resolutionem spirituum, & caloris, ut in rusticis maximè in sole peracta ubi adumbrante contulerit. Tum quæ uisu adiuuatur, & auditu, uelut nauigatio, equitatio per loca umbrosa inter colles, iuxta flumina, & loca amœna ex uacuatione autem tum crudorum, tum fęcum, tum molestiæ, ut quę à doloribus liberat: & in hoc cassia nigra, & aloes: aut quæ exsoluit ut uenus. Sed pręter reliqua nil commodius à cibo, uel cruditate quàm uomitus, aut ructus, qui supernatantem cibum educat. Innatum est præterea cunctis simile sibi generare, uigilia uigiliam, motus motum, calor calorem, putredo putredinem: propterea uidendum est quando uigilia somnum gignat, quando uigiliam. Diuturna ergo uigilia uigiliam, & somnus somnum gignit: hic enim humectat, illa exsiccat, sed uigilia unius aut duorum dierum, quæ spiritum dissoluat, non tamen cerebrum exsiccet, præsertim succedente cibo, atq; potu conuenienti somnum procreat, atq; altum & profundum. Aër uerò humidus sit, & qui soluat intemperiem, unde qui circa fontes habitant Euripos uisu, & susurru ac aëre sibi ad impetrandum somnum blandiuntur, secùs frigidiusculus, sit orientalis quidem melior: & suaues uenti, uelut Zephyri qui propè aquas spirãt. Et qui ab herbis præcipuè à papauere, & uiolis purpureis, ac chamę melo, atq; mandragora. Cibus pisces, lactuca parum cocta, papaueris semina, poma, & persica cocta dulcia, recocta ex lacte: uinum dulce copiosum aqua permistũ, sclarea etiam lætos reddit inter cibos, aut potus sumpta, & quasi temulentos, ut etiam lolium, sed hoc deterius: poma uel radix mandragoræ, atq; hæc uehementior & uigilias, & mentem tollunt. Persica quoq; sicca à cibo, & semina peponum in fercula simpliciter prosunt: caro murium alpinorum, cerebra fermè omnia, sed præcipuè uituli marini, tum caro, amygdalæ sub mazapani forma bonæ sunt. Oua quoque recentia modico cibo, & ante, cepulæ teneræ coctę uaporem enim transmittũt. Capitis lotiones, & balnea totius corporis, & pedum, & inunctiones ex eisdem fiunt, sed priora tria etiam cum sola aqua tepida, & exactè pura somnum conciliant ante cœnam, & à cœna, sed cauere oportet omnem motum: unguentum igitur tale esse debet, quo tempora capitis, & uertex etiam, & sub naribus, & si opus est osea furcula pectoris, & cordis regio, ac epatis si oportuerit: semper autem duo carpi manuum, & uertices pedũ ubi arteria manifestè manum repellit, & à lateribus inguinis, ubi arteria digito maior percipitur. Descriptio eiusmodi duplex est.

℞. Olei Anethini lib. 1. Anethi, chamæmeli, meliloti, florum populi. añ. unc. 1. s.

Nota.

Vomitus utilitas.

Consideratio circa uigiliã.

Nota de Aëre sequm.

A cibo.

A potu.

A capitis lotionibus & rẽliquis.

Olei descriptio.

croci, panis croceæ, florum liliorum alborum, qui eadem nocte floruerint añ. unc. s. hæc duo non ſtatim apponantur, ſed quatuor priora cum lib. iij. aqua uiolaceę re-
dolentis, & in balneo Mariæ coquantur cum oleo, ut ferè conſumatur aqua, inde
remoueatur ignis à balneo, & reliqua duo addantur, & permittatur donec bulierit,
& ponatur in eo dum adhuc feruet pinguedo uituli marini, aut muris mõtani drac.
x, & poſt antequam refrigeretur, exprimatur ad ultimum, & ſeruetur, & hoc eſt mi-
te, & ſi uis efficere, ualidius adde ſucci radicum mandragoræ condenſati unc. ſ. A-
Alterius deſcriptio. liud potentius quod eſt aliquanto frigidus. ℞. olei anethini lib. 1. Chamæmeli, ane
thi, meliloti, florum populi, capitum papaueris albi, ſem. lactucæ, florum utrorum-
que nymphæ, radicum iridis ualde odoratæ, radicum mandragoræ, ſtyracis calami-
● tæ & radicum, & fructuum halicacabi añ. drac. vj. Aquæ uiolaceæ redolentis lib. iiij.
coquantur ut ſupra, & in fine eodem ordine addantur croci orientalis integri, & in-
A' clyſteribus. teriorum florum liliorum alborum añ. drac. v. ambræ orientalis drac. s. uſq; ad ſ. cõ-
fice ut ſuprà. Clyſteria autem ad hæc ſunt ualde potentia, ſumatur oleum confectũ
cum quatuor primis medicamentis drac. vj. Iuris caſtrati pinguis propriè capitis, &
uiſcerum unc. iiij. medullæ cruris uituli, pinguedinis uituli marini, aut muris marini
añ. unc. s. croci, ſtyracis calamitæ aut agnimen añ. drac. s. Poſſunt etiam loco illius
olei compoſiti pro clyſteri oleum de lino, aut de ſemine lactucæ, aut papaueris, aut
loco pinguedinum, & medullarum pinguedo urſi, aut pinguedo muris auellanei
ſe extracta, coquendo in olla obturata cum paſta hordei, aut triticea tota: ut tota
ſubſtantia in pinguedinem tranſeat. Et ſimiliter ut olea fiant ex expreſsione cum
A' ſuppoſitorijs. torculari non incoquendo In uniuerſum etiam ouum recens triduo uel quatriduo
fotum etiam plurimum adiuuat. Suppoſitoria quoque ex eiſdem pinguedinibus,
medullis, ſtyrace optima, croco, mandragoræ aut papaueris ſucco coacto. In omni-
A' contrario. bus autem lotionibus præſertim capitis, & in febribus hordeum utile eſt. A' con-
trario autem uelut dolore eſt euidens, quoniam aſſatio tutior eſt à nimia reſolutio-
ne, & ſecurius expectanda eſt utilitas, quæ promittitur. Ergo ſi licet, & magis ſi do-
lor capitis cum uigilia affuerit, tormenta & cruciatus illo uolente adhibebis, præci-
puè pedibus, & cruribus: & ſi podagræ obnoxius eſt, illam prouocabis, uix enim
continget ut uoto, & egregiè non perfruaris. Et ut magnum ad magnum, & totum
A' congerie auxiliorum. ad totum, ita partes ad partes, & puſillum ad puſillum, ut in homauigilia, brachij
● morſus, & uellicatio, & contorſio articulorum. Ab auxiliorũ ordinata congerie: tu-
tius enim ac certius eſt quod paulatim, & per plura impetramus, manifeſtum eſt au-
tem quod & ordinata eſſe oportet, quæ adminiſtrantur, idq; præcipuè trifariam, à
leuioribus inchoando: & ne præpoſterè ut alui eductio ante rectum: & ut unum, al
teri non ſit impedimento, nam x 1 x. generum ſpecies iam connumerauimus, ſo-
Quæ à proprietate agunt. lùm enim ſupereſt quod à proprietate agit. Dicunt pedem anteriorem uituli mari-
ni dextrum (nam ei dum in littore dormit, capite incumbit) capiti ſuppoſitum, pro-
fundum ciere ſomnum, ſimiliter agrimoniam hoc idem facere. Referunt quod ſatis
uerum eſſe puto chryſopraſſum, & eſt hyacinthi genus conferre ad ſomnum, ſed &
magis proprium utrunq;.

Vigiliam triplicem eſſe. Eſt uero aduertẽdum diligenter triplicem eſſe uigiliam, primam ſeu cœnaricam,
ſecundam nocturnam, & tertiam antelucanam. Prima uentriculi moleſtiam, aut a-
cres cibos, uel potus oſtendit: eſtq; alijs duabus minor, & leuior: ſecunda fit à cru-
ditatibus ab imbecillitate uentriculi, meſarei, & iecoris, propriè cauæ partis. Tertia
peſsima eſt, & pertinet ad ultimum alimentum, & cor, ac curas graues. Et eſt perſæ-
pè, maximè cùm fuerit repentina, & cum pauore, nec ſomnus ſucceſſerit magnorũ
malorum præſaga, & lethi, aut etiam deteriorum, niſi paulatim inualeſcens facta
fuerit conſueta, & ſignificat atram bilem. Et huic tertiæ ſi citra moleſtiam fuerit, ſe-
cùs ſæpè ſuccurrit lenis cogitatio, aut uellicatio bracchij, aut circuire lectum,
inde redire, uel frigida etiam ſemel tantùm colluere os.
Et ſi adſit, cauſam habet manifeſtam, &
quiete uigilia curatur.

De Exercitio ſenum, & an ampliùs offendantur illius prætermiſsione, quàm iuuenes. Cap. XII.

QAeterùm non parua eſt quæſtio de ſenum exercitatione utrum conueniat, & qualis nam conueniat. Dictum eſt autem de hoc in libro de Aqua & Aethere. Verùm (ut inquit Galenus) ſemper niſi res adamuſsim tractetur, calumniandi anſa maledicis relinquitur: ideo illud primum conſiderandum, an cum exercitato calorem ipſum augeat, aut ſaltem confirmet, & excrementa reſoluat, idq; etiam quod maius his eſt efficiat, ut quando nos multis neceſsitatibus obnoxij ſimus, reddat conſuetudine tutiores ingruentia incommoda iuxta illud. *Conſueti conſuetos labores ferre,* Et ſi fuerint imbecilles, expediat homini iam ſenescenti exerceri, cum ob exercitium corpus exſiccetur amplius, & etiam ſoluantur membra, quæ extendi uitio ætatis nequeunt, muſculi, tendones, uenæ, arteriæq; præter ſolitum? Itaq; nõ parua de hoc hucuſque fuit quæſtio, tum maximè quod experimentum primis ſubſcribere uideatur. At ſi quis immodicis excrementis urgeatur, aut morbo aliquo peculiari ea ætate qui aliter ſolui nequeat, quid agendum. Neque etiam conſtat an exercitium conueniat, aut cui conueniat ætati, aut non. Ob hoc igitur magna, accurataq; inquiſitione opus eſt. Verum illud primum dicam eos ſenes, qui uel peculiari morbo ueluti podagra, aut renum dolore, aut alio morbo uexantur, aut multitudine grauantur excrementorum, neceſsario ante tempus conſtitutum, & exactam ſenectutem interire, aut cogi infelicem ferre uitam. Hi ergò ſecum exiſtiment, quod nam ex his illis præſtet, aut diutius cum morbo uiuere, aut ſine illo matùrius interire: quibuſdam enim hoc aliis aliud præſtat, utpote diuitibus, quiq; ſtudijs intenti ſunt abſque filiorum tædio, quibuſq; non grauis admodum morbus eſt, nec in deterius facilè lapſurus, nec qui oprimas hominis operationes lædat, præſtat cum morbo diu uiuere, quàm ſanum eripi ante tẽpus, contrarijs cauſis, contrà. Aetatis uerò ratio ſic diſtinguenda eſt, quidam primi ſenes dicuntur à quadrageſimo ad ſexageſimũ annũ uſq;, uel circa, hoc enim aliàs docuimus: ſequentium ſunt duæ ſpecies, una ad ſeptuageſimum uſque, uel ſeptuageſimum quintum, quæ media dicitur ſenectus ob primam, ultima quæ ad manes ducit. Primæ igitur longa deambulatio conuenit, ſecundæ breuis, & repetita, tertiæ uix ulla, ſed excrementa aliter ſunt deijcienda, atq; expellenda. Ratio horum ſatis clara eſt: nam exercitium magnum pulſum efficit, ut Galenus author eſt tertio de cauſis pulſuum. Pulſus autem magnus fit, cum arteria non citra offenſam diſtenditur, ut ſecundo de dignoſcendis pulſibus idem docet: quamobrem cum arteria etiam ſicca ſit, alioqui ut ibi fatetur, & maximè in ſenibus, neceſſe eſt ſenes ex quocunque exercitio grauiter offendi, tum reſolutione uirium, tum etiã membra, & ſubſtantiam ſolidorum laxando. Itaq; cauendũ eſt ne exerceantur, at in primis ſenibus longa deambulatio citra laborem, exercitij nomine digna non eſt: in mediis breuis, & repetita, in ultimis quælibet fermè, quoniam ob uirium imbecillitatem pulſus mutantur.

An ſenibus exercitium conueniat.

Nota.

Diſtinctio ætatis ſenum.

Quibus longa conueniat exercitatio, quibus breuis.

Exercitium cur ſenibus noxium, Cap. 13. Cap. 3. iuxta finem.

De Venere ſenum, & de ætate generandi. Cap. XIII.

VIdam uidentur negare prorſus conuenire ſeni Venerem, quod euacuet quod pinguiſsimum eſt, & cuius ſenex maximam penuriam habet: alij omnino ſuadent. Quidam medicus Parmenſis uir eruditus, cum iam propè octuageſimum annum ſit conſtitutus certè ſupra ſeptuageſimum, concubitu frequenti ſe uti gloriatur, quod etiam oſtendunt coniecturæ, nam ob pellicem in carcerem coniectus fuit. Sed ego iſta non curarem, niſi demonſtratio me cogeret ad id: ob duas cauſas coitus inimiciſsimus eſt ætati ſenili, una quoniã dum tenditur uirga, tenditur ob ſpiritum à corde tranſmiſſum, qui etiam effunditur in Ve-

An uenus ſenibus cõueniat.

Nota. nere: altera quoniam corpus concutitur in motu,& incalescit. Ob id ergo studendum ut Venus senilis sit admodum breuis, sineq; labore ullo,& ut expleto actu uirga tensa remaneat: quoniam pluribus ante diebus tenderetur:hæc tria si obseruentur, proculdubio senex à Venere potius melius se habebit, quàm deterius, modo simplici uictu usus fuerit, non ueluti ouorum luteis, bulbis, atque tuberibus, ijsq; quæ Venerem excitare solent: at potius contrarijs,quæ possunt extinguere. Inditio autem est Venerem non obesse senilibus si rectè ea utantur admissarij equi, & elephantum genus,& uiri uirginibus uiuaciores, & quod natura nihil non rectè facit, plus aũt huic uel illi obest,uelut etiã stomaticis,tabidis, hernioſis, & neruorũ imbecillitate laborantibus,tum podagrosis:sed hæc uitia sunt hominum,non ætatis.

De senum tristitia. Cap. XIIII.

Tristitia senibus familiaris.

FAmiliaris est senibus tristitia ob temperamenti naturam, siquidem frigidi & sicci ob uigilias: Et quod negocijs non sint apti,tum uerò ob mortis tanquam propinquæ expectationem (habent etenim magnam inter se non solum affinitatem,sed & uicissitudinẽ uigiliæ,tristitiæq;.) Multa præterea adsunt,plerisq; illorum morbi fontici, contemptus, & si adsit paupertas defectus necessariorum: si diuitiæ,expectatio mortis. Si dederis, optant mortem tuam, ut non debeant quicquam,si non dederis,odio prosequuntur,demum illud perpetuò uersatur in oculis.

Fulsêre quondam candidi tibi soles.

Tristitiam corrigentia.

Cùm ergo morbus hic triplex è re natus,è ratione,& opinione (sed maxima hæc pars) ideo illi per hæc eadem,sed præcipuè etiam per opinionem obuiam ire debemus,nam de reliquis in libro de Carcere actum est. Igitur de temperatura non erit sermo,sed uino dulci,croco,uua passa,borragine,utemur assiduè, ozimoq; quàm odorato,& si cogamur etiam styrace,mandragora,atq; opio,nam somnũ etiam conciliant,sed insaniam mouent,ideo partiùs.Sena debilitat uentriculum & siccat,non laudo,malim helleborum iuribus pinguibus infusum. Non negligas curam,nam debilitat & exsiccat maximè. Ex compositis lætificans Almansoris, & Alchermes seu ex lapide lazuli, seu cæruleo, & ex Moscho nostrum. ℞.croci drac.i.ozimi odorati ualde drac.iiij.Moschi g.xv. Hyacinthorum g.xlv.fiat puluis tenuissimus quantitas drac.s.si non sufficit,addè mandragoræ pomum,aut radices,& opium sic ut non moueant insaniam. Et habitatio cum dilectis, sed non pueris ne discedant, nam sua natura instabiles sunt,& oderunt eruditionem, & in aliorum sunt potestate,& facilè persuadentur,& ob tam multiplices causas excusant se uicissim, & ita fit error prior priore.Paupertatem,morbos deuitare oportet,aut culpa tua factum est,

Plures habere amicos malũ est.

uel in fortunam referenda. Sed & si haberes, aliorum essent, amicos plures habere malum est:unum habeas alumnum, cui possis imperare, sed si non habes amicum, non deciperis. Vt habeas des pauca,pollicearis plurima, sed non sub mortis expe-

Nota.

ctatione: denique qui uult quietè uiuere,aut habitet ubi Princeps sit, & illi deuinctus aliqua necessitudine,aut hypomochlio. Quod uerò ad opinionem attinet,illa diuiditur in rationem,& auxilium: Ratio quod ad mortis propinquitatem attinet, uide passeres quàm læti discurrunt, ac uolant, quorum uita non est longior biennio: at nullus est tam senex, qui adhuc biennio superesse non possit. Deinde quot iuuenes,qui ante sunt morituri. Inde etiam quot uiri stipendio trium coronatorum in singulos menses, ad bellum eunt manifestissimo periculo uitæ: imò exitio quali præsenti. Quot postmodũ diuites,& ætate florentes,inanis cuiusdam honoris causa ad naualem pugnam eunt, ut quandò è centum uix sex, aut septem reuertantur: cogita post hæc quod si ad æternitatem comparatur, quælibet uita est instar puncti: si per se quod satis longum tempus uideretur, se fœlicitatem loco exitij expectares. Animaduerte quod eius quod supereſt,quãtumcunq; supereſt,maximã partem uel alea,uel iocis absumimus,quærentes sæpiùs quod dies,aut noctes sint longiores. Vide Corellium, & Silium Italicum apud Cæcilium, Plinium, & Atticum, qui

quiob dolores quos etiam ferre non difficile fuisset, inædia uitam obrupere. Cogita quàm sit præterea res necessaria, ne frustrà torquearis, circũspice quot mulieres, pueri, atque etiam animalia moriuntur. Qui sit, quale futurum sit eius genus: sed & spem futuri seculi. Vbi in mortis aduentu malum nullũ esse posueris, quid est quod pro malo haberi possit: ubi uita contemni potest, omnia reliqua in tuto sunt. Non sunt negocijs apti nõ grauibus, imò magis quàm reliqui, siquidem omnia maxima in manibus eorum sunt, œconomica distributio inter suos: ciuitatum, & regnorũ, & bellorum, & ceremoniarum in manibus senum sunt. Quæ uerò gaudia præterierunt, alij in bonam partem trahunt memoriã illorum: ut siquid in eis reliquum boni sit, iam in tuto est quod amittere nõ potes: si mali euasisti. Despiciunt senes à suis? ita lurco, ebrius, delirus, fatuus: at sunt mundi senes, modesti, moderati, prudentes, nitidi, & cõpti, quis hos irrideat? maximè si cũ prole egregia fuerint. Quod ad exercitia attinet, dictum est satis de illorum laboribus, atque studijs. Quinimò illud ad- est boni, quod à muneribus militiæ, atque laborum sunt absoluti. Ego quod ad me attinet lætior uiuo, quàm in iuuenta: moriar, & deseram hos, sed inueniam alios: & eos qui hîc sunt, certè uenturos scio. Vita impij certè efficit senectutem miseram. *Vita impij.*
Sunt præterea auxilia ludi latrunculorum, musica, & ut ita tuos diligas, ut uoluptates tuorum, tuas, & proprias esse ducas. Senum propria blandimenta, pictura, odores, adolescentes, adolescentulæ, mimi, & moriones: Piscationes, aucupia, deambulationes, hortorum cura maximè uerno tempore, gemmæ, ædificatio, & structura, in diuitibus lectiones audire librorum iucundorum: epistolæ è longinquis regionibus missæ, quæ nos nouarum rerum admonent, sed uerè transmutationes. Ex libris in uniuersum Arriani commentaria, sed ualdè intento animo Theognoston. Ex facilè parabilibus poma odorata cocta, helenij radix, pariter cum croco, & ozimo, ac sanguis equi militaris rectè administratus. *Senum blandimenta quæ.*

De Canitie, & Caluitie. Cap. XV.

CAnities fit in plurib. animalibus, ut homine, equo, mure, canibusq; . Homo maximè canescit capite, cætera animalia toto fermè corpore æqualiter canes, ac lupos canos, tum etiam totos mures uidi, equos non ita. Homini maximè caput canescit, quod ratione copiosi humidi, minus caloris ea pars obtineat. Cùm autem plurimum fuerit humidum, inquit, Aristoteles, ut in syncipite, aut nullum, ut in occipite nõ facilè canescit: quia nõ facile putrescit: nam canities quædam putredo est: fit enim capillus quasi carios. Quæ autem carios reddũtur, dealbantur. Tempora igitur prius canescunt, quoniam humidum habent mediocre, quod facilius putrescit, quæ etiam tanguntur, facilius putrescunt, nam perflata serius uitiantur, ideoq; serius canescunt. Non esse autem canitiem morbum omninò incurabilem ostendit experimentum, quod quibusdam conualescentibus canis ob morbum factis, pristinus color reddit. Ergo canities quædam putredo est, quam, ut Aristoteles refert, retardat inunctio ex oleo, & aqua quod oleum prohibeat ne siccetur, & aqua refrigeret, naturalemq; calorem difflari nõ permittat. Quod enim putrescit, siccum necessariò est, id est, priuatum humido pingui. Canitiem curæ maximè ut experimentum docet, accelerant, lætitia, & iucunda uita canitiem tardant: leuibus etiam aut nullis ualore caput capitijs canitiem tardat. Sed cur barba cùm non tegatur, celerius canescit tamen capillis? an quia pars illa magis à fonte caloris remota est. Cur etiam sanis atq; integris sensibus canescũt homines, si canities fit ob innati caloris pauperiem? Quoniam prius natura deserit ea, quę sunt minus necessaria. Minus autem necessaria sunt exteriora, & cutis. Dum uerò canescunt pili, etiam cutis dealbatur, sed cur recuperatis uiribus, & calore naturali instaurato homini canities non aufertur? Hoc ideò cõtingit, quod cutis mẽbrum est debilissimum: membra autem debilia cùm uitiãtur, uix unquam possunt restaurari. Cutim uerò esse membrum natura debilissimum Galenus testatus est. Verum cur accidit, ut inter multos pilos aut capillos, unus aut alter canescat omnibus *Canities pluribus animalibus communis.* *Quid canities.* *Dubium.* *Solutio.*

bus alijs proprium obtinentibus calorem? Quia uelut in ligno caries, ac blatteæ u-
no, aut altero loco proueniunt, eſtq; id potius materiæ, quàm agentis uitium, ita
contingit in pilis: cùm pars alimenti ob humidum aqueum abundans concoqui
nequit: cum uerò lignum totum redditur carioſum, tunc neceſſario etiam reddit
imbecille: igitur paucorum pilorum canities, uel ob aëris mutationem, uel ob ui-
ctus regimen emendatum, uel ob purgationem, præcipuè poterit emendari: ſed ge
neralis canities uix corrigitur, niſi ex morbo contigerit, uel fuco quodam ut infra
docebimus. Sed cur pili reliqui corporis ſerius caneſcunt, quàm capitis? nam & il-
los caneſcere uidi, qui ſunt in hominis corpore, ut in manibus, ſed barba, & capillis
ſerius. Cauſa eſt quoniã reliquis in locis rari, & breues cùm ſint pauca conſtant ma-
teria, porrò quod modicum eſt, facilè concoquitur, ob eam cauſam etiam ſpiſsis ca-
pillis, ac barba celerius caneſcunt. Ergo ad canitiem iam contractam medicamen-
Ad canitiem. tum generale eſt: Menſe Septembri uirentis nucis, & proceræ radicem cruris craſ-
ſitudine ſub terra latentem per tranſuerſum ſecabis, ſublataq; parte inferiore illius
loco uas uitreum, aut figulinum uitreatum oleo oliuarum plenũ ſubmittito, ita ut
uas ipſum radicis truncum ex quo reliquũ præciditi, recipiat intus, immergaturq;
oleo. Deinde uaſis os cera ita obline, ut cera radicis caudicem cum uaſis ſumm
labris coniungat, ne terra intus poſsit penetrare, inde linteo circumducto terrã ſen-
ſim ſuperimpone, ut uas radicis quam præciditi loco ſub terra ſepultum iaceat, do-
nec nux ipſa flores emittat, tunc uas diligenter, ne terra in eum cadat, cauendo de-
trahito, oleum inuenies nigrum, ſucco nucis in illum defluente perpetuis nouem
iam menſibus. Ex hoc ſcrotum diligenter poſtquam homo in balneo ſudare coe-
perit, inungito, atque aſsiduè in ipſum teſtes immiſſos foueto, nam ad omnes pi-
los, & capillos denigrandos optimè facere exiſtimatur. Sufficereq; aiunt, ſi ſemel in
Nota. anno quis hoc præſidio utatur. Nam uim teſtium transferri in totum corpus, pilo-
rumq; cauſam eſſe inditio eſt, quod qui caſtrati ſunt, nec calui fiunt, nec barbam e-
Aliud. mittunt. Aliud experimentũ apud nos quod nõ fallit, quo quidã totus canus Patri-
tius Ianuenſis amicus noſter nulla ex parte, ne uel ullo pilo, aut capillo canus uide-
retur, ſæpe lotis capillis, & barba dum adhuc mandent lixiuio aquam capitelli, ex qua ſapo la-
nuæ fieri ſolet cum lithargirio, & calce uiua, ita immiſceto, ut formam luti mollis,
aut ptiſanæ recipiat. Inde capillos diligenter, & barbam ex hoc medicamento cali-
do illines, ut undequaque capilli, & pili inficiantur, cutis autem non tangatur, nam
urit hoc medicamentum, & præcipuè barbam, & ueſicas excitat. Ergo poſtquam
illineris, ſiccari medicamentum permittito, celeriter enim ſiccatur: inde poſtquam
ſiccatum fuerit, abluito lixiuio, & relinquentur pili nigerrimi, ac etiam ſplenden-
tes, ut ſunt cornua bubalorum terſa, & polita. Sufficit autem in quindecim diebus
ſemel renouare fucum. Sunt & alia quæ tingunt, ſed ut hæc æſtu illa eodem modo
nimio frigore periculoſa, ut in noſtro Promptuario edocuimus. Calui autem inter
omnia animalia uiri propriè (non tamen omnes) fiunt, ſicut nec omnibus arbori-
bus, ſed quibuſdam folia defluunt, ſic & aues nidificantes plumam eijciunt, ſed fo-
lia quidem arboribus, & plumæ auibus redeunt: pili uerò decaluatis non redeunt,
Caluities cur accidat. quia caluities accidit propter mutationem ætatis, quæ eſt irreuocabilis, caſus au-
Cur ſolus homo caluus fiat. tem foliorum, & plumarum propter mutationem temporum, quæ eſt circularis, &
ratio cur cætera animalia calui non fiant, & in homine ſic eſt, quia cerebrum eorum
eſt parum aqueum, & humidum, & ideo non debilitatur calor in eius decoctione.
In homine uerò accidit caluities, propter diminutionẽ humoris calidi, & pinguis.
Et ideò dicebat Philoſophus, capilli rareſcunt ubi calor excedit naturam, & cadunt
propter cibi abſtinentiam, uel propter infectionem humoris, ut in leproſis. Et ſæpe
quidem in uiris, ſed nũquam in mulieribus, nec in nullo ante uſum Veneris, ſican-
Conſeruantia capillos. tequam uti poſsit Venere, & hoc ob frigiditatem naturæ. Et medicinæ conſeruan-
tes capillos, illæ ſunt in quib. eſt caliditas ſubtilis attractiui, & uirtus ſtiptica, ut gra-
na myrti, & myrrha, & galla, & ſimilia, canitiẽ quoque retardat euacuatio phlegma-
tici humoris, deinde adminiſtratio eorum, ex quibus generatur ſanguis ſpiſſus, ac
laudabilis. Prohibent etiam canitiem omnia olea confortantia, & conſimilia, quæ

conſer-

conseruant eorum temperamentum, ut si cum pice liniantur, & dimittantur quatuor horis, deinde ingrediatur balneum, oleum etiam de costo, de nigella, de sinapa, & de oliuis syluestribus idem præstant.

De Vita studiosorum, professorum, magistrorum ludi literarij, scribentium, & uarietate artium. Cap. XVI.

T summum felicitatis apicem probitas, eruditio ipsa, & studia sapientiæ præstant, ita uita eorum, qui his uacant plena est impedimentis, atque difficultatibus. Videtur nostro generi certè esse difficilis: Deo propria, & naturalis: nobis infinita afferunt impedimenta: omitto quod uulgus irridere ea soleat, potentiores, & quibus per scelus ad opes fuit uia, aut maiorum crimi nibus, hi omnes inuideant, ipsa res per se difficultates sine numero parit. Breue nostrum est hoc æuum, uita fragilis, conditio multis indigens, multæ ex natura necessitates, casus innumeri, coniunctorum importunitas maxima, timor plurium, omnia destinent, auocant, retrahunt, impediunt, & si nihil horum obsit, ingratam tamen efficiunt, uoluptatem, quæ ex illis percipi debet. Quia tamen, ut Prometheus ille natura nostra hincinde apensa mortalibus, atq; immortalibus distrahitur, nunquam perfectè studijs sapientiæ incumbere homini licet. O quot studiosis obfuêre studia ad parandas opes: nec fieri omninò potest, ut uerè studiosus si non benignitate Principis, aut hæreditate, aut inuentione noua, artis cuiuspiam diues efficiatur, diuitias sibi comparet. Necesse est facere iacturam, aut ualetudinis, aut existimationis, certè & opum bene cesserit si hoc uno contenta sit sors. Galeno qui hac in parte felicissimus fuit, dum tempus somni studijs impendit, famæ, & gloriæ, & lucro nihil perijsse uolens, plurimum, ex uitæ cursu deperijt: & in scribendo monumentis suis fraude fecit: neque enim polita, aut emendata, aut perfecta emisit. Confirmata tamen est illius authoritas. Nobis quibus summa ob uirium imbecillitatem cura ualitudinis fuit, dum nihil somno detrahere uolumus, et opes, & gloria, & fama perierunt. Cicero uidetur unus fuisse totus ferreus, lucribrationibus, meridiationibus, studijs, laboribus, solicitudinibus, cura rei familiaris, Reipub. conscribendis multis libris, epistolis autem sine numero. Die tota amicis operam dabat, perorabat aliquando quotidie à mane ad decimam usque horam, nocte scribebat epistolas, ante lucano semper surgebat. Iam ergo præcipua studiosorum impedimenta sunt, neglectus opum rei familiaris, gloriæ, amicitiarum, omissio exercitationis, & mala cotidie capienda ex aduersis actum sit, propterea hîc de duobus ultimis tantùm agere decreui. Mirum dictu est, neminem in tam necessarijs rebus mêtem adhibuisse, aut eos qui adhibuerunt, uelut Marsilium Ficinum, nihil omninò dixisse quod ad rem esset, sed eorum loco uana, ridicula, ac quasi somnia, præterea etiam damnosa commemorasse. Sed ignoscendum his, qui quod potuerunt, præstiterunt, & quorum animus saltem bonus fuit: ob hæc tamẽ tot impedimenta sanè cõsuluerim, ut postquam res ipsa per se planè impeditissima est, ut omnia alia impedimenta quantum licet, qui studijs sapientiæ incumbere uelint, abdicent. Vnde non malè uidentur plerique Philosophi, (tametsi nec id bonum esse putem) nec admodũ eis bene cesserit à re uxoria, & procreãdis filijs abstinuisse, certè qui studijs his uacare uolet, habeat si fieri potest necessaria, & gloriæ, ac famæ cupidus non sit, cætera autem ut administrationem ciuilem, aulam, principum amicitiam, uoluptates lõgiores, curam rei familiaris quàm fieri potest meliùs ablegat. Idem uerò postquam difficultas tanta est in discendo, atque intelligendo, tum rectè atq; emendatè scribendo, methodum habeat aliquam, qua in omnibus scientijs atq; artibus proficere sine impedimento possit: cuiusmodi est Dialectica nostra, eiq; se tradat studio, in quo maximè & facilli mè proficere se sentiat, cognoscat & naturam suam, tempora, consuetudines, loci, & hominum qui regunt mores, ac leges.

Habeat studiosus horologium, & speculum semper parata: horologiũ, quoniam

Nota.

Verè studiosus rarò diues efficitur.

Nota.

Quæ studiosus habere debeat.

in tanta rerum confusione, ac mole necesse est, ut horas digerere sciat, eoq; magis professor sit, aut doceat pueros, aut scribat. Speculum ut dignoscat habitum corporis, ut ante morbos occurrere malo corporis habitui possit. Ergo studiosus ita diuidat diem, quem ab ortu Solis commodius numerabit, Romanorum more, & cerescitè illud laboriosum diem, & noctem in horas inæquales diuidere, tam & si illis ad negocia commodum, & utile uideretur. Sed de his hactenus: nos dies ac noctes ab ortu Solis in uiginti æquales horas partiemur: nec ante Solis ortum surget studiosus, ne caput crepusculo matutino lædatur, nec post primam horam differet, studebit ad tertiam diei horam: sed antequam studeat, aluum, & uesicam exonerabit, deambulabitq; parùm, pectet caput, frigida, manus, et uultum lauabit: forsan & bonũ erit differre, donec è domo sit exiturus. Post tertiam horam exactam exercebit se in aëre libero pro conditione temporis, loci, ętatis, ac reliquorum. Vbi redierit, panem ex iure leuem, aut cum passis, aut astringente fructu edet: nec displicent mihi cotonea, aut pyra ex saccharo condita, uel berberis, aut mali punici grana dulcia ad sexaginta: quandoq; si uẽtriculus sit imbecillis, iecur pulli, solùm cum pane, inde per duas, uel tres horas, seu ad septimam fermè usq;, iocis, negocijs domesticis operam dabit sine labore, tædio, curaue ullà, à septima ad undecimam studijs uacabit, conscribetq;, tum maximè decima, & undecima hora. Duodecima exeat si dies æstiua sit, modiceq; exerceatur locis amœnis: Tertiadecima cœnet, & à fine cœnæ cubitũ se conferat, atq; hæc est summa generalis uitæ studiosi, nunc autem singillatim omnia distinguenda sunt.

Diuisio diei studentis.

Distinctio particularis diei.

Principio quisq; sibi pro ratione loci, & temporis distinguat subtilius diem, ita tamen ut tempus inter prandium, & cœnam sit nouem horarum, tempus quo cibus prandij possit concoqui, seu potius cibi qualitas, & quantitas horarum sex, tempus à cœna ad diluculum in lecta iacendi horarum undecim, tempus somni si fieri potest non minus nouem horis. Dum prandetur, ac cœnatur, sit qui legat aliquid, nec fabulosum, nec planem serium: tria enim commoda ex hoc sequuntur, uoluptas, eruditio, & q lentius homo mãdit cibos: unde & minus deuoratu, & exquisitiùs arteruntur: nec obfuêre huiusmodi uitę: nam Attico cum is esset mos, uixit ad annum usq; septuagesimũ septimũ, quãuis grauissimis curis oppressus. Qui nõ habeat agnoscẽ, habeat librũ, eadem parsimonia utatur, dũ discumbit aluũ exonerãdo: nam cogitare inter eundũ parũ ciuile, & commodũ est. Dum quis uestes exuit, & induit, etiam hoc utile erit. Rectè, dicebat Seneca, si tibi quis pauculos nũmos eripiat, irasceris, magnã temporis partem, cuius nobis maxima est inopia, sponte prodigimus, si non dormierit homo, si delassatus fuerit, tardius cubet, serius surgat.

Quæ uicem exercitij gerunt.

At uerò si non commodum sit se exercere ob pluuias, aut quia iam arripuerit te podagra, aut aliud sit impedimentum, polire chartam aggredieris gemma corneolo, ut ego soleo, aut uitro, si ea non adsit, ligno incluso, sed non uidetur hoc tam utile, cùm solum partes superiores exerceantur? Ergo licebit totum id agendo ut fabri lignarij dolando commouere, & agitare corpus, hæc exercitatio inutilior est, & magis compta, quàm securi ligna Galeni exemplo diuidere, aut pila ludere, quod à grauitate uiri eruditi magis est alienum: præsertim quod cerebrum concutitur ea exercitatione, & homo nõnunquam labitur periculo iacturæ corporis. Sed & ne quicquam tum temporis interim depereat, præleget aliquid tibi puer: & quod intelligit possit: & quod didicisse non pœniteat. Atq; utinã ego olim hæc sciuissem, non profecto morbosus adeo euasissem: sed alijs ad utilitatem natus uideor, potius quàm mihi. Quæ enim Galenus circa exercitationes scripsit, adeò operosa sunt, ut nemo ab illius ætate usq; nunc illum sit imitatus. Videturq; tota illa ratio similis Reipub. Platonis scripta homini quatenus homo est, non autem hominibus, nã neq; Rempub. Platonis ulla ciuitas unquã amplexa est, nec præcepta Galeni de exercitatione. Et tamen audiuimus in mõtibus Illyricis fabrum fuisse lignarium, qui cum simplici huiusmodi exercitatione ad C X L. annum peruenerit, filius autẽ prope C X X. non sunt adeò ardua quæ utilia sunt, & quę egregium commodum afferunt: quando plus iuuet usus, & assiduitas ex facilitate parabiles, quàm tam exquisita diligentia, cum

Historia fabri.

tia, cum difficultate. Galenus ut rectè illa tradidit, ita horum obliuiſci non debuit. Exercitatio igitur corpori toti communis, et ęqualis, tuta ac facilis omnium eſt prę-ſtantiſsima. Nec deſperandum eſt exemplo auditoris illius Plotini, tametſi difficilius ſit reuocata uiuendi ratione redimi poſſe hominem, qui iam à morbis ſit occupatus: præſertim ſi temperamentum illorum auxilio fuerit, ætas non obſtiterit, nam parcitate uictus, ſomno, exercitatione, animiq; lætitia tota uita humana conſtat, cęteris ſunt quædam additamenta & parum efficiunt. Scripſimus de huiuſmodi in libro de Aqua & Aethere: tum uerò de qualitatibus exercitiorum, ac eorum differentijs, frictionibus, alijsq; auxilijs ſupra: ut repetere ſuperuacuum ſit.

Profeſſorum uita.

At profeſſoribus, magiſtrisq; ludi literarij, noua cura ſuperadditur, neq; ſibi, & Muſis, ut ille dicebat, ſed alijs etiam uacare coguntur, adeò uerò miſera eſt uita horum, imò omnium ſtudioſorum, quod ad ſanitatem, & uitæ diuturnitatem attinet, ut niſi lætitia animi quæ ex bonarum artium ſcientia oritur obſtaret, pauci admodum ad perfectam ætatem peruenire poſſent. At ſic plurimi Iſocrates, Gorgias, Leontinus, Thelephus Grammaticus, Democritus, alijq; plures ſtudioſiſsimi, & profeſſores, & ludi literarij magiſtri ad c. annum peruenerint, ac quidam etiam ex his exceſſerint, ut plus profuerit dulcedo ſtudiorum, quàm labor. Et nunc etiam uiuit Mediolani Aron, qui pueros docuit nonagenario natu maior. Hoc non obitet adici, ſed etiam ut hortarer eos, qui muneri docẽdi addicti ſunt, id explere, debere munus, ut iucunde exerceant, & abſq; triſtitia, ac animi dolore. Vbi uerò munus hoc ſubierunt, dãda eſt opera ut aliquibus diebus interquieſcant, quod & apud omnes leges inſtitutum eſt. Maumethani quidem die Veneris, Iudæi Sabbati, Chriſtiani Dominico quieſcunt, quieſcunt & à cœna: his uerò prandium, aut tempeſtiuum, & opiparum, aut ſerius & tenue ſumendum erit. Exercitiorum ratio eadem erit omnibus, pręterea ſtudioſis magna uentriculi, et capitis cura habenda eſt, hoc quidem quoniam laborat plurimum, illi uerò quoniam præſidia in ſtudioſis ab eo deducũtur, debilitatur etiam priuata ratione in docẽtibus, ac profitentibus attractione aëris aſsidua dum uacuus eſt: aër enim ingreditur, & refrigerat illum, qui longè calidior eſt, calidiſsimæ æſtatis meridiano aëre: quamobrem & nocte puluinari, & die charta, uel leporis Scythicæ pelle, ſeu Sarmaticæ quæ candida eſt, aſsiduè foueri debet, eſuq; malorum punicorum, uuæ paſſæ pinguis, menta, berberis, cotoneis, myrthide, abſynthioq;, tum uino flauo, quale Mombaſium eſt, & carne uentriculorum auium reſtaurari per interualla debet: his autem ob hæc neceſſaria eſt magis exercitatio: fugere oportet potum plurimum, tum maximè cum inanis eſt, & aquam quæ ſolum id habet, ut laxet: conuenit tamẽ ſi acris humor in ipſum è ſplene euomatur. Oportet autem non plurimum trahere in profitendo aërem, ſed quemadmodum in altercationibus parùm, & ſæpe uocem eleuando non copioſum aërem attrahendo: uocis illa magnitudo ſit potius muſculorum pectoris exercitatio, & aſperæ arteriæ, quàm ex multitudine aëris: porrò ad hæc proficimus, ut ad pleraq; alia uſu ſenſim aſcendendo. Qui uerò ſcribunt, & exercitatione interim priuantur, & prouentriculum agunt, ut maximè ex hoc lædatur, ieiuni hoc exercere debent, & uentriculo maximè conſulere cibis omnibus: quæ illi aduerſantur, multitudineq; potus præter cætera uitant. Tum uerò ſitus multum prodeſt, ut ex hoc ſitu erectus ſcribat, & accliuis ſit, ante abacus, & pectus leuiter tabulæ incumbat, & ex hoc ſitu, erectus ſtare cogatur, protẽſis aut ſaltem productis cruribus, nam quod à genu infra eſt, parum refert quomodo ſe habeat. In omnibus autem huiuſmodi laboribus, ſed præcipuè in hoc uno, id obſeruandum eſt, ut cùm ſegnities, aut torpor, aut tædium inuadit, illicò deſiſtat, atq; inambulet, aut extentus in lecto recumbat, & recreetur, aliter in magna mala ne incidat homo in talibus periculum eſt: multum autem in his poteſt, ac fermè totum conſuetudo, quæ ſi à pueritia cõtracta fuerit, & innoxia facilè ferent talia, aliter nõ, quamobrẽ ſenſim ad hoc opus præcipuè eſt aſſuescendum. Atq; hæc omnia, ſi quis bene animaduertat cæteris alias artes exercentib. accommodari poſſunt, quod ſingillatim explicare uelle penè infinitum eſſet.

Nota.

Potius pluri-mus fugien-dus.

Scribentium uita.

Ad Raucedines. & deſtillationes in genere. Cap. XVII.

Deſtillationis cauſa & incommoda.

Videtur diſpoſitio hæc quidem in genere deſtillatio, raucedo autem cum ad fauces cauſa deſtillationis, imbecillitas cõcoctricis, ac retentricis cerebri, ſolet autem pituita deſtillare uel ad nares ut fiat coriza, uel ad oculos unde lachrymæ, uel ad fauces unde raucedo, uel ad pulmones unde tuſſis, aut difficultas ſpirandi: uel ad uentriculum unde cruditates, faſtidia, nauſeæ, leuitates inteſtinorum, fluxus urinæ, hydropes, dolores uentriculi ſecundum uarietatem materiæ defluentis, & membri recipientis, tum iecoris naturam: inde calculi, & obſtructiones. Sæuior in ſenibus ad uentriculum defluxus paratis, ætate in crudítates, hydropem, & inteſtinorum leuitatem: mitior ad pulmones quod durior ſit caro tunc pulmonis, & fractu contumacior, tum quod minùs ſentiant moleſtiam, & ob id minùs iuuenibus tuſſiant. Et ſanguis ſenum frigidior, craſsior, & paucior, unde minus fracturæ uaſis periculo iuuenibus ſubijciuntur. At in iuuenibus diuerſa ratione periculoſior ad pulmones, minus ad uentriculum defluxio. Ad reliqua loca non ualdè periculoſa uidetur deſtillatio, niſi admodum exceſſerit. Intentiones curandi ſunt quinque, ne generetur materia, ut genita euacuetur, ut diuertatur aliò, ut membrorum recipiens robuſtius redditum non recipiat, ut quod iam receptum eſt, ejiciatur. In eductione iam genitæ materiæ è capite per pillulas deſcriptas quinto Artis curatiuæ multum confidit Galenus, ſed illud eſt cum materia praua eſt, & ſemel defluxit, & periculum fracturæ uaſis imminet: Aliter talibus medicamentis perpetuò utendum eſſet, à quibus corpus cõſumeretur: nec refert quali morte quis pereat, ſeu tardius abſq; medicamento, ſeu cum illo celerius, imò hoc deterius eſt, euacuatio tamen ſi neceſſaria ſit, ut materia nimis abundante, catapotia ex Agarico, & Aſſaret plerumq; conueniunt quod ſiccent, nec excalefaciant, eadem materiam iam defluxam educant. Porrò materiam quæ iam defluxit Galenus uomitu educi, ſed quotidiano uomitu uti nimis moleſtum eſt: ubi igitur multa nimis ſit euacuanda ſic eſt. At aliàs comparanda eſt utilitas detrimento, ſi igitur quod defluit putridum eſt, aut prauum ualde acutum, ſalſum, & uentriculus facilè euomat, educenda eſt ſic pituita, quæ defluxit. Dixi enim aliàs me nouiſſe hominem qui iam annis abhinc XXV. ſingulis diebus cibum uomit toties, quoties aſſumpſerit. In facili igitur uomitu ejectio excrementi praui diutiùs tolerari poterit: Aliter autem ubi mucus tantum frigidus eſt, aquæ potui, uel portulacæ perpetuo uſui aſsimilabitur. Sic igitur utemur incidentibus, & excalefacientibus: procurandum eſt igitur diligenter ne generetur, & ut genita aliò diuertatur: & ut uentriculus aut pulmo non recipiant. Quæ igitur prohibent ne recipiant hæc membra, parum proſunt ob ſitum: gratia enim è ſublimi ad imum facilè deſcendunt: conari autem multum in re minimæ utilitatis abſurdum eſt. Prohibentia autem generationem, ſi ſicca, in diſcrimen utiliarum hominem traducunt: quod grauius plerumque eſt deſtillatione: & perfæpè morbus additur morbo, non tollitur. Totum igitur præſidium eſt in coctione optima, atque diuerſione. Coctio autem bona fit exercitatione, ieiunio, cibis facilis coctionis, & ſiccis, & auium carnibus, pane ex ſpelta: lotione oris à cibo ex aqua frigida, quæ etiam prohibet aſcenſum uaporum ad cerebrum, uino pauco, & odorato. Et ne quis ſcribat aut ſtudeat à cibo: omnis enim, ut Celſus dicebat, mentis intentio caput implet: ſimiliter motus à cibo noxius, at multis tegi pannis optimum noctis tempore ut ſudor prouocetur, ac aër frigidus arceatur: oportet autem non ſolùm in uentre, ſed in cerebro optimam fieri coctionem. Somnus etiam ad hoc diuturnus utilis eſt. Sed diuertere hunc defluxum conuenit tribus modis, primus ut hora ſomni cum materia defluit, contineatur. Id fiet adhuc trifariam, primo ut cœna leuis ſit, nam pauci uapores aſcendunt, ſi modicus cibus, & minimè humidus aſſumatur. Secundo ſi aſtringatur quod iam cogitur: id fit uel cum frigidis uehementer, optimum eſt autem hoc in genere Diacodion, uel cum ſiccis, & in hoc præſtantiſsima eſt ſpica Inda. Tertio ut quod conceptum eſt, potius ad nares defluat, quàm

Defluxus ad uẽtriculum in ſenibus malus. in iuuenibus periculoſior ad pulmones.

Intentiones curandi deſtillationem ſunt quinq;.

Vomitus tolerabilis.

Nota.

Coctio ut bona fiat.

Diuerſio de fluxus tribus modis.

quàm ad palatum. Id contingit prono decubitu qui optimus est, ut supinus pessimus: ut assuescat emungere per nares, minimè excreare: ut narium meatus apertos teneat. Alter modus fit ante somnũ: & est ut aqua in ore contineatur: uapores enim & quicquid concretum est, excernuntur per uigiliam, atq; ita ad uentriculum minimè descendunt: iuuat & sic emungere nares etiam uiolenter: nam quæ fert ad nares, uia eadem est, quæ ad palatum. Tertius est ut ipsa uigilia cerebrum optimè expurgetur. Neque probo quæ masticantur, trahunt enim ea uia, quæ postmodum per somnum noxia est. Iuuat igitur alteram narem reliqua occlusa excutere, frigidam attrahere, atque in uniuersum ubi trahi non possit etiam per os in magna multitudine materiæ, illam expurgare. Exercitatione ad sudorem uti, nam per somnum siccatum cerebrum dum uapores retinet profundè, & diu dormiunt. Et destillatio tollitur.

Ad Corizã. Cap. XVIII.

Eadem ratio est corizæ, sed minùs periculum, minus detrimentũ: fœdum tamen uidetur stillare nares: Et ut Poëta Satyricus dicebat: *Coriza.*

Iam grauis es nobis: sicco uenit altera naso.

Pessimum est quod frequens coriza ac diuturna odoratum intercipit primo: inde etiam causa est destillationis, sublata purgandi per nares mucum facultate: demum ad oris fœtorem perducit, qui communis est his, quibus nares nihil admittunt. Solutio morbi fit his præsidijs, quæ diximus in destillatione, ut etiã ablutione capitis cum aqua frigida post lixiuium: commune enim hoc omnibus est destillationibus, ut aliàs diximus: uelut & illud omnia fugere repentina, ut calorem, ac frigus. Proprium uerò est nihil tentare: educere per nares ante concoctionem. Vnde in hac etiam aquæ thermarum cerebrum refrigerando iuuant: tum inædia, & patientia sitis. *Solutio corizæ.*

Ad uisus hebetudinem. Cap. XIX.

Porrò in uisus hebetudine cum sit triplex, alia ex spiritus uisui crassitie, frigiditate, & quod luce innata careat, tum imbecillitate: alia ex uiarum obstructione: atque his succurrant rutha, chelidonia, fœniculus, euphragia, lignum sanctum, cortexq; eius, cum uino, & melle, & panis cum ijsdem conditus, descriptio bona & experta in ludæo. ℞. ligni sancti rasi electi lib. i. cortiçis eiusdem unc. iiij. aquæ lib. x x. uini lib. x. mellis optimi lib. ij. ruthæ, cinamomi añ. unc. j. euphragiæ, chelidoniæ, añ. unc. i. s. santalorum citrinorum unc. j. s. foliorum sennæ orientalis unc. i. infundant simul per horas x x i i i i. inde buliant ad consumptionem mediæ partis pro syrupo: inde cum eisdem rebus fiat infusio in tãtundem aquæ & uini, & eodem modo, & buliant ad consumptionem tertiæ partis pro potu, & cibus sit panis biscoctus cum chelidonia, rutha, cinamomo, amaraco, euphragia, fœniculo, atq; roremarino. *Tria lex uisus hebetudo. Auxilia. Experimẽtũ optimum.*

Tertia est crassities corneæ, & hanc solent ocularij medici seta equina exterere, & prodest non parum: cornea enim è regione pupillę libera est: circum autem tegitur à membrana alba, ibiq; exteri non potest.

Sunt præter hæc morbi ut suffusio præcipuè: ea est inter corneam, & araneam, tunica quædam superfusa humore aqueo: uerum medicamentis tenuissimis extenditur: ut tamen non sint mordacia, qualia est fellibus, & maximè uiperæ, & animalium rapatium, & destillatione mellis, imò mellicrati, & post per circuitum longum fit innoxia, & attenuatur, & balsamum per se est optimum, & sampsuchi oleum, id est, è semine eius est succidaneum. Et purgationes, & uictus tenuis, & siccus, & dignoscitur à gutta serena, id est, obstructione nerui optici, quia uidetur, & fit sensim, & oculo uno compresso, alterius pupilla dilatatur: quia ubi nerui conueniuntur, spiritus qui ad oculum læsum diffundebatur, compressus reddit ad sanum. Et in *Suffusionis cura.*

ſuffuſione ſemper aliquid uidetur, lumen, & ſplendores, & umbra quædam rerum: ſi autem non uidetur quicquam, adeſt aliud præter ſuffuſionem. Et cum remanet ueſtigium uiſus, nec curatur medicamẽtis, acu deprimitur ab angulo externo, perforata tunica craſſa, & ſit matura (non nigra, nec uiridis, nec crocea, nec rubra, nec fuſca, nec liuida ualdè, nec turbida) quæ facili ex compreſsione oculi diuiditur (nam dura admodum, & in qua non ſunt reliquiæ uidendi non curatur) per acum, & ariſtificem peritum ſanatur. Deſcriptio bona. ℞. lapidis murichinis, qui eſt ſimilis lapidi magnetis, aluminis albi, chamæmillæ, calamenti, ſucci condyſi. s. canapis, aliꝭ interpretantur s. granati ſylueſtris añ. partem unam: fellis uiperæ, fellis aquillæ, añ. partem mediam fiat Sief. Et ſimiliter ſemen Alchannæ, aliꝭ dicunt uſneæ eſt mirabile. Et ſemen rapæ ſeu elixum, ſeu aſſum, & caro uiperæ comeſta ſunt ualde laudata à Principe, à quo ſupradicta ſumpſimus.

Dilatatio pupillæ. Sed contingit imbecillitas uiſus etiam propter pupillæ dilatationem: quæ ſi non ſanetur deducit ad nebulam, ut dicebat Nicolaus Florẽtinus, & res minores in hoc morbo apparẽt, quàm ſint. Et ſi peruenerit dilatatio ad finem corneæ, nihil tum uidebit. Et fit reſoluta uuea, & contingit repentè: & contracta, & fit ſenſim, & eſt inſanabilis. Et accidit decrepitis: lora enim & à ſiccitate, & ab humore contrahuntur. Et contractio uueæ eſt cauſa dilatationis pupillæ. Et fit ex cauſis externis, ut ictu, à nixu, ut in patientibus, & à fletu ut in pueris, & à cauſis internis. *Lib. 3. Tra. 4. cap. 38.*

Cura. Curam ergo eius quæ poteſt ſanari (debet enim ſenex diligenter reſpicere oculorum ſuorum pupillas ſi dilatantur, aut obfuſcentur: ſunt enim affines inter ſe hi duo morbi: & exoperatione, ſi uiſio debilitetur: ſi obuerſentur ante oculos ſplendores, aut imagines muſcharum, aut quarumcunque rerum ante oculos appareant) in primo Promptuarij exactè tradidimus. Quare hic tantum ſufficiet egregiam hic deſcribere conſeruam, ſiue electuarium ad uiſus imbecillitatem, tum pupillæ dilatationem. ℞. conſeruæ prunorum lib. s. florum betonicæ, roremarini, ſaluiæ añ. drach. ſ. croci, garyophyllorum, xiloaloes añ. ſene. ſ. macis, cinamomi, aniſi, fœniculi. s. raparum añ. drac. ſ. s. Fiat electuarium cum ſyrupo roſaceo q. s. Capiat unc. s. pro uice, expertum, ſed utebatur potu aquæ.

Ad dentium eroſionem, atque debilitatem, gingiuarumq; eroſionem. Cap XX.

Nota. Liàs diximus in libro huic titulo dicato, & in libris de experimẽtis, & de ſale Theriaco, aqua ſeparationis, oleo ſulphuris, coralio albo, nũc de conſeruatione agimus, & facilioribus auxilijs, & ſunt ſal, & acetum. Dicebat Plutarchus in libro de Tuenda ſanitate: Habitantibus, iuxta mare non ſunt cõmemoranda dentium auxilia: quaſi dicat ſupremum auxilium eſſe aquam marinam. Et ſal quidem ipſum uidetur eſſe optimum: præſeruat enim à putredine, gingiuas aſtringit, & erodit, ut utraque ui cogat aquã exire, & exprimat eam, quod experimento conſtat, unde dolores etiam ſedat. Et dolorem leuat, & ſiccat. Et in uniuerſum eo præſtantius eſt auxilium, quò quãtitas auxilij certius deprehenditur. Sunt autem modi in ſalis acutie, & quantitate, ac mora: hora cum ſurrexerit à ſomno, laueritq; ſe, deinceps deambulaturus. Aqua uerò cum ſale tam indigentibus auxilio, quàm non indigentibus communis eſt. Myrrha quoq; eſt optima dentibus, & ori, confirmat ualde etiam motos, cum ouo, & uino adhiberi debet: reſtaurat gingiuas, & odorem oris commendat, remouet putredines ſi quid aliud. Expertumq; eſt & aliud ab Aurelio Stagno Mutinenſi medico inſigni, uiro doctiſsimo, atq; nuquam ſatis laudato amico noſtro. Tragorigani, eſt autem folio ſerpylli guſtu pulegij frequens in Foroliuienſi agro drac. ij. hyſopi drac. iiij. perdicias, & eſt parietariæ ſpecies, melle, & ſale tenui ſubactæ, & in olla donec in prunas redigatur quadrantem, id eſt, uncias tres. Ego intelligam antequam exuratur, ſic enim redibit parum differens à reliquis medicamentis, piperis unc. iiij. tundito, & cribrato: tollit omnia uitia, & ſplendidos efficit dentes, & os odoratũ. Et gingiuas abſque uitio ullo ſubdit,

Que dentes conſeruent.

Lib. 5. De Med. comp. ſecundum locos ultimo. Aurelij Stagni experimentũ.

dit, quosdam addere salsamenta exusta in olla, aut cylium, & est salsamentum Pelamidum (apud Plinium) iuniorum scilicet thynnorum (quidam thunorum scribunt) si quis eorum cinere dentibus adhibito utatur eorum dolorem non passurum, uel solo. Cæterùm constat experimento certo in Hieronymo Guerrino amico nostro, ex usu opportuno aquæ separationis ad dentes corruptos, & cõmotos anno ætatis LXX. aut ualde prope duos dentes molares inferiores contiguos in mandibula inferiori natos, atque ad perfectam magnitudinem creuisse candidos, ac firmos: sed modum non me docuit. Scis etiam quæ de salis lapideis in aquam conuersis aliàs commemorauí. *Hieronymi Guerrini experimentum.*

De præseruatione à rumice, seu ab hernia. Cap. XXI.

ET de curationibus horum alibi dictum est: uerùm maior uis est in uinculis. Et quæ fiunt sub umbilico cum fascia lata sursum comprimentia omentum, non solùm prohibent omenti, & intestinorum descensum, sed causam quasi abscindunt, & à descensu partes illas auertunt, & coctioni conferunt, & flatum discutiunt, & calefaciunt uentrem, uentriculumq; ipsum. Proximum huic est uinculum quod ab humero pendet, ex quo tamen dilabuntur intestina magis, & inæqualem sensum corpori affert. Tertium est quod fit è regione pubis, cum circulo ferreo ligno comprimente intùs, quod est inter os pubis, & femur, hocq; sanè omnibus est leuius, & expeditius, nihilominus cum in enterocele patiatur usque didymum intestina descendere, causam augeri sinit, & ui magna retinet quod iam confertim descendit, & in casibus obnoxium reddit patientem rupturæ omenti, quod sanè pessimum est. Sicut in epiplocele ad morbum aliquid confert, sed illius descensum, atque incrementum nequaquam prohibet, quæ mala deteriora sunt longè morbo ipso, & ex quibus breui pereunt ægrotantes. Primum autem uentriculum, hoc habet incommodi quod renes calefacit, & molestum est, nec prohibet prorsus herniam. Sed huic malo succurremus leuissimo uinculo ferreo: quod uerò ad molestiã pertinet usus cuncta (imò huius rei facilis) emollit. Renibus autem uinculum tenue & ex lino applicabimus, ut cum in ilia extẽditur latiùs, & tenuiùs fiat: renes autem ipsos aqua fontis sæpiùs madefaciemus. Et quantò addemus magis ex hoc præsidio, tantò dememus ex uestibus. Quid enim agunt qui loricam perpetuò gerunt? Et qui pelliceas uestes, & qui caligas grauiores, ut nũc moris est: adeò uoluptati leuiùs inseruire uidetur, quàm securitati, ac bonæ ualetudini, adde quod ex his duobus uinculis facilè quis in spem salutis deduci, uel minimo alio præsidio poterit. *Hernię curatio.* *Vinculum ferreum.*

Propter tamen duritiem ferí in senibus præcipuè, & quod incalescit ualdè, æstiuo præsertim tempore, cùm illud uinculum ab humero etiam impeditum esset, excogitaui, ego genus aliud expeditius ê corio quod firmum esset, ut ferreum, & leue, ac commodum, ut simplex & cõmune, poterat̃q; referri ad librum de nodis: sed ob magnam utilitatem hûc transtuli. Fascia coriacea sit longa a b, ut lumbos circumcingere possit ex a lingula propendeat, qua foraminibus iuxta c, alterum extremum uinciri queat b puluinar, quod ramicem comprimat d fibula linea, per quam transit uinculum e f, coriaceum quod cõprimit puluinar super os pubis, ne intestinum effluat, & dilabatur: in communibus uinculis f sursum deducebatur uersus b, hoc autem eleuabat partem c humiliorẽ puluinaris, ut laberentur intestina, aut omentum: propterea ego retraho f deorsum, & retrò uincio ligula g, hoc est expeditum, & ualdè comprimit c, ut uinculum ferreum supra hos pubis quod est intentum.



Fascia coriacea.

Altera obseruatio diligens esse debet cùm deijcienda est aluus, tunc enim locum uincire arctè oportet: atque dum deijcitur rursus considerandũ, præcipuè si uel circa umbilicum dolor affuerit: imò uentriculi deorsum attracto, aut si omninò deijcere *Nota obseruationem.*

cere aluum nequeas. Idem dum ambulandum est, aut equitãdum quod pessimum, & post si pedibus iter agere debeas, hoc minùs malum ieiunis, pessimum repletis maximè potu multò, mediocriter à pauco cibo, nullo q̃ potu, optimum & securissimum carpẽto uehi. Sed nihil melius quàm naui uehi: hæc enim sola loci mutatio fit corpore nostro prorsus immoto, sed & circa fines cum quiescendum est, præsertim dum motus fuerit uehementior. Sed & à cantu, dum q̃ quis inflat tibias, hæc eadem & ab initio, & in medio consideranda sunt, tum in fine. At in cibo quoque sumendo eadem obseruare oportet in tribus temporibus, uel etiam cum capere oportet somnum: similis enim est ramex tribulo tyrannorum: ubi enim impoſuerint semel, nunquam retrò se retrahunt, sed semper ulteriùs feruntur: quapropter studendum est diligentius in his maximè occasionibus, atq̃ temporibus ut nihil agas, aut inchoes, nisi obsignato diligẽter inguine. Deterius etiam est si iam descenderit, nec reuocaueris: pessimum si uinculo intercluſum, ne redire possit.

Obseruatio alia. Obseruandum est huiusmodi patientibus, ut duram non habeant aluum, deueniunt enim in coli dolores, aut ileï. Obseruatum q̃ est quod ubi suppressa est aluus in talibus per quinque dies, etiamsi post deſciant, pereunt ubi doluerint. Et Venus quoq̃ maximè in repletis auget morbum ualdè, quia etiam & ira, & triſtitia, ut in Promptuario exactè demonſtrauimus.

De Præseruatione à doloribus iunctur arum. Cap. XXII.

Episcopi Campegij podagrosi uictus ratio. IO. Baptiſta Campegius Episcopus olim Balearicæ Insulæ maioris, annũ agens LX. maioribus ortus qui podagra laborarent, adeò grauiter illa conflictatus est, ut nec è lecto surgere posſet, nedum ambulare, & grauissimis torqueretur doloribus. Itaq̃ ui morbi cogẽte talem instituit uictus rationem. Et manè quidem assumptis duobus ouis & ferculo, aut loco ouorũ carne, & aliquo alio cibo, demum bibit aquæ ligni Indi ualdè dilutæ (id est, quæ unam tantùm unciam recipit in iiij. s. libris aquæ) uncias quinq̃ aut ad summum sex: uesperi autem minùs longè ędit, nil autem bibit hyeme in cœna: tempeſtiuè autem se ad lectum confert, manè ualde diluculo surgit: atque eiusmodi uitam ducens iam duobus annis non torquetur à podagra, & ambulat, sed cũ scipione. In uniuersum, cib. est modicus, simplex, coctus. Sumit aũt in cœna alternatim acetariũ sine ferculo, uel ferculũ sine acetario, & uuas passas, & pyrum coctũ, aut cotoneũ ex saccharo conditum. Verùm post biennium in oculi sinistri cæcitatem incidit, ex nerui optici uitio existimant quod uasto sit corpore spiritum defeciſſe, & obstructionem in causa esſe.

Modus noster est ut capias mellis optimi libras duas, aquæ uncias quatuor, coquantur simul in balneo mariæ perpetuo deſpumando, donec aqua cõsumetur, inde colatum misceatur cum libra una rosarum purpurearum collectarum cum rore, & bulliant per sex horas in balneo Mariæ, & post obturato uaſe exponatur Soli per XII. dies, & agitetur quotidie, inde coletur, & abiecta corpulenta parte addantur rosarum similium prioribus, & similiter foliorum collectorum unc. iiij. & sint folia sola, & concluſo uaſe ponatur in Sole per XL. dies perpetuo mouendo, ut situm non contrahat. Inde seruetur loco sicco, & cùm initium podagræ sentitur, uel existente dignoscitur, capiat unc. ij. aut tres huius mellis manè, tantundem q̃ sero hora prandij & cœnæ, & nil aliud pro cibo, uel potu donec senserit se securum ab omni periculo, & tunc omiſſo melle transeat ad cibos coctos, & moderatos, ut panem, aut orizam, aut chondrum. Et si deiecerit aluum, tutus erit ab ea: si autem non, tunc cum eodem regimine transeat ad præsidium scriptum in primo de dentibus. Et hoc est optimum, & facillimum.

Quæ podagrosus euitare debeat. Ergo ad custodiam podagræ deuitare oportet cruditatem, & ob id uigiliam maximè, Venerem, uina potentia. Quid si duo ex his iungantur, res erit in promptu. Vsus præterea fructuum, præsertim peponum, plurimum facit ad podagram procurandam: non solùm quia humor ille seroſus decurrat facilè ad articulos, sed quod pro-

prouehat humores ſecum per ſpatia arcta, ut podagræ cauſam afferant. Cibi quoq; plurimi alimenti, uelut uinum craſſum, aut plurimum, oua & carnes progignũt podagram: ut in uniuerſum ſint ſex. Quibus ſi addatur motus intempeſtiuus à plenitudine cibi, & calefaciens articulos, & omnimoda inertia, habebis abſolutam enumerationem cauſarum. Cibus quoq; ualdè uarius nocet multis de cauſis.

Quæ podagram iuuant.

Iuuat autem ad tutellam (Paulo teſte) ſi per totum uitæ tempus homo inungat loca obnoxia inflammationi ſale benè trito cum oleo, bis in die ante prandium, & ante cœnam. Et uix ſumptui æquatur utilitas, in tam longa aſsidua cura artus inungendi. Falluntur etiam qui putant oleum miris modis ſali miſcendum, nam Paulus huius rei minimè meminit, nec hoc probat. Sed dices, quid ſi materia ex hac unctione inhibeatur, non'ne retrocedet, & periculum lapilli, aut attoniti morbi, aut lõgæ febris afferet. Itaq; non idem eſt hoc, ac ſi ſiccato iecore, aut aliter mutato prohibeamus eam materiam generari: ſed ſale ſiccatis artubus, & oleo calefactis materiæ tranſitus inhibetur, & conuerſa ad cutim eryſipelata gignit, aut ſcabiẽ, aut morbos cutis graues, & fœdos, ſi deterrima fuerit anthraces: nam fertur iam eò usq; atq; ibi ſolum prohibetur, quo circa præ impetu ſanguinis retrocedere non ualet. Et ideo tutum ex his hominibus laborare ſcabie: & purgare corpus maximè à ſeroſis humidis, ſub Vere ſemper, ſub Autumno plerumq;: Ita etiam uti aqua pro uino, & maximè amica uentriculo plurimum confert, & ſi calida ſit, & urinam prouocet. Et ideò decoctum ex menta, & paryophyllis, & cum ſaccharo, uel cinamomo ad gratiam, & ſi neceſſe eſt cum foliis apij, aut petroſilij: & hæc ſunt ultima, ut etiam coralius leuigatus ualde ruber in potu ſumptus.

Purgatio ferme neceſſaria.

Sed eſt genus podagræ aliud quod non dolet, niſi cum motu, aliud cum exterſione, & hoc eſt deterius. Et locus inflatur, & incaleſcit, & muſculorum uentres non uexantur, ſed ſola capita, & impedit motum, & eſt materia craſsior, & morbus difficilior ob id, & præſeruantur cum eadem unctione, nam educit materiam foràs, & ſalſam reddit. Et omitto quod exſicet cùm ſit res parua.

Podagræ genera.

De Emendatione cuiuslibet imbecillitatis in uniuerſum, ſeu generaliter. Cap. XXIII.

On poteſt imbecillitas emẽdari, niſi cauſa cognoſcatur. Ea ſolet eſſe multiplex. Intemperies primum, laxitas ſubſtantiæ, excrementi retentio, influxio alterius materiæ ob ſitum, corruptio quædam putredini ſimilis, mala compoſitio. Emendantur autem præcipuè his, quæ intemperiem tollunt contrarijs: his quæ aſtringunt, nam ut laxitas corrigitur, & excrementa propria, nec ſimul cogi poſſunt, nec diutiùs retineri, nec aliundè influi: odoratis cum motu: nam inchoata putredo ſic aufertur: & ſi uitium ſit in compoſitione corrigere, ſi corrigi poſsit. Quæ uerò coaceruantur in membro excrementa celeriter, & per loca naturalis effluxionis educere debemus, ſi nõ licet ſaltem per fontes, aut purgatione, aut deductione ad hæmorrhoidas. Similiter quæ aliunde influit contraria ratione, ac ſimili exemplo auertere quo non nocere poſsint, aut ualde parum. Cùm autem uoleris membri curare imbecillitatem, totum corpus euacua, inde ipſum membrum exquiſitiſsimè utrumq;: uias quoq; omnes ab eo patentes redde, quaſi aulam in aduentu Regis præparaueris, poſt accingere ad opus, & per cibos, & per medicamenta, & topica, & eò dùm perſeuera, donec neque ueſtigium relinquatur: talia inſtrumenta ſunt mutatio aëris ad loca aperta, & cõtrariæ qualitatis, decocta lõgo tempore data, ex his quæ uim habent pinguẽ, & aut euacuãt, aut morbo aduerſantur, quę odoratis miſcere plerunq; poſſumus, thermarũ aquę in potu, & ſuperfuſæ membro lutum, cerata, & medicamenta gemmea, & metallica, & deſtillationes ex denſis rebus, aut odoratis, aut naturæ ualdè amicis, ut melle, & rore coacto, qui uocatur manna, & æthere.

Cauſa imbecillitatis multiplex.

Quibus emendantur.

De Errorum emendatione. Cap. XXIIII.

Vix quisq; sine errore uiuit.

MAxima est in humana uita huius doctrinæ necessitas, quando uix quisq; sine errore uiuat: dignus est non leui commendatione, qui non nisi leuiter errat, & si frequenter. Quod si etiam grauiter ferri potest, modo emendari possit, nec sæpè aberret. Sed si grauiter & sæpe, non est hominis nomine dignus, deterius etiam qui grauiter errando emendationi locum non relinquit. Erramus etiam sæpè si nostris decepti, uel occasionibus intercepti, aut omnino coacti: quare admodũ hoc genus exercitationis in usum uenit. Cùm ergo quis maximè senex plus esitauerit, ac biberit, aut etiam non semel id egerit quàm ere, & præscripto fuerit, aut uigilauerit, aut laborauerit, uel curis grauib. semetipsum excruciauerit, uel usus fuerit Venere, uel cibis prauis, uel cõsuetudinem, quæ maximè senibus amica est, reliquerit, tum metuendum est ne ægrotet, unde statim omnibus occurrendum est auxilijs: uoco illa somnum quietem, lætitiam, cibum percoctum bonum, & consuetum quantum oportet, nam ieiunos non minùs iusto plus reficere conuenit, quàm etiam satiatis inædiam imperare. Præter reliqua cum proposuerimus consuetudinem, illamq; optimarum rerum seni seruandam ei maximè studere oportet, atq; illum in statum conuenientem reducere. Proponamus ergo quod senex ultra solitum laborauerit, uigilauerit, cibis crudioribus usus fuerit, & aliquanto plus, ita ut non concoxerit nõ ad purgationes ueniendum est statim: senex enim quãtum fieri potest cauere debet huiusmodi, quo circa demiror cur uinis flauis uti imperauerit Galenus, quæ loca illa primum nimis excalefaciunt, & ad ea materiam plurimam deducunt, unde uel in lapidem, uel impedimentum urinæ, uel uriginem proni sunt, uixq; ullus euadit his præclaris Galeni consilijs, qui non in aliquod horum incidat, aut si minus in podagram. Quare cum de hoc iam dictum sit, neque his auxilijs restituere: curauero quæ per se mala sunt. Igitur longissimè conuenit dormire, atque etiam cubare, sed si dormire non possint, euomere, si nec id conferat, bonum existimes, aut omninò non liceat iuribus modicis cubantem alens, non plus iusto aluum irritabis, minusq; urinas. Somnum uerò conciliabis cum his, quæ dicta sunt, opponesq; autem crudis iura solùm non sorbitionibus, aut uitellis ouorum uteris, ne distrahatur cruditas, multò minùs uino ullo. Puluinar uentriculi parti admouebis ex anseris iuuenis pluma. Postquam descenderit ê uentriculo, rursum præcordia moderatissimè tamen fouebis, uelut lana candida elotis sordibus, & pelle leporis albi mollioris, sarmatici, si cibus non descendat, sed reluctetur omninò oleo fouebis uentriculum: ultimum est nisi nimis abhorreat oleum amygdalinum dulcissimum ac recens, non tamen ad fastidium usque propinare. Quod si cibus corruptioni obnoxius sit, aut euomere necesse est, aut casia nigra pinguj, orientali, recenti, multa deijciendus est, postmodum firmato uentriculo sorbitionibus ex pane sensim auctis recreandus, atque restaurandus. Sed est uis quædam insignis in pullis columborum turritorum, nigram habentibus carnem, deijciendi aluum, purgandiq; uentriculum non solùm prorsus absque molestia, sed illum etiam confirmant, ac nutriunt, in iure madefacere illorum panem debemus & carnes eorum, ac iecur, tum uiscera edere: forsan non omnibus æquè aluum possunt, mihi sufficienter prosunt, ac ualde satisfaciunt. Credo etiam palumbium pullos id melius posse, & forsan etiam ipsos palumbos: nam dubium non est, quin id agant partis nitrosæ, quæ in illis quàm multa est beneficio. Ergo si pullos huiusmodi seminis caulium, tum eruo, atque phaseolis crediderim, & lentibus, atque lupinis, horum enim & quorumcumque cremor deijcere aluum potest, tametsi substantia astringat Sed & si talia in aqua nitro, & cemento madefacta diu antequam exhibeantur columbis steterint. Iuuabit etiam boragine pullos implere, sic enim aluum magis mouebunt, & noxiam à tristi succo contractã emendabunt, neque enim quicquam nitrosum, salubre, aut utile alimentum exhibere potest, sed tamẽ huiusmodi columborum caro inter omnia est utilissima, cùm non solùm aluum deijciat bellè, sed uẽtriculum

Nota.

Communia senum auxilia quæ.

Senex purgationes cauere debet.

Columborum turritorum uis.

triculum detergat, ut famem excitet, corroboretq́, ac nutriat, secus & iecur, quod huiusmodi alimento gaudet: purgatq́ obstructiones illius duras quidem in senibus, & atrabiliarias substantia simile illi alimentum præbens: ob id uuæ passæ uallde pingues, & recentes in hoc genere sunt, sed multò inferiores. Atque hæc quod ad morbum, morbiq́ causam attinet, ad impressionem autem, iam ex his factam in uentriculo, mesareoq́, & iecore, cum hoc ipsum idem conducat, si quid aliud: propter eos tamen quibus hoc auxilium non proprium est, nec adeò salutare, ita agere conuenit: principio eiecta quouis modo cruditate, si relinquantur uigiliæ, aut siccitas tam cerebri, quàm uentriculi, & iecoris utendum est somno, si non possumus balneo aquæ tepidæ, si nec hoc pedum, & crurum, ac capitis, tum quiete, dormire quacunque hora, humectare corpus potu uini dulcis, uitellis ouorum, iuribus carnis castrati cum rapis, & boragine, butyrum recens cum melle edat pisces petrosos, uuam passam Creticam magnã, pinguem, aut nigram sine semine paruam: bibere aquam leuem cum plurimo iulebo uiolaceo: omnia modicè, & ad coctionem facilia. Sed si flatus, aut tensio, & tynnitus aurium, tunc omninò tenuiter nutriendus, & non ante perfectam solutionem symptomatum, & si symptomata foueat humor crudus detergatur mel uiolaceo purgante, post edat cuminum odoratum paucum cum iure pulli, aut orientale origanum, uel hysopum, sed si tumeat præcordium cum pondere, aut tristitia, & timor, aut obstructio ex urina, uel fæcibus appareat, aut ructus acidus, tunc hoc deterius est: sumat ergo iura pullorum cum thymo, aut origano orientali, & utatur ruta cum aceto, & sale, & deambulationibus, ac somno, bibatq́ uinũ dulce: nisi adsit obstructio: & comedat comam absynthij cum sale, & cappares, & smirnium, quod ab Italis Maceron uocatur, nec est erithanum cùm sit odoratum. Sed si aluus lubrica relinquatur, non oportet cohibere, sed neque irritare: leuitas enim alui non continua, nec frequens solet esse utilis ualetudini senum, tametsi longitudini uitæ non conducat: semper enim cum inutili utilis aliquid excernitur: fouebimus itaque uentriculum oleo, in quo decocta sit absynthij coma, tum ex nuce myristica, & si non sufficit, lentiscino. Quod si corpus contabescat, & fames cesset, nutriendus est lacte asinæ, uel capræ, balneandus aqua dulci, post ungendus oleo dulci, uel etiam uiolaceo, atque somno indulgere debet. At si uentriculus appetat, satis uideatur tamen imbecillis, nutriatur carne apri, uel nemoralis tutis, iuuenum in ueru assatorum: nil enim magis uentriculo confert, sed pendeat hyeme tribus diebus, æstate duodecim horis: hæc caro, & glandosæ carnes, seu lactes, & iecora, uentriculiq́ pullorum, & gallinarum fila non habent, cùm bene fuerint præparata, uentriculo tamen suilla utilior est. Quod si sitis uehemens urgeat senem, iam bilis redundat ad uentriculum, si cum hoc sit amarum os, aut uinum amarum uideatur, aut subuersio, & nausea, uel capitis dolor, tunc manna purgandus est æger, & astringentia uentriculo amica exhibeantur, & betæ, maluæq́, sed si mala hæc non adsint, sed sola sitis, pituita salsa in causa est, hanc purgabis melle uiolaceo aluum leniente, uel si uelis etiam manna, sed & iure pulli cum thymo, aut hysopo, aut etiam ulmi cortice. Sed si leuis solum adsit imbecillitas, supinusq́ uentriculus, oliuas, aut chamas, aut ostrea dabimus ante cibum. Cùm uerò uentriculus non deficit, dabimus multam uuam passam, si non, ius etiam caulium pingue: & si neque id sufficiat, betam cum mixtis. Hæc si nouisset Galenus, magna cura fuisset liberatus. Rursus si dentes doleant, aut muscæ, & imagines oculis obuertentur, uapor est crassior, & initium aquæ, etiamsi non lædatur cerebrum. Quamobrem tùm purgandus est senex cassia nigra cum pastillis ex turpeto, uiolis & manna, leuissimus, paucusq́ cibus, ut pote auicularum caro sola, bibat aquam ex saccharo, aut orientali melle, Hispano'ue, & floribus roremarini, ac cinamomo, & macere. Sumatq́ à cibo puluerem nostrum ad hoc. ℞. foliorum melissæ uiridium teneriorum, & in furno siccatorum drac.ij: s. maceris, quod uocant macis, & est cortex nucis myristicæ drac.ſ.s. spicæ Indæ, florum roris marini añ. scr.iij. sacchari optimi unc.ij. s. Terantur & fiat puluis, ex quo sumat scr.ij. aut.iij. pro uice. Et scias quod meta medicamentorum, & auxiliorum, & qualitatis, & quantitatis ciborum, atque

De impressione facta.

Nota.

Si corpus senis contabescat.

Si sitis urgeat senem.

Puluis noster à cibo.

Oris sapor signum est multorum.

ordinis eorum, tum sorani, est oris sapor manè cum expergiscitur, cum fuerit optimus, & senserit se leuem & alacrem, & odor neque ipsi, neque alijs displiceat, hanc uiam hesternæ cœnæ obseruare debet, salsus autem malus, & sitis, & grauitas in uentriculo, & quod deterius est malus odor, uerenda sunt: leuis amator minùs malus est, tum maximè cum prandij initium ab absynthij coma fecerit cum sale, & oleo perfusa, aut tortam ex illo cum luteis ouorum, & butyro copioſè deuorauerit absque alio cibo. Est enim medicina insignis ad hoc, & cibus: licebit autem duobus in prandijs, aut tribus eo auxilio uti.

Ad Flatum senum. Cap. XXV.

Flatus in senibus quæ pariat.

REculiaris autem affectus in senibus est flatus copia, atq; assidua, unde dolores, impedimenta coctionum, distentio, imbecillitas uiscerum, & refrigeratio, nausea, singultus, crepitus uentris, & ructus: inde etiam hernia, dum flatus uiam facit descensui intestinorum, aut humorum. Oportet igitur hac in causa à cruditatibus maximè cauere: & ubi adsint non edere: pauco potu uti, & ab aqua cruda abstinere, tum flatuosis cibis. Sunt autem quæcunq; crepant in igne, ut castaneæ, poma: & quæcunque substantiam habent terream ut legumina, & præcipuè phaselli, & fabæ: item radices omnes, sed rapæ inter illas sunt deteriores, & quæ frigida sunt ualdè, & humida, ut cucumeres, lactucæ: Et uiscida pinguia excrementosa, ut caro suilla, & lac, & cibi ex farina. Friabilia autem & temperata sunt præstantiora, ac mollis substantiæ. Cochleæ, ranæ, & astaci flatuosi sunt, & ascaloniæ, seu bulbi, & cæpæ, & porri. Et mollem ac fluidam aluum habere bonum est, aut enim flatus non gignitur, aut non nocet, aut minùs nocet: quies præterea à cibo, & exercitatio ante cibum, & somnus prosunt. In senibus enim omnia sunt ad generandum flatum: Dentes mali, caloris imbecillitas, multitudo excrementorum, uigiliæ, paruum exercitium. Oportet quoque uincula astricta uentriculo adhibere, ac uentri, plurimum enim iuuant ad coctionem, ad expellendum flatum, & si retineatur, minus nocet, & fouere præcordia oleo lentiscino sæpè, & imponere lanam pinguem illotam, ea enim melior est purpura, & pellibus uultu-rum, à quibus uruntur, membra naturalia non confirmantur. Sicut etiam malè agunt consulentes in præsenti, & nocentes in futuro dentes, piper, diacalamum, & quod deterius est zedoariam. Quod autem flatum prohibet generari est nucleus persicorum, & chamæmelon inter temperata: Et ruta, & carum interius ualdè prosunt, exterius autem oleum sambucinum, & oleum de spica, quo pigmentarij utuntur. Et caro lupi, & uulpis, & ericij, ac ceruí longo usu, prohibent generationem flatus, maximè assatæ in ueru, & patella: & oxymel cum ruta tollunt flatum, licet melsit flatuosum. Et habere oportet pedes calidos & siccos, semper qui obnoxius est huic affectui. Et non oportet cibum sumere, nisi benè expresso flatu: ad hoc iuuat mandere quædam, ut anisum, uelut tartarum, ad educendum copiam pituitæ è uentriculo, uel è cerebro, & comprimendo ilia: usus enim uelut in alijs rebus docet, & efficit quod quærimus, seu infra, & est melius, seu supra, & est facilius. Et cum retinetur aliquando est fixus, quandoque mouetur, & est cum facit dolorem, & est deterior, & cum inflat, & est deterius exiguo dolore, & maximè cum fuerit intermentum & peritoneum, & non est tamen hydrops sicca, quia illius materia est crassior, & est uapor, non aër & est pessimum, sicut non continetur in intestinis est minus malum, medio modo se habet aër in cauitate dicta. Et cum retinetur in cauitate, multum lædit coctionem, & si sit ualdè frigidus, aut multus, efficit dolores. Et fixus minus efficit dolores, quia minus refrigerat, si modo non retineatur præcluso exitu. Et hernia umbilici deterior est, quàm scroti, quia non est idem periculum de incremento quod est in enterocele, uel epiplocele, uel ab humoribus obsitum. Et quibus flatus ascendunt, commouetur sæpè sternutatio. Et mutatio cibi plurimum facit ut non generetur. Et expresso flatu optimè debet etiam homo aliquantisper quiescere super lecto, antequam comedat, & fouere locum siccis pellibus, aut similibus.

Flatuosi cibi qui.

Senes quia flatibus pleni.

Quæ prohibent flatus generationem.

Nota.

libus. Et aqua frigida quandoque curat flatum. Rursus repetendo, colligendo, & in ordinem redigendo ea, quæ dicta sunt, flatus fit ob crudum humorem, uel genitum, uel ob destillationem aduenientem è capite, aut quia redeat ex intestinis, ut in ramice. Et offensa eius est quod refrigerat, & distendit, & debilitat, atque impedit coctionem: ob id ergo optimum existimo deglutire manè mellis cocti à drac. 1. ad duas, quandoque etiam plus, nam flatus à sola intemperie non generatur. Deterget, calefacit, attenuat, & nutrit etiam, & non semper: sed cùm urget, paratum igitur habebit senex, sed si non sentiat quicquam, negat Auenzoar laboranti præ imbecillitate uentriculi, concedendum mel.

De Ventriculi cura. Cap. XXVI.

Entriculus est membrum adeò necessarium, ut inter principalia uitæ adnumeretur. Itaque & illius cura maxima habenda est, & quod communicet cerebro per neruos sexti partis, & cordi, & pulmoni, et omnib. membris naturalibus: quamobrem & ob id, & quoniam cuique membra alimentum subministrat: & cura non solum exquisita indiget, sed in ipsa curatione, ea quæ illum confirmant, admiscebis. Et quoniam appetitu cibi illi opus est, iucundè tractari debet: sunt autem morbi illius, alij quidem simplices & cum materia. Materia autem excrementitia aut cruda in concauo eius contenta, aut infarcta. Et similiter biliosa, pituitosa, melancholica, & omnes hæ quinque ut sint decem: exustæ etiam ut uiginti: sed omnes eiusmodi, ut uel per circuitus recurrant, aut cùm solum, sed ut leuiter sanari possint, nam quæ obiter ex magnis causis inciderunt ad θεραπείαν pertinent, non ad custodiam, sanitatemq; tuendam. Quadraginta igitur sunt modi. Simplicium intemperies quidem una, aut plures, ut sint octo. Et quoniã ut frequenter contingit, alijs permisceri soleat, accident cõpositæ XXVIII. & cum simplicibus XXXVI. Rursus adest quid medium flatus & aquæ, ut omnes iam connumerentur XLII. & XXXVI. possentq; permisceri numero infinito. Aliæ quoque sunt comparationes maximè ad cerebrum, quod demittat, quod ue patitur, & intestina similiter iecur, pulmones lienem ut sint decem, & ob consensum simplicem XX. ut omnes XCVIII. Præter hos morbi proprij lienteria seu leuitas intestinorũ, imbecillitas quædam propria, non posse concoquere, appetere ue fames canina, uaccina, sed hæc prorsus morbus, & morbus magnus, & malus ut sint iam CIII. si dolor loco eius adijciatur. Sunt præterea morbi in magnitudine plus, aut minùs: itemq; raritas & tenuitas. Et si omentum desit, aut sit macilẽtum. Et si arteriæ à corde mittantur paruæ, aut è iecore uenæ, uel sanguis alia ex causa ex utroque paucus, aut malus, & confirmatio, si meatus ex iecore, seu fellis uesica, uel in fundum penetret, uel nimis elatus pro duodeno uẽtriculum petat XIII. inde fiunt modi: ut sint omnes uentriculi morbi CXVI. præter compositos qui sunt innumeri, sub his tamẽ continentur, & prauos ualde è genere iam dictorum, aut non iam dictorũ, uelut ulcus, inflammatio, scirrhus ex ascite, uel tympanite, intemperies. Quæ ad curandi artem pertinent non ad tuendam sanitatem. Vt uerò artificiosæ, atq; utilissimæ est ad curandum, & causas dignoscẽdas paucas illas admodum multis à Galeno prætermissis alijs non animaduersis in tam magnum numerum deducere, ita & quasi cõtraria methodo tam multas, & certa ratione utile fuerit ad breuitatem, ad claritatẽ, ad sanationis faciliorem occasionem, in longè pauciore capita contrahere. Ergo id fiet si ad simplicia primum, uelut per circuitum, & obiter, & exusta, non exusta, in concauitate infarcta, pituitosa, biliosa, melancholica, excremẽtitia, cruda, aquea, flatuosa, calida, frigida, sicca, humida. A cerebro, iecore, pulmone, liene, intestinis, lienteria, dolor, imbecillitas, non posse concoquere, nõ appetere, fames canina duplex, quæ non concoquit, quod nimiũ est: quę concoquit, magnus, paruus, rarus, tenuis, absq; pinguedine, arteriæ, uenæ paruæ, sanguis geminus, aut paucus, aut malus, meatus q penetret, aut altior p̃cipuè latus, ut sint XLII. Alia ratione à simili ut calor, & calor cũ humido, est eñ pars, sed melius à iecore, à pulmone ad uẽtriculũ, uel intestina. Tertia à simplicibus ad composita. Quarta à contrario, frigida calidis, calida

Ventriculus membrum est principale.

Nota.

Ventriculi morbi qui.

Nota.

frigidis. A' maiori quæ est cura doloris, aut inflammationis, transferuntur ad dolorem leuem, aut calorem mitem. Vnde seges multa à Principe Latinis, Græcisq; ac Rasi, & recentioribus: oportet autem imminuere mora, quantitate, mutato medicamento, attenuando, miscendo, præparando, ita contrahentur, non solum quæ compositæ sunt, sed ex his CXVI. adlongè pauciora. Vltima in diuersis à quibus inchoandum.

Medendi uarij modi. Modi medendi cibus, medicamentum, cibus medicinalis, regula uictus, conseruatio facultatis, intus, extra, & proprietate. Irrigatio, animal, pellis, emplastrum, oleum, ignis, per aliena uelut clysteria. In omnibus obseruandum ne trahamus super membrum læsum, ut confirmemus illud, ut corpus prius sit repurgatum. Tertia est exemplum quod plura complectatur: constare debet ex generibus plures complectentibus causas, & species: & ideò multifariam breui iam contractum exhaurit numerum, uelut excrementitia cruditas infarcta ex imbecillitate uētriculi, ob descensum pituitæ à cerebro dolorem, & flatum faciens. Iam uides septem hîc cōtineri ex XLII. comprehensis in contractis, adeò ut sex expositiones superficerent.

Detergentia ualida. Dicamus ergo primū quod materia infarcta detergentibus ualidis, maximè crudа, indiget. Et ob id etiam quod excrementitia, & semiputrida confestim postulat expelli: sunt autem detergentia quæ abradunt materias à locis: idq; cōtingit tripliciter in cute, & talia poros aperiūt, ubi sordescsint occlusi, uelut balneo, strigili, & potestate dicit Galenus, ptisana absq; morsu, item mel, maximè Hymetium, moderate autem farina hordei fabarum illius ætatis, (nam nostra astringit) & erui, & mulsa aquosa, his magis iris, panacis radix, aristolochia, mulsa mediocris: magis etiam his quæ ex nitro, spuma scilicet eius aphroni tantum, & nitrum ipsum. Et tandem ut dixi mel Hymetium. Secunda comparatio est ad ulcera, in quibus mel usque ad morsum non leuem præstat: ærugo autem ultima est, ut dicit Galenus, nam stipatio detergentibus non indiget, sed emollientibus, & humectantibus, uelut balneo, & oleo. Tertia ergo est intus, quæ habet ordines. Primum enim est detergere & sine morsu, ut ptisana, post cum leui morsu, ut mulsa, sed leuissima saccharum: inde apomeli, deinde oxymeli, post scillitícum oxymel quod etiam aperit: deinde si addātur apium, atq; similia, & maximè, quæ dixi amara, & uehementer, ut aristolochia. Sunt autem quæ proprietate naturæ euacuant, & illa non detergunt ut scamonium, alia quæ humectant ut oleum: quæ tamen ualdè detergunt ut ius caulium, mel, & ius chamarum, ea uentrem subducūt, tum humore semoto, tum morsu, atq; eousq; doctrina Galeni procedit: at non ex his tamē adhuc intelligimus, quomodo quæ detergunt, & cur, & qualia sint, nisi quod ut dixi tenuia esse dixit: & calida, ideo uitiosa, uel amara. Accipiamus ergo tria quæ diuersa natura sunt, atq; omnia detergunt ualdè, mel quod dulcissimum, nitrum quod salsum simul & amarum est, & lupini qui sunt amari. Quærendum est igitur primum an omne amarum detergat, quidq; sit commune detergentibus: nō enim sapor quandoquidem in maximè contrariis saporibus amarissimo, atq; dulcissimo, sit uis detergendi, atq; extrema in utroq;: Et cur nitrum magis detergat. Habent autem magnas difficultates uerba Galeni. Primum si amara, & nitrosa ob id detergunt, quod nitrosa sint, ob id ptisana hordeacea cur detergit, & cur non acria magis quàm amara, cùm sint etiam tenuiora: nam amarum in terreo consistit. Aliud magis mirum, quod dicit quarto de simplicibus medicamētis his uerbis: [Id quod ex duplici superassato prouenit, perinde ut calx, cinisq;, calidum, siccumq; necessariò efficitur: proinde abstergere etiam comminuere, secare uiscosos, crassosq; humores, sicut cinis, & nitrum natum est. Nec enim aërea, nec tenuis, nec aquea eorum substantia, sed ut paulò antea dictum est, terrena exactè à calore elaborata, ac uelut superassata ipsorum essentia. Nisi esset quod paulò pòst subjicit. In medio tenuium, & crassorum sunt quæ incisura sunt, ut non promptè penetrent, uelut flamma, neq; diu morentur, uelut astringentia, sed illud proponendum quod qualitas omnis amara calidis, siccisq; substantijs prouenit præter hæc tenuibus, atq; terrenis: Inaudiendum est autem totum id coniunctim, haudquaquā separatim, utrumq; legendum est, nam si cum terreno tenue pugnare uidea-

Nota.

Tria diuersa ualdè detergentia.

Cap. 19.

uideatur. Ideo non ſimpliciter tenue, ſed ut in terrena ſubſtantia tale eſſe amarum aſſero, uelut calx, & cinis. Fortè uerius aſsimiles fuligini, & flammę fauillæ, quæ gu ſtantibus amara apparet.] Ergo in his uerbis, ſi quis rectè animaduertat unum fermè, atq; idē cenſebit hoc ipſum incidere, atq; detergere: at eo adiecto quod natura humorem crudum qui hæret, & etiamſi nō hæreat, ſed ſit glutinoſus, cùm antea expellere nequeat, inciſum tum cōfeſtim expellat: id ergo ueriſsimum, quantò uerius ſi adiecerimus quod pungendo, atq; irritando ſtatim educat. Conſtat igitur quæ ſit natura detergētium, ſcilicet quod tenuium, & incidentium, ac mordentium: quale igitur mel, nam & illud tenue eſt, calidumq;, ac ſiccū: ſed & ptiſana, calida quamuis non ſit, tamdiu tamen cocta eò peruenit, ut diſſecet, attenuet. Primum ergo diſſecabit, inde attenuabit, demum deterget, id eſt, ſeparabit contentum à continente, ultimo etiam educet. Quod enim diſſectū tenuius euadat, dubium non eſt: quod uerò ſeparatum à membro expellatur, ſaltem ad proximū locum & illud. Verum quoniam dulcium plura ut mel, & ſaccharum ex confeſſo deterguntur, atq; ideò diſſecant, non tamen obſtructiones apperiunt, propterea dixit Galenus amara ſolùm aperire: Quaſi id uelit, quoniam ut naturæ odioſa, & inimica propellantur à natura. Sicut igitur gladius è ferreo incidit, è medulla ſambuci non incidit, ita tenuia terrea diſſecant, tenuia aquea non ita. Diſſecantia ergo terrea ſunt, & aperientia amara. Acria autem non detergunt quoniam urunt. Aphronitrum uerò & nitrum detergunt, quoniam amara ſunt: ſal uerò dicit, non detergit, niſi quantum amaritudinis particeps eſt: hoc ex errore contingit, mordet enim & uehementer ulcerat: ideò detergendi facultas non eſt una, ſed alia quæ perfecta eſt in ſalſis amaris, & hæc maxima eſt: alia quæ in ſolo ſalſo, quoniā diſſecat & ipſum ſal, & pungit. Verum ſalſum, amarum, ut pleraq; talia plus detergit, quàm uel ſalſum, uel amarum, ſi ſola fuerint. Sed acida etiam cum acribus, uelut porrum cum aceto, origanū, apium, ſerpillum, & iris, ut à Galeno commemorantur, ut etiam piper maximè longum, aut album, quod etiam plus omnibus uentriculo confert, ſic gingiber, & calamintha. Diſſecant hæc, ideoq; etiam tantundem detergunt: ſummum in hoc quoq; præſidium eſt, maximè in uentriculo radicula cum oxymellite ſumpta. Detergūt ergo & abrotanum, & ſeriphium, & ſcylla, & amygdalæ amaræ, atque aperiunt dicit Galenus, non amaræ autem detergunt, ſed non aperiunt. Ita & in membris, quæ lienem aperiunt, ualidiora eſſe oportet, quàm quæ iecur: ideò capparis fermè uniuerſa planta, tamariſcus, & aſplenion lienem curant, iecori ſunt grauiora. Quærendum eſt igitur an amara omnia detergant? nec præter ibimus ergo ſi quid differat ſalis deterſio, & mellis, & ptiſanę à nitro, & aceto, & ſucco limunij, ac abrotano? Gentiana igitur, & aloes, & cucumer anguinus, quę ſunt amariſsima, non uidentur detergere: aut non multum, alia quia aſtringunt, uelut aloes, alia quia ſubuertunt, utpote naturæ inimica, uelut colocynthis: alia quoniam nimis exſiccant, & quia craſſa ſunt ſubſtātia, ut penetrare nequeant, ſed dicet quiſpiam cur non acetum inter detergentia primo loco collocamus? Cùm inter incidentia, & ipſum cum limunij ſucco adnumeretur? Generaliter igitur rem aggrediendo dicamus, quod detergētia ſunt primum quæcunque diſſecant, ſeu tenuitate ſubſtantiæ, ſeu quia acida ſint, nec exigimus ut ſint calida, ſed uelut ptiſana, ſuccus limunij, oxymel, ſuccus arantij: talia ſi occurrant uomitorijs, aut ſtomacho nauſeabundo, liberaliter expurgare illum poſſunt, ſecùs ſi prauum corpus contineatur, & paulatim, aut confertim ipſum expurgant. Quædam uerò ex his præter id quod diſſecent, etiam uomitum commouent, uelut dictū eſt radicula cum oxymellite, & hęc ſunt ſecundi generis. Alia rurſus præter id, quod diſſecent etiam excalefaciunt: uelut piper, ruta, cuminum, dracunculus: & præter hæc etiam ſinapis. Et hæc magis detergentia, uereq; appellari poſſunt, quod non ſolùm diſſecent, ſed etiam attenuent. Et quædam ex his ſunt inſigniter amara.

Detergendi facultas non una.

5. de ſimp. Med. c. 12.

Quæſitum.

Detergentia quæ.

Quæ enim attenuant (nam cogor paululum commoditatis cauſa à propoſito digredi) alia quidem humores crudos, uel congelatos, & talia omnia calida ſunt. Exē- plo exterius ſumpto, nam ignis non ſolùm colliquat glaciem, ac diſſoluit, ſed etiam aquā attenuat, aqua enim cocta cruda tenuior eſt: & hoc propriè eſt attenuare, ſed non

Quæ attenuant.

non omnibus conuenit: uerum ut dixi solis humidis, seu concretis, seu etiam non sed liquidis. Dicitur autem propriè attenuare, quoniam substantiam uerè attenuamus. Alia ad glutinosos refertur, cum incidunt hæc propriè, non meretur id nomen, quoniam non substantia, sed quantitas attenuatur: uocatur ergo hæc incisio, sed de nominibus nō est litigandum. Tertia est cum humor uerè crassus, id est, terreus attenuatur, non à calore, nam sic magis crassus efficitur, quia exuritur: hic ergo nō calore potest attenuari, neq; incidendo etiam attenuatur, quoniam nō substantia, sed quantitate minor efficitur. Vna ergo est uia, ut scilicet humectetur, nam imbibitum humidum permiscetur, fitq; totū tenuius: & tum potest incidi si lentū, & colliquari leui calore si concreuerit. Exemplū (quid plura) cera, gluten, sal, aut terra primum calore, secundum gladijs, tertium calore humido, uel etiam aqua tactū dissoluitur. Hic tertius modus est proprius, & uerus primus, inde sequitur, nunc redeo.

Nota. Alia igitur præter id quod dissecent, colliquentq;, etiam purgant, uelut pulegiū, & origanum, nullum tum horum propriè est medicamentum detergens. Extremū & ultimum est, quod nitrosum est, & ideo calidum, terreum, tenue. Et quatenus tenue penetrat, & diuidit: quatenus calidum colliquat, & attenuat: quatenus nitrosum & terreum descendit ad membri substantiam, se ipsum collocat inter ipsum & humorem, aut substantiam contentam diuisam, & colliquatam interponit, ac uellicat acredine, atque salsedine, cum amaritudine, tum etiam ipsa met substantia terrea (quę uentriculo aduersissima est) uentriculum, eijciturq;, ac secum ducit humorem detersum, atque ita liberat membrum à labore illo, præcipueq; uentriculum, nam membra neruosa, uelut uentriculus, & intestina, & quæ membranis obducta sunt, uelut aspera arteria maximè detersioni sunt accommodata, illamq; exposcunt.

Detergentia uentriculi substantiæ inimica. Verùm cùm ita sit quæ detergunt, ut utilissima sunt ad purgandum uentriculum cum prauo, aut lento humore admodum frigido fuerit, ita & uentriculo ipsi, eiusq; substantiæ, & præsertim sola cruditate laboranti inimicissima sunt, adeò ut etiam mel inter illa connumeretur. Et quærela illa Zoar celebris de illius offensa uentriculo illata, nam uellicat illum, & proprio alimento priuat, & ad tabem quasi deducit. Vi-

3. de facul. nat. cap. 13. enim ex Galeno colligitur id uiscus interiore tunica perpetuò uestitur mucore quodam totus, à quo perpetuò nutritur: hoc ergo à detergẽtibus maximè propriis, licet nitrosis destitutus maximè, debilitatur namq; non ut alijs partibus uentriculi interiori tunicæ auxilium ex uenis defertur: ob id mirum si præcipuè hoc unumquodq; membrum à detergentibus euertitur: maximè propriis, & ueris, nam ptisana, & oxymel persæpè etiam moderata, & opportunè sumpta, & præter reliqua hoc unum album piper maximè prosunt, tantùm abest ut obsint, uelut etiam mastix illi, & iecori.

Nota. Ergo ut rem adeò difficilem, & per tot capita diuisam in unum colligam, quæ acida sunt, nec calida, nec propriè detergũt, sed potiùs incidunt, nisi aliquo motu iuuentur, præsertim uomitus. Quæ purgant ut medicamenta non dicunt detergere, ut aloës, rhabarbarum. Quæ adurunt etiam nō detergunt, eoq; minùs si sint crassæ substantiæ. Gentiana quoniam haud tenuis substantiæ est nō detergit, sed nec absynthium, quoniam astringit. Nitrosa & salsa detergunt, sed hæc minùs. Quædam etiam detergere possunt, ac simul astringere, uelut mel rosaceũ: si enim hoc ars permiscendo facere potest, cur non natura? Et mihi hac ratione uis conchiliorũ, & charum non semel multum profuit. Detergentes medicinas uocant qui Hasen uer-

Lib. 2. trac. 1. cap. 4. terunt absterſiuas. Et cùm astringens copulatur amaro, existimat medicamentum fieri detergens simul, & corroborans. Verum declarat, quæ nam sit medicina detergens, sed satis confusè, quoniam solum docet externam operationem, & non aliàs species, multoq; minùs causas.

Cruditas excremẽtitia purganda est statim. Verum ut ad propositum redeamus, quoniam excrementitia cruditas supponitur, prorsus est detrudenda, neq; enim beneficio temporis expectanda est utilitas, cùm sit excrementitia, sed statim educenda cum detergentibus, ne quicquam ad lo cum trahamus. Et motus multum confert iuxta illud. Indicat autem nauigatio turbari motione corpus. Et quoniam etiam purus, & liber cum deambulatione iuuat caput, si quid aliud dicebat Celsus. Et quia est infarcta, indiget incidentibus, & aromaticis,

maticis, quæ penetrant ad imum, & confirmant ipsum: sed & exercitatio ieiuno uẽ-
triculo maximè confert illi, ita à cibo assumpto maximè noxia, & dicebat Galenus Cap. 3
in lib. De cibis boni & mali succi: Verùm si cruditas mala sit, tunc ut descendat, o-
pus est deambulatione, medicamento iuncta. Secùs melius est quiescere usque ad
occasionem: sed quoniam excrementitia est, longè melius est ut per uomitum edu- Vomitus quan
catur, uomitus autem absurdus est, dicebat Galenus, cùm non est irritatio: intellige do irritandus.
ubi materia omninò præter naturam contineatur: in hoc enim casu debet irritari, e-
tiamsi nulla sit nausea, & etiam si non possit contineri, multò magis si contra natu-
ram, ut si sit uenenosa, demum si ex distributione periculum uitæ sequatur. Ex deter Detergentia
gentibus autem commodis, & etiam utilibus, est caro columborum, & auium syl- commoda.
uestrium, & ius illarum. Innoxia uerò ius caulium, spinachiorum, ericiorum terre-
strium, & etiam marinorum, tum cancrorum, astacorum, & quæcunque cum teste,
aut cortice duriore maximè in mari integuntur. Olim inter optima censebãtur Gin
gidium, & scandix, amara ambo, & ideò detergebant, at scandix potuit esse odora-
ta, & ob id uentriculo amica: Gingidium autem cum acre non esset, non fuisset uen
triculo amicũ, nisi particeps astrictionis. Sed Gingidium quale sit docuit Matthio-
lus. Scandicem autem aut ex illius genere putant esse Veneris pectinem. Qua ra-
tione & pleraque è pastinacæ genere. Absynthium quoque Romanum quod è ge-
nere Macedonici: hoc inquam ob substantiæ crassitiem, pituitam non detergit, sed
bilem potiùs non solùm detergit, uerum etiam purgat, & per aluum, & per urinas:
gingiber cum melle conditum potenter pituitam detergit, & à uentriculo, tum pul-
mones. Purgant autem ipsum (nam cùm sint tria prope inuicem detergere, purga-
re, aperire, hic de apertione sermonem facere non instituimus: quod morbus mini-
mè familiaris sit uentriculo obstructio, sed solùm de detersione atque purgatione)
elleborus niger, sed hic transcendit metas propositi nostri, uua passa, sed satis debili-
ter, ut optima sint polipodium, quod crudum, ac uiride assumitur acetarij loco ad
quantitatem digiti medij, id est, longioris. Manna uerò duntaxat tenues detrahit
humores. Rosacei syrupi cum rore suo coacti unciæ binæ aut ternæ, mastix, pruna,
sed ualde pinguia, matura, magna, bene odorata: mirabolanorum omnia genera,
quæ etiam omnem possunt educere humorem: oleum pistaciorum recentium ni
cui exosum sit: Quin etiam, sed ualde leuia sunt, oua recentia apala multa: sed scobs
chalybis multum potest, ac detergit uenas. Aqua maris nimis aspera est in deter-
gendo, nihil autem melius Diaspolitico, nisi admodum prauus sit humor, aut mul-
tus. A medicamenti assumptione confirmabis uentriculi os, atque ipsum totum
menta diacitonite cum pipere præsertim albo, aut si non adsit copia, longo. Caseus
quoque multum confert uentriculo butyro multò pinguis, sed nihil melius ouis re
centibus, sed duris. Flatum allio multò discutiemus: nonnullis placet hiera Galeni
simplex, aliis medicamentum Scribonij, è cornu ceruini scobe tenerioris, nec ad-
huc nudati, cochlea Africana, & albo pipere. Iuxta hæc notãda sunt primum quod Nota.
cuilibet homini bene consueto, præsertim uiuenti secundum rationem, & habenti
uentriculum non ualidum, & senes, & infirmis dentibus apparet inter edendum,
quædam meta, quæ inæqualis esse solet, modò maior, modò minor, quàm si quis
transgrediatur, uel allectas escis, uel societate, uel fame nimia, etiam quod bene dor-
miat, lædítur, & nisi ultra solitum tempus decumbat, offenditur manifestè. Quod si
eam solitus sit adipisci, & obseruet semper etiam quod contingat uigilare præter
consuetudinem, minimè uel admodum parum offenditur. Et in eiusmodi meta ho-
mo libenter detineret ab edendo, & bibendo etiam, quod esuriat, & sitiat: Aliud
tempus concoctionis in uentriculo bis cibum sumenti ad debitam quantitatem est
xii. horarum, & hoc declaratur ex Galeno tertio de Naturalibus facultatibus. Cap. 13.
Quia uentriculus nunquam debet esse inanis. Et in prima tertia parte, quæ est ho- Coctionis
rarum quatuor, congregatur calor, & coctio incipit, & si quis moueatur, uel mente ordo.
laboret, lædítur ualdè. In sequentibus, & est secunda pars, coquitur perfectè, & assi-
milatur, sed non distribuitur, nisi pars tenuior. Et si tunc impediatur, & maximè à
uigilia in hora somni, uentriculus: & substantia illius, & facultas lædítur manifestè.

In tertia parte, quæ est horarum circiter etiam quatuor adiungitur, & assimilatur tu-
nicæ interiori: & quod crassum est, sensim effunditur è uentriculo, & est chylus res
alba, & ut puls, & trahitur ab hepate. Et incipit coctio secunda, & reliquum quod
Hepar trifariam nutritur. est fex, transit uno motu, aut pluribus interceptis, sed pro magna parte ad intestina:
ita quod hepar nutritur trifariam, primum ab initio potu, & rebus tenuibus præci-
tur. puè dulcibus, & odoratis: secundo per uenas mesarei satis confertim, sed tamē non
simul, sed in quatuor illis horis ultimis: tertiò in longo spatio, & usq; ad duos, aut
tres dies, sensim suggendo ex intestinis, maximè ileo, & colo, & in quibus adest ef-
fatu dignum orbo. A' duodeno autem, & uacuo ualde parum, ut etiam recto, quia
paucæ ad illa ueniunt à iecoris caua uenæ. Et tunc etiam quod interturbetur, non
multum lædítur. Sin autem homo edat tantū semel in die, manet cibus horis XII.
in uentriculo, adeò ut quiescat solum duabus. Et diuidentur tempora iuxta eādem
1.3.3. Trac. 2. cap. 4. rationē in tres partes, ideò dixit Princeps, & tempus moræ cibi in uentriculo est ab
horis XII. ad XXII. Quod si homo sumat bis in die (& est medius mos, quem Ga-
Cap. 6. lenus attigit sexto de Tuenda sanitate) ut manè ientaculum, uesperi cœnam sumat,
aut contra uesperi ientaculum, manè plene prandeat, tunc dabimus ientáculo, puta
ex pane, & uuis passis, aut indecrepitis ex mulso solo, si sint in extremo, uel cū modi
co panis horas V I. & horas X V I I I. pleno cibo, & diuidemus utrumq; tempus ea-
dem ratione in tres partes.

Vt panis concoquatur. Quod si panis non bene concoquatur, uel ob tabem uentriculi, uel ætatem, uel
quia desint dentes, panem infundemus in aqua, & melius concoquetur in ientacu-
lo, quàm uino, uel iure: à frigiditate enim illa redditur friabilis, & calor uentriculi co
gitur. Sed si frigidus sit uentriculus, nonūnquam iuuatur ualdè à mellicrato, aut ui-
no, uel iure calidissimis, & sentitur ex usu suauissimus ille potus in hyeme præser-
tim, ut gelidus in æstate. Et hoc conuenit, quod de frigida dixi cum homo est con-
tentus pauco pane, & uuis passis, uel similibus. Et si uirtus uentriculi præcipuè cō-
coctrix sit ualdè imbecillis facta, debemus adhibere panem coctum solum cum iu-
re pulli, & uuis passis: & post X V. uel X X. dies carnem suillam, suis unius anni assatā
in ueru, ualde mollem in pauca quantitate, aut auiculas in patina ex iure. Et hic mo-
dus respondeat rationi uictus aquæ ligni in Indica lue, nec erit minus utilis.

Nota. Et debet homo hîc quia plerunque incidit in magnam alui leuitatem, aut dutí-
tiem (quorum utrumque ualde molestum & periculosum) etiam à leuitate intesti-
norum uti, & à diarrhæa humectantibus, uelut pinguibus, & uuis passis, & in dur-
tie oleo, ac iuribus, & sensim procedere: nam debilis uentriculus afflictus his dispo-
sitionibus, ab alui astrictione in diarrhęas, & dysenterias transit: & ab intestinorum
leuitate, uel diarrhęa, uel etiam dysenteria in dolores cholicos, à quib. moritur. Va-
lidus autem non ita.

Ventriculi fotus. Et in æstate iuuat fouere uentriculum charta scriptoria munda, & in nocte pelle
capreoli molli, in hyeme, in die pelle leporina Sarmatica, in nocte puluinari purpu-
reo pleno anseris iuuenculi mollissima pluma: omnibus temporibus oleo ompha-
cino hyeme ex absynthio Romano, aut mastyche, chia, æstate ex cotoneis, aut labru
sca. Somnum producere in multum diem, & meridianus etiam loco nocturni, ad-
iuuant somnum præter reliqua quæ ad somnum descripta sunt, odor florum papa-
Somnum conciliantia. ueris, & nympheæ albus, & uiolæ purpureæ recens: at cùm horum aquis si insper-
gantur lilia, sed à triduo mutari debent chamæmeli, & leucoíj, ac nympheæ, sed lu-
teorum. At ozimi florētis minuti, atq; odorati ualdè præter id quod somnum con-
ciliat, & si edatur semen siccum, & folia: tunc enim uentriculo sunt utiliora, & som-
nos dulces conciliat, & cerebrum purgat ab atra bile, & ipsum tum cor confirmat,
ac exhilarat.

Detergentia appetitum excitant. Quæcunq; igitur detergunt, etiam appetitum cibi excitant, præsertim si grata gu-
stui, & astringentia, & bene odorata sint, & bene nutriant. Detergentia ergo, boni
odoris, boniq; saporis, calida potius quàm frigida, boni alimenti, & facilis coctio-
nis, astringentia humida, benè præparata, ac opportuno tempore adhibita esse de-
bent, & hæc coctioni accommodata, & appetitum excitant, talia uerò etiam ad di-
borum

borum retentionem conferunt. Quicunque autē dum ſine cauſa expergiſcunt, ſentiunt in uētriculo pondus, & leuem etiam dolorem, ac moleſtiam, aut ſitim, hi ſi ſuperdormiant, iuuātur: ſed ſi tetrum ſaporem ualdē, odorem ue, aut nauſeam, aut ructus malos euomere procurent, hæc eſt meta.

Porrò cruditatis damna tot ſunt, ut dinumerari non queant, peiora autem ſi corruptio accedat, & in ſenibus peſsima, præcipua tamen uertigo, flatus, uigiliæ, ſatietas, dolores capitis, uel uentriculi: Inde triſtitia animi, ſitis, malus in ore ſapor, corporis grauitas, malus odor, facile iraſcuntur. Quod ſi nullum horum adſit, nec dormiendi uolūtas, cùm uigilare cogatur, ſi poteſt dormiat: quieſcat diutiùs, ſurgat nec fricetur, inambulet, aut leuiter, & ſi uomuerit, nihilominus ſuperdormiat ſi poteſt, aut planè quieſcat. Quod ſi cruditas concoquatur, & deſcendat hypochondria, fo- ueantur oleo leni, & calido præcipuè chamæmelino, & multa lana, & pluribus diebus in huiuſmodi cruditate confert ſumere aliquid cibi leuis, cocti, pauci, incidentis, & attenuantis, nec multum nutrientis, unde oua bifariam uitare oportet: ſi neq; medicamento purgetur, nec euomatur, neq; ſomno ſoluatur, ſumere iuuat diatrion pipereon cum uino potenti, pauco, & ualdè calido. Pręterea ſunt duo quę plurimū conferunt uentriculo ad detergendum, nec aſtrictione ūacant, ius caulīū à Catone elaboratum, & ius lenticulæ ab Hippocrate. Eſt autem quoddam illius genus, cuius etiam meminit ſacra pagina, odoris admodum iucundi, gratiq; ſaporis. Eſt enim ius, ut dixi, cochlearum, ſingularis utilitatis ad uentriculum languidum, aut cruditate laborantem, talia feruidiſsima, nedum calida aſſumi debent. Erinacei quoque terreſtris ius non ſolùm caro præſtat. Inter aromata nux myriſtica, & ipſius cortex, tum garyophylli, Mugilis uentriculus quoq; proprietate haud obſcura, & coriandri ſemen ex aqua roſacea præparatum.

Cruditatis damna præcipua.

Vt concoquatur.

Detergentia duo præcipua.

Et ſcias quòd nihil melius eſt uentriculo, quàm nutrire ipſum his, quæ uehementer appetit, modò non omninò praua ſint, aut poſtquam aſſumpſerit illi magnum negocium faceſſant: contra ſi præter id lætetur, & confirmetur, & reſtituatur. Et inximè referto multo cibo, & potu: Et repleri his, quæ omninò carent aſtrictione, ueluti peponibus, ficubus, ceraſis, & magis amaris, ac humidis, tum puluere omnis generis plurimum obeſt illi: Et inſipida, & pinguia, & amara, & acria, & acida pura, uacant omni aſtrictione. Delectatur igitur aſtringentibus, ſalſis, auſteris, dulcibus, & etiam acerbis. Sauich pomorum eſt decoctum ex pomis odoratis, aſtringentibus, cum tota ſubſtantia, & ſeminibus, & cortice donec diſſoluantur, & plurimum prodeſt æſtuanti uentriculo. Et Arabibus ob aēris temperiem eſt non tam utile, quàm neceſſarium: ſiſtit uomitum, & eſt iucundum.

Quæ ualde uentriculo nocent.

Quibus delectatur.

Et uētriculus maximè lædītur à ſanguine in eo cōgelato: inde ab atra bile, poſt ab humore nigro, et à cruditate praua, deinde à pituita, laxatur enim et diſtēditur, et refrigeratur. Poſt ab humore crudo ſimplici, demūm â flaua bile, licet excitet nauſeā, ſitim, amaritudinē oris, uertiginem, capitis dolorem, deiectionem appetitus cibi.

Cibi ergo excitantes appetitum præter dictos ſunt aquæ ſalſæ, & muria, ac garū, & hæc aſtringunt, atq; detergunt, & bulbi: hi enim & ipſi detergunt, ſed non aſtringunt: & petroſilium, & piper, & acetum, unde acetaria: ſed de omnibus his aliàs dictum eſt.

De Vomitu, & proximis illi. Cap. XXVII.

Omitus eſt perfecta operatio uentriculi in expellendo. Quod ſi imperfecta ſit, dicitur ſubuerſio cum fluctuat, & non expellitur. Etſi ſine motu ſit, adſit tamen appetitus eiiciendi eſt nauſea. Quod ſi per flatum, uel auxilio uentriculi, uel ſine, aliquid educatur extra os, aut ad os eructare: ſin autem ſolus aēr ructare. Ergo cùm quis facilem uomitum habet, & ſine noxa, eo utiatur: ſin ſecus uitare quantum licet. Fit hæc commotio partim per muſculos uentris, magis naturaliter per uillos uentriculi coadiuuante illius carnea externa parte: quare ob id ſi difficilis fiat, franguntur nonnunquam uaſa pectoris, oculi extra ſitū

Vomitus quid. Subuerſio ac nauſea.

Vomitus uires.

naturalem protruduntur, dentes autem à uomitu congelantur. Iuuat morbum nephriticum, cholicam, & persæpè ileon, podagram, et morbos articulorum, prohibet scyrri generationem, & uentriculum ipsum. Quomodo ergo dicit Princeps quod nocet uentriculo, iecori, & pulmoni, & etiam comitialibus. Et hoc est uerum, ut ille ipse dicit, modò causa non sit ex uentriculo ipso. Dico ergo quod cum homo sentit fluctuationem in uentriculo, quæ non sedatur sponte, & cito: aut comedit res, quas concoquere in tempore quietis non poterit: aut res malas, aut eructat, aut ructat cum malo odore, aut sentit à cibo dolorem in uentriculo, aut experrectus à somno saporem prauum in ore, aut odorem. Et generaliter cum cogitur commoueri uentriculo pleno: aut non sperat perfectè concoquere posse cibum, scilicet ut corrumpatur, aut in cruditatem uertatur, aut quod nimis nutriat, aut suspicetur de ueneno, debet procurare uomitum. Sed in ueneni suspicione plenè totum euacuare, in aliis nõ ita, sed quod uidetur esse superfluum. Prouocatur autem uomitus optimè cum aqua aceto mista, quod etiam dentibus utile est, & cum aqua sola si desit acetum, & etiam sine aqua. Vno modo, eodemq; fricando duos digitos, indicem, & medium sæpè super linguam, & imaginando res fœdas, & alios uomentes. Et cum Hippocrates ex Arabum sententia suadeat bis in mense, & continuis diebus uomitum dubium esse non debet, rem fore utilem ualde, & tutam, & naturalem, quæ fit cum facilitate, & sine noxa. Nihilominus parcè exercendus est, maximè in senibus, & ubi absint suspitiones dictæ. Ergo poterimus solũ cogere, ut eructet q̃d est superfluum absq; uomitu, nã nõ subuertitur ex hoc uentriculus, sed solùm fundus cõstringitur. Et hoc est ualde bonũ cum natura emittat prauum, aut molestum, aut superfluũ, & bonum retineat. Quod si ab hac euacuatione succedat somnus est optimũ. Sin aũt nõ sufficiat, possumus educere tantum cibi ut alleuietur, quiescatq; uentriculus, & superdormiat demum, si nec hoc sufficiat, tunc omnia educantur, & in omnibus his somnus succedens est utilissimus, præterquam in suspitione ueneni.

Quomodo prouocetur uomitus. 4. 1. c. 13. Polybus 1. de salub. dieta & 5. de usu pa. cap. 4.

Nota.

Quod si quis obijciat illa uerba Galeni, (nam cogere eum uomere, qui non potest, absurdum est) norit loqui de his, qui difficilem uomitum habent, & nõ sine noxa euomunt. Quare aliud hoc est quàm euomere, etiam quod subuersio nõ præcedat. Causę igitur utilitatis uomitus sunt per se attractio materierum ab inferioribus ad superiora, & ita confert intestinis, renibus, ueſicæ, pedibus reuellendo, sed contra nocet capiti, oculis, dentibus, & pulmoni. Iecur autem quoniam est illi ualdè cõiunctum in uomitu alleuiatur per se, ut non trahat neq; malum succum, neq; nimis repleatur: contraria ratione assuescit, mittere excrementa, quæ per urinas, atq; intestina euomere debet, ad uentriculum remittere, à quibus debilitatur uentriculus, & corrumpitur etiam illius temperies, & cibi appetitus uitiatur: sed hoc non fit, nisi frequentius administretur, quàm bis in mense: multò minus continget si sit uomitus ructuosus: horum omnium modus est utilitas, aut noxa: facilitas, aut difficultas, & tollerantia, aut non posse ferre. Verum cum uomitu uti uolumus pro instrumento curandi morbos, hoc non spectat ad hanc contemplationem, ut neq; cura uomitus superflui, sed diffusius de his egimus in libris Promptuarij.

1. de locis cap. 4.

Vomitus nocumenta.

De Causa seroſorum excrementorum in senibus. Cap. XXVIII.

Senes cur multa congerant excrementa humida cùm sicci sint.

MAgna adhuc est in hoc ueterum oscitantia. Omnes enim norunt dicere, quòd senes quamuis sicci, multa tamen congerant excrementa humida, aliqui etiam dicunt, & rectè, seroſa: sed quomodo & cur non sciunt: calor igitur cœlestis mouet semper, & attenuat, unumq; enim utriusque modi causa est permistionis, quod etiam in artificijs utpote in antidotis experimur. Contra elementorum natura separationem quærit, quoniam terra motum aquæ impedit, aqua terræ quietem: ubi ergo calor naturalis deficit, non attenuantur elementa, neque miscentur: ideo seroſa excrementa abundant, in quibus aqueum excrementum tenue manet, & admistum malè terreo crasso: sin autem natura sit parum ualidior, terreum attenuatur, aqueum crassescit, & fit maior permistio. Ideo decrepiti habent

habent excrementa magis tenuia in liquidis, magis crassa in terreis. Et ubi crassities excrementorum, ibi coctio propior, & calor naturalis potentior. Ob id excrementa tenuia facilius expelluntur crassis, si non fuerint corrupta: & ita facilius symptoma curatur. Causa tamen symptomatis quæ est morbus, facilius curatur in crassis excrementis, quàm in tenuibus, quia caloris uis minus recessit à natura propria. Morbus igitur ex crassis excrementis est periculosior, & difficilius sanatur, quàm ex tenuibus. Sed tamen maiorem spem habet, ac præbet plenæ sanationis, quàm qui ex serosis, & tenuibus, cuius nulla est sanationis spes.

De præseruatione à fœtore corporis. Cap. XXIX.

VAecunq; putredini resistunt, eadem & fœtorem omnem amouere nata sunt. Resistunt aũt putredini mirum in modum myrrha, & omnibus alijs rebus magis. Est enim calida & sicca uehemẽter, & amara, & odorata ualdè, licet quæ ad nos defertur, quod maxima ex parte adulterina sit, nõ uideatur admodum, neq; iucundi, neq; magni odoris, sed lachrymas ignis dijudices: licet autem è lignis uelut santhalo lachrymas elicere: neq; necesse est ut lachrymę lignis magnitudine odoris respondeant. Modus autem extrahendi lachrymas odoris, ac substantiæ incorruptæ cum ab igne uruntur, in nostro Promptuario edocuimus. Mastix quoque insperſa, & camphura illita, sic & stillatitia aqua florum uerbasci, & gentianæ, ac limuniorum succo parata, sinapi quoque aqua subactũ, & cuti affrictum. Et tandem omnia quæ putredini resistunt, ut diximus.

Quę putredini resistunt fœtorem amouent.

Ad cruditatem senum, ubi de uomitu prouocando. Cap. XXX.

NIhil familiarius senibus crudítate, quippe uentriculus grandis, & exanguis, somnus exiguus, exercitatio pauca, si iuxta rationem uiuere debet, dentes rarò numero perfecti, certè imbecilles, & minus acuti, & mãdibula etiam infirmior, adeò ut in pluribus quibus iuuenibus soleret per somnum conniuere dehiscat: ea autem mater omnium malorum, & uigiliarum, & dicta sunt, si leuis sit, & somnus sperari possit, nihil melius: secundo loco uomitus est, si tamen noxius est hernioſis, & lippientibus, atque habitu tabido, & in hyeme maximè, sed hernioſis uinculum auxilio est, & oculis, si frons uinciatur: senes autem rarò tabescunt: Vomitus autem prouocatur penna indita gutturi oleo intincta, aut præsentius duobus digitis, post policem animosè, donec collumelam tangas gutturi inditis, sed & si securus sis posse prouocare aucto potu modico aquæ melius proficies: oportet autem pronum exerere caput, & comprimere præcordia sursum leuiter modo ex æquo, modo dextrum, aut sinistrum: diuersa enim ratione unum altero magis iuuat. Cùm uerò non iuuerit decoctum ex hordeo, & coriandris cum plurimo anetho, post addito aceto si libet utile est admodum, nam anethũ præter id quod prouocat uehementer uomitum, resoluit etiam flatus, & coctiones adiuuat, si quid relinquatur, & amicum est naturalibus membris, neq; pro sanis ulterius progredi necessariũ puto. Porrò cùm uomitus tres ob causas sit necessarius, præteritas, præsentes, atq; futuras, omnes tamẽ in futuras ordinant: præteritarũ aũt præcipua est cruditas, quę dicta est: secũda suspicio ueneni assumpti: tertia multitudo cibi aut potus nimia: quarta prauitas illius: quinta si quid humoris in uentriculo præfuisse coniectemur. Præsentium autem nausea, & quam uocamus subuersionẽ, & pondus, & dolor non ex flatu, sed ex materia, & sapor prauus, aut odor teter. Futurarum autem causarũ, si uigilandum sit, si laborandum, si curis grauibus animus implicandus sit, si scribendum multum, si iter agendum, si concubendum, si coli dolor, si nefritis, si accessio febris immineat, si aliquod opus aggredi oporteat ante coctionis tempus, denicq; omnibus negocijs magnis optimũ est, si diuturna admodũ, & grauia nõ sint, uelut prælio occurrere uentriculo uacuo, quàm à cibo assumpto,

Cur senes crũditatibus abkdent.

Vomitum prõ uocantia.

Nota.

in magnis autem, aut ualdè diuturnis, uelut equitatione longa, aut fodiendo agrũ: hic enim grauis labor est, aut (ut dixi) in prælio, nam utrumcp accidit, his occurrere expedit, nec uacuo uentre, neç admodum pleno, sed nullo aut modico potu, cibo minus quàm mediocri, sed succulento, & firmo. Porrò homini ciuili, & qui ieiunare facilè non possit, nec liceat, quasi auaritię causa fecerit, ieiunum imperare iam cõposita cruditate, tum maximè inchoante opportunum fuerit pane leui, & auiculis cœnare: nec multum refert, modo ex iure condiantur ad ciuilis cœnæ instar, quæ nam sint: Passerculi enim sunt meliores, & seniores ex his: melius enim melle: cappares uentriculum purgant, cum enim calidi sint & sicci, & exiles, & nullius pene nutrimenti distribuunt cruditatem, nec impediunt coctionem: quin etiam uentriculum nutriunt, cætera nihil, & temperãt quod reliquũ est, & roborant ob similitudinem, hoc facere etiam ac repetere expedit per circuitus nõ longos, si occasio eueniat: sit autem ius præparatum, sed simplici admodum arte, ut modico salis, & rorismarini, ne longiùs petita, uel quæsita uideantur, & tamen ius suaue quod æquet, & placeat. Post passeres sunt sturni, sed iuuenes, & non pingues. Ex auibus autẽ sunt *Alphuachat*, columborum syluestrium genus appellatum, post quos columbi turrtii, quos arabes appellant *Alfrach* uno nomine significantes, & genus, & speciẽ, & quod emiserunt pennas, sed nondum possunt uolare. Et oportet ut comedatur solum pulpa alarum, & iecur, & sanguis qui est in corpore, si sint ualdè mollia, & ius pingue confert ad aluum purgandam. Et post hos sunt pulli turturum similiter, sed eos nõ sum expertus. Et debes scire quod huiusmodi ratio est, uelut eorũ qui bene scribũt: ipsi enim contenti sunt gladio, & anseris penna, quam duobus ictibus præcidunt, ut ars sit in dexteritate manus, & ut nil sit uitiosum, charta non committat, attramẽtum nigrum sit, penna satis dura, & acies illius apta, gladius scindat ita:

Vide in 3. lib. c. 160.

Nota

Virtus est uitium fugere: Mille præceptis ars compleri non potest, mille medicamentis uentriculus emendari, nam fastidium multiplicata auxilia, & mistio uaria, ac impedimenta pariunt, non leuant: opus est diligentia quæ iudicio, experientia, & arte conficiunt facilè, quod secùs infinitum est. Duo sunt præcipua quæ ad uentriculi cruditatem tollendam sunt eligenda, sal, & gingiber: hoc discutit, cruditatem dissecat etiam crassissima, uentrem lenit, anhelitui confert, ita omnibus confert, ut nulli obsit, sed hæc.

Auxilia ad tollendam cruditatem.

Immodicis breuis est ætas. Adeò difficile est habere optimum, carie enim statim corripitur, nec solum carioſum effugere oportet, sed ubi ppè caries adsit, nam cum semiputridum est, quodcunq est, propè putrescenti: Et in uia est ac in medio, cuius iam pars uitiari cœpit, antequam enim uitiari cœptum sit, uitiatũ esse oportet. Nihil autem celerius computrescit hac radice, & quæ rubra est, calidior est. Et timore etiam est, ne plus exhibeamus, quàm ut inter cruditates extinguatur, offendatq uentriculum, ne dum iecur: ergo teri debet etiam subtilissimè, quia ligneum est, ut terl possit siccari in furno: hoc enim etiam impedit nè corrumpatur. Exquisitissima ergitur opus est ad cruditates: sed & hoc iuuenibus proderunt. Quibus uerò uirade conditum habetur, his quãtitatis solum ratio habenda est, uel si saccharo, sed caue ne siccum iam, & aqua emollitum condierint, dupliciter enim incommodo afficieris. Sed ut ad rem redeam, triplex est cruditas in uentriculo, quæ omnium est minus periculosa, sed nihil cibi postulat. Et si modo contentus esto, si hora prandij sit, & aquosa solo melle cum pane, & os abluere cum aqua: sin uerò, in cœna, ut dixi, auiculis cum eodem scilicet pane. Secunda est in uenis ultra epar, & in uniuerso corpore quæ periculosissima est, nisi decubuerit, sed cibum nõ solùm admittit, sed expoſcit: secùs deliquia animi infert, & syncopim minatur. Media est in præcordijs ad concoctionem facilior, atque sanationem, ea quæ in toto est, & cibum qualem, dixi, ut prima, ac magis requirit non solùm patitur, non tamen adeò ut secunda, neq tam facilis ut prima. Neque tam conueniunt incidentia, & attenuantia ut quidam putant ultra mel, modò enim non peccent, lentore immodico, aut crassitie peregrina qualitate, si inficiantur in prauum transibunt alimentum, quo circa nõ ultra mel transeundum consulo. Post piper aceto, & sapa madefactum: cappares & similia, præter,

Triplex est cruditas.

præterquam quod alimenti naturam corrumpunt, etiam aliena imbuunt qualitate: sunt enim amari, & propellunt cruda ad uenas, salubrior esset ruta, quæ flatus discutit, minimeq; prouocat, præsertim ad cappares collata. Sed & de cruditate aliàs dictum est. Illud planè animaduertendum senibus uentriculum primũ debilitari maximè studiosis, ut etiã Celsus docet, quod natura exanguis tenuius, & inanitate ampla excipiat, multitudinem ciborum, & duriorum, & diuersi generis, nec ulla ratione subactorum, sed prorsus à sua natura, totiusq; hominis alienorum, etiamsi quam diligentissimè illi offerãtur, nec ullum maius his malum unde seges cruditatum, & ex ea semina omnium morborum, quare præter custodiam, & exercitationem matutinam, interdum uino Cretico modico confirmandus, suspensis etiam collo amuletis, laspide siquidem orientali, uiridi & splendido, ut Galenus testatur, tum uerò rubro coralio ardente: is enim non minus efficax illo existimatur. Familiare nostrũ quo ego utor in me ipso, & mollit uentrem, purgat, & dissoluit flatus, cõfirmat uentriculum, & aluus ipsa lenis manet aliquot diebus, & est suaue, aperit etiam obstructiones, & est utile iecori, & administratũ simul intus, & extra. ℞. olei rosati redolentis lib. j. uini Prannij dulcis unc. viij. mastyches recentis mundi unc. iij. coquãtur in uitro in duplici uase, uel figulino uitreato ad uini cõsumptionem: sumebã aũt frigidum, & uix unciæ dimidium, tardari debet cibus horis quinq;, & est amarum.

Ventriculum senibus debilitari.

Nota.

Amuleta.

Medicamen familiare nostrum.

Ad lapidis generationem tam in renibus, quàm in uesica prohibendam, & ad eos, qui iam geniti sunt dissoluendos. Cap. XXXI.

Contingunt non solùm lapides tam in renibus, quàm in uesica, qui à caliditate, ut author est Hippocrates, generantur, sed & alij morbi, quorũ caliditas superaucta causa est, sicut urinæ profluuium, & dolores ab eadem, neque solis in his, sed uiri octuagenarij fluxu sanguinis narium interière. Et cùm ætas senilis sit frigorifica, in quibusdam tamen hominibus membra quædã inflammantur, ut renes, uesica, unde dolores, & lapides nõ antea orti. Genitalium, incendia, sanguinis sputa, & profluuia è naribus. Vnde hoc cum tota illa ætas frigeat? Et prima causa ac per se est siccitas, quæ dum adhuc homo iuuenis erat, obtuso calore ab humido exuberanti non poterat caloris actionem intendere: nunc per ætatem illi adiunctam, quamuis aliquanto minore adeò ipsum exacuit ut multò magis urat: hæc causa præcipua est, qua potissimum in renibus, post in corde, iecore, & cerebro uiget, rarò in alijs membris præterquam circa genitalia. Alia causa, sed longè minor est putredo. Tertia est quoniam calor naturalis assuetus cohibere bilem factus imbecillior non potest. Ergo & curatio nõ cum frigidissimis esse debet, tum quia causa est potiùs siccitas immodica, quàm calor ipse; qui iam minor factus est quantitate: & quoniam extinguere calorem cum siccitate immodica coniunctum, aut non licet, aut ipsa extinctio mors est totius, aut illius membri: sed tamen ab omnibus excalefacientibus tantò magis cauere oportet, quantò postmodum excalefactum refrigerare nõ licet. Itaq; & ab immodico exercitio, imò omni abstinere oportet, præcipuè si in renibus culpa sit, & à Venere, & à crapula, & ab acribus, & à uino quantum fieri potest, & ab aromatibus etiam, si parum acria sint, uelut nux myristica, & à salsis carnibus, ac piscibus, à farciminibusq;, præter reliqua. Vino autem potenti, & Venere, & uigilia nihil est deterius. Humectare autẽ tum intus, tum extra, & intus quidem uitelli ouorum densati, & iura, sed omnia moderatè. Et testudinũ nemorearum præcipuè caro, & iecora, uiuũt enim pluribus diebus absque cibo. Et ideo etiam limaces, & ranarum iecur ac crura, & astacorum caudæ, chelæ uiscera, & similia ex regula data nota. Et florum multi, nympheæ præcipuè, nam humidi sunt in secundo ordine, ut Rasis testatur, & Haliabbas secundo Practicæ, & Princeps, & Auenzoar, & Bimmasua, qui fuit huius rei inuentor. Verùm Græci hos non agnouisse uidentur, eiusq; plantæ tùm radicem, cùm semen siccum esse dicũt, ac refrigerantis facultatis, id quidem uerum est, sed habentis luteum florem, odor iucundior est, & plantæ temperamentũ æquali proximius, nihilominus humectat egregiè, sed quod

Lapidis generatio.

Exercitium immodicum malum.

Humectatio.

37. Cont. c. 495. Cap. 37.

quod ſiccum ſit ſemen, nedum flos, neſcio quis perſuaſerit cum uiſcidum ſemen: omnia autem talia humida ſunt natura, ut radix ſymphiti, althęæ, glutina piſcium, ius coactum, ſemina cotonei, omnia enim huiuſmodi tantò humidiora ſunt, quanto magis lenta. Sed & extrema animalium pedes, ac capita, ideo ſemen nympheæ etiã præter florem ipſum eſt humidiſsimum. In eo genere & illi proxima, flores uiolarum, & pyrorum, ac magis etiam malorum. Omnia hæc in ſyrupum, aut ſolidiorem formam redacta humectant, præclarè ut etiam medulla Indicæ nucis. Et glycirrhiza, & forſan etiam papaueris flores. Iuuant & ſicca immiſta frigida ad cohibendam putredinem, & quoniam cùm parum refrigerent, multum tamẽ calorem inhibent, & alienam ſiccitatem extinguunt, ut pleraq; calida calor ignis extinguit. Peculiariter autem lapidis prohibent generationem, quæ illos frangunt, quæ diſſecant, quæ paruos in renibus genitos (eiuſmodi enim eſt origo naſcentium in ueſica plerunq;, ut rectè animaduerterit Fernelius, licet haud ſemper) pellunt, cuiuſmodi lachryma ceraſi arboris, aut terebynthi, aut oſſa meſpillorum, aut oculi lapidei aſtacorum, aut cortex cochlearum, præcipuè apex, & ualuæ, & lapis Iudaicus, & decoctũ carduorum. In genere autem incidentium limunij ſuccus, & ex ſucco ſyrupus, & ſaxifragia uera, in montibusq; orta, & ius aprí, & urina eius epota, quam ſi quis refugiat, deſtillatam bibat. Et exercitatio matutina uacuo uentre molles refringere ſolet, & paruos educere: & ſi obſeruemus, & cum impetu emittamus urinam eam colligentes. De aue autem, & léporis pelle, hoc ipſum falſum illud inexpertum animaduerti, multis hanc uel illam tentantibus. Sanguinis autem hircini, & radicis graminis experimentum habeo.

Nota.

Quæ lapides frangunt.

Rurſus quæ iam genitum frangũt, hæc ſunt, balſami ueri ſuccus inter cætera. Panetariæ ignis, ſanguis etiam hircinus cum myrrha. Aliud ualdè bonũ, radices graminis in uino albo potẽti infuſæ, debent autem prius tundi. Aliud à me expertum, quo confregimus lapidem magnum, nec auellana minorem in Bernardo Gemmario. Primum miſimus ſanguinem ſemel è cubito, inde è talo, aderat enim febris, & plenitudo, inde cum hiera & caſsia nigra eum purgauimus, ſæpiùs etiam adhibitis enematibus, à ſecunda die exhibui hoc medicamentum in aurora, uel paulò ſeriùs repetentes in ſingulos dies. ℞. ſuccum duorum limuniorum ter colatorum, oxymellis ſcillitici unc. i. uinaciollæ unc. ij. uel iij. radicum cardi fallonum, aut uulgaris in olibano ſiccatarum, & in polinem redactarum drac. ij. Miſce & calidum propina. Multa quoq; alia à nobis commemorantur remedia in libro de Experimentis, nec non & in noſtro Promptuario, quæ genitum in renibus lapidem frangunt, quę nos experti ſumus. Qui uerò in ueſica genitus eſt, ac exiſtit, quam primùm medicamentis non cedit, euellere oportet: nam indies augetur, & ueſica magis læditur, & infirmior redditur, & uires imbecilliores, propterea leues deteriores, qd' & tardiùs innoteſcant, & cogniti uſque ad extremã magnitudinẽ deuenire ſoleãt, antequam extrahantur, cùm parum moleſti ſint: at alioquin aſperi longè deteriores, & nõ detracti, & cùm detrahuntur. Modum uerò detrahendi in libro de Experimentis ad unguem edocuimus, ubi etiã deſcribemus præſtans medicamen, quali uſus eſt Michaël Angelus Florentinus ſummus pictor, ac ſculptor, ex quo ſanatus eſt reſoluto lapide, oualis magnitudinis in arenam. Multa auxilia ſunt in uſu epota appoſita, atque impoſita, uelut urtica ſaxifragia, caprifolij oleum, ut dicitur mirabile lauri, cyperi radices. Raphani ſatiui, limunij ſuccus, uitri & ſcorpionum cinis, apri urina, uermes contriti. Troglodytes, id eſt, cauernas ingrediens, aut forſan auis peculiaris ei regioni, atque multa alia huiuſmodi, de quibus in Prõptuario capite proprio. Scias tamen quod quæ renes confirmant, addunt robur toti corpori, præter id quod cuſtodiunt ſanitatem illorum, & præſeruant à lapidibus eorum, & ueſicæ, in cõtinentia urinæ impedimentis urigine. Et ſenes, quia maximè obnoxij ſunt eis, ideo maximè horum cuſtodia indigent. Et equitatio equi tortoris, & à cibo, & uinum præcipuè nocent renibus, & diu ſtare, ut contra madefacere loca illa aqua frigida dormire in ſtuppa ſerici potare, laç ouillum multum confert illis.

Lapis in ueſica genitus citò euellendus, & cur.

Michaelis Angeli experimentum.

Renes confirmantia.

Experimentũ.

De Detrimentis astricti aluus. Cap. XXXII.

HAnc partem adeò necessariam nemo attigit, cùm tamen nil tritius sit huiusmodi quęrela. Aliqua ergo sunt quæ imminent, & non sunt metuenda, alia metuenda, sed non adeò imminent, quędam & metuenda sunt, & etiam imminent. Planè omnibus ægris, & imbecillibus, & insuetis metuenda est alui suppressio, & detrimentum certum affert. In horum igitur numero sen es sunt: quo nomine hanc tractationem hîc inserui. Et ægris quidem quoniam in eis aut materia adest, & uapor, aut intẽperies: & quicquid horum sit cum retinea-tur, necesse ut deteriùs agant, cùm uapores ad cerebrum deferantur, & ideò in morbis cerebri hoc pessimum est. Primum ergo fæcum retentio nocet sibi ipsi: nam fæces perpetuò magis siccantur, & ideò difficilius postmodum exeunt: & hoc est detrimentum per se. Vnde in coli dolore, et ileo pessimum est, quandoquidem etiamsi hæc non adsint, ea inducere possit alui astrictio. Secundum est retentio uaporum, unde incrementa febrium, & acuitas, & acredo humoris, & capitis grauitas, & offensa neruorum, & oculorum ac sensuum. Tertium est nausea: afficitur enim uentriculus consensu coli intestini superequitantis eum. Quartum est inflammatio ieiuni, unde morbus regius, & malus habitus. Propterea hoc symptoma propria detrimenta habet hæc, sed & alia communia, scilicet quod aggrauat omnes morbos, qui ab alui profluuio læuari solent. In senibus autem aggrauat destillationes supercalefacto capite, & retenta pituitta, & humore crudo in uentriculo. Et generat etiã flatus, à quibus dolores, & subuersiones fiunt. Demùm facit uriginem urinæ ob duas causas, atq; hoc est pessimum: nam bilis & humor crassus, qui deberent expurgari per aluum, cùm non excernantur, per ipsam traducuntur ad uias renum, & bilis generat uriginem, & humor crudus crassus, cùm non possit à debili uesica benè excerni, cogitur, & lapidem generat, & hoc est pessimũ. Et tãdem (ut summatim dicam) astricta aluus omnium malorum est mater, & præsertim in senibus, debent ergo eam humidam, uel lubricam, quantum fieri potest procurare, modum supra edocuimus.

Nota.

Alui suppressio metuenda.

Quibus noceat.

De Regimine conualescentium. Cap. XXXIII.

COnualescentes ad ægrorum potiùs, quàm sanorum rationem pertinent, tùm quod curari debent his, quæ ad morbi naturam respiciunt, tùm quia pars eorum ægra est, licet specie sani uideantur. Sunt etiam non parum à natura distantes. Omnibus communis est imbecillitas maior, quàm in ęgris ipsis duabus ex causis: una quia duorum dolorum maior obscurat minorem: ægri uerò cum morbi noxa affliguntur, minùs conualescentiæ imbecillitatem sentiunt: quæ cum magna etiam sit, & maior quàm ægrorum ipsorum, ob id magis uexantur. Est autem maior, quoniam si morbus tolli debuit, necesse est materiam auferri, quæ cùm tollitur, deperit, ex uiribus iuxta materię multitudinẽ, ac prauitatem, dicente Hippocrate, si uniuersum pus, aut aqua effluxerit in aqua intercute laborantibus, aut suppuratis quod repentè moriuntur. Igitur summa imbecillitatis cura in conualescentibus habenda est, longè enim deterior fit recidicia, sua radice. Quibus uerò cibis uti debeant, infrà declaremus.

Conualescentes potiùs ægri, quàm sani sunt.

6. Aphor. 27.

Cap. 37.

De Regimine iter agentium. Cap. XXXIIII.

ITer omne, aut terra, aut aqua, quod sanè mollius est. Ostendemus autem causam. Terra quidem triplex pedibus, equitando, et uectatione, è genere uectationis est lectica, cùm in domũcula coriacea, quæ duobus equis, aut mulis induti uehimur. Alij in sportulis iunceis, aut uimineis feruntur bini, ac bini insidentibus mulis, aut camelis: alij obequitant illos, aut & elephãtes, aut asinos. Vehuntur autem tabula, curru humili, essedo, carpento, carocia nouum est, uehicula, & fercula uocabantur Pilemum carpento in eosdem usus petorita. Quis numerum censebit?

Iter quibus, & quomodo fieri possit.

Effeda festimant: pilenta petorita naues. Sed cùm infinita esse possint, eorum nulla haberi ratio poterit, ad proprias ergò differentias, atq; paucas redigenda erunt, tum præcipuè quod eis atque alijs communia sunt, uelut quoniam altiora, humiliora, leuia, grauia, integra, & firma, uel quæ transuehuntur, ut carpenta: per saxa, terram, & in aqua tardè uelociter: æqualibus rotis, aut inæqualibus: commune detrimentum concussio, ex qua uentriculus, cerebrumq; læduntur, adeò ut quibusdam lethale sit ut in Aphorismo. [Quibus cerebrũ cõcussum est, in tribus diebus pereũt:] 7. Pro. 44. nes, & pueri qui ad infantiam pertinent, potissimùm læduntur, celeriùs patiuntur infantes decrepitis: hi læsi difficiliùs redierunt, aut nunquam. Sunt igitur discrimina altiorum, grauiorum, integrorum, atque connexorum in locis duris, ac manifesta magis inæqualibus uelociter mota, & rotarum plurium, quæ sic ostendemus. Sit planum b f, cadat ob inæqualitatem in essedo, ex a in b qui sedet in d sit aliud essedum casus similis, qui sedet in e, dico quod magis concutietur: quoniam locus f est similis b, habebit hypomochlij rationem: igitur cùm uibret iuxta proportionem f ad f d concutietur, tantò magis qui est in e, quàm in d. Et in eodem carpento qui sedebit altius, maiorem sentiet offensam, quàm qui humilius, & erectus, quàm prostratus. Grauiorum etiam unde maiora pari ratione data. Sit g h saxum, aut gleba, ex qua descẽdit rota repentè: quia ergo gra uius descendit ex g, in h celeriùs, licet uideatur in tempore non cognito: igitur maiore cum impetu diuidet aërem, magisq; uehiculum uibrabit, quàm leuius iuxta proportionem illorum: quod quãtò tempus breuius est, totum dico, eò magis erit manifestũ. Ex maiore enim impetu maior ictus: proportio igitur in ictu uelocí, cùm sit eadem, tantò maior erit differentia uibrationis. Integra autem & connexa uelociùs feruntur intrà, tùm quia grauiora immobili hypomochlio, tum quia feruntur per rectam illa, quę habent mobilem currum à sede sua, ut cochia uocata, & sunt carpenta altiorum rotarum, feruntur per decliuem. Sit enim ut in carrochia descendat per tumulum ecta ex d e, & carpento per a b altitudine, a c quæ sit æqualis d e in eodem tempore, palàm est uelociùs moueri a per a b, quàm d per d e: dico tamen quod minùs concutiet quia d e descensus diuisus per a b, ut est descensus, tardior est comparatione mutationis, nam motũ per a f dimidium non descendit, nisi per a h æqualem g d, & ita de aliis. Quia enim fatigatio ex motu per planum b c nulla est, aut saltem longè minor quàm per d e cùm graue descendat: ergo cùm proportio d g ad d g sit maior, quàm d g ad a f, igitur magis fatigabitur d descendens per d g, aut d e, quàm a per a h, aut a c. De manifestè autem magis inæqualibus dubium non est, cùm maius spatium trãseat in eodem tempore, ex duris etiam uelut saxis, & in dura uelut saxa, unde in aqua concussio, aut nulla, aut propemodum: nam ex duris hoc est manifestum: celeriùs enim circumagitur rota & cadit: sed in dura accidit, quoniam reflectitur: nisi enim relideretur, nihil mali sequeretur: cùm uerò necesse sit relidi aliquando, cùm nõ detur descensus in infinitum, aut à duro retinebitur, ut terra, aut molli, uelut aqua impetum sensim remittente: quo circa neq; cum descendit relidi potest, cùm transeat alterius: & cùm retinetur, iam impetus imminutus est: tardiùs enim per aquam necesse est moueri, quàm per aërem. Et ideò cùm in aqua retinetur, non solùm remissionis impetus causa retinetur, sed quoniam partes aquæ illi obuiam factæ ob priorem motum densatæ uicem duri corporis efficiunt, & ob id tum relidi, ac pari, uelut eum, qui non ex alto cecidit in terram, & à terra necesse est: uelociter etiã mota magis: nam feratur aliquid ex a in c dum decidit per d b, aliud ex a solum in b eodem descensu ex d in b, dico magis concuti motum ex a in c, quàm b. Quia enim in eodẽ tempore ut supponitur qualis erit proportio a c ad a b talis temporis d b in secundo descensu ad d b in priore: igitur tempus descensus secundi est maius, quàm primi: ergò d tardiùs mouetur in secundo descensu ad b, quàm in primo: igitur minùs concutit









concutit sessorem in secundo motu, id est, lente ambulante curru, quàm in primo. Hæc igitur nota sunt his qui in libro de Proportionibus, & in Mathematicis Aristotelis sunt exercitati. Similiter dico quod rotæ, quãtò fuerint pauciores, atq; maiores, minùs cõturbant, ac cõcutiunt insidentes: Nam & Romani Imperatores cõmodi causa illis uehebantur. Experimentumq; id docuit cum dicat Suetonius in Claudio. Ita essedo, alueoq; adaptaris, ne ludus confunderetur. Causa etiã duplex est ac manifesta: Rarius enim ascendunt atq; descendunt, nam toties obuiam fiunt impedimenta, quotus fuerit numerus iugorum rotarum. Et quoniam cum altæ fuerint, minùs colliduntur: est enim minor proportio descensus ad dimetientem rotæ, licet ratione eius, qui in uehiculo sedet, contrarium contingat, quemadmodum superiùs dictum est. 6. Phys. Nota. Cap. 33.

Qui ergo elephantis, aut camelis feruntur inundationem, quasi è naui patiuntur maximè in elephantis. Soli autem reges, ac custos belluæ iter illis insidentes agunt, atq; ex hoc genere est lectica. Romani lecticis à seruis octo, quatuor ab angulis, totidem à lateribus ferebantur, potius ambitione ducti, quàm commodi causa, senes cathedra soliti, maximè ægri, ut Solymanus, qui paulo ante periit, & Antonius Leua: atq; alij morbo prauis podagræ laborantes, habent & cathedram currulem, quę suppositis orbibus quaqua uersum in plano progreditur, regreditur q;, currulis dicitur instar curuus ob rotas, quibus innititur. In Germanici uehiculi genere est sella currulis, imò potius lapsilis, quæ constat duobus trabibus leuibus ad longitudinẽ hominis: tabulis cõiunctis in suprema parte, locus paulo elatior, in quo neq; sedet, neq; prorsus extentus residet, sed humili discumbit ne concutiatur rotis curet, & ducitur à Rhingiferis, ducitur per glacies, & niues frigore coactus. Et mira, ut aiũt, uelocitate, scilicet ad C.L.M.P. in die: dilabitur sponte per montes, ducitur ab equis etiam, & à bobus, tumq; tutius ut lentius: uidi aliquãdo Mediolani, puerilis res existimari potest, cum extra loca ea, quæ dixi conspicitur, uelut in Italia.

Fluuij dicuntur quia semper fluunt, ideo de magnis solùm intelliguntur: Flumina quia fluunt, ideo de omnibus qui perpetuò: Torrentia quę magno impetu feruntur: quorum quædam perpetuò aquas habent, quædam aliquando siccantur: possessio fluminum & lacuum utilis est ob pisces, fontium ob aquarum salubritatem, & aspectuum, torrentium ob lapidum uarietatem: quędam etiam nobiliora metalla perferunt. Flumina transimus ponte sapha portu. Torrentia cingulo coriaceo sub alis circunducto: uel cum aquæ desinunt: uel lectica rotunda coriacea, quæ fune in ripa adalligatur: funis aquę impetu ad alteram fluminis partem trahitur aquarum impetu, ita tutò trahitur lectica, si ad eandem partem equi magni, et parui aquam pertingat, tutior est paruus magno: quoniam aqua tum minore impetu ferẽ. Iuuat autem habere peditem à parte inferiore fluminis iuxta caput equi robustum cum baculo firmo, qui obnitatur torrentis ui, & equum cadẽtem retineat, nam prohibere potest casum, & circũuolutionẽ equi, sed si solùm deficiat id opus Dei est. Quod si desit uis eiusmodi non ingredieris, sed expectabis, à pluuijs enim cito decrescit, nam post pluuias per intra unã diẽ: à niuium autem colliquatione serius. In hoc aũt animaduertendũ, quod cũ timuerimus de descensu aquarũ, semper licebit euadere, quia breuior est multò, & ut ita dicã absq; comparatione uia inter ramos, & ripã recta, quàm à loco niuiũ ad locum in quo es tũ & si maximo impetu aqua tũ ruat ex montium iugis. Quo uerò modo in cibo & potu, ac exercitio se gerere debeant iter agentes, si quis rectè animaduertat in hoc uolumine edocuimus. *Fluuij unde dicti.*

De Regimine tractantium uenena. Cap. XXXV.

Vamuis in tertio de uenenis multa hac in causa scripta sint, nihilominùs de his, quibus familiariter uti possumus, dicendum est. Duo autem præcipua uidentur esse, atq; facillima, scilicet radix Zedoariæ uiridis, seu illa sit anthora, seu non, quàm uiridem ex lib. j. collectam condies saccharo, aut uiolaceo condito, id est, ex iulebo facto, seu ex nympheæ pariter iulebo: huic *Duo præcipua præsidia.*

addes moſchi optimi ſcrup.ij. aut etiam uſq; iiij. nam granum unum in drachmam ſingulam diſtribuetur, eritq; maximè efficax, ac temperatum, nam de uētriculo ſpe randum non eſt, ut conferre uel abſq; illo poſsit. Quantitas pro uulgari uſu eſt drac. s. dimidium in ſuſpitione drac. ß. duplumq; liquoris: ſed ſi times epulas, aut tractandum ſit uenenum uſq; ad duplum, utriuſq; ante cibum per tres horas ſaltem: ſi tamē ad conuiuium uocaris, etiam ſtatim ſumere præſtat. Ruta uerò Maio collecta ex lib. ij. ſed folia non radix uiridia ſumere. Eligenda eſt tenerior, nigrior, ac longè exiliore folio: flores illi & craſsiori luteri, parui in ſtellarum formam, ſacchаro hunc condies albo, & licebit drac. ß. & uſq; ad duas recipere, ita ut præter uenenī defenſionem tot cōmoda illa præſtet, quę ſuperiùs enarrauimus. Nam zedoaria in Chyna Inſula, ſeu prouincia condiri ſolet, illinc̄q; aduehi. Impinguat hæc corpus præter reliqua, & oris odorem ingratum uini, & allíorum, & cæparum tollit. Naſcitur in C. Prouincia folio gladioli flore croci fermè, ut quidam putant, occîdit uermes, & flatum diſcutit admodum, loco eius in regionibus noſtris ſupponere licebit, ut uiridem condiamus radicem carlinæ uocatæ, & eſt apud Matthiolum chamæleon, quam plantam cum inter uenena connumeret, ego autem ſæpè illius cum radicis ſuccum non mediocri quantitate deglutiuerim citrá omnem noxam, neſcio quomodo carlinæ radicem adeò uenenis omnibus utilē, ut nihil meliùs excogitari poſsit pro zedoaria imitanda inter uenena connumerauerit. Atque accidunt hæc noſtris temporibus, dum rebus obligatis, ita uerbis authoris cuiuſpiam mordici inhæremus, ut caput malimus amittere, quàm prædam. Hæc enim radix condita ſacchаro confert cordi plurimum, & præcipuè adiecto etiam, ut in zedoaria, moſcho, & urinam, atque ſudores uehementer cit: & humores prauos ac putridos, atque cùm his uenenoſam omnem qualitatem, liquoremq; educit. Huic proxima, ſed tamen uiribus longè inferior eſt herba, quam cardum ſanctum uulgus uocat. Turcam ſpinoſam, & amaram, ideò minus carlina calidam, quæ acris eſt ſaporis, hanc igitur tertio loco ſubſtituere licebit.

Zedoariæ uires.

Matthiolus notatur.

Nota. At qui tractant uenena, uelut uiperas pro theriacis, & hydrargyrium attriſabit, & qui uenena deſtillant, ſeu ut Latinè magis coquunt, hi non leuibus periculis ſubijciuntur. Viperis tamen ſufficiunt chirothecæ è ceruino cor.o, alij dicunt & *Hum. A.* rabicè: ex corio etiam bubali craſſo, & ſuper illas aliæ è ferro: niſi ſerpens ſit eiuſmodi, ut abſque morſu inficiat ut Armene, uel Regulas, & aſpidum quoddam genus, ut ſi quis ipſum uel lancea uulneret, intereat. Auxilium ſi quod eſt à pice liquefacta ſuperiniecta petatur: mures ac muſtelæ uiuæ diuiſæ ſuperponantur, & calx ignita.

Venenis conferenti. Quę autem uenenis, epota conferunt, ſunt ſigillum lemnium, caſtoreum, calamenthum, cogit enim ut attenuetur, & expellatur, & ſemina mali medici, ſed quantitas magna, ſcilicet drac. iij. & ſemina rutæ drac. ß. propriè montanæ. Ex quo declaratur quantitas eius, ut ſumatur tantundem, foliorum etiam, & medullæ nucum, et ficuū, & ſalis ut totum ſit unc. ß. & optimè ſimul terantur, & comedātur, & uinum potens, uelut Creticum cum eo bibatur. Et ſemina arboris ſerapini, & galbanum adeò utetiam illitum prohibeat morſum ſerpentum, ſicut & ſerapinum, & aliud propter odorem: ſerapinum bibitum eſt potentius galbano. Galbanum illitum eſt efficacius ſerapino: credo quia ſerapinum ſit purius: galbani autem odor ſit ualidior, licet ſit adulteratum: & ſuccus foliorum fraxini, adeò ut referant uiperas per flammam potiùs, quàm per folia illius tranſire, ſi circundentur, & ſepiantur ab utroque. Et ego credo quod ſufficiant ſi non cogantur, aut ualde irritentur. Et fructus acſemen cupreſſi Arabici, cuius cortex eſt naturaliter pluribus figuris inſcriptus mirabiliter, & niger, & ſemen odoris iucundi, & fragrans, & folia ſpinoſa, & acuta. Et herba etiam ex qua fit aſſa fœtida, eſt utilis ad hoc, adeò etiam ut quidam laudent flores, & folia oleandri.

Venenorum tractatio quæ mala pariat. Sed fumus, & tractatio hydrargyrij debilitat neruos, & facit contractionem illis, & ſyderantur, & tremunt, & maximè in pueris, & qui utuntur multo potu uini. Et oportet ut obturent aures, & nares ut fumus non penetret ad cerebrum, & inungantur loca neruorum oleo ex baccis lauri, & hypericonis: hæc enim ſunt illi propria. Et

pria. Et similiter oleum ex sulphure sumptum per os, & illitum. Est enim alexipharmacum hydrargyrij.

Bezahar.

Ex omnium optimis sunt *bezahar* propriè uocata cognita Indis, atque Arabibus, non Græcis. Et sunt ambo è lapidum genere, & leuissimorum, sed unum splendet, & est uarij coloris ex leucotheo, & ochro, id est, medio inter uiridem, & flauum, sed absque luce, licet niteat: aliud uerò est coloris floris cineris, & putant esse lachrymã cerui: & commune ambobus est uis maxima, quæ inest eis, ut pondus quartæ partis grani unius sæpè liberet hominem à morte. Et cum damus magnam quantitatẽ est ponderis duorum, aut trium granorum. Et ciunt uomitum in his saltem, qui uenenum biberunt. Quæ autem periculosissima inter omnia sunt suffitus uenenorũ, nam odor eiusmodi occîdit, & quàm celeriter, ut in illo qui obijt repentè, ex odore garyophylli floris, & ita in destillationibus huiusmodi est ingens periculum, & etiam in illorum fermentatione sub fimo, & in putrefactionibus, ac mistionibus. Quia tamen sine his adeò uiolentis instrumentis perfecta medicina consistere potest, sufficiat adiecisse usum communium auxiliorum, obturationem narium, ignẽ, odores bonos, & suffitus, atque alexiteria. Nondum tamen deprehensum est auxilium proprium ad hæc: certum est quod eiusdem generis esse oportet, id est, suffitum suffitus. Et contactus, medicamentum phlebodes quo uenæ carporum, & arteriæ illinuntur, arteriale appellatum, seu metacarpion: illitur ubicunque præstant arteriæ in corporis superficie iuxta manus pedum, digitos medios, talos, intra cubitus, in temporibus. In priore genere uix quicquam potest esse tempestiuum: in hoc etiam sumpta in potu licet hæc tardiora sint suffitibus, illitis non sunt necessatio. Quæ enim cum destillatis, & uino Cretico exhibentur, celerrimæ sunt operationis, uelut rutæ, & zedoariæ pars illa ignea, & si quid est simile: & sanguis anatis, & eorum animalium, quæ eiusmodi uescuntur, quanquam nullum ad hanc diem cognitum sit, seu anates dicas, seu ciconias, seu grues. Crocus ergo pro uehiculo erit, ac pro alexipharmaco os monocerotis, & smaragdus, & si qua sint prorsus natu ræ proprietate contraria, & igneæ substantiæ, & hereæ.

Nota.

Auxilia.

De Locis ubi adsunt serpentes. Cap. XXXVI.

Nota.

Iseram esse sortem hominũ, nemo qui rectè cõsideret, negare potest, cum nuper imperassem puero ut boraginis folia mihi colligeret, narrauit inter eas plantas grandem bufonem, fœdum, horribile, noxium, & inauspicatũ animal. Etenim si spumæ aliquid reliquerit, periculo non uacat. Inde uiperæ, muscæ, culices, uespæ, crabrones, tot genera uermium, ut taceam formicas, erucarum, & multipedum tot genera, & multitudinem infinitam: nam cimices, pediculi, pulices ex ordine, quasi conati nobis habentur. Vna omniũ ratio mundicies (ut diximus) aqua, aẽr perflatus, ut in turritis altis, cæcis, ac ignis, nã & cinis talibus inimicus est. Ob id Principibus, ac Regibus non exigua custodia, sed tædium maius, & exinde periculum. Quis gloriari potest non elitasse multa huiusmodi, cum quantacunq; diligentia: Et suffumigia ex huiusmodi animalibus fugãt illa, & trifolium inter herbas, & cedria inter arborea. Et omne amarũ ualde, ut colocynthis, & aloes, & acria ualdè, & benè olentia: sunt enim tantundem exanguiũ naturæ inimica, quantum amica humanæ, & ærugo, & olea omnia integrarum uiriũ. Et hydrargyrium proprietate, quæ ex immenso frigore pendet. Et rutam fugiũt serpentes, & fumum cornu ceruini. Et ranæ istæ terrestres, etiam in penu uinaria inueniuntur frequenter: creduntur q; solo afflatu interimere. Et iecur illis uitiatum est, ac diuersorum colorum, quod etiam refert Aristoteles. Neque omnis terrestris rana, seu bufo rubeta est, sed prægrandis, quæ in uepribus solùm inuenitur, & alitur, unde etiam nomen habet à rubo, scilicet rubeta dicta tempora, in quibus oculi sunt, adeò prominent, ut instar cornuũ emineant. Ergo si riuulis currentium aquarũ singulis noctib. olera aspergant, terraq; madescat, tuti erimus ab huiusmodi peste, sed uermes metuere. Aduersus serpentes, ac cimices, folia filicis, suffitu etiam sanguisugarum

Rubeta quæ.

pelli cimices dicunt. Ego medicinam longè petitam existimo. Sol, flamma è palea, lixiuium acre tutiùs esse reor: inde ut dixi ærugo: probatur & auripygmentum, sed nollem piscari, ut dici solet, hamo aureo, & sulphur, & species ari, & sal ammoniacũ, sunt inimica omnibus exanguibus, sed sulphur in igne accensum, sal aqua dilutum. Et sicut oleander pulicibus, & eiusmodi minimis, ita lauri folia serpentibus. Dicũt quod psyllium putrefacit pulices, & raphanus scorpiones. Medicamen ad cimices præcipue, sed ad omnia eiusmodi: Cedriæ unc. ij. auripygmenti quod uocant arsenicum, & albi, & croci, nucis cupressi, ærugínis añ. unc. j. foliorum myrti siccorum lib. s. terantur, & cum oleo misceantur. Aliud facilius foliorum cupressi siccorum lib. j. ærugínis, & sulphuris añ. unc. ij. terantur, & cum oleo misceantur. Et contra serpentes, & rubetas bonum est alere ciconias, aut grues, & feles, ac mustellas, & dicunt de ericijs, sed nescio causam. Et buteones, & aues quæ habent magnum rostrum, & sordidis aluntur, inter quas optimæ sunt, quas uocant poglianas, & quæ fermè alijs non aluntur, quàm serpentibus, & bufonibus. Magnis tamen Regibus cum degant locis adeò munitis, ac mundis, quorum fors iam excelsa uidetur, ob tot custodias ab ipsis animalibus periculũ non imminet: à cibis autem quomodo possunt esse tuti? mundior homo, sobrius qui sibi uiuit: sed mortalium omnia mortalia, & squalori, ac pedori subiecta. Serpentes autem sabinam amare adeò proditum est, ut circa plantam, in agro Comensi uiperarum multitudo maxima cõueniat, plures quoque super arborem serpunt. Ergo id nondum compertum habeo, sed id plane compertum, unumquodque genus animantium certo genere plantarum delectari. Cùm uerò plura sint genera, licet uno nomine cõtineantur, ob id uariare hæc ratio uidetur, uelut bufones saluia ob umbræ densitatem, uiperæ eruca: generaliter ferunt hederam, & fœniculum gratas esse serpentibus. Iuxta etiam stagna, & aquas inueniri solent, nec non in specubus, uel subterraneis antris, in montibusq; reperiuntur trabium magnitudine.

Medicamen ad cimices. Aliud.

Serpentes sabinum amant.

De Vnguentis, seu oleis Regijs. Cap. XXXVII.

MVltiplicia esse unguẽta, ac olea, multifariamq; diuisa in Promptuario demonstrauimus: Quare hîc tantùm sufficiet principaliora, ac magis selecta, quæ aduersus omnia uenena, & morsus, seu uulnera eiusmodi, & cõtra pestem sunt disponere. Et simplicia etiam nonnulla singularia describemus, dein eadem componemus. Cinis ergo uiperarum optimus est. Antidotus etiam ex illis, & uocatur Theriaca. Oleum Scorpionum rubentium, & sub canicula temporibus. Sulphur uiuum, Fermentum, Napellus, Morsi. De hoc est incertum an inueniatur, & an sit mus, an radix plantæ: Matthiolus censet esse muscas. Terra Melitea eius loco aliqui uolunt sufficere bolum armenum orientalem, sicut loco cineris uiperarum, & medullæ ceruí, uiperas (hæ solæ in eo genere catulos pariunt) præciso capite, & cauda in anate assatas in ueru: & collecta pinguedine sumũt. Cerui medulla, uerbenaca, calamyntha montana, adeps leonis, terebinthi lachryma, angelicæ, gentianæ, imperatoriæq; radices, & rutæ, ac scorzoneræ folia. Radices autem cucumeris anguini, zedoaria, loco quodam postremo reponuntur sinapis, oleum de baccis lauri, pancratij radix, uerbasci flores, diptami albi radices. At cum certum sit oleum huiusmodi opponere componi ex uenenis ob substantiæ similitudinem, ut scorpionum oleum, & antidotus è uiperis: Ex alexipharmacis, uelut, semen mali medici, ruta, scorzonera, angelica, & imperatoria: Gentianam non ausim adnumerare, nescio enim quàm potẽs sit, & si potens, quantum in oleis uirium habeat, sicut omittere adeò laudatum Cretense diptamum. Ex his quæ terreæ sunt substantiæ, inter quæ Melitea est, quæ etiam egregiè aduersatur uenenis. Et sulphur uiuum, quod ualdè discutit. Et pinguibus ut uim retineant, & cohibeant, inter quæ cerui medulla, aut anatis cum angue liquamen, loco ut dixi eius, sed & quod assumptum est oleum de scorpionibus hoc gaudet, uelut leonis adeps in discutiendo: discutiunt radix cucumeris anguini, strenuè uerbenaca, calamintha. Discutit & attrahit seq

Simplicia contra uenena ac pestem.

hic fermentum, ut sint quinque, si discutere unum esse uelimus: sex biduo: sympathia, antipathia, substantia, modus substantiæ & facultas. Quinque ergò sufficient aut sex: Et si opus erit in aliquibus addemus cantharides, & erit medicamentum eiusmodi. Ergo:

℞. Olei de scorpionibus ueteris lib.ß. scorpionum rubrorum uiuentium magnorum numero L. cineris uiperarum unc. s. foliorum cum semine rutæ exsiccatorum in furno non parum unc.ß. terræ Meliteæ, uel pro ea boli armeni orientalis drac. vß. sulphuris uiui unc.s. medullæ ceruinæ, uel adipis anatis unc.ij. foliorum uerbenacæ, radicum cucumeris anguini añ. drac.x. adipis leonis, theriacæ añ. unc.ß. fermenti ueteris drac.vß. Ponantur in sole x L. diebus caniculæ, aut in balneo plusquam tepido per x. dies: inde calidum coletur, & exprimatur, & si opus est in medietatem eius addantur cantharidarum drac.iij. *Composita ad eadem.*

Aliud ad febres, in quibus non concoquitur materia: in febribus ualidis, ubi materia reputrescit, in inflammationibus cordi propinquis: in materiebus quæ discuti, & ad cutim expelli postulant: cõcoquunt primum frictiones, somnus, cubile obscurum, culcitræ multæ, quies, stratum molle, inungere totum corpus oleis moderatè calefacientibus, digerentibus, & naturæ nostræ amicis: qualia sunt præcipuè chamæmeli, floris populeæ arboris, & anethini, præsertim hypochõdria, & totum uentrem, fouere autem illa decocto seminis lini in oleo, & aqua: tum exhibere si febris adsit in dilutam aqua mulsam, & ptisanam hordeaceam: neque enim concoquere simpliciter est calefacere, & humectare, sed quandoque refrigerantibus: hoc fit ut in ardenti febre, non ut refrigeres, sed ut calorem innatum adaugeas, item exsiccantibus, sed hoc rariùs: contigit tamen in abundantia humidi crudi, ut his decem auxilijs adhibitis, nonnunquam renutrire conueniet, si morbus longus præcipuè sit, ouorum uitellis recentium, alios alica & iure pinguis: uino tenui flauo, odorato, potenti, aquæ multæ admixto si expediat. Rarius carnibus glandosis, & testiculis gallorum, medio modo piscibus. Si materia sit in pectore oleum amygdalinum dulce, atque butyrum recens expedit, caricæ, uuæ passæ, & palmæ fructus cocti, passerculis, & cęteris auiculis etiam, & iecore gallinarum, uel nemorearum testu dinum ali expediet. Quid ni, reijciemus ne probata à Galeno cerebrum suillum, ac pedes tum uitulorum? iecora etiam, & lactes luciorum, & cyprinorum magnorũ, oua non, chamæ etiam, & conchæ, & ius earum, aclimatiarum secundum, & ex his pingue. At uerò condîta croco, gingibere, macropipere, nec refugimus saccharum, aut iure cicerum, sed additamenta, aut myrthide uti prohibemus, calorem enim naturalem exacuit, ut etiam hœdi sanguis, & catulorum lactentium, aut paulò magis adultorum caro, & ius, quamuis horrida, sed præstans fuerit pullorum columborũ, quos laudarunt adeò Arabes, describuntq; quales sint, & sunt agrestes, proximi turriti. Quinque autem sunt præcipua præter crocum, qui est insignis in hoc, tum cætera enarrata satyrion, quod maximè excitet Venerem. Porri quod sanguinem exacuant, lenta incidant, & atram bilem attenuent borago, & buglossum quod cordi conferant. Ozymum tenue odoratum, & post melissa, sed multò inferior, quod pituitam crassam, & melancholiam à cerebro, & corde expellat, & moschum qui in omnibus his, & præstantissimè auxiliatur. Erit igitur huius secundi olei descriptio hæc. *Nota.*

℞. Calamenti montani, seminis porrorum, seminis raparum añ. unc.ß. stincorum uerorum num.iij. moschi, ambræ orientalis añ. scrup.ß. florum sambuci unc.vß. florum populi unc. viij. florum uerbasci, florum angelicæ añ. unc.iiij. rutæ, ozymi garyophyllati, scorzoneræ, uerbenacę, radicum cyclaminis, adipis leonini añ. unc. Semini, & est melior, galli añ. drac. v. Modus est hic. Flores in ampulla uitrea expone soli caniculæ tempore, sic ut in oleum conuertantur, huic oleo adde succum porrorum, calamenti, seminis raparum oleo expressione collectum, rutam cum semine, ozymum, scorzoneram, uerbenacam, cyclaminis succum expressum diligenter, & exponé soli per x v. dies, sed contusa, quæ corpus habent, aut per octo dies in duplici

plici uaſe, poſt cola omnia: & iunge ſanguines nuper extractos mithridatum, pinguedinem ſtincorum, & leonis, moſchum, ambram, nitrum, cinerem aſpidum: omnia collecta in uaſe uitreo cum unc. vj. uini maluatici, aut Græci, permitte quàm diutius potes, & demum cola, & pone in uaſe optimè concluſo, miſce quotidie, & expone ſoli ſi adſit per horam, aut plus, & cum remoues miſce. Aliud noſtrum quo ego ſæpè uti ſoleo.

Experium à nobis.

℞. Seminis napi, iuniperi, radicum cyclaminis, dictami albi, foliorum calaminthæ añ. unc. ij. zedoariæ unc. j. dictami Cretenſis, unguenti populeon añ. drac. x. belzoi, piretri añ. unc. Semi. croci orientalis drac. ij. medullæ cerui unc. iij. anatis ſanguinem olei rutacei, aceti è prannio añ. lib. ij. Omnia præter dictamum, crocum, cerui medullam, & ſanguinem, & unguentum, ac belzoi, tuſa coquantur in aceto, & oleo, donec acetum abſumatur: inde addantur reliqua contuſa præter ſanguinem, medullam, & unguentum, quæ ſic poni debent, ut ſunt præter unguentum. Ponantur in ſole per x i. dies, poſt addatur unguentum, & ſeruetur x x. diebus loco ſicco, demum coletur bene exprimendo. Alia habebis unguenta pretioſa in Promptuario à me experta, quibus inunxi primo Hieronymum Moronum Sacerdotem, atq; Patritium melancholici habitus, ætatis annorum circiter x x. cui cum aliquot annis ſcabiem fœdam paſſus eſſet, eamq; perperam parua uictus obſeruatione cuſtodita cohibuiſſet, ſuperuenit febris tertiana continua ſub initio autumni, in qua pulſus reddebatur inæqualis, & inordinatus etiam quandoque prorſus ceſſabat, cùm diu formiculari ſimilis eſſet. Aeger interim iacebat ut mortuus, tenuebat medicamenta, & aſſumpta parum proficiebant: Inunxi ergo bis loca illa octo arteriarũ, & conualuit. Paulò pòſt cum ægrotaret iam nepos illius prænomine Bartholomæus Moronus, Iulij Moroni Illuſtris equitis filius, annum agens ſextum, & eſſet iam conclamatus ex peripneumonia, quæ non ſupputabat, & ut ſolet laborabat leuitate interſtinorum, febris intenſa, & reſpiratio tempore æqualis pulſui: iuſsi ergo quod more non dabatur inungi, largè, liberaliterq;, & totum corpus, pectusq; maximè rupta eſt inflammatio, & ſimul euomuit quantitatem magnam humorum, & crudorum, (credo reliquias ciborum, ac potuum tot dierum, quas haud concoxerat) & euaſit pus autem multum album, leue, & æquale non malè olens, multis diebus effluxit per urinas, & euaſit. Cumq; etiam paucis abhinc diebus Alexander Syluestrius, Rodulphi mihi chariſsimi frater febrè ægrotaſſet, & cum uomitu (erat enim primi tertiana) & profluuio uentris, adeò nobis expectantibus ex uno alterius alleuiationem, ut febris ardens facta ſit, nec niſi aquoſa deijceret, ſubflaua multa, inde tuſsis, ſtillæ ſanguinis narium, quæ non alleuabant, dolores pectoris, uigiliæ, deliria, pulſus malus circa x x x. diem, tabes. Itaque decreui quoquo modo poſſem tentare curationem: liquebat enim cauam iecoris partem, inflammationem ſine tumore, ſed propriè ſic ab antiquis appellata, laborare. Quamobrem illi conſcripti unguẽtum, quo iuſsi inungi uentriculi regionem, & totam iecoris cauam, ante cœnam ſic, & euaſit ut patet modus in Promptuario.

Moroni Hiſtoria.

Alterius Iulius Moronus eques illuſtris.

Alexandri Syluestrij hiſtoria.

Electuaria, & Medicamenta compoſita ad producendam uitam.
Cap. XXXVIII.

MAli in canticæ explanatione refert, quod ueriſsimum eſt, eſſe poſſe medicamenta quædam, quæ uitæ producendæ ſunt utiliſsima. Videtur autem hoc tributum inter reliqua compoſitioni ex myrabolanis, quam triferam uocant, & maximè auro admiſto, id non ſcire præſtat, quam cauſam huius inuenire: nam medicamenta præſtò erunt inuenta ratione, & multa huiuſmodi à medicis etiam præclaris ſunt commemorata. Duos diximus eſſe, producendæ uitæ ſcopos, & ut humidum non conſumatur, ſeu ſeriùs, & ut quàm ſimillimum conſumpto reſtauretur. Erat & tertium, de quo dictum eſt, ad conſeruandam ualetudinem, ſed id omittam, tum quia hîc de eo ſcopo non agitur, tum quia ex his duobus illud etiam ex parte habetur: demùm quia difficilia cùm ſint duo hæc per ſe ut adpiſcamur

Trifera.

Scopi producendæ uitæ.

piscamur, tertium si addiderimus, forsan prorsus impediemur ab illius inuentione. Quinimmò si etiam aliquid ad rem facit, pleraque huius tertij generis uitam potiùs breuiorem reddunt, uelut quæ aperiunt, dissecant, excrementa deducunt, astringũt, calefaciunt, purgant, leniunt, roborant cerebrum, sensus uegetes efficiunt, aduersan tur uenenis, omnia talia uitam breuiant. Propterea quatenus debeat esse illorum usus, singulis cuiusque locis descriptum est. Nunc ergo de restitutione ipsius humidi, & tarditate consumptionis agendum est: & restitutionem quidem humidi nullum medicamentum efficit per se, sed ut calor densior, & purior, & maior efficitur, & alimentum optimum, & commodum in concoquendo, ut mora, somnus, & exercitatio, ac quies opportunè adhibita, ueluti cum cibus in uasis amplis concoquitur, quies in angustis exercitationi medijs, medio modo. At ut sit densus calor, hoc & commodum est renutritioni, & ut seriùs absumatur, quod iam paratum est humidum: namq; humidum illud, & calor naturalis substantia eadem sunt, quatenus autem differunt, quatenus eadem sunt prorsus, de quibus nunc dicendum erit: si prius admonuero lectorem, hanc resolutionem tardam, & medicamentis, & amuletis, de quibus aliàs à nobis dictum est, non solo alimento, imò eo non nisi per consequentiam, non primo fieri posse. Igitur dubio procul est motum omnem accelerare consumptionem, quod flammæ experimento didicimus, contra quietem minùs consumere.

Quæ uitam abbreuiant.

Motum accelerare consumptionem.

Prima est uocata *Alcorz* Hispanicè, & est omnium optima, cuius sunt multæ descriptiones: proponam autem unam pro exemplo. ℞. margaritarum orientalium unc.j.s. id est, drac.x ij. hyacinthorum orientalium, qui mutantur ad ignem unc.ij. smaragdorum orientalium unc.j. carbunculorum orientalium, granatorum orientalium, topaci, chrysolithi, aquæ marinæ orientalis, seu calaidis, sardoniorum, berillorum, amethistorum orientalium, ballasiorum añ. unc. s. saphyrorum orientalium drac.x. sacchari purgati albi lib.iiij. Dissoluantur saccharum, & gemmæ integræ ab omni sordicie mundatæ per rotam, deinde ablutæ diligenter imponantur, & antequam congeletur, addantur moschi orientalis drac.ij. & fiant morsuli, qui teneantur in loco sicco, de quibus cùm opus est, assumantur drac.ij. ad unc.s. usque, & terantur, donec redigantur in polinem, & bibat cum modico uini Cretici, aut alterius uini potentis, & tenuis, ac subdulcis. Præstat hæc compositio quod omnes gemmæ possunt dignosci, & quod splendidæ sunt, & orientales, & etiam quia sic uires earum non euanescunt, nec debilitantur, & est confectio Regum, & possumus addere in ea aurum, & argentum foliatum, & moscus deducit gemmas statim ad cor, præcipuè cum uino: & si non licet uti uino, dabimus cum aqua croci, aut aqua carnis.

Confectiones regales.

Secunda fit ex eiusmodi gemmis, & additur aliquid lapidis cærulei in aliquibus compositionibus: & si non adsint omnes gẽmæ, nil refert: principales tamen sunt smaragdi, hyacinthi orientales, sapphiri, margaritæ, & rediguntur in puluerem, inde additur saccharum quadruplo pondere: sed omnia leuigantur, & per linteum densum cribrantur.

Tertia compositio fit cum margaritis solis orientalibus, quadruplo sacchari, & est ad confirmandas uires, lætificandumq; cor, & repurgandum sanguinem. Hic non possum nisi detestari eos, de quo aliàs dixi, qui huiusmodi pulueres è lapidibus dant cum cibo, uel prope, uel etiam cum saccharo ex floribus qualibuscunque: nam unum affert impedimentum alteri, & efficiunt maltham in corpore, seu cementum: similiter & illos, qui in miscendo alia simplicia calida, frigida, sicca cum his, quæ à proprietate sola agunt, atq; ita interturbant opus utrorumq;, uelut in electuario de gemmis uulgato.

Nota.

Quarta est Diamuschum dulce, efficax satis.

Quinta est Diambar, quod ut prius cordi, ita hoc capiti.

Sexta est puluis noster. ℞. scobis Monocerotis drac.j. scobis eboris ex dente unc. Semi. sacchari unc.ij. Semi. saccharum teratur, scobs sit derasa, chalybe asinino, aut saltem Damasceno, ea sit trita, quantitas sit unc. Semi. pro auxilio, uelut

contra uenena, pro usu g. x x v. seu scru. auri fabrorum, & pauperes poterunt uti solo ebore.

Septima est compositio ex auro, uel in pauperibus ex argento in aquã resoluto, ut aliàs docuimus, modus facilior est ut aurum liquescat cum *alnach*, id est, plumbo rudi, & comburatur sæpiùs, & tunc repurgatum creditur dissolui in humano corpore, & quidam exhibent aurum, uel argentum gallinæ, uel gallo, & colligunt stercus eius per anum, ne deterreat, deinde comedunt carnem pulli illius, & ita de mulcis in Principibus.

Octaua est ut sumantur semina citri recentis, sed bene maturi, & detracta à cortice duro, condiantur in saccharo, & non est difficultas, nisi quod oportet comedere drac. iij. in casu necessario, secùs sufficit scrupulus singulo mane.

Nona est *elysir* compositio destillata, quæ uariorum est modorum, de qua satis in Promptuario diximus.

Sacculus cordialis. Decima est sacculus pro corde. ℞. smaragdorum, saphyrorum, margaritarum, hyacinthorum rubrorum omnium orientalium, cauendo ex factitijs, qui etiam sandaracha constant, añ. drac. j. Semi. cartilaginis, seu ossis de corde cerui, ossis cranei humani non mortui ex morbo unius anni, parùm siccati in furno añ. scrup. iiij. Semi. melissæ, citri cum suo ligno, ozimi parui odorati, boraginis añ. drac. j. Fiat puluis subtilissimus. Et sunt qui addunt Polij semen, alij dentes uiperę, alij auripygmẽtum album, id est, arsenicum.

Lætificantia ac confirmantia calorem naturalem. Cap. XXXIX.

Quæ calorem naturalem confirmant. PRimus ordo ex rebus in succis, in spissamentis, id est, succis concretis, in repetitis infusionibus, in aquis destillatis cum duplici uase, & partibus succedentibus, in coctionibus, in additione succorum, & in solatione, in oleo destillato, in oleo facto in sole: in pulueribus pollinis modo: in pretractis in fimo equino, in ustis: in infusis in aceto x i i i. Secundus in quantitate, & perfectione, quæ per lineam superpositam, & magnam, aut breuem intelligitur. Tertius in natura, cum sale, stibio, alumine, lapidibus, metallis, atq; metallicis, radicibus, lignis corticibus, seminibus, floribus, lachrymis, folijs, in partibus animalium uel sanguine, aut productis retrimentis. Quartus in proprijs à qualitate manifesta, prima, secunda, tertia in purgantibus, in uenenis, in infusione horum, ut aquæ ardẽtis, uel aceti, uel cum uino ualde dulci, & odorato, in circuitibus, in thermis ut sint i x. Summa horum præter secundum ordinem x l. Et cum illo iam constitutus est πρόπο. Ergo succus chelidoniæ inspissatus, croci orientalis, flores ozymi parui, uehementer odorati iam sicci, folicula, & semen: Melissophyllon, uiride odoratum ualdè, quod rarum est: succus helenij radicis, boraginis semina, & flores conditi iuuãt, & folia, & radices, & quæ ex eo genere pulegium, additamenta, radicum bibinellæ: inde belzoi, thus, styrax, uinum quale dictum est præcipuè Creticum, lupi cor, sanguis equinus, catuli sanguis, anatis q̃, quamuis mixti generis, & hæc sunt in tertio ordine. In quarto quæ purgant helleborus, & colutea, seu potiùs sena. Succedunt moschus, ambra orientalis, zibetum, longè inferiora garyophylli, & xiloaloes. In sexto ordine hyacinthus, smaragdus, margaritæ, saphyrus, & mixti generis, lapis cæruleus orientalis, topatius tener, quem chrysolithum uocant, ualdè utilis etiam insanientibus, calais, & granatus forsan, & adamas, licet pro ueneno reponatur. Vnde communis erit ultimo generi, in quo mandragoræ poma, quæ sunt mitiora etiam opio, hoc autem inebriat. Quæcunq; autem somnum prouocant, & humectãt multum, ut nympheæ flores, & uiolarum purpurearum, multiplici modo iuuant, crederem, & uerum chrysolithum orientalem ualde utilem esse.

Ex compositis Alchermes maius ex x i i. drachmis, & minùs ex duabus lapidis cærulei: lætificans Almansoris. Diamargaritõ frigidum, tam mithridatũ, quam theriaca: Diamuscum dulce: diambra, electuarium de gẽmis conciliatoris. Et Monoceros est cornu Regum, quod tantum bis uidi, & aqua mali medici, quæ bene o-

let, &

let,& ſuccus eius conditus in calidis effectibus, & extra epithemata ex roſis, uiolis, id eſt,aquis earum:ſucco mali medici,uino Cretico,ſanthalis,aceto roſeo.

Puluis ad cor, & colorem roborandum noſter. ℞. margaritarum orientalium unc.ſ.hyacinthorum oriẽtalium drac.íj.ſaphyrorum coloratorum orientaliũ ſcrup. v.ſeminum boraginis,Sem.baſiliconis. Seminum apíj bonum odorem habentis foliorum pulegíj añ.drac.ííj.moſchi drac.s.ambræ ſcrup.ſ.zibetti ſiccioris ſcrup.íj. oſsis Monocerotis g. x l. auri fol. l. granorũ bibinellæ drac.íiíj. croci orien.ſcrup. íj.zedoariæ drac.ſ.Rad.enulæ drac.íj. cordis lupi oſsis drac.íij. Rad. mandragoræ drac.íj.s.Fiat puluis. *Puluis noſter.*

Inter omnes autem compoſitiones, quæ in uſu habentur, Diamuſchum dulce longè alias antecellit,& licet moſchi etiam augere quantitatẽ,prout cõmodius eſſe credideris.Caue duo,ut moſchus ſit orientalis,multò enim efficacior eſt occidenta li & Doronicum exime,aut loco eius repone ſuccidaneũ.Quandoque enim ſumitur radix ut bene ſentit Matthiolus ſpeciei aconiti. Diambræ autem compoſitio, præterquam quod ſit multo inferior,& fermè ſolùm ad cerebrum comparata, longè etiam eſt calidior.Princeps aut etiam ualde extollit in his.Præcipuum quod uacat omni ſuſpicione,& pro cibo ac omni medicamento ſolum opus, cauſa ut ſit recens capiti,pectori,uentriculo,iecori,renibus, præcipuè ad conſumptos, & tabifi- cos,oleum auellanarum,lætificans noſtrum, ſmaragdus orientalis purus, & coloratus ſcrup.ſ.hyacinthorum orientalium, margaritarum, croci orientalis añ.drac.ſ. opíj radicum,& pomi mandragoræ añ.drac.ſ.s.foliorum apíj,foliorum & Sem.meliſſæ.Sem.& fol.boraginis,ſucci ſolſtitialis & Sem.ſclareæ:Sem.& fol.ozymi parui, & garyophyllati añ.ſcrup.íj.moſchi,& ambræ orientalis añ.g. x v. ſucci radicis concreti, oſsis de cor delupi,oſsis de corde equi iuuenis in bello mactati añ.g. x x v.cornu monocerotis ſcrup.íj.ſaphyri orientalis,colorati & nitidi ſcrup.íj.s.Fiat puluis ſubtiliſsimus, ſeu in pollinem redigatur,detur à ſcrup.s. ad drac.s. *Nota de Diamuſcho.*

Quæ calorem naturalem ſeruant,& quomodo adaugeant,uitæq; longitudini conferat. Cap. X L.

Ita noſtra,& ſalus in calore innato,multo,puro,denſo. Purius eſt in iuuẽtute plurimus,in pueritia dẽſior,ſed craſsior in pueris, quàm iuuenibus. Duplex inſitus,& influens, & medius in corde ad alia membra influens, cordi autem proprius.Seruatur communibus ſcilicet temperantia:reficitur enim unuſquiſque, & in uno quoque membro reductum temperamentum ad proprium ſtatum, uelut Hieracio plerumque: unde Plinius. [Carpitur per meſſes inciſo caule ſuccus candidus,conditur fictili nouo,uiribus papaueri ſimilis:ſanatq; omnia uitia oculorum cum lacte muliebri:nubeculas, cicatrices, aduſtiones, præcipuè caligines,& cũ lana epiphoras,id eſt,impetus defluxorũ ad illos, idemq; ſenipuli pondere ex poſca ebibita purgat:ſerpentium quoque ictibus, atque morſibus plantæ partes auxiliantur,& intus,& extra adhibita,tam cum aceto, quàm cum uino.quandoque cum utroque. Cratenas eodem pondere dabat cum aceto,& uino ad hydropicos,ſed urinæ difficultates ſuccus emendat ebibitus, uelut uentris uitia cum melle,& aceto planta impoſita: ſed hæc minus neceſſaria: quæ autem ad prolum purget,ſanguinem augeat, Venerem inhibeat, inflationem diſcutit,ructus leuilla res pariter in cibis auiditatem facit,atq; inhibet,eadem enim cauſa,alter utrinq; modus. Aluum copioſiùs ſumptum ſic ſoluit,modicè ſiſtit, lentitiam pituitæ digerit,ut etiam aiunt quidam,ſenſus purgat,ſtomachi diſſoluti eius uſu iuuantur. Et oxyporo adiecto ad dulcedinem temperantes cum aceto. Sed ſi craſsior ſit pituita cum ſcillitico uino, aut abſynthite, ſi tuſsis adſit, & hyſſopite admiſto. Datur quoque cæliacis,& in præcordiorum duriciebus,melancholicis,ſed candidæ,& ueſicæ *Vita noſtra in quo conſtat. Calor innobis duplex Hieracij uires.*

uitijs.] Alia insuper addit ad satietatem ut iurè meritò ui perire debuerit, qui tam benè tutus aduersus omnes morbos, sponte nascentes hoc Hieracio fuerit. Sed cùm lactucam sylueſtrem Hieracio, ut palam est miscuerit, etiam è tribus principalibus cichorij speciebus, Hieracio seri quæ est endiuia, propriè latifolia, & uiridis cichorio iucundior, & soncho præstantissimum est. Hieracium ad totum corpus temperandum, dictumq; hieracium, quod accipitrum genus sit uocatum, eo confricet oculos, ut uisum meliorem efficiant. At uero cardus benedictus ad purgandum, discutiendumq;, ac putredini, atq; uenenis resistendum. Saluia uerò proprietate quadam huic negocio prætulerunt, ut etiam sphaculis restituat uitam. Ambrosia famosior ad hoc quantò rarior. Propria uerò ad eadem auxilia (ut diximus) exercitatio, ambra orientalis, macropiper, & ferularum corculum, luteo oui simile: post quæ quasi secundo ordine. Aqua ardens bis cocta, aut prannium uinum, crocus, sed orientalis, satyrionis radix. Validior sunt margaritæ, & ebur derasum tenuissimè, si enim loquantur ex hoc sunt genere, & præstantissima, illuminent, densant, purgant humidum à sordicie exustum, & corruptum depellunt: hęc enim talia. uel firmo experimento, uel certa ratione constare debent. Ciceres uerò rubri, & eorum decocti adaugent ciendo motũ, iuxta Principis opinionem, calẽdula, chelidonium maius.

Cardus sanctus.

Certa quædam ratio breuis Tuendæ sanitatis. Cap. XLI.

Ratio tuendæ sanitatis in quo potissimum consistat.

A maximè constat in uentriculi incolumitate, ac opere, id est, bona coctione, tum quia alijs concoquit, nullum aliud illi: tum quia tenue, lati, & exangue, & aliorum præsidio indiget: tum quia cibaria, & illaborata, & cuiuscunque generis recipit, & præparata, & non præparata, & mansa, & non pręmansa, & cum potu immoderato: Et motionibus ob amplitudinẽ maximè turbatur, non ita iecur. Afficitur & uigilijs, curis, studijs, henterocele, præsertim si non unciatur optimè, & ut immodica repletione, ita etiam fame, atq; inædia, afficit etiã prauis saporibus: & si nauseet, quid prosunt cibi, nisi nausea sublata: Et in aduersa etiam ualetudine maior, quàm in prospera, necessitas: ob medicamentorum usum primo ad Glauconem dicebat Galenus, lędit q; offensa coctionis, prę cipuè caput ob uapores, & situs rectitudinem: & ob id etiam uigilias parit, tinnitus maximè facit, & oculorum imagines, ac nebulas, mentem perturbat, dentes etiam lædit, & corrumpit. Et si bene cedat coctio, hæc omnia, ut sæpè sum expertus, spontè desinunt. Cordis etiam palpitationes, & pulsus languidos, & mentem perturbat consensu neruorum sexti paris. Quid dicam de obstructionibus iecoris, unde lapilli, hydropes, febres, & diarrhęæ, cum cætera mala, sed hæc quatuor præcipuè. Est etiam mutabilis hæc ratio coctionis procurandæ pro ætate, temporibus anni negocijs. Indiget autem maximè capitis cura uicissim ob destillationẽ, & somnum. Motu & quiete ob contentos cibos hoc illo ob robur. Multum ergo prosunt uincula, & eò magis necessaria in motu à cibo, & in hẽterocele. Notus autem in ieiunis plurimum prodest. Somnus quietus, prolixus, altus, bene contecto corpore, puluinar molle, & unguenta pretiosa ab umbilico ad uentriculi furculam. Ex cibis grati moderati, simplices, molles, densiq;, aër purus, frigidus, siccior ut in speculis. Herbæ quæ plurimum iuuant, absynthium primum, inde menta, ruta, ut superius etiam diximus. Ex cibis alæ pullorum, & gallipauorum, tum lactes quadrupedium, lactes etiam & iecora piscium: & ouorum gallinarum lutea, seu uitelli: & panis exiure. Vinum paucum, purum, merum, paruum, dulce. Panis recens, leuis, siligineus, aut etiam leui furfure admisto, ferculum, oriza, aut si imbecillior panis in iure coctus. Ex liquoribus oxymel suaue, uel syrupus acetosus, oleum amygdalinum dulce, sal. Quandoque gingiber conditum, sinapis cum capparibus, aut radicibus cichorij. Ficus maturæ, mundatæ, uuæ pendulæ dulces, flores buglossi: iucunditas, & lætitia & croci modicum: cætera mitte loqui. Carpento ueharis, nec onera tolles, nisi exoneratus: saccharum mihi nunc utile est, & quandoq; poma odorata, cocta sub cinere, ribus, necessarium est edere ad leuandas curas, & somnum prouocandum. Alui dejectio,

Cap. 14. in initio fermè.

iectionem ob tertiam negligere, aut ob pudorem illam non exonerare, tria maximè incommoda afferre, experimento comprobauimus: primum si fuerit materia letalis ut bilis, tormina, & coli dolorem, & ileum quandoque excitare solet: atque inde mortem. Secundum est quod iecur trahit alimentum prauum, atque hoc est pessimum, & perpetuum, adeò ut nil deterius contingere possit, quod enim cupit excernere cùm prauum sit, exsugere cogitur, atque ideo obstructiones, & corruptiones, & erosiones sequi solent. Vnde sequenti die tormina. Tertium est detrimentum capiti ex uaporibus, uertigines, obstructiones, obliuio, & quandoq; deteriora his, sic & uomitus, & ciborum auersio, atq; eiusmodi. Si uerò urina retineatur, minus est periculum: quandoq; tamen adeò distenditur, ut non possit postmodum illam excernere: & omninò uesica redditur imbecillis. Et si uesica, & urina sunt secundùm naturam, detrimentum minus est in retentione ad horas ferè duas: sed si diutiùs differatur, deterior est retentio urinæ, quàm fæcum, uel etiam si uitiosa sit urina, aut uesica aliquo morbo laboret. Rarò enim urina transit ad insensilem retentionem. Fames autem sumpto cibo pauco semper post tempus cessat: deijciendi autem aluum uoluntas plerunq; non semper. Fæces tamen si retineantur, & sint aut siccæ, aut mediocres, siccari consueuerunt. Verum retentio sudoris nũquam fit sine magno malo, & præsertim in frigore: succedunt enim febres, et persæpè phlegmones cùm quis sudare uolens, aut sudans iam frigori se exposuerit. Retentio etiam uomitus est deterior, & lancinat uentriculum, & retinet, quod nonnunquam est lethale uenenum. Porrò paucus cibus minimè nocet uentriculo, quod ille sibi concoquat, quinimò melius ab eo se habet, quod superfluo labore leuetur, nec cordi, aut iecori: cor quidem trahit ad se uiolenter, quicquid est in corpore boni aut iucundi: iecur ob alimenti copiam, scilicet sanguinis, quinimò & ipsum cura quadam ut uentriculus superflua leuatur: neque ergo ex inædia paucorum dierum, neq; ex multorum, non graui læduntur cor, iecur, aut uentriculus: Ventriculus tamen si nihil omninò assumat, læditur.

Negligere deiectionem alui, quæ mala pariat.

Vrinæ retentio minus periculosa, & quando magis.

Retentio sudoris semper mala.

Vomitus retentio deterior.

Breue quoddam compendium, de omnium ætatum uictu in generali.
Cap. XLII.

VIm sint maximæ corporum differentiæ quatuor, alia enim simpliciter sana, quibus nihil est quod obsit, non ætas, non natura, non externa, uelut casus, aut error: alia quibus ætas duntaxat, uelut senes, alia quibus temperatura, aut mala compositio bellum indixit, alia quæ uel casu, uel errore uitæ, aut in morbos, quibus decumbere coguntur, aut cum quibus etiam consueta munia obire, ut cæcitas in altero oculo, leuis urinæ urigo, hernia, aut nihil horum, sed parati ad morbos ex quacunq; causa sunt, uelut morbo regio laborantes, uel malo habitu, uel imbecillitate uentriculi non solùm in omnibus his, sed etiam in sanis, plurimum potest uiuendi ratio, atq; casus. Non enim ęgrotamus, non morimur ante extremam senectutem, nisi natura à malis euicta. Euincitur autem uiolentis quandoque casibus, uulneribus, ictibus rerum grauium, seu dolore, labore, frigore, inædia, crapula, uenenis, cibis, qui subigi nequeunt, ut leguminibus, ac radicibus, aut semiputridis, uelut fungis, & carnibus, aut piscibus, seu fructibus obsoletis, in quibus plerunque malus sapor, & odor deprehenduntur, aut semicoctis, sed & ualde acribus, acidis, crassis, lentis, aut duris, aut uetustate exesis, ut etiam pane mucido, sed præter omnia uino plurimo, atque potenti, quod cerebrum petit, ac neruos, & totum sanguinem mutat. Præterea uenere, in senibus præcipue, uigilia, curis, ira, tristitia, timore. Si ergo quis talia præcauere potuerit, et in horũ possessione diu manere, tam certus esse potest de incolumitate, & longa uita, quàm quod aduentum solis æstas consequetur, modo nihil incommodi maioris iam in corpore antea contraxerit. Quod si homo ægrotet, necesse est ut corpus à causa aliqua illi inimica percellatur, quod si percellitur, oportet ipsam causam, aut potentiorem esse corpore, aut diuturnam esse oppressionem. Valeant ergo qui administrationes, opes in solertia, & hominum auxilio posita esse credunt nostram salutem,

Corpòrum quatuor maxima differentiæ.

Nota. à quibus natura nostra uincitur.

aut in casu, nisi eò rem deducas, ut casus afferat uiolentiam, quod etiam in opibus, & administratione facere sæpè solet. Cauendum est igitur ab his causis, quæ nos subigere possunt: & maximè his, qui iam malam contraxerunt corporis habitudinem, sed & cauendum ne contrahant, quantum fieri potest. Et plerunque errorem iuuentutis sequens ætas pœnas luit: unde ab initio assuescendum moderationi, ex qua non solùm saluti corporis contulimus, sed famæ, bonis, & gratiæ apud Deum, tum etiam animi uirtutibus. Cùm itaque puer sex annos uel circa habuerit, præceptori tradendus est, qui eum doceat, in quo etiam gradatim est ordinandus, nec in scholis quotidie morari cogendus, nec uinum ei bibendum detur, uel in exigua quantitate, ut suprà diximus, sed aqua frigida, dulcis & bona, et non turbida, & præcipuè si calidæ fuerit temperiei: & hoc modo regendus est usque ad annum XIIII, deinde regimine sanorum regatur, nec medicandi sunt pueri forti uentris solutione, uel minutione, & custodiendi sunt ne multum de mellis confectionibus, ac fructibus comedant, ne ægritudines multas incurrant. A lacte, & caseo, ac crassis nutrientibus remoueantur, ne lapis in eorum uesica gignatur, & multum nutrientibus, nec cibos sumant, donec prior concoctus sit. Et cum XII. fuerit annorum, tunc exercendi sunt in his, quibus sunt docendi. Et cùm iuuenes facti fuerint, ab acutis infirmitatibus sunt custodiendi, eos minuendo, atque eorum uentres soluendo, & cùm apparuerint signa, statim occurratur, antequam perficiantur morbi. Et ideò dicebat Haly. [Iuuenum corpora cum iam ultimum attigerunt terminum, & augmentationis statum, ideoq; superfluitates in eis augentur, & congregantur, morbíq; festinant in eos propter repletionem.] Hoc enim tempore cibus non occupabat augendo corpus, & augendo neut prius, & uirtus eorum patientior est mot borum, & in pluribus fortior, ad expellendum eorum causam, unde oportet exercitium indiri moderatum, & consuetum, nec multum, calorem solis obuient. In aqua temperati caloris se balneent, æstate uerò aqua frigida, dulci, & suaui. Cibos caueant calefaciẽtes, choleram generantes, ut allia, cæpas, sinapim, & similia, nec plus comedant, quàm concoqui possint: frigidos autem assumant pisces recentes, hœdinas carnes cum frigidis condimentis decoctas, uinum bibant nec multum, nouum, nec uetus, mixtum aqua frigida, nec famem multum tollerent, ne bile os uentriculi afficiatur. Sitq; tandem eorum regimen, iuxta quod expedit naturali eorum temperamento, cuiusq; quatuor anni temporum, etiam uerecundia in iuuene bonum est signum, ut Cicero testatur secundo de officijs. Prima adolescentium commendatio proficiscitur à modestia, tum pietate in parentes, tum in suos beneuolentia. Et Seneca. Adolescentem probo, in quo est aliquid senile. Caueant ab immoderata libidine, libidinosa enim & intemperans adolescẽtia affectum corpus senectuti tradit, nec in robore, ac flore iuuentutis confidendum est, quoniam illa ætas multò plures habent mortis casus, quàm senectus: facilius enim in morbos adolescẽtes incurrunt: iuxta Hippocratis dictum. Grauius ægrotant, & difficilius curantur, & hinc est quod pauci ueniunt ad senectutem. Quare longè melior est in senibus cõditio, quia quod sperat adolescens, iam consecutus est senex, & quanquam id quod præterijt effluxerit, hoc tamen remanet, quod uirtute, & rectè factis quisq; consecutus est, & grauior est etiam mors iuuenibus repugnante natura, senibus uerò leuis, quia sponte uenit, & nulla ui adhibita, & ob id dixit Iuuenalis:

Puer quomodo regendus.

Iuuenes quomodo custodiendi.

Nota.

1. Aphorif. 12.

Senum conditio melior.

Nunc mihi qui suades: post damnum temporis, & spes
Deceptas: festinat enim decurrere uelox,
Flosculus angustæ, miseræq; breuissimæ uitæ.
Porrò dum bibimus, dum serta ei unguenta puellas
Poscimus: obrepit non intellecta senectus.

Quapropter non immeritò cecinit Ouidius.

Igitur ò iuuenes, dum uires, annique sinunt tolerare labores.
Iam ueniet tacito curua senecta pede.
Venturæ memores iam nunc estote senectæ.
Sic nullum uobis tempus abibit iners.

Senes

Senes ergo calefacienti, ac humectanti regimine sunt tractandi, ideoq; habitare debent in aëre non sicco, sed simili uerno, & si uirtus eorum debilis sit, equitent, & ambulationem minuant: si uerò fortior sit, deambulatione utantur, non tamen quę fatiget: atque balneo aquæ dulcis tepido utantur, & comedant cibaria calida, & humida, facilis concoctionis, & fugiant acria, pungitia, & quæ sunt difficilis concoctionis, & bilem, phlegma, ac melancholiam generant. Et qui ualdè senes sunt, pluries in die cibum assumãt, & paulatim cum natura debilis copiam cibi semel assumpti conficere nequeant, & uentrem mollem procurent, ac coitum, & animi accidentia fugiant, & præsertim immoderata. Et quia ut plurimum quod colligitur in corpore senum phlegma est, ideo bonum est aliquando uti subtiliantibus, & incidentibus phlegma, & somno prolixo utantur, uel saltem diuturna mora in lecto. Præterea confert antequam surgant fricțio temperata in quantitate, & qualitate, postea equitent, uel incedant. Vinum clarum, & subtile, & aqua mediocriter mistum, ac temperatè bibant. Si enim hoc modo regantur, possibile est ut ad albaram tardè perueniant, nec eorum corpora deijciantur.

Senes quomodo tractandi.

Valdè senes.

FINIS.

BASILEAE,
PER SEBASTIANVM HENRICPETRI,
ANNO A SALVTE NOSTRA INSTAVRATA PER CHRISTVM, CIↃ. IↃ. XXCII.
Mense Martio.

1912989 OCN 784935541